CUERPO

DEL

DERECHO CIVIL ROMANO

A DOBLE TEXTO, TRADUCIDO AL CASTELLANO DEL LATINO

PUBLICADO POR LOS HERMANOS

KRIEGEL, HERMANN Y OSENBRÜGGEN

CON LAS VARIANTES DE LAS PRINCIPALES EDICIONES ANTIGUAS Y MODERNAS Y CON NOTAS DE REFERENCIAS

POR

D. ILDEFONSO L. GARCÍA DEL CORRAL

Licenciado en Derecho Civil y Canónico y en Filosofía y Letras y Abogado de los ilustres Colegios de Barcelona y Madrid

---

TERCERA PARTE

Revisado el texto latino por D. EDUARDO OSENBRÜGGEN

NOVELAS

BARCELONA

1898

EXPLICACIÓN DE LAS ABREVIATURAS

Cod. Flor. et Cod. Vat.	Varias lectiones ex Cod. Ms. Florentino et Vaticano enotatas Brencmannus misit ad Hombergkium, ex huius igitur libro, cuius titulum infra exhibebimus, dedimus eas lectiones; cf. Biener Gesch. der Nov. p. 422. 561. 571 sq.
Meerm. I. II. III. et Zuich.	Variae lectiones graeci Novellar. textus ex quatuor Codd. Mss. a Meermanno Gebauero concessae et in ed. Corp. iur. Gotting. publici iuris factae; cf. Biener. l. c. p. 424. 556 sq. 572. sq.
Cod. Hamb.	Codex Hamburgensis (olim Uffenbachianus); cf. Praefat. p. V.
Cod. Vindob. et Monac.	Ex Vindobonensi et Monacensi Cod. Ms. quae adhuc deerant in edd. Corp. iur. libri Authenticarum partes, nostris temporibus supplevernnt viri docti; cf. Praef. p. VI. et Biener l. c. p. 574 sqq.
Scring. .	Impp. Iustiniani, Iustini, Leonis novellae constitutiones — studio et diligentia Henrici Scrimgeri Scoti restit. (Genev. Excudebat Henricus Stephanus 1558. fol.
Hal. .	Novellarum Constitutionum Dn. Iustiniani Principis — volumen — Gregorio Haloandro interprete. Norimb. 1531. fol.
(Hal.) ed. Hervag.	Novellarum constitutionum Dn. Iustiniani — volumen, Gregorio Haloandro enarratore. Basil. in offic. Hervagiana. 1541. fol.
(Hal.) ed. Par.	Νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ — βιβλίον τοῦ Γρηγορίου Ἁλοάνδρου ἐξηγητοῦ. Parisiis ex offic. Ca.. . . uillard. 1542. 8.
Homb.	Novellae Constitutiones Dn. Iustiniani — ex graeco in latinum conversae et notis illustratae a Io. Frid. Hombergk zu Vach. Marburgi Cattorum 1717. 4.
Iulian.	Imp. Iustiniani Novellae Constitutiones per Iulianum Antecessorem — de graeco translatae. Ex biblioth. Petri Pithoei. Basil. 1576 fol.
Trid.	Volumen Bernardini de Tridino de Monteferrato. — Venetiis 1494. fol.
Port.	Volumen — Lugduni apud Hugonem a Porta et Antonium Vincentium. 1551. 4.
Cont.	Authenticae seu Novellae Constitutiones Iustiniani — cum veteri tralatione, Graecis nunc primum apposita — recogn. Ant. Contio auctore. Lugduni apud Guil. Rouillium. 1581. 12.
(Cont.) 59	Volumen legum parvum — commentariis (Ant. Contii) illustr. et sedulo recogn. Parisiis ap. Guil. Merlin etc. 1559. fol.
(Cont.) 76	Volumen legum parvum — commentariis Ant. Contii — illustr. et sedulo recogn. Parisiis apud Sebast. Nivellium 1576. fol.
Bk.	Corpus iuris civilis recognovit et — edidit D. Io. Lud. Guil. Bek. Tom. II. Pars II. Lipsiae (Cnobloc). 1834. 8.
Bk. ed. ster.	Corpus iuris civilis. Edit. stereotypa ex offi. Caroli Tauchnitii cura D. Io. Lud. Guil. Beck. Vol. II. Lipsiae (Cnobloch). 1837. 4.
edd.	Se ha empleado esta abreviatura cuando concordando las antiguas ediciones (Trid., Port, Cont.) disentian del Cod. Hamb.
Bas.	Basilicorum libri LX. ed. C. A. Fabrotus. VII. Toml. Paris. 1647. fol. Librorum decem priorum usi sumus editione C. G. E. Heimbachii. Lips. 1833. 4.
Athan.	Athanasii Scholastici Emiseni de Novellis Constitutionibus Imperatorum Iustiniani Iustinique Commentarius in: Gustavi Ernesti Heimbach Anecdotorum Tom. I. Lips. 1838. 4.
Coll. const. eccl.	Collectio constitutionum ecclesiasticarum in: Voëlli et Iustelli Bibliothecae iuris canon. vet. Tom. II.
(Ioannis) Nomoc.	(Ioannis Scholastici) Nomocanon in: Voëlli et Iustelli biblioth. Tom. II.
Photii Nomoc.	Photii Nomocanon — extat ibidem, nec non Balsamonis ad Photii Nomoc. Commentarius.
Coll. 87. capitul.	Usi sumus iis, quae de hac collectione 87. capitulorum nondum edita docuit et exhibuit Biener l. c. p. 584 sqq.
Psell.	Pselli libellus de Novellis Iustiniani Graece scriptus ex literis Ed. Tannebergi ed. Berger. Lipsiae 1836. 8.
Cr.	Ita designavimus, quae ex Crameri schedis in usum vocare visum est; cf. Praefat. p. VII sq.
Rehd., Schw., Aug. I. II. III.	In notis *ad libros Feudorum* additis retinuimus sigaa Codicum Mss. Rehdigeriani, Schwarziani, Augustani I. II. III. (Rehd., Schw., Aug. I. II. III.), quae sunt in edit. Corporis iur. Gotting., unde eorum Codicum lectiones desumsimus.
N. del Tr. .	Nota del traductor.

LIBER
CONSTITUTIONUM NOVELLARUM
SIVE AUTHENTICARUM
D. IUSTINIANI

LIBRO
DE LAS NUEVAS (1) CONSTITUCIONES
Ó AUTÉNTICAS
DEL SEÑOR JUSTINIANO

CONST. I (2)

DE HEREDIBUS ET FALCIDIA
(Coll. I. tit. I.)

Imperator IUSTINIANUS *Augustus* IOANNI, *gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum* (3), *Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Occupatis nobis circa totius reipublicae curas, et parvum nihil eligentibus cogitare, sed quatenus Persae quidem conquiescant, Vandali vero cum Mauris obediant, et Carchedonii antiquam recipientes habeant libertatem, Tzani autem, nunc (4) primum sub Romanorum facti republica, inter subiectos habeantur, quod nondum hactenus, nisi sub imperio nostro dedit Romanis deus, incurrunt etiam propriae sollicitudines a nostris subiectis semper nuntiatae, quarum quidem singulis damus competentem formam. Quaecunque vero frequente quidem potiuntur per partes auxilio, possibilia tamen sunt scripta lege, ut communem omnibus praestent, in quibus opus habent, utilitatem, haec oportere putavimus et lege sancire, et tradere subiectis per se iuvantia, et non semper iussione Imperatorum egentia.

§ 1.—Semper igitur nobis importuni sunt alii quidem nos pro legatis relictis, non tamen praebitis, adeuntes, alii vero pro libertatibus, alii ob aliud quiddam, quod (5) transmittentes quidem hereditates dari quibusdam aut fieri constituerunt, indevote autem et res adeunt, et eas percipiunt, et quod est

(1) *Estas nuevas constituciones de Justiniano fueron publicadas en griego, de cuyo texto hay dos ediciones principales, una de Haloandro, y otra de Scrimger. De él se hizo la versión latina, que publicamos, por un autor antiguo y desconocido, á quien Cuyacio (8. obs. últ.) cree griego y erudito, en tanto que Molin. (quaest. 1. de usuris, n. 67.), lo considera ignorante de la construcción latina. Hay además de la antigua otras versiones latinas. Por último, hemos respetado la versión Novelas dada á la palabra novellae (nuevas, últimas), por hallarse consagrada por el uso, á pesar de su impropiedad é inexactitud.—N. del Tr.*

CONSTITUCION I

DE LOS HEREDEROS Y DE LA FALCIDIA
(Colección I. título I.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *gloriosísimo Prefecto, por segunda vez, de los sacros Pretorios de Oriente, ex-Consul y Patricio.*

Prefacio

Ocupados nosotros en todos los cuidados de la república, y eligiendo para pensar en ellas cosas de no poca monta, como quiera que los Persas están pacificados, y reducidos á la obediencia los Vándalos y los Moros, y habiéndola recobrado tienen los Carquedonios su antigua libertad, y los Tzanos, constituídos ahora por primera vez bajo la república de los Romanos, son contados entre los súbditos, cosa que hasta hoy todavía, sino bajo nuestro imperio, no les había concedido Dios á los Romanos, acúdennos también las propias solicitudes siempre comunicadas por nuestros súbditos, á cada una de las que damos la resolución competente. Y así, todas las cosas que ciertamente con frecuencia obtienen parcialmente auxilio, pero que como posibles se hallan escritas en las leyes, de suerte que presten común utilidad á todos, en los casos en que tienen necesidad, hemos considerado que debíamos sancionarlas en la ley, y concedérselas á los súbditos de modo que por sí mismas les favorezcan, y no necesiten constantemente el mandato de los Emperadores.

§ 1.—Así, pues, siempre nos importunan, dirigiéndosenos unos ciertamente por legados dejados, pero no pagados, otros por libertades, y otros por alguna otra cosa que los que transmiten herencias dispusieron que se diera ó se hiciera por algunos, los cuales aden, no obstante, sin respeto los bienes,

(2) *La constitución griega, publicada por Hal. y Scrimg., se halla casi íntegra en las Bás. XLI. 4, 1.—Scholi. a—i.—Julian. Const. 1. El texto es el de la versión de la antigua glosa.*

(3) *Así demostró que se debía puntuar en esta y en otras análogas constituciones Nic. Aleman; y luego Bimardo.*

(4) libertatem *así como* nisi nunc, *Trid.;* quamvis nunc, *inserta Port.*

(5) qui, *antes de* Concio.

iussum non faciunt, quum utique etiam a veteribus legislatoribus dictum sit, competentes deficientium dispositiones, quaecumque non repugnant legibus, omnibus modis impleri. Sed quoniam ita positas leges iam plerumque neglectas invenimus, reparare eas iudicavimus oportere, et tam viventibus praebere ex eis cautelam, quam morientibus hinc exhibere honorem.

§ 2.—Primum itaque illud est cogitandum, quia testantibus aliis quidem necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam, tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est filiis et nepotibus, et patribus atque matribus, interdum vero etiam fratribus, et si quam huiusmodi personam aut in iis, qui ex nobis sunt, aut ex quibus nos sumus, enumeraverunt leges, aliis autem nulla consistit necessitas partem dare quamlibet propriae substantiae sed sua potestas eis largitur ad quoscunque testator voluerit proferenda.

y los perciben, y no hacen lo que se dispuso, siendo así que también por los antiguos legisladores se dijo que de todos modos se cumplieran las competentes disposiciones de los que fallecen, que no pugnan con las leyes. Mas como hallamos ya en su mayor parte desatendidas las leyes sobre esto establecidas, hemos juzgado que era conveniente restablecerlas, y tanto darles con ellas seguridad á los vivos, como tributar así honor á los que fallecen.

§ 2.—Y así, se ha de considerar en primer lugar, que la ley impone ciertamente á algunos testadores la necesidad de distribuir alguna parte entre ciertas personas, como si esto se les debiera conforme á la misma naturaleza, esto es, á los hijos y nietos, y á los padres y á las madres, y á veces también á los hermanos, y á alguna persona de esta clase que las leyes enumeraron ó entre los que de nosotros descienden, ó entre aquellos de quienes venimos, pero que para otros no hay necesidad alguna de dar una parte cualquiera de sus propios bienes, sino que su potestad se los concede á quienes el testador hubiere querido que hayan de pasar.

Cap. I

His igitur a nobis praeordinatis, sancimus, eos, qui ab aliquibus scripti sunt heredes, aut meruerunt fideicommissa, per universitatem forsan, aut per speciem, aut legatum, necessitatem habere, quaecunque testator et honorans eos disposuerit, omnimodo ea complere, si quod praecipitur legitimum sit, aut si non illud aliqua lex prohibeat (1), vel, si non fiat ab eo, qui honoratus est, tamen ratum esse expresse iam demonstrat.

§ 1.—Si quis autem non implens quod dispositum est, sed dum competat ei, qui honoratus est, quod relictum est, etiam ex decreto iudicis admonitus annum totum protraxerit, non agens hoc, quod praeceptum est, si quidem aliquis illorum fuerit, qui necessario ex lege praecipiunt, in plus autem, quam quod lex ei dari vult, scriptus est heres, tantum accipiat solum, quantum lex ei dari secundum quartam ab intestato partem concedit, aliud vero totum auferri. Et si quidem etiam alii quidam scripti sunt heredes, accrescere illis secundum partem institutionis, quae unicuique distributa est; si vero nullus alter sit heres, aut sint quidem scripti quidam, non autem adeant hereditatem, tunc quod aufertur adiiciatur aliis rebus, et licentia praebeatur et legatariis, et fideicommissariis, et servis libertate honoratis adire, et haec acquirere, ita ut omnibus modis quod praeceptum est per testantem impleatur; cautione videlicet prius ab eis facta, secundum quod personarum vel rerum receperit modus, quia res accipientes agunt in eis, quae recte voluerunt testatores. Si vero nullus horum, de quibus testamento memoria facta est, voluerit adire, hoc est cohaeres, aut legatarius, aut fideicommissarius, aut servus libertate honoratus, tunc ad alios, quos lex ab intestato vocat post eum quidem, qui scriptus est, et legitima per hanc legem parte exclusus, deferri res, et similiter praebentes cautionem, quia compl[illegible] quae testamento continentur. Inordinatum vero nihil neque confusum nec in his fieri volumus, sed primus secundum ordinem vocatus post eum, qui iam exclusus est a lege nostra, ita vocetur prior, deinde qui post illum est, ita de cetero, donec ultimus relictus locum faciat etiam alicui exterius venientium et adire, et quae

Capítulo I

Habiendo sido, pues, ordenadas antes estas cosas por nosotros, mandamos, que los que por algunos fueron instituídos herederos, ó los que merecieron fideicomisos, acaso universales, ó en especie, ó un legado, tengan la necesidad de cumplir de todos modos cualquiera cosa que el testador y el que los honró hubieren dispuesto, si fuera legal lo que se les preceptúa, ó si alguna ley no lo prohibiera, ó, aunque no se haga por el que fué honrado, demuestra, sin embargo, expresamente que es válido.

§ 1.—Mas si no cumpliendo alguno lo que se dispuso, pero competiéndole al que fué honrado lo que se le dejó, y amonestado también por decreto del juez hubiere dejado transcurrir todo un año sin hacer lo que se le preceptuó, si verdaderamente fuere uno de los que por necesidad adquieren en fuerza de la ley, pero fué instituído heredero en más de lo que la ley quiere que se le dé, reciba solamente tanto cuanto la ley concede que se le dé abintestato con arreglo á la cuarta parte, pero privesele de todo lo demás. Y si verdaderamente también fueron instituídos herederos algunos otros, acrézcales con arreglo á la parte de la institución, que á cada cual le fué distribuída; mas si no hubiera ningún otro heredero, ó si ciertamente hubiera instituídos algunos, pero no adieran la herencia, en este caso lo que se quita añádase á los otros bienes, y déseles licencia así á los legatarios, como á los fideicomisarios, y á los esclavos honrados con la libertad, para adir y adquirir estos bienes, de suerte que de todos modos se cumpla lo que se preceptuó por el testador; prestándose, por supuesto, antes por ellos caución, según lo que requiriere la calidad de las personas ó de los bienes, de que recibiendo los bienes harán en ellos lo que rectamente quisieron los testadores. Mas si ninguno de éstos, de quienes se hizo memoria en el testamento, hubiere querido hacer la adición, esto es, el coheredero, ó el legatario, ó el fideicomisario, ó el esclavo honrado con la libertad, en este caso sean deferidos los bienes á los qúe la ley llama abintestato después ciertamente del que fué instituído, y excluído por esta ley con su porción legítima, prestando ellos igualmente caución de que cumplirán lo que se contiene en el testamento. Mas no queremos que en esto se haga

(1) *Trid., Port.*; prohibeat, *unvis inclusit Cont.*

relicta sunt implere; post quos etiam fiscum, si voluerit, ponimus. Etenim in legatariis et fideicommissariis hunc esse volumus ordinem, ut detur licentia aditionis priori per universitatem fideicommissario, aut multis exsistentibus, maiorem partem habenti, quoniam et in similitudinem heredis consistit, et maxime apud nos qui Trebelliano soli dogmati dedimus in talibus fideicommissis locum, Pegasiani circuitiones odio habentes et expellentes. Si vero aut non fuerit quispiam per universitatem honoratus, aut fuerit, sed noluerit agere quod iussum est, ad eos, qui maioribus propriis legatis aut fideicommissis honorati sunt, huiusmodi venire fiduciam; sic quoque servis dari tempus, qui libertate honorati sunt, et adire, et liberis cautum esse, et res percipere, et complere, quae iussa sunt, cum praedicta dudum cautione. Si vero nullus fuerit legatariorum vel fideicommissariorum per universitatem aut per speciem maiori parte aut in legato aut in fideicommisso honoratus, sed omnes aequalem habuerint fortunam, tunc proponi quidem etiam sic per universitatem fideicommissarios propter dictam iam dudum rationem, aut eum, qui ex eis voluerit implere quod praeceptum est; reliquos autem legatarios vel fideicommissarios, quicunque nihil alterutros in hoc, quod relictum est, antecedunt, etiam omnes, si voluerint, vocari, aut qui ex eis voluerint. Si vero nullus legatarius aut fideicommissarius elegerit hoc agere, damus servis licentiam libertate honoratis secundum ordinem denominationis, per quam eos dominus denominaverit, secundum hoc habere in alterutros praepositionem.

§ 2.—Et haec quidem omnia sancimus, ubi necessaria quaedam subiacet datio in aliquo, cui ex natura debetur quaedam successio a testatore et moriente. Si vero nulla subest huiusmodi persona in institutionibus, sed spontanea largitas dispositionis a testatore fiat, deinde scriptus heres non compleat quod praecipitur intra praedictum a nobis dudum tempus, illum quidem privari omnibus relictis, nihil penitus neque per Falcidiae occasionem, neque per aliam causam percipere valentem. Similiter autem talia obtinere. Et si quidem sint coheredes, hos vocari volumus, alioqui ad fideicommissarios, et legatarios, et servos, et omnes ab intestato, secundum prius a nobis traditum ordinem, res venire, ubique onere cohaerente, quatenus oporteat compleri ea, quae testator secundum legem, sicut prius diximus, imperavit.

§ 3.—Si vero institutio etiam substitutionem habuerit, certum est, quia prius ad substitutum volentem venient omnes res secundum legem complentem quae relicta sunt, et sic illo nolente tunc ad coheredes, et legatarios, et servos, et qui ab intestato, et qui extra sunt, et fiscum secundum a nobis datam observationem ea, quae auferuntur, venient, complentes ubique deficientium legitimas dispositiones; propterea namque etiam ad tantas respeximus successiones, ut non remaneat sine aditione ipsius morientis hereditas.

nada desordenada ni confusamente, sino que el llamado primero según el orden después del que ya fué excluído por nuestra ley sea llamado antes, y luego el que está después de él, y así sucesivamente, hasta que el último dejado de lugar también á alguno de los que vengan de fuera para adir los bienes, y para cumplir lo que se dejó dispuesto; después de los cuales ponemos también el fisco, si quisiere. Porque queremos que entre los legatarios y los fideicomisarios haya este orden, que se dé licencia para la adición primeramente al fideicomisario universal, ó, habiendo muchos, al que tuviere mayor parte, porque tiene semejanza de heredero, y principalmente para nosotros, que en tales fideicomisos dimos lugar al solo precepto Trebeliano, odiando y rechazando los rodeos del Pegasiano. Pero si ó no hubiere sido honrado ninguno con la universalidad, ó lo hubiere sido, pero no quisiera hacer lo que se dispuso, corresponda semejante facultad á los que fueron honrados con mayores legados propios ó fideicomisos; y de este modo déseles tiempo también á los esclavos, que fueron honrados con la libertad, para hacer la adición, tener como libres seguridad, percibir los bienes, y cumplir lo que se dispuso, con la caución ya antes establecida. Mas si ningún legatario ó fideicomisario universal ó especial hubiere sido honrado con la mayor parte ó por legado ó por fideicomiso, sino que todos tuvieren igual fortuna, en este caso sean ciertamente antepuestos también de este modo los fideicomisarios universales por la razón ya antes dicha, ó el que de ellos quisiere cumplir lo que se preceptuó; y sean llamados los demás legatarios ó fideicomisarios, que en nada preceden á unos ó á otros en lo que se dejó, también todos, si quisieren, ó los que de ellos quisieren. Pero si ningún legatario ó fideicomisario prefiriere hacer esto, les damos facultad á los esclavos honrados con la libertad, según el orden de la designación con que su señor los hubiere nombrado, para tener según esto prelación sobre unos ú otros.

§ 2.—Y sancionamos, á la verdad, todo esto para los casos en que hay cierta necesidad de dar á alguien, á quien por naturaleza se le debe alguna sucesión por el testador y difunto. Pero si en las instituciones no hay ninguna persona de esta clase, sino que por el testador se hiciera espontánea liberalidad de su disposición, y luego el heredero instituído no cumpliera lo que se le preceptúa, dentro del tiempo poco antes prefijado por nosotros, sea ciertamente privado de todos los bienes dejados, sin que pueda percibir absolutamente nada ni con ocasión de la Falcidia, ni por otra causa. Y tengan igualmente fuerza estas disposiciones. Y si verdaderamente hubiera coherederos, queremos que sean éstos llamados, y en otro caso, que los bienes pasen á los fideicomisarios, á los legatarios, á los esclavos, y á todos los sucesores abintestato, según el orden antes establecido por nosotros, siendo en todo caso inherente la carga de que se deberá cumplir lo que el testador dispuso con arreglo á la ley, según antes dijimos.

§ 3.—Mas si la institución tuviere también substitución, es cierto que todos los bienes pasarán primero al substituto que quiera, y que con arreglo á la ley cumpla lo que se dejó dispuesto, y de este modo, no queriendo él, pasarán entonces á los coherederos, y á los legatarios, y los esclavos, y á los herederos abintestato, y á los extraños, y al fisco, según la observancia establecida por nosotros, los bienes que se quitan, cumpliendo en todo caso las legítimas disposiciones de los que fallecen; porque nos hemos referido á tantas sucesiones por esto, para que no quede sin ser adida la herencia del mismo difunto.

§ 4.—Exheredatos autem liberos, si iuste a patre exclusi sunt, et nihil ex patris habeant voluntate, non vocamus neque respicimus, licet decies millies velint. Una est enim legis intentio, ut quae disposita sunt a morientibus impleantur; eum enim, qui ab ipso testatore propria substantia pulsus est, quomodo erit iustum vocare ad res, quarum eum ille per exheredationem factam in eum expressim fieri participem noluit? Si vero ablatam partem a non complente morientis voluntatem prius deduximus ad substitutos, deinde ad coheredes, et post illos ad legatarios et fideicommissarios, nec non et ad servos, et ita ad eos, qui ab intestato vocantur, et ad extraneos atque ad fiscum venimus, non absurde hoc factum est, nec inaniter, nec quasi aliquem lateat quod decet, sed ex providentia et secundum legem, ut finitis primum omnibus secundum testamenta personis, deinde abrenuntiantibus, ita ad eam, quae est ab intestato, vocationem et alios veniremus. In omnibus autem casibus, in quibus scriptis non complentibus vocamus aut ex testamento personas aut ab intestato, et ceteros (1), damus omnibus talibus personis fieri heredes, et aditionis aut pro herede gestionis habere ius (haec enim legis verba sunt), et tanquam heredes omnia gerere et conventos et convenientes. Haec quidem etiam antiquissimae leges ex propria auctoritate praestabant, et heredes faciebant, eos, qui neque scripti heredes, neque ab intestato ad hereditatem vocabantur. His omnibus obtinentibus, licet non ab herede, sed a legatario, aut fideicommissario, aut mortis causa percipiente dari aliquid aut fieri testator voluerit; eodem ordine in occasione ablatarum rerum servando, et inchoante quidem a substitutis legatariis, terminante vero in fisco. Et nullus hanc legem duram habeat, tanquam relictis privatus, sed considerans, quia omnibus hominibus terminus vitae est mors, et non solum ab allis ipse se percipere contempletur, sed cogitet, quia et ipse aliis moriens imperabit, et si non huius legis mereatur auxilium, nihil horum, quae cum omni studio disposuerat, ad effectum perducet. Non enim iis, qui sub nobis, neque qui nunc sunt solum hominibus, sed omni etiam post hoc currenti tempori legem ponimus.

Cap. II

Hinc nobis ingressa est cura et quaedam consideratio Falcidiae legis, quae etiam invitis testatoribus, si expendantur res per legata, praebet etiam retinere heredes, quantum eis impleat quartam substantiae. Et hic enim repugnare quidem (2) videntur voluntati deficientis, et incumbere legi talia permittenti. Sancimus igitur, quoniam tuenda nobis ubique est deficientium voluntas, heredes, si voluerint hac utilitate potiri, puram servare legis potestatem, et non per ea, quae forte subripiunt aut malignantur, introducere pertentent Falcidiam, quum utique, si nihil malignati essent, non forte competeret.

(1) extraneos et fiscum, *adicionan Port., y Cont. Estas palabras, que provienen del comentarista, faltan en Trid.*
(2) *Trid.*; quidam, *Cont.*

§ 4.—Mas no llamamos ni nos referimos, aunque lo quieran diez mil veces, á los hijos desheredados, si justamente fueron excluídos por el padre, y no tuvieran nada por voluntad de su padre. Porque la intención de la ley es una sola, que se cumplan las cosas que se dispusieron por los que fallecen; pero al que por el mismo testador fué excluído de los propios bienes, ¿de qué modo será justo llamarlo á los bienes, de que él no quiso expresamente que se hiciera partícipe, por medio de la desheredación hecha contra el mismo? Mas si la parte quitada al que no cumple la voluntad del que fallece la llevamos primeramente á los substitutos, luego á los coherederos, y después de ellos á los legatarios y á los fideicomisarios, y también á los esclavos, y de este modo llegamos á los que son llamados abintestato, y á los extraños, y al fisco, esto no se hizo absurda ni baldíamente, ni como si á alguien se ocultara lo que es conveniente, sino por providencia y con arreglo á la ley, á fin de que acabadas primeramente todas las personas conforme á los testamentos, y renunciando después ellas, lleguemos de este modo al llamamiento que procede abintestato, y á los demás. Mas en todos los casos, en que no cumpliendo los instituídos llamamos á las personas ó según el testamento, ó abintestato, y á los demás, les concedemos á todas las tales personas que se hagan herederos, y que tengan el derecho de adir ó de conducirse como heredero, (porque estas son las palabras de la ley), y hacerlo todo como herederos, ya siendo demandados, ya demandantes. Esto concedían ciertamente también antiquísimas leyes por propia autoridad, y hacían herederos á los que no eran llamados á la herencia ni como herederos instituídos, ni abintestato. Teniendo fuerza todas estas cosas, aunque el testador hubiere querido no que por el heredero, sino que por el legatario, ó por el fideicomisario, ó por el que percibe por causa de muerte se dé ó se haga alguna cosa; observándose el mismo orden con ocasión de privar de los bienes, comenzando también ciertamente por los legatarios substitutos, y terminando en el fisco. Y nadie tenga por dura esta ley, como si hubiera sido privado de los bienes que se le dejaron, sino que, considerando que para todos los hombres es la muerte el término de la vida, no atienda solamente á adquirir él de los demás, sino piense que también él al morir mandará á otros, y que, si no se tuviera el auxilio de esta ley, no llevará á efecto nada de lo que con todo cuidado hubiera dispuesto. Porque hemos dado esta ley no solamente para los hombres que viven bajo nosotros, ni para los que existen hoy, sino también para todo tiempo que transcurra después de éste.

Capítulo II

Aquí nos acudió la solicitud y cierta consideración de la ley Falcidia, que, aun contra la voluntad de los testadores, si los bienes se consumieran en legados, permite que también retengan los herederos cuanto les complete la cuarta parte de los bienes. Porque también en este caso se considera ciertamente que se hace oposición á la voluntad del difunto, y que esto es debido á la ley que permite tales cosas. Así, pues, mandamos, porque en todos casos ha de ser defendida por nosotros la voluntad de los que fallecen, que los herederos, si quisieren disfrutar de esta utilidad, guarden íntegra la autoridad de la ley, y no intenten introducir la Falcidia mediante las cosas que acaso substraen ó maquinan, porque ciertamente que, si nada hubiesen maquinado, quizá no competería.

§ 1.—Fiat igitur inventarium ab herede metuente, ne forte non habeat post debita (1) et legata Falcidiam, secundum modum et tempora, per quae dudum sancivimus, quando homines excepimus ex damno rerum suarum, in aditionibus statuentes onera usque ad substantiae relictae mensuram, illo adiecto solo, ut oporteat huiusmodi heredem, qui non creditorem solum, sed etiam legatarios et fideicommissarios veretur, et metuit non damnificari solum, sed etiam non lucrari, convocare omnes legatarios et fideicommissarios, quanticunque in eadem civitate sunt constituti, aut quosdam pro eis agentes, si forte personarum natura, aut dignitas, aut qualitas, aut aetas, aut quaelibet necessitas facultatem eis non dat ad inventarii praesentiam. Si vero absunt aliqui, interesse testes in ipsa civitate fide dignos, et possidentes substantiam, et optimae opinionis exsistentes non minus tres (tabulariis enim solis, quantum ad hoc competit, non credimus), coram quibus convenit fieri inventarium, ita ut supervenientibus legatariis, et querentibus forsan subreptum aliquid rerum, aut non manifestatum, licentia sit non solum per servorum examinationem causam quaerere (nam etiam hoc praebuimus per prolatam dudum a nobis in servilibus examinationibus observationem), sed etiam per iusiurandum heredis, et iusiurandum testium dicentium, se et adfuisse iis, quae gesta sunt, et vidisse quae tunc agebantur, et in nullo conscios esse factae ab herede malignitatis, sicque in iis, quae relicta sunt a testatoribus, invenire veritatem. Nisi forte praesentes legatarii omnes aut quidam contestatione (2) sibi praemissa noluerint venire, nec adesse inventario; tunc enim licentia erit heredi etiam non advenientibus legatariis contentum esse testium praesentia, et facere descriptionem, reposito etiam sic legatariis, et iureiurando heredis, et servorum examinatione, et his omnibus observatis habere ex Falcidia praesidium. Sic enim non videbimur neque legem ita hactenus approbatam minuere, neque iniustitiam facere morienti. Si enim omnino quidem sibi vult aliquos fieri heredes, et habere quandam consolationem ex sua successione, et arbitratur sufficientem se habere substantiam, non tamen hoc causae veritas ostendit, certum est, quia non haec contrarietas erit sententiae morientis, sed ignorantiae puritas illius.

§ 2.—Si vero non fecerit inventarium secundum hanc figuram, sicut praediximus, non retinebit Falcidiam, sed complebit legatarios et fideicommissarios, licet purae substantiae morientis transcendat mensuram legatorum datio. Et hoc dicimus non nostram minuentes legem, quam posuimus, ut nihil de proprio damnificentur heredes creditoribus, sed dabit eis poenam exactio suae malignitatis, cur transcenderit leges, ex quibus caute omnia agens nihil poterat damnificari, sed ex diverso etiam quae sunt ex Falcidia lege lucrari. Haec autem dicimus, ubi errans testator de sua substantia hoc egit, aut forte, quum debuisset etiam ampliorem quantitatem heredi relinquere,

§ 1.—Hágase, pues, inventario por el heredero, que tema que acaso no tenga la Falcidia después de pagados los débitos y los legados, en el modo y en el tiempo que antes fijamos, pues eximimos á los hombres de daño en sus propios bienes, determinando en cuanto á los adidos los cargos hasta la cuantía de los bienes dejados, añadiéndose esto sólo, que es conveniente que tal heredero, que teme no solamente á los acreedores, sino también á los legatarios y á los fideicomisarios, y que temió no solamente ser perjudicado, sino también no lucrar, convoque á todos los legatarios y fideicomisarios, que se hallan establecidos en la misma ciudad, ó á quienes por ellos actúen, si acaso la naturaleza de las personas, ó la dignidad, ó la calidad, ó la edad, ó cualquiera necesidad no les da posibilidad para presenciar el inventario. Pero si algunos están ausentes, intervengan no menos de tres testigos fidedignos de la misma ciudad, y que posean bienes, y sean de la mejor fama, (porque en cuanto á esto atañe no les damos crédito á solos los notarios), ante los que es conveniente que se haga el inventario, de suerte que los legatarios que comparezcan, y que se querellen de que acaso se substrajo, ó no fué manifestada, alguna cosa de los bienes, tengan licencia no solamente para investigar la cuestión por medio del examen de los esclavos, (porque también esto lo concedimos mediante la observancia promulgada antes por nosotros respecto al examen de los esclavos), sino también por medio de juramento del heredero, y de juramento de testigos, que digan que también ellos estuvieron presentes á lo que se hizo, y vieron lo que entonces se hacía, y que son sabedores de que en nada se cometió fraude por el heredero, y que de este modo hallan la verdad respecto á las cosas que fueron dejadas por los testadores. A no ser acaso que todos los legatarios presentes, ó algunos, no hubieren querido comparecer, habiéndoseles hecho antes la citación, ni presenciar el inventario; porque entonces tendrá facultad el heredero para contentarse, aun no compareciendo los legatarios, con la presencia de los testigos, y hacer el inventario, quedándoles también reservados de este modo á los legatarios el juramento del heredero y el examen de los esclavos, y, observadas todas estas cosas, tener el amparo de la Falcidia. Porque de este modo no parecerá que menoscabamos la ley hasta hoy aprobada, ni que hacemos injusticia al que muere. Porque si ciertamente quiere que de todos modos algunos sean herederos de él, y tener algún consuelo con su propia sucesión, y juzga que él tiene suficientes bienes, pero la verdad de la cosa no lo demuestra, es cierto que esta no será contrariedad de la disposición del que muere, sino la puridad de su ignorancia.

§ 2.—Mas si no hubiere hecho inventario en esta forma, según antes hemos dicho, no retendrá la Falcidia, sino que satisfará por completo á los legatarios y á los fideicomisarios, aunque la dación de legados exceda de la cuantía de la integridad de los bienes del que fallece. Y decimos esto no menoscabando nuestra ley, que promulgamos, para que en nada de lo suyo propio se perjudiquen los herederos á favor de los acreedores, pero la ejecución de su maldad les producirá pena, porque habrá infringido las leyes, en virtud de las que haciéndolo todo con seguridad podía no ser perjudicado en nada, sino, por el contrario, lucrarse también con lo que proviene de la ley Falcidia. Pero decimos esto,

(1) soluta, *adiciona Trid.*

(2) *Trid.*, constitutione, *Cont.*

pro minore disposuit; etenim etiam hoc errantis sententiae est, et non purae et integrae designationis. Si vero expressim designaverit, non velle heredem retinere Falcidiam, necessarium est testatoris valere sententiam, et aut volentem eum parere testatori, forsan etiam quaedam iuste et pie relinquenti, lucrum non in percipiendo, sed solummodo pie agendo habentem, et non videri sine lucro huiusmodi esse hereditatem, aut si parere noluerit, eum quidem recedere ab huiusmodi institutione, locum vero fieri, sicut dudum praediximus, substitutis, et coheredibus, et fideicommissariis, et legatariis, et servis, et iis, qui ab intestato sunt, et aliis, secundum prius a nobis inventam in talibus viam.

cuando errando el testador sobre sus bienes obró así, ó acaso cuando, habiéndole debido dejar al heredero una cantidad mayor, dispuso de otra menor; porque también esto es propio de la disposición del que yerra, y no de una determinación perfecta é íntegra. Mas si expresamente hubiere manifestado que no quería que el heredero retuviera la Falcidia, es necesario que tenga validez la disposición del testador, y que si quiere él obedecer al testador, que acaso le deja también justa y piadosamente algunas cosas, tenga el lucro no en percibir, sino solamente en obrar con piedad, y no considere que tal herencia es sin lucro, ó que, si no quisiere obedecerle, se aparte él ciertamente de tal institución, y haga lugar, según antes hemos dicho, á los substitutos y á los coherederos, fideicomisarios, legatarios, y esclavos, y á los que son herederos abintestato, y á los demás, conforme á la manera hallada antes por nosotros para tales casos.

Cap. III

Non autem dabimus licentiam heredi mensuram substantiae subtiliter agnoscenti solvere quidem mox ab initio quibusdam integra legata, et ad plenum sententiam testatoris servare (quod etiam praecedentium nos dicunt constitutiones), ab aliquibus autem retinere velle, neque ex parte quidem complere testatoris sententiam, ex parte vero eam minuere, sed omnino non errantem circa substantiae quantitatem, sed agnoscentem et mox sequentem sententiam testatoris per omnia eam sequi, et non ad peiora poenitere; neque enim hoc erit pure sequentis heredis. Sed neque concedimus eis ab initio scientibus quidem et incaute solventibus, postea lites percipientibus inferre, et recipere velle ab eis quodcunque contigerit exsolvisse eos. Oportet enim ante actionem cogitare et agere, et non cogitantem recte deinde transferri ad indevotionem, nisi forte iusta quaedam causa hoc introduxerit, inopinabili quodam aere alieno apparente, quod minuat substantiam, et locum receptioni faciat.

Capítulo III

Mas no le daremos licencia al heredero, que conoce con exactitud la cuantía de los bienes, para pagar ciertamente á algunos desde luego íntegros los legados, y observar en su plenitud la disposición del testador, (cosa que también disponen las constituciones de nuestros predecesores), pero para querer retenerles á otros alguna parte, ni tampoco para cumplir ciertamente en parte la disposición del testador, y en parte disminuirla, sino que en todos los casos el que no yerra en la cuantía de los bienes, sino que la conoce y desde luego se atiene á la disposición del testador, la seguirá en todo, y no se arrepentirá para hacer cosa peor; porque esto no será propio del heredero que ejecuta con puridad. Pero tampoco les permitimos á los que ciertamente desde un principio la conocen y pagan incautamente, que después promuevan litigios á los que cobraron, y quieran recobrar de ellos lo que les hubieren pagado. Porque es conveniente meditar antes la acción, y ejecutarla, y no que el que piensa bien se aplique después al incumplimiento, á no ser acaso que esto lo hubiere motivado alguna justa causa, por aparecer alguna deuda inopinada, que disminuya los bienes y dé lugar al recobro.

Cap. IV

Illud quoque prospeximus, ne tempus fiat longum in talibus quaestionibus. Nullam enim talium quaestionum aut litium transcendere anni tempus sancimus, necessitatem imponentes omnino intra annum post aditionem et legata solvi, et quae a testatore sunt relicta compleri secundum sui naturam, et omnia agi, quaecunque prius ediximus. Initium autem anno damus, sicut prius iam diximus, ab admonitione ex iudiciali decreto (1). Anno enim per culpam heredis transacto, tunc ille quidem cadet (2) relictis, alii vero ad haec venient, quos prius vocavimus.

Capítulo IV

También hemos procurado que no se invierta largo tiempo en tales cuestiones. Porque mandamos, que ninguna de tales cuestiones ó litigios exceda del tiempo de un año, imponiendo la necesidad tanto de que se paguen en todo caso dentro del año después de la adición los legados, cuanto de que se cumplan según su naturaleza las disposiciones que por el testador se dejaron, y se haga todo lo que antes hemos dicho. Pero dámosle comienzo al año, conforme ya antes dijimos, desde el aviso por decreto judicial. Pues transcurrido el año por culpa del heredero, en este caso decaerá él ciertamente de los bienes dejados, y vendrán á éstos los que antes hemos llamado.

§ 1.—Pupillis autem et minoribus aetate nihil nostra praeiudicat lex. Est enim eis, si quidem (3) secundum dictas a nobis causas laedantur (4), duplex quoddam subsidium, et per restitutiones, et per viam contra negligentes curatores (5). Non

§ 1.—Mas en nada perjudica nuestra ley á los pupilos y menores de edad. Porque tienen, si verdaderamente fueran lesionados por las causas dichas por nosotros, cierto doble recurso, tanto por medio de las restituciones, cuanto por la acción contra

(1) *Trid.*: facta, *adicionan Port., Cont. 59. y 76.*; admonitionem ex iudiciali decreto, *Cont.*
(2) *Trid.*; cadat, *Cont.*
(3) *Trid., y Port.*; si quidem etiam, *Cont.*
(4) ne laedantur, *Trid., Port., Cont. 59. y 76.*
(5) *Trid., Port., Cont. 59. y 76.*; tutores vél curatores, *Cont.*

autem excipimus a lege neque patronatus successiones; et ibi enim legitima eis servata parte, quam nos definivimus, quidquid ultra hanc eis relictum fuerit, et aliquid a libertis petiti fuerint, illi complere deinde si (1) noluerint, hunc ordinem tenere sancimus, quem inchoantes sacram nostram hanc constitutionem diximus, ita ut legalis quidem pars maneat apud eos pura talibus, reliqua vero veniat secundum viam a nobis nunc apertam in talibus, maxime quoniam in ipsa de iure patronatus posita a nobis constitutione ad similitudinem paene ingenuorum etiam libertinitates ordinavimus.

§ 2.—Quia vero duplex est testamentorum modus, aut in scriptam delatus dispositionem, aut in non scriptam voluntatem, haec omnia obtinere similiter et secundum aequam observationem et in non scriptis testamentis, et in omni ultima voluntate sancimus, et in omni persona sive privata, sive militari, sive sacerdotali, sive imperiali, sive alterius cuiuslibet. Communem namque omnibus hominibus hanc legem ponimus.

Epilogus

Haec nos, ut communiter omnibus prosint hominibus, scripsimus, quatenus et viventes relictis potiantur, et deficientes cum securitate moriantur, scientes, quia lex eis (2) etiam sepultis ministrabit (3), et quaecunque illi disposuerint, ad effectum ipsa perducet.

§ 1.—Quamobrem, quoniam communis haec utilitas omnibus est hominibus, fiant quidem a tua eminentia hinc praecepta cunctis declarantia legis virtutem, dirigantur autem et per provincias in omnibus gentibus, quae dudum fuerunt, et nunc a deo per nos sunt adiectae principatui Romanorum. Metropolitani vero iudices haec sumentes, sicut dudum sancitum a nobis est, unicuique dirigant civitati, nullusque manebit non audiens legem, quae neque in paupertate vivere, neque mori in anxietate permittit.

Dat. Kal. Ian. Constantinop., Flavio Belisario Viro Clarissimo Consule, Indictione decima tertia. [535.]

CONST. II (4)

DE NON ELIGENDO SECUNDO NUBENTES MULIERES, ET ALIENATIONE, ET LUCRO ANTENUPTIALIS DONATIONIS, ET DE SUCCESSIONIBUS EARUM, ET FILIIS SUIS

(Coll. I. tit. 2.)

Imperator Iustinianus *Aug.* Hermogeni, *gloriosissimo Magistro sacrorum Officiorum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Et ante nos legislatoribus romanis continuam legislationis occasionem emergentium causarum

(1) *Trid.*; si, *omitela Cont.*
(2) *Trid., y Port.*; eis, *omitela Cont.*
(3) *Trid., y Port.*; administrabit, *Cont.*

los curadores negligentes. Pero no exceptuamos de esta ley ni las sucesiones del patronato; porque también en ellas, habiéndoseles reservado la porción legítima, que nosotros hemos determinado, si además de esta se les hubiere dejado alguna cosa, y se les hubiere pedido algo por los libertos, y ellos no quisieren después cumplirlo, mandamos que rija el orden, que al comenzar esta nuestra sacra constitución expusimos, de suerte que quede ciertamente en poder de ellos para los tales la pura porción legal, y la restante siga por el camino abierto ahora por nosotros en estos casos, mayormente porque en la misma constitución, promulgada por nosotros sobre el derecho de patronato, hemos dispuesto también las cosas de los libertinos casi á semejanza de las de los ingénuos.

§ 2.—Mas como hay dos modos de testamento, declarándose la voluntad en disposición ó escrita, ó no escrita, mandamos que todo esto rija del mismo modo y con igual observancia así en los testamentos no escritos, como en toda última voluntad, y respecto á toda persona, ya privada, ya militar, ya sacerdotal, ya imperial, ya de otra cualquiera clase. Porque damos esta ley común para todos los hombres.

Epílogo

Hemos escrito estas disposiciones para que en común aprovechen á todos los hombres, á fin de que los vivos disfruten de lo que se les dejó, y los que fallecen mueran con seguridad, sabiendo que la ley les auxiliará aun estando sepultados, y que la misma llevará á efecto cualquiera cosa que ellos hubieren dispuesto.

§ 1.—Por tanto, como esta utilidad es común para todos los hombres, háganse ciertamente de aquí por tu eminencia edictos que á todos declaren la virtud de esta ley, pero diríjanse también por las provincias á todas las gentes, que ya antes estuvieron agregadas al principado de los romanos, y á las que por Dios lo han sido ahora por medio de nosotros. Pero al recibirlos los jueces metropolitanos, conforme ya antes fué sancionado por nosotros, diríjanlos á cada ciudad, y no quedará ninguno que no oiga esta ley, que no permite que alguien viva en la pobreza, ni que muera con ansiedad.

Dada en Constantinopla las Calendas de Enero, bajo el consulado de Flavio Belisario, varón muy esclarecido, Indicción décima tercera. [535.]

CONSTITUCIÓN II

DE QUE NO HAYAN DE ELEGIR LAS MUJERES QUE SE CASAN SEGUNDA VEZ, Y DE LA ENAJENACIÓN, Y DEL LUCRO DE LA DONACIÓN ANTENUPCIAL, Y DE LAS SUCESIONES DE ELLAS, Y DE SUS HIJOS

(Colección I. título 2.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Hermógenes, *gloriosísimo Maestre de los sacros Oficios, ex-Cónsul y Patricio.*

Prefacio

También antes que á nosotros, la variedad de las causas que surgían daba á los legisladores roma-

(4) *La constitución griega se halla en Scrimg., y falta en Hal.—Iulian. Const. 2. El texto es el de la versión de la antigua glosa.*

dabat varietas, et nos, omnem partem legislationis ordinantes (1) reipublicae, cunctam paene correctionem aliquando quidem pro egentium interpellationibus, aliquando vero in iudicialibus quaestionibus celebravimus, et multas leges hinc subiectis nostris conscripsimus, quale est, quod etiam nunc emergens ad hanc nos vocavit legem.

§ 1.—Gregoria enim supplicavit, dicens, habuisse se dudum virum, et duos fecisse filios, masculum et feminam, et extulisse quidem maritum, plurimumque (2) a filio experta favorem existimavit oportere, ne relinqueret eum sine remuneratione, nec extra competentem honorem dimitteret. Igitur antenuptialem donationem, licet non veniens ad secunda vota, tamen restituit et dedit filio, qui tamen non vivens ei permansit, sed abiit ex hominibus, antequam ad secundas venire vellet nuptias mater. Et lex tam antiqua quam nostra vocavit ambas, et filiam et matrem ad minoris successionem. Et si quidem in prioribus mater nuptiis permansisset, nulla quaestio fuerat, sed illa quidem ad virum descendit secundum, usumfructum, qui fuerat, omnem habens antenuptialis donationis; sic enim eam etiam omnem donavit, ut usus quidem apud eam remaneret, proprietas autem fieret apud filium. Omnem vero proprietatem filia percipere minabatur, non secundum quantum heres erat fratris, sed secundum quantum pater dederat matri, dicens, nullam fiduciam habere matrem ad secunda vota migrantem, proprietatem habere donationis quacunque ratione. Verum mater nequaquam hoc antenuptialem esse donationem omnino affirmabat, sed permixtam iam rebus filii, et tanquam hereditatis, non adhuc tanquam donationis exsistentis, competere ei sex unciarum et proprietatem et usum habere. Et non solum hoc dubitabatur, sed etiam de ipsa hereditate fratris contra eam filia reluctabatur, matre quidem petente eius hereditatem pro media parte, secundum quam eam nos ad hereditatem filii vocavimus una exsistente sorore, morienti vero filio (3), cum ea vocata, filia vero obtinere hereditatem fratris valde fortiter ex prioribus sanctionibus insistente, et dicente, quia mater, si quidem ad secundas nuptias non venisset, recte vindicaret hereditatem filii, venientem vero ad virum alterum, omnino privari iis, quae ex paterna substantia filius acquisivit, quia si post secundas nuptias filius mortuus esset, undecunque acquisita esset ei substantia, ipsa esset domina, haec constitutionibus ambabus volentibus, quae talia decernunt. Mater quidem valde crudeliter habere constitutiones illas, et indignas (4) clementia nostrorum temporum affirmabat, veruntamen usa est a nobis posita constitutione, dicens, hanc non subdi contitutionibus prioribus, atque matres quidem nondum ad virum secundum venientes cum filiis vocari, quae vero secundis copulantur nuptiis, nequaquam; hic autem etiam aliquid adesse peregrinum; se enim in filium largitatem conferentem occasione electionis rursus donationem (5) potius recepisse videri, quam sic simpliciter lucrum irrationabile habere. Haec nos diu perscrutantes, et omnem talium electionum et hereditatum contemplationem considerantes, oportere credidimus communem super his scribere legem,

nos continua ocasión para legislar, y nosotros, ordenando toda la parte de la legislación de la república, hemos hecho una corrección casi total, unas veces ciertamente por súplicas de los que la necesitaban, y otras en las cuestiones judiciales, y de aquí que hayamos escrito muchas leyes para nuestros súbditos, y que surgiendo también ahora un caso nos haya movido á hacer esta ley.

§ 1.—Mas todo lo que por nosotros ha sido sancionado en todas nuestras sacras constituciones, que antes, y que ahora han sido promulgadas respecto á los clérigos, ó á los monjes, ó á los monasterios, lo declaramos común así para los varones como para las hembras, y tanto para los monasterios como para las casas de ascetas, no distinguiendo en cuanto á ellos varón ó hembra, porque, según dijimos antes, todas las cosas consisten en una sola, en Cristo.

Epílogo

Por tanto, hagan saber todas estas cosas los santísimos patriarcas á los metropolitanos, amantes de Dios, dependientes de ellos, y manifiéstenlas éstos á los obispos, amantes de Dios, á ellos subordinados, y háganselas conocer éstos á los monaste-

(2) *Trid.*; autem gradum, *Cont.*

per omnia domini cultura maneat undique incorrupta. Imminebunt enim maximae poenae ista transgredientibus (dicimus autem de caelo), quas necesse est rectorum dogmatum contemtoribus imminere. Et nostrae siquidem reipublicae iudices, si haec eis nuncientur, omnibus studeant modis ea, quae sacris regulis continentur, quas nostra sequitur lex, ad effectum perduci procurare. Nam nec illos deserit poena haec negligentes. Quapropter sequentem haec tuam sanctitatem decet omnibus sub se positis sanctissimis metropolitanis haec facere manifesta.

Dat. XVI. Kal. April. Constantinop. BELISARIO V. C. Cons. [535.]

CONST. VI (1)

QUOMODO OPORTEAT EPISCOPOS ET RELIQUOS CLERICOS AD ORDINATIONEM ADDUCI, ET DE EXPENSIS ECCLESIARUM

(Coll. I. tit. 6.)

Imp. IUSTINIANUS *A.* EPIPHANIO, *Archiepiscopo et Patriarchae Constantinopolitano.*

Praefatio

Maxima quidem in hominibus (2) sunt dona dei a superna collata clementia, sacerdotium et imperium, illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis praesidens ac diligentiam exhibens; ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, quum utique et pro illis ipsi semper deo supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique et apud deum fiducia plenum, imperium autem recte et competenter exornet traditam sibi rempublicam, erit consonantia quaedam bona, omne, quidquid utile est, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera dei dogmata et circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis bona dabuntur a deo, et ea, quae sunt, firma habebimus, et quae nondum hactenus venerunt, acquiremus. Bene autem universa geruntur et competenter, si rei principium fiat decens et amabile deo. Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam iusti et laudandi (3) et adorandi inspectores et ministri dei verbi tradiderunt apostoli, et sancti patres custodierunt et explanaverunt.

Cap. I

Sancimus igitur, sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequente omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius eius vitam secundum sanctum apostolum, si

(1) *El texto griego se halla en Scrimg. y falta en Hal.— Un epítome de toda la Novela se encuentra en Coll. const. eccl. III. 1. 1. Varios capítulos en los cinco primeros de la colec. de 87. capítulos.—Iulian. const. 6. — El texto latino es el de la antigua versión de la glosa.*

CONSTITUCIÓN VI

DE CÓMO ES CONVENIENTE QUE SEAN PRESENTADOS PARA LA ORDENACIÓN LOS OBISPOS Y LOS DEMÁS CLÉRIGOS, Y DE LOS GASTOS DE LAS IGLESIAS

(Colección I. título 6.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* EPIFANIO, *Arzobispo y Patriarca de Constantinopla.*

Prefacio

Son ciertamente muy grandes dones conferidos á los hombres por la superior clemencia de Dios el sacerdocio y el imperio, sirviendo aquél ciertamente á las cosas divinas, y presidiendo éste y poniendo su diligencia en las humanas; y procediendo ambos de un mismo principio decoran la vida humana. Y por esto nada será de tanto estudio para los emperadores como la honestidad de los sacerdotes, porque ciertamente que también por ellos suplican siempre éstos á Dios. Porque si el sacerdocio estuviera ciertamente en todo exento de culpa y lleno de confianza en Dios, y el imperio rigiera recta y competentemente la república á él encomendada, habrá una buena concordancia, que producirá para el género humano todo lo que es útil. Así, pues, nosotros tenemos grandísima solicitud por los verdaderos dogmas de Dios y por la honestidad de los sacerdotes, y creemos que guárdandola estos se nos darán por medio de ella los mayores bienes por Dios, y tendremos en firme los que existen, y adquiriremos los que todavía hasta hoy no llegaron. Mas todas las cosas se hacen bien y convenientemente, si á las cosas se les da principio conveniente y grato para Dios. Y creemos que esto habrá de suceder, si se guarda la observancia de las sagradas reglas, que nos enseñaron los apóstoles justos y dignos de alabanza y de adoración, inspectores y ministros de la palabra de Dios, y que guardaron y explanaron los santos padres.

Capítulo I

Mandamos, pues, siguiendo en todo las sagradas reglas, que cuando en todo tiempo futuro sea alguien presentado para la ordenación del episcopado, se considere antes su vida conforme al santo

(2) omnibus. *Trid., y Port.*

(3) Iusti laudandi, *Trid., adulteración, á lo que parece, de* Iuste laudandi.

honesta, et inculpabilis, et undique irreprehensibilis sit, et in bonis testimonium habeat, et sacerdotem decens.

§ 1.—Et neque ex officiali aut ex curiali veniat fortuna, nisi tamen ex novella aetate, secundum quod iam dispositum est, in monasterio consultutus fortuna liberetur, quartam tamen prius substantiae reddens curiae.

§ 2.—Neque enim ex idiota et his, qui (1) vocantur laici, exsistens et ita (2) mox ad episcopatum ascendens (3), nec imaginariam suscipiat ordinationem, tanquam modo quidem idiota, mox autem clericus, deinde parvum aliquod tempus praeteriens episcopus appareat.

§ 3.—Et neque uxori alii copulatus, sed aut in virginitate degens a principio, aut uxorem quidem habens, ex virginitate autem ad eum venientem, et non viduam, neque seiunctam a viro, neque concubinam.

§ 4.—Neque filios aut nepotes habens neque cognitos legi, neque illi odibiles; alioqui qui praeter hoc aliquid agit et ipse cadet sacerdotio, et qui eum ordinat foris episcopatum sectabitur, hanc legem offendens.

§ 5.—Sed neque pecuniis oportere emere sacerdotium ei permittimus; solum vero eum respicere domini rei culturam volumus, et non plurimis humanis cogitationibus distrahi.

§ 6.—Sed neque ineruditus exsistens sacrorum dogmatum ad episcopatum accedat.

§ 7.—Prius autem aut monachicam vitam professus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohaerens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super deo amabilibus episcopis quaerimus, sicut etiam prius duabus nostris sacris constitutionibus hoc sancitum est, per quas dudum cohaerentes uxoribus non perscrutamur, omne praeteritum relinquentes, de cetero autem nulli permittentes a positione legis uxorem habenti talem imponi ordinationem. Quam legem etiam nunc renovamus, ne forte, si praeter hoc aliquid fiat, et ipse cadat sacerdotio, et ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus aut ex monachis, aut ex clericis sit, etiam in huiusmodi vita testimonii boni, vita bonus et honestus, et gloria fruens bona, et hoc fundamentum pontificatus deponens suae animae.

§ 8.—Sed etiam sic eum constitutum et ad episcopatum praeparatum competens est venerabiles et undique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta et inviolata nostra suscipit fides, et catholica dei apostolicaque disposuit et tradidit ecclesia, et dum ex frequente earum lectione transierit, qui ad ordinationem deducitur, tunc is, qui ordinationem impositurus est, interroget eum, si sufficiens est custodire et agere, quae sacrae regulae sancierunt. Et si quidem ille declaraverit et dixerit, praecepta sacrarum regularum non se valere servare, nullo modo ei ordinationem imponi; si vero susceperit, et dixerit, quia, quantum homini est possibile, complebit haec, quae his continentur, tunc monere eum et dicere, quia, nisi haec observaverit, et a deo alienus erit, et cadet a iam dato honore, et neque civiles leges delictum

apóstol si es honesta y sin culpa, y en todo irreprensible, y si tiene testimonio de actos buenos, y cual conviene á un sacerdote.

§ 1.—Y no proceda de condición de oficial ó de curial, á no ser, sin embargo, que desde su tierna edad se haya librado, según lo que ya antes se dispuso, de su condición habiéndose constituído en un monasterio, pero entregando antes á la curia la cuarta parte de sus bienes.

§ 2.—Porque tampoco un ignorante ni uno que sea de los que se llaman láicos reciba, ascendiendo así desde luego al episcopado, imaginaria ordenación, como si siendo ciertamente ahora ignorante, é inmediatamente clérigo, apareciera después obispo transcurriendo algún breve tiempo.

§ 3.—Y tampoco el unido á otra mujer, sino el que vive en virginidad desde un principio, ó el que ciertamente tiene mujer, pero que se unió á él siendo vírgen, y no viuda, ni separada de su marido, ni concubina.

§ 4.—Tampoco el que tenga hijos ó nietos ni reconocidos por la ley, ni odiosos para ella; de otra suerte, el que contra esto hace alguna cosa perderá el sacerdocio, y el que lo ordena saldrá fuera del episcopado, faltando á esta ley.

§ 5.—Pero tampoco le permitimos que pueda comprar el sacerdocio con dinero; sino que queremos que él solamente atienda al culto del Señor Dios, y que no se distraiga con muchos pensamientos humanos.

§ 6.—Pero tampoco llegue al episcopado el que sea ignorante de los sagrados dogmas.

§ 7.—Mas ó profese antes la vida monástica, ó forme parte del clero no menos de seis meses, pero no esté unido á mujer, ni tenga hijos ó nietos. Porque de todos modos requerimos esto en cuanto á los obispos, amantes de Dios, según también se dispuso antes en dos sacras constituciones nuestras, con las que no hacemos investigaciones respecto á los ya unidos antes á mujeres, prescindiendo de todo lo pasado, pero no permitiendo en lo sucesivo desde la publicación de la ley que á nadie que tenga mujer se le confiera esta ordenación. Cuya ley renovamos también ahora, no sea que si acaso contra esto se hiciera alguna cosa él pierda el sacerdocio, y haga que de igual manera sea excluído el que lo ordenó. Así, pues, el que haya de ser ordenado obispo sea, ó monje ó clérigo, de buena reputación también en este género de vida, bueno y honesto en su vida, y disfrute de buena fama, siendo además esto lo que ponga en su alma el fundamento de su pontificado.

§ 8.—Mas es lo procedente, que el así dispuesto y preparado para el episcopado lea antes de la ordenación las regias venerables y en todas sus partes aprobadas, que admitió nuestra recta é inviolada fe, y que dispuso y enseñó la católica y apostólica iglesia de Dios, y cuando el que es presentado para la ordenación hubiere pasado por una frecuente lectura de aquellas, pregúntele entonces el que le ha de conferir la ordenación si es capaz de guardar y de hacer lo que dispusieron las sagradas reglas. Y si verdaderamente él declarare y dijere, que él no podía guardar los preceptos de las sagradas reglas, no se le confiera de ningún modo la ordenación; pero si las aceptare, y dijere que, en cuanto le es posible al hombre, cumplirá lo que en ellas se contiene, entonces amonéstele y dígale que, si no lo observare, será ajeno para Dios, y decaerá

(1) *Trid.*; neque enim idiota neque ex iis qui, *Port.*; neque enim idiota ex iis qui, *Cont.*

(2) *Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*

(3) *Trid.*; ascendat, *Port., y Cont.*

inultum relinquent, eo quod a praecedentibus nos Imperatoribus et a nobis ipsis recte dictum est, oportere sacras regulas pro legibus valere; et si etiam sic permanserit causam amplectens, tunc super his professionibus unumquemque sacram suscipere episcopatus ordinationem.

§ 9.—Et hanc non pecuniis emere, neque per rerum aliquarum dationem suscipere, sed puram percipere et sine mercede, tanquam (1) a deo datam. Nam si etiam alia omnia habeat utilia, quae prius a nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatum etiam emisse, sciat, se et ab episcopatu casurum, et hoc munus retributurum ordinanti, ut et ille episcopatum amittat, et a clero cadat, et utrique causa talem praestet retributionem, ut et hic quidem non adipiscatur, quae sperabat, ille autem etiam quae habebat amittat. Veruntamen pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis sanctissimae assignandis ecclesiae, sive episcopus sit accipiens, et propterea a sacerdotio cadens, sive etiam quilibet (2) in clero constitutorum. Nam et illi aequam imponimus poenam, ut ab ordine, quem inter sacerdotes habuerit, cadat, et reddat aurum, aut res, quae ordinationis occasione datae sunt, iniuriam passae quantum ad ipsum ecclesiae. Si quis autem extraneorum sit, et non in clero constitutus, qui aurum aut rem (3) propter patrocinium ordinationis accepit, et maxime si administrationem aliquam gerat, habebit quidem ipse a deo poenam, et succedent ei de caelo supplicia, verum tamen etiam illud, quod datum est, totum ablatum ab eo sanctissimae ecclesiae omnibus reddatur modis in duplum. Insuper etiam si quam administrationem habet, ea cadat, et perpetuo exsilio condemnetur. Illud quoque sciat aperte, qui pecuniis aut rebus (4) emerit praesulatum, quia, si prius diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium veniat, non solum cadat episcopatu, sed nec prior ei relinquetur ordo, presbyterii forsitan aut diaconatus. Amittet etenim etiam illud, utpote decentia indigne concupiscens, et omni sacerdotali excludetur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tempore eum, qui imponit eam illi, coram omni fideli populo sanctissimae ecclesiae haec omnia praedicere, ut agnoscens eum omnia, quae prius dicta sunt a nobis habere, ad sacram eum deducat ordinationem, ut etiam ille coram omnibus haec audiens non solum habeat dei timorem, sed etiam coram omnibus denuntiationem et professionem erubescat.

§ 10.—Si quis autem talis quidem esse putetur, et ad episcopatus ordinationem transeat, contradicat autem aliquis, atque dicat, conscium se esse alicuius illicitorum eius, non prius mereatur episcopatus ordinationem, quam examinatio querimoniarum fiat, et appareat undique innoxius. Quodsi etiam post huiusmodi contradictionem non passus is, qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi causae, currat ad ordinationem, sciat, quod ab eo fit pro nihilo esse. Sed et is, qui contra legem facit, cadet sacerdotio, et qui sine probatione imponit ordinationem, et ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali, reus autem

del honor que ya se le confirió, y tampoco las leyes civiles dejarán sin castigo el delito, porque tanto por los Emperadores que nos precedieron como por nosotros mismos se dijo con razón, que era conveniente que las sagradas reglas tuvieran validez como leyes; y si aun así permaneciere abrazando la causa, entonces, con estas confesiones, reciba el que sea la sagrada ordenación del episcopado.

§ 9.—Y no compre ésta con dinero, ni la reciba mediante la dación de algunas cosas, sino obténgala pura y sin retribución, como dada por Dios. Porque aunque tenga todas las otras útiles condiciones, que antes se dijeron por nosotros, si no obstante pareciera que también compró con dinero ó con cosas el episcopado, sepa que él saldrá del episcopado, y que al que lo ordenó lo retribuirá con este beneficio, que también él perderá el episcopado, y saldrá de la clerecía, y el caso dará á ambos esta retribución, que uno no alcance ciertamente lo que esperaba, y que el otro pierda también lo que tenía. Mas el dinero y las cosas que se dieron con ocasión de la ordenación habrán de ser adjudicados á la santísima iglesia, ya sea obispo el que los reciba, y el que por ello haya salido del sacerdocio, ya también otro cualquiera de los constituídos en clerecía. Porque también le imponemos igual pena, que pierda el orden que entre los sacerdotes hubiere tenido, y entregue el dinero ó las cosas, que con ocasión de la ordenación se dieron, á la iglesia que por causa de él sufrió la injuria. Mas si fuera algún extraño, y no estuviese en la clerecía, el que recibió dinero ó cosas por su patrocinio para la ordenación, y principalmente si desempeñara alguna administración, él tendrá ciertamente la pena impuesta por Dios, y del cielo caerán sobre él suplicios, pero habiéndosele quitado también todo lo que se le dió se le entregará de todos modos en el duplo á la santísima iglesia. Y además, si tiene algún cargo, lo perderá, y será condenado á destierro perpétuo. Sepa también de cierto el que con dinero ó con cosa hubiere comprado el episcopado, que, si antes fuera diácono ó presbítero, y después llegara por favor al sacerdocio, no solamente perderá el episcopado, sino que tampoco se le dejará el orden anterior, acaso del presbiteriado ó del diaconato. Porque lo perderá también por haber anhelado cosas que indignamente le corresponden, y será excluído de todo orden sacerdotal. Mas es conveniente que al mismo tiempo de la ordenación manifieste el que se la confiere todo esto ante el pueblo fiel á la santísima iglesia, para que sabiendo que aquel tiene todo lo que por nosotros ha sido antes dicho, lo presente para la sagrada ordenación, y para que también él, oyendo esto en presencia de todos, no solamente tenga el temor de Dios, sino que también se avergüence de la denuncia y de la declaración ante todos.

§ 10.—Mas si se considerara que alguno es ciertamente así, y pasara á la ordenación del episcopado, pero alguien se opusiera, y dijese que él es sabedor de alguna cosa ilícita del mismo, no obtenga la ordenación del episcopado antes que se haga el examen de la querella, y aparezca de todo punto inocente. Pero si aun después de tal oposición, no habiendo consentido el que confiere la ordenación que se haga legal examen de la causa, se apresurara para la ordenación, sepa que es nulo lo que se hace por él. Mas también perderá el sacerdocio el que obró contra la ley, y el que le confiere sin prueba la ordenación perderá ciertamente del mismo

(1) *Trid.*; et tanquam, *Port., y Cont.*
(2) *Trid.*; quilibet alius, *Port., y Cont.*
(3) *Trid.*; aliquam rem, *Port., y Cont.*
(4) *Trid.*; rebus aliis, *Port., y Cont.*

erit deo, qui praecipue omnium quaerit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is, qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator, aut in ipso principio neque in examinatione persistere confidat, segreget istum in perpetuum a sacra communione is, qui ordinationem facere vult, ut non ipsa falsitas impunita sit. Sicut enim bonam gloriam in eo, qui ordinandus est, quaerimus, ita etiam calumniam in eo, qui frustra accusavit, punimus. Si vero nemo accusaverit omnino, aut in totum denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare, sicut praediximus, non valuerit accusationem veram, tunc oportet eum, qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa et meliora cognoscit praeceptorum, et non incurrit ad vitam impunitam, huiusmodi eruditus verbo et opere corporis sapientia (1).

modo la sede sacerdotal, y será reo para Dios, que sobre todas las cosas requiere la pureza de sus sacerdotes. Mas si ó hecho el examen se probara que es calumniador el que se opone á la ordenación, ó en el mismo principio no confiare en persistir en el examen, sepárelo para siempre de la sagrada comunión el que quiere hacer la ordenación, de suerte que no quede impune su misma falsedad. Porque así como requerimos buena reputación en el que ha de ser ordenado, así también castigamos la calumnia en el que acusó baldíamente. Pero si absolutamente nadie hubiere acusado, ó el denunciante no llevare á término el examen de la acusación, ó hecho el examen no hubiere podido demostrar, según antes dijimos, que era verdadera la acusación, en este caso es conveniente que el que de tantos modos hubiere aparecido inculpable llegue á la ordenación hacedera. Porque el que así es ordenado conoce por ello muchos y los mejores preceptos, y no incurrirá en una vida sin freno, instruído de este modo de palabra y por trabajos corporales en la sabiduría.

Cap. II

Et illud etiam definimus, ut nemo deo amabilium episcoporum foris a sua ecclesia plus, quam per totum annum deesse audeat, nisi hoc per imperialem fiat iussionem (tunc enim solum erit inculpabile); sacratissimis patriarchis uniuscuiusque dioeceseos compellentibus deo amabiles episcopos suis inhaerere sanctissimis ecclesiis, et non longo itinere separari, neque in peregrinis demorari velle, neque sanctissimas ecclesias negligere, neque annum excedere, quem et ipsum propter misericordiam constituimus. Si vero ultra annum erraverit, et dereliquerit, et non ad episcopatum remeaverit proprium, neque imperialis aliqua eum, sicut praediximus, detineat iussio, tunc, si quidem sit metropolita, circa ecclesiasticam dispositionem segregatum regionis illius patriarcha rovocet quidem cum legitimis inclamationibus, servans ubique sacrarum regularum observantiam (2). Si vero maneat per omnia inobediens, expellatur a sacro episcoporum choro, et alium introducat huiusmodi et reverentia et verecundia et honestate dignum. Si vero non metropolita, sed aliorum episcoporum aliquis sit, qui erraverit, haec omnia a metropolita fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat occasionem, si dixerint, propterea proprias derelinquere ecclesias, propterea quod litium causas, aut aliarum rerum propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium circumlustrant, et hic constituti adhaerent, aut in aliis veniunt locis. Hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine, quam necesse est episcopum habere, ministeria lustrent peregre, et expendant, et neque ullum sanctissimis ecclesiis lucrum, neque ullum praebere iuvamen, neque secundum quod decet sacerdotem proprium habere habitum, praesertim quum liceat (3), si quaedam sint lites forte sanctissimis ecclesiis, propter quas has occasiones asserunt (4), hoc per eos, qui sub ipso sunt religiosos clericos, aut apocrisiarios, aut oeconomos movere, et petitiones (5) ad imperium dirigere, impetrare autem sperata. Propterea sancimus, si quando propter ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos, qui res agunt sacrarum ecclesiarum, quos apocrisiarios vocant, aut per aliquos

Capítulo II

Y también mandamos, que ninguno de los obispos, amantes de Dios, se atreva á estar fuera de su iglesia más de un año completo, á no ser que esto se haga por mandato imperial, (porque solamente entonces estará éste exento de culpa); compeliendo los sacratísimos patriarcas de cada diócesis á los obispos, amantes de Dios, á estar en sus santísimas iglesias, y á no separarse á larga distancia, y á no querer demorarse como peregrino, y á no desatender las santísimas iglesias, ni á excederse del año que por conmiseración hemos determinado. Pero si anduviere errante más de un año, y lo abandonare, y no volviere á su propio episcopado, sin que lo retenga, según antes hemos dicho, algún mandato imperial, en este caso, si fuera metropolitano, llame al que se ausentó, ciertamente con las citaciones legales, con arreglo á las disposiciones eclesiásticas, el patriarca de aquella región, guardando en todo la observancia de las sagradas reglas. Mas si permaneciera desobediente en todo, sea expulsado del sagrado coro de los obispos, y ponga otro en su lugar, digno de tal veneración y respeto y honor. Pero si no fuera metropolitano, sino alguno de los otros obispos, el que anduviere errante, háganse todas estas cosas por el metropolitano. Y ninguno de ellos tome pretexto para esto, diciendo que abandonaba sus propias iglesias porque por causa de litigios, ó de otros negocios propios, ó que respectan á las sagradas iglesias, recorrían lugares, y permanecían en ellos, ó se dirigían á otras localidades. Porque no hay razón conveniente para que anden de viaje con la muchedumbre de servidores que necesita tener un obispo, y gasten, y no proporcionen á las santísimas iglesias ningún lucro ni ventaja alguna, ni tengan los propios hábitos, conforme á lo que es conveniente á un sacerdote, principalmente siendo lícito, si acaso tuvieran algunos litigios las santísimas iglesias, por razón de los que toman ellos estos pretextos, promoverlos por medio de los religiosos clérigos, ó apocrisiarios, ó ecónomos, que les están subordinados, y dirigir sus peticiones al Emperador, é impetrar las resoluciones esperadas. Por lo tanto, mandamos, que si alguna vez sobreviniere con motivo referente á la iglesi

(1) *Así Trid., pero antes de* sapientia, *como otras muchas veces en esta edición, se pone* et, *como si esta conjunción fuera expletiva;* eruditus animo, verbo et opere corporis et sapientia, *Port., y Cont.*

(2) observationem, *Trid.*
(3) quum liceat, *omitenlas Trid., y Port.*
(4) afferunt, *Trid.*
(5) non, *adicionan Trid., y Port.*

clericos huc destinatos, aut oeconomos suos notam imperio facere, aut nostris administratoribus, ut impetrent quod competens est, et non hoc deo amabilibus episcopis erroris et absentiae, et sanctissimis ecclesiis laesionis occasionem fieri, tam in provincia ecclesiasticis rebus per absentiam eorum neglectis, quam etiam hic expensis multis ab ipsis factis, nec non peregre habitatione non habili constituta, et undique causa nullum iuvamen, magis autem laesionem ecclesiis sanctissimis inferente.

alguna necesidad, la hagan saber al Emperador ó á nuestros administradores por medio de los que gestionan los negocios de las sacras iglesias, á quienes llaman apocrisiarios, ó de algunos clérigos aquí enviados, ó de sus ecónomos, para que impetren lo que sea procedente, y esto no dé á los obispos, amandos de Dios, ocasión para andar errantes y estar ausentes, y de lesión á las santísimas iglesias, tanto por quedar desatendidos con su ausencia los asuntos eclesiásticos en la provincia, cuanto también por los muchos gastos hechos aquí por los mismos, y por no tener en su viaje habitación conveniente, y por no producir esto en absoluto ninguna utilidad, sino antes bien lesión, á las santísimas iglesias.

Cap. III

Non autem aliter aliquem deo amabilium episcoporum praesumere dirigere se ad hanc felicissimam civitatem, priusquam, si quidem quis (1) episcopus sit, litteras acceperit proprii metropolitae ad imperium, et quae secundum divinas regulas probabilia vocantur, testimonium perhibentia necessitatis eius praesentiae. Si vero metropolita sit, qui proficisci vult, litteras sumat eiusdem dioeceseos patriarchae, eius praesentiam necessariam esse dicentes, et sic oportere Imperatorem iubere hunc praesentari, et non temere et sine conscientia metropolitarum aut patriarcharum proficisci, pro eo, quod hoc divinis interdictum est regulis; ut huc advenientes non praesumant per semetipsos se prius pronunciare ad imperium, sed primitus aut ad deo amabilem patriarcham proficisci, aut ad uniuscuiusque dioeceseos, ex qua sunt, apocrisiarios, et cum ipsis conferant causas, propter quas venerunt, et ingredi ad imperium eius, et deinceps imperiali perfrui adspectu. Mox quam (2) Imperanti adstiterint, liceat quidem petentibus episcopis aut per eos, qui vocantur referendarii sanctissimae maioris ecclesiae, aut per religiosos apocrisiarios cuiusque dioeceseos sanctissimorum patriarcharum suggerere se imperio, et promereri responsum celeriter, ita ut, si aut iusta ab imperio petierint, haec accipiant, aut si non iusta quaerunt, velociter revertantur, unde profecti sunt.

Capítulo III

Mas no de otra suerte se atreva ninguno de los obispos, amantes de Dios, á dirigirse á esta felicísima ciudad, sino si antes hubiere recibido, si fuera obispo, cartas de su propio metropolitano para el Emperador, que conforme á las divinas reglas se llaman aprobatorias, y dan testimonio de la necesidad de la presencia del mismo. Mas si fuera metropolitano el que quiere partir, reciba cartas del patriarca de la misma diócesis, que digan que es necesaria su presencia, y así es conveniente que el Emperador le mande que se presente, y que no parta precipitadamente y sin conocimiento de los metropolitanos ó de los patriarcas, porque esto está prohibido por las divinas reglas; de suerte que al llegar aquí no pretendan presentarse desde luego por sí mismos al Emperador, sino diríjanse primeramente ó al patriarca, amante de Dios, ó á los apocrisiarios de la diócesis de que son, y comuníquenles las causas por que vinieron, y diríjanse con ellos al Emperador, y disfruten después de la vista del Emperador. Luego que estuvieren á la presencia del Emperador, séales ciertamente lícito á los obispos peticionarios hacer relación al Emperador por medio ó de los que son llamados refrendarios de la santísima iglesia mayor, ó de los religiosos apocrisiarios de la respectiva diócesis de los santísimos patriarcas, y merecer inmediatamente respuesta, de suerte que, si le hubieren pedido al Emperador cosas justas, las obtengan, y si no pretenden cosas justas, regresen rápidamente á allí de donde vinieron.

Cap. IV

Haec autem de deo amabilibus episcopis secundum divinas constituentes regulas, et religiosos clericos cum multa fieri inquisitione secundum divinas regulas, et boni testimonii viros ordinari sancimus, litteras omnino scientes, et eruditos constitutos. Litteras enim ignorantes omnino nolumus neque unum ordinem suscipere, clericorum videlicet, presbyterorum et diaconorum, tam sacras orationes docentium, quam ecclesiarum et canonum legentium libros, ordinationem sine querela, et inculpabilem, et sine aliqua contradictione et datione pecuniarum aut rerum suscipientes. Neque autem eos volumus omnino officiales aut curiales constitutos suscipere ordinationem, nisi secundum leges, quas super his posuimus pridem, quas et hic nunc confirmamus, ipsos autem ordinatos sacra praecepta in conspectu totius populi suscipere, propter has ipsas causas, propter quas hoc ipsum agi etiam super deo amabilibus episcopis sancivimus.

Capítulo IV

Mas al determinar esto conforme á las divinas reglas respecto á los obispos, amantes de Dios, mandamos que se hagan los religiosos clérigos mediante prolija información según las divinas reglas, y sean ordenados varones de buena reputación, que perfectamente sepan de letras, y sean instruídos. Porque de ningún modo queremos que los que no saben de letras obtengan orden alguno, á saber, de clérigos, presbíteros y diáconos, así de los que enseñan las sagradas oraciones, como de los que leen los libros de las iglesias y de los cánones, recibiendo la ordenación sin querella, y sin culpa, y sin contradicción alguna y sin entrega de dinero ó de cosas. Mas de ninguna manera queremos que reciban la ordenación los que se hallen siendo oficiales ó curiales, sino con arreglo á las leyes que sobre esto promulgamos antes, que también confirmamos aquí ahora, pero aceptando los mismos ordenados los sagrados preceptos en presencia de todo el pueblo, por las mismas causas por las que mandamos que se haga esto mismo en cuanto á los obispos, amantes de Dios.

(1) *Trid., y Port.; omitiendo* quis, *Cont.*
(2) mox autem quam, *Trid.*

Cap. V

Neque autem secundas habentem, aut eum qui habuerit, nuptias ordinari in diaconum aut presbyterum, neque si mulieri coniungatur seiunctae et proprium virum derelinquenti; sed neque si concubinam habeat, sed (1) ipsam uxorem, si cum castitate et ex virginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris virum, qui vel fuerit, vel sit, et ipsam castitatem eligentem, primum principium et fundamentum manifestum secundum divinas regulas et residuae virtutis constitutam. Si autem et (2) aliquis presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus postea ducat uxorem aut concubinam, aut palam, aut occulte, sacro statim cadat ordine, et deinceps idiota sit. Quodsi et lector secundam ducat uxorem propter quaedam, et hoc forsan irrecusabili necessitate, nullatenus ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu maiore in sacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuo; sed non ad tertias veniat nuptias; satis est enim, si ad secundas. Si vero aliquid tale egerit, et ad secundas veniens nuptias ad maiorem gradum venire festinaverit, exinde idiota erit et laicus, omnino sacro ministerio cadens; pudice etenim nobis per omnia pertinet vivere. Si enim tales constituti ii, qui in clero adducuntur, ordinentur, facilis eis ad episcopatum ascensus erit, et ex multis bonis viris facilius invenientur, qui adducantur ad primum gradum sacerdotii digni.

Capítulo V

Pero no sea ordenado de diácono ó presbítero el que tenga, ó hubiere tenido, segundas nupcias, ni si estuviera unido á mujer separada y que dejó á su propio marido; mas tampoco si tuviera concubina, sino mujer propia, si fuera casta y la tomó siendo virgen. Porque nada amamos tanto para las sagradas ordenaciones como á los que viven con castidad, ó no cohabitan con sus mujeres, ó al que habiendo sido, ó siendo, marido de una sola mujer prefiere la misma castidad, constituida según las divinas reglas primer principio y manifiesto fundamento también de las demás virtudes. Mas si algún presbítero, ó diácono, ó subdiácono tomara después mujer ó concubina, pública ó secretamente, pierda desde luego las sagradas órdenes, y sea en lo sucesivo simple particular. Pero si un lector tomara segunda mujer por alguna causa, y esto acaso por inexcusable necesidad, no ascienda de ningún modo á grado más elevado, ni disfrute de mayor categoría en el sacerdocio, sino permanezca perpétuamente en el mismo grado; mas no pase á terceras nupcias; porque es bastante si pasa á las segundas. Mas si hubiere hecho alguna cosa de estas, y pasando á segundas nupcias se hubiere apresurado á llegar á un grado superior, será desde entonces simple particular y láico, perdiendo en absoluto su sagrado ministerio; porque en todo nos corresponde vivir púdicamente. Pues si siendo tales fueran ordenados los que son llevados á la clerecía, les será fácil su elevación al episcopado, y entre muchos buenos varones se encontrarán más fácilmente quienes siendo dignos sean elevados al primer grado del sacerdocio.

Cap. VI

Quanta igitur super venerabiles clericos a nobis dicta sunt, haec etiam super deo amabilibus diaconissis agi volumus, ut neque ipsae citra observantiam fiant, sed primum quidem eis aetatem neque novellam esse, neque crescentem, neque ex hac ad delinquendum salientem, sed super mediam constitutas aetatem, et circa quinquaginta annos secundum divinas regulas agentes, sicque sacram promereri ordinationem, et aut virgines constitutas, aut unius viri quae fuerant uxores. Non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias, neque vitam habentibus non dicimus reprehensibilem (3), sed nec suspectam omnino, ad sacrum venire ministerium, et adorandis ministrare baptismatibus, et aliis adesse secretis, quae in venerabilibus ministeriis per eas rite aguntur. Si vero quaedam necessitas fiat, et minorem hac aetate, quam diximus, ordinari diaconissam contigerit, liceat eam in aliquo venerabilium asceteriorum ordinari, et in illo habitare, ne quaequam viris admixta constituta sit (4), neque suo arbitrio habitans, sed vitae separatae et mediocris, et a conveniente multitudine bonum testimonium habens. Volumus autem et ipsas, quae ad ordinationem perducuntur, diaconissas, sive ex viduitate sive ex virginitate, non cum aliquo cohaerentes aut cognatorum, aut eorum, quos appellant dilectos (talibus enim nominibus utentes maligna suspicione suam replent vitam), sed aut solae habitent, aut cum parentibus solis, et filiis, aut vere fratribus, aut iis cohaerere, de quibus, si quis suspicari aliquid praesumserit malignum, ipse insi-

Capítulo VI

Así, pues, queremos que cuanto por nosotros se ha dicho respecto á los venerables clérigos se observe también con relación á las diaconisas, amantes de Dios, de suerte que no sean creadas tales sin examen, sino que en primer lugar tengan edad ni corta, ni plena, ni propensa por ello parar pecar, y se hallen en la edad media, teniendo según las divinas reglas cerca de cincuenta años, y obtengan de este modo la sagrada ordenación, ó siendo vírgenes, ó habiendo sido mujeres de un solo marido. Porque no les permitimos ni á las que contrajeron segundas nupcias, ni á las que llevan una vida, no decimos reprensible, pero ni de ningún modo sospechosa, que entren en el sagrado ministerio, y sean auxiliares en los adorables bautismos, y estén presentes á otros arcanos, que por ellas se ejecutan según ritual en los venerables ministerios. Pero si sobreviniera alguna necesidad, y aconteciere que fuese ordenada diaconisa una menor de la edad que hemos dicho, sea lícito ordenarla en alguna venerable casa de ascetas, y que habite en ella, á fin de que no se halle mezclada con varones, ni habite á su arbitrio, sino que tenga por la muchedumbre allí reunida buen testimonio de vida recogida y moderada. Mas queremos también que las mismas diaconisas, que son presentadas para la ordenación, ora viudas, ora vírgenes, no estén unidas á alguno ó de sus cognados, ó de los que llaman queridos, (porque utilizando tales nombres abruman su vida con maligna sospecha), sino que habiten ó solas, ó únicamente con sus padres é hijos, ó hermanos verdaderos, ó en unión de aquellos

(1) sed et, *Trid., y Port.*
(2) *Trid.; omitiendo* et, *Port., y Cont.*
(3) non diximus irreprehensibilem, *Trid.*; neque vitam non habentibus (ut diximus) irreprehensibilem, *Port.*
(4) ne quaequam viris admixta sit et constituta, *Trid.*

piens simul et impius forsan putabitur. Et si dicatur tale aliquid de aliqua earum, quae in diaconissarum ordinationem ingredi vult, quod alicui cohaeserit sub imagine quidem bonae appellationis, maligna vero suspicione, non oportet huiusmodi mulierem perduci omnino ad ordinationem diaconiae. Nam etsi (1) ordinetur, et tale aliquid egerit, et cohaeserit alicui cum praedicto nomine aut schemate, cadet quidem a diaconia, et ipsa et ille subiecti erunt huic legi et reliquis, quae corruptores puniunt. Oportet enim omnes, quae ordinantur, venerabiles diaconissas tempore ordinationis et moneri, et sacrorum audire mandatorum praecepta coram reliquis, quae dudum sunt venerabiles diaconissae, ut et ipsae dei timorem habeant, et adhaerentem sacris mandatis fiduciam, timere autem et confundi sacro cadere ordine, scituras, quod, si praesumserint aut erubescentes ordinationem, aut derelinquentes sacrum ministerium ad nuptias venerint, aut aliam omnino elegerint vitam, ipsae quidem obligatae efficientur morti, et substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesiis aut monasteriis, in quibus sunt. Qui vero eas aut uxores accipere, aut corrumpere praesumserint, obnoxii quidem et ipsi gladio erunt, substantia autem eorum applicabitur fisco. Si enim in antiquis legibus virginibus illis, quae in eorum errorem vocabantur, mortis incumbebat damnum corruptis, quomodo non magis nos in iis, quae a deo glorificantur, definimus, pudicitiam, quae quam maxime mulieres exornat, conservari volentes quam diligentissime a venerabilibus (2) diaconissis, ut quod decet naturae custodiant, et quod debetur sacerdotio conserventf

respecto de los que, si alguno se atreviere á sospechar alguna cosa mala, será él mismo considerado al mismo tiempo necio y quizá ímpio. Y si se dijera alguna cosa tal de alguna de ellas, que quiere ingresar en el orden de las diaconisas, porque estuviere unida á alguno con apariencia ciertamente de buena denominación, pero con mala sospecha, no es conveniente que semejante mujer sea en modo alguno llevada á la ordenación de diaconisa. Porque aunque haya sido ordenada, y hubiere hecho alguna cosa semejante, y estuviere unida á alguno con el susodicho nombre ó apariencia, perderá ciertamente el diaconato, y tanto ella como él quedarán sujetos á esta ley y á las demás, que castigan á los corruptores. Mas es conveniente que todas, las que son ordenadas venerables diaconisas, sean amonestadas al tiempo de la ordenación, y oigan los preceptos de los sagrados mandatos en presencia de las demás, que ya de antes son venerables diaconisas, á fin de que también ellas tengan el temor de Dios y la confianza inherente en los sagrados mandatos, pero abriguen el temor y se avergüencen de perder el sagrado orden, sabiendo que si cubriéndose de vergüenza hubieren pretendido la ordenación, ó si abandonando el sagrado ministerio hubieren contraído nupcias, ó hubieren elegido vida de todo punto diferente, quedarán ellas mismas ciertamente sujetas á la pena de muerte, y se aplicarán sus bienes á las santísimas iglesias ó á los monasterios en que están. Mas los que se hubieren atrevido ó á tomarlas por mujeres, ó á corromperlas, quedarán también á la verdad sujetos á la pena de muerte, pero sus bienes serán aplicados al fisco. Porque si en las leyes de los antiguos les correspondía la pena de muerte á las vírgenes que eran requeridas para el error de ellos, habiendo sido corrompidas, ¿cómo no la determinaremos con más razón respecto á las que son glorificadas por Dios, nosotros que queremos que se conserve muy escrupulosamente por las venerables diaconisas la castidad, que es muy principalmente ornato de las mujeres, para que guarden lo que es decoroso para la naturaleza, y conserven lo que se debe al sacerdocio?

Cap. VII

Semel autem secundum hoc factos diaconos aut presbyteros nullo modo derelinquere sacerdotium. Quod non solum in presbytero et diacono sancimus, sed etiam si subdiaconus aut forte lector fiat aliquis, neque (3) hunc relinquere pristinum schema, et ad alteram migrare vitam, scientem, quia, si tale aliquid egerit, secundum quod a nobis iam sancitum est aut in curiam cum substantia, aut sub inopia degens ad officialem deponetur fortunam.

Capítulo VII

Mas no abandonen de ningún modo el sacerdocio los que con arreglo á esto fueron una vez hechos diáconos ó presbíteros. Lo que sancionamos no solamente respecto á los presbíteros y á los diáconos, sino también si alguno fuera hecho subdiácono ó acaso lector, para que tampoco éste abandone su antiguo estado, y pase á otro género de vida, sabiendo que, si hiciere alguna cosa como esta, será destinado, según lo que ya por nosotros fué sancionado, á la curia juntamente con sus bienes, ó, si vive sin bienes, á la condición de oficial.

Cap. VIII

Sed neque effusas competit fieri de cetero reverendissimorum clericorum ordinationes. Quod enim hactenus gestum est, licet corrigi oporteret, attamen propter tempus sinimus; de cetero autem non propter (4) hoc fieri, neque ad damnum sanctissimarum ecclesiarum venire sancimus. Quaecunque igitur oportebat de tali modo in sanctissima maiore ecclesia huius nostrae regiae civitatis, et sub ea constitutis sanctissimis ecclesiis, et aliis,

Capítulo VIII

Pero conviene que no se hagan en lo sucesivo demasiadas ordenaciones de reverendísimos clérigos. Porque aunque convendría que se corrigiera lo que hasta ahora se hizo, lo dejamos, sin embargo, por razón del tiempo; pero mandamos que en lo sucesivo no se obre en consideración á esto, ni se llegue á causarles daño á las santísimas iglesias. Así, pues, hemos comprendido en esta ley especial lo que respecto á tal límite convenía que se hiciera

(1) *Trid.*; si, *Port., y Cont.*
(2) votentes competens venerabilibus, *Trid., y Port.*
(3) *Trid.*; neque, *omitenla Port., y Cont.*
(4) *Acaso se debe leer* non promte hoc fieri, *según Homb.*

quae hic sunt, fieri, hac speciali lege complexi sumus. In omnibus autem, quae foris sunt, locis sancimus, si quis, quum constituerit ab initio et aedificaverit ecclesiam, definivit ordinationum mensuram, tanquam secundum eam expensas constituens, non prius ordinari quemquam in eadem ecclesia, nisi ad numerum a principio definitum eius mensura redigatur. Si vero hoc non fecerit, ipsa vero civitatis ecclesia ministrat emolumenta et sibi et aliis ecclesiis, tunc non promtum sit augere illi clericos, neque propter aliquas forte compassiones aut beneficia ex hoc eam sumtibus praegravare (non sunt enim haec pia, neque sacerdotibus digna), sed ex quibus dominus dederit deus, ex iis, quae possibilia sunt, administrare, aut antiquam conservare consuetudinem nihil penitus innovantem. Unde competit deo amabiles patriarchas et metropolitas huius habere providentiam, et eos quidem, qui hactenus sunt, sinere in schemate, in quo sunt, clericos, metiri vero uniuscuiusque ecclesiae virtutem, et ita ipsos quoque sanctissimos patriarchas sub se constitutas ecclesias ordinare, et metropolitas hoc ipsum a sanctissimis patriarchis commonitos facere, illos autem alios omnes sub se positos episcopos ad mensuram hanc deducere, et studere non ultra expensas facere clericorum ordinationes. Scimus enim, quantae sanctissimae ecclesiae propter hanc ordinationem et alterius expensae effusionem inopes factae sunt. Et quia aliquas earum, vix quidem, tamen liberavimus, quaedam vero adhuc oneratae iacent, ex tali relevari angustia non valentes, ideo hoc provideant sanctissimi patriarchae, et metropolitae, et reliqui deo amabiles episcopi, ut et nos, quae ab eis aguntur discentes, approbemus eos, qui nostram legem in litteris positam apud semet ipsos ostenderunt operibus adimpleri.

Epilogus

Quae igitur a nobis sancita sunt, et sacrum ordinem statumque custodiunt secundum sacrarum regularum observationem et virtutem, de cetero conservent perpetuo integra et sanctissimi patriarchae uniuscuiusque dioecesis, et deo amabiles metropolitae, et reliqui reverendissimi episcopi atque clerici, ubique dei culturam et sacram disciplinam custodientes inviolatam, poena imminente haec praevaricanti, quo penitus alienus sit a deo et imposito sibi sacerdotii ordine; nam velut indignus hoc excluditur. Licentiam vero universis damus, cuiuscunque sint officii vel conversationis, respicientibus aliquid horum praevaricari, nuntiare nobis, et ad imperium, quod semper est, ut nos, qui haec secundum sacrarum regularum explanationem apostolicamque traditionem constituimus, decentem etiam indignationem praevaricantibus inferamus, etiam his videlicet, quae sancita a nobis sunt, de hereditatibus deo amabilium episcoporum custodiendis.

§ 1.—Sanctissimi siquidem patriarchae uniuscuiusque dioecesis haec proponant in ecclesiis sub se constitutis, et manifesta faciant deo amabilibus metropolitis, quae a nobis constituta sunt. Illi quoque rursus etiam proponant ipsi ea in metropolita-

en la santísima Iglesia mayor de nuestra real ciudad, y en las santísimas iglesias constituídas bajo la misma, y en las otras que aquí hay. Mas respecto á todas las localidades que hay fuera mandamos, que si al principio de constituir y de edificar alguno una iglesia determinó la cuantía de las ordenaciones, como constituyendo con arreglo á ellas los gastos, no sea ordenado nadie en la misma iglesia antes que aquella cuantía quede reducida al número fijado al principio. Pero si no hubiere hecho esto, y la misma iglesia de la ciudad suministra emolumentos tanto para ella como para las demás iglesias, en este caso no haya precipitación para aumentarle los clérigos, ni acaso por algunos motivos de compasión ó por favores se la grave con gastos, (porque esto no es piadoso, ni digno de los sacerdotes), sino suministre lo que sea posible de lo que hubiere dado el Señor Dios, ó conserve la antigua costumbre sin innovarla en nada absolutamente. Por lo cual es lo procedente, que cuiden de esto los patriarcas amantes de Dios y los metropolitanos, y que dejen ciertamente en el estado en que están á los clérigos que hoy hay, pero que midan las fuerzas de cada iglesia, y que así también gobiernen las iglesias bajo ellos constituídas los mismos santísimos patriarcas, y hagan lo mismo los metropolitanos prevenidos por los santísimos patriarcas, y reduzcan ellos á esta mesura á todos los demás obispos bajo ellos constituídos, y procuren no hacer ordenaciones de clérigos excediéndose en los gastos. Porque sabemos que muchas santísimas iglesias se hicieron pobres á causa de estas ordenaciones y de la exageración de los demás gastos. Y como á algunas de ellas, aunque penosamente, las aliviamos, sin embargo, pero otras yacen todavía abrumadas, sin poder aliviarse en tal estrechez, procuren los santísimos patriarcas, y los metropolitanos, y los demás obispos, amantes de Dios, que nosotros, conociendo lo que por ellos se hace, los aplaudamos, porque demuestren que por ellos se cumple con obras nuestra ley dada por escrito.

Epílogo

Por tanto, lo que por nosotros ha sido sancionado, y conserva el sagrado orden y estado en conformidad á la observancia y eficacia de las sagradas reglas, manténganlo íntegro perpétuamente en lo sucesivo así los santísimos patriarcas de cada diócesis, como los metropolitanos, amantes de Dios, y los demás reverendísimos obispos y clérigos, custodiando en todas partes sin violación el culto de Dios y la sagrada disciplina, amenazando al infractor esta pena, que habrá de ser en absoluto alejado de Dios y del orden del sacerdocio que se le confirió; porque como indigno será excluído de él. Mas damos licencia á todos, de cualquiera oficio ó género de vida que sean, los que observen que se infringe alguna de estas disposiciones, para denunciárnoslo á nosotros, y al imperio, que siempre existe, á fin de que nosotros que hemos establecido esto en conformidad á la explanación de las sagradas reglas y á la tradición apostólica, impongamos también á los transgresores la pena conveniente, debiéndose observar, por supuesto, también lo que por nosotros ha sido sancionado respecto á las herencias de los obispos, amantes de Dios.

§ 1.—Expongan, pues, estas disposiciones los santísimos patriarcas de cada diócesis en las iglesias á ellos subordinadas, y háganles conocer á los metropolitanos, amantes de Dios, lo que por nosotros ha sido dispuesto. Ellos á su vez expónganlo

na sanctissima ecclesia, et constitutis sub se episcopis haec manifesta faciant, illorum vero singuli in propria ecclesia haec proponant, ut nullus nostrae reipublicae ignoret, quae a nobis ad honorem et ad augmentum magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi disposita sunt. Insuper sequens haec tua sanctitas omnibus, qui sub ea sunt, metropolitis sanctissimis haec faciat manifesta, universo tempore contradenda.

§ 2.—Scripta exemplaria sanctissimo archiepiscopo Alexandriae, Epiphanio (1): sanctissimo archiespiscopo Theopolitano (2); scripta exemplaria Petro (3), sanctissimo episcopo Hierosolymorum; scripta exemplaria Ioanni, viro gloriosissimo praefecto sacrorum praetoriorum, secundo exconsuli et patricio [Dominico gloriosissimo praefecto praetoriorum Illyrici] (4). Cui etiam hoc adiectum est: Et tua quoque celsitudo haec sciens una cum semper suscepturis sedem tuam haec servare festinet, et si denuntiatum fuerit aliquod tale delictum, prohibeat, et maxime quaecunque in ordinationibus curialium vel officialium interdicta sunt. Nuntiet autem etiam nobis, ut decens super eis imponatur correctio. Utatur quoque praeceptis ad clarissimos provinciarum iudices, ut et ipsi quae fiunt inspicientes non permittant aliquid extra hoc, quod a nobis constitutum est, fieri; imminebit enim eis poena quinque librarum auri, si quidem et ipsi praevaricari videntes non denuntiaverint aut sedi tuae, aut imperio, ut undique decens ornatus ordinationis gradui conservetur (5).

Dat. XVII. Kal. April. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

CONST. VII (6)

DE NON ALIENANDIS AUT PERMUTANDIS REBUS ECCLESIASTICIS IMMOBILIBUS, AUT IN SPECIALEM HYPOTHECAM DANDIS CREDITORIBUS, SED SUFFICERE GENERALES HYPOTHECAS

(Coll. II. tit. I.)

Imp. Iustinianus *A.* Epiphanio, *sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo felicis huius civitatis, et oecumenico Patriarchae, et Patriarchae Constantinopolitano.*

Praefatio

Unam intentionem hanc semper proponimus, omne, quidquid prius imperfectum aut confusum videbatur, hoc et expurgare, et perfectum ex imperfecto declarare. Quod etiam in omni legislatione facientes, credimus oportere et in alienationibus, quae fiunt super sacris rebus, una complecti lege, quae priores omnes et renovet et emendet, et quod deest adiiciat, et quod superfluum est abscindat. A Leone siquidem piae (7) memoriae, qui post Constantinum piae memoriae christianae fidei

(1) *Cont. dice al márgen que otros leen* Aephrenio, *y otros* Eufremio.

(2) Scripta exemplaria Epiphanio sanctissimo archiepiscopo metropolitano, *Trid., y así Port., pero escribiendo* metropolitano Theopolitano.

(3) Petro, *omitenla Trid., y Port.*

(4) *Lo que se halla entre paréntesis falta, según Cont., en el ms. latino, y tampoco se lee en Trid. y Port.*

también en la santísima iglesia metropolitana, y háganselo saber á los obispos que les están subordinados, y expóngalo cada uno de éstos en su propia santísima iglesia, para que nadie de nuestra república ignore lo que por nosotros ha sido dispuesto en honra y provecho de Jesucristo, Dios grande y salvador nuestro. Además, observando estas disposiciones tu santidad, hágalas saber á todos los santísimos metropolitanos, que le están subordinados, debiendo ser guardadas en todo tiempo.

§ 2.—Se han escrito copias para Epifanio, santísimo arzobispo de Alejandría: para el santísimo arzobispo Teopolitano; copias para Pedro, santísimo obispo de Jerusalem; copias para Juan, gloriosísimo varón, prefecto de los sacros pretorios, ex-consul por segunda vez y patricio, [y para Domingo, gloriosísimo prefecto de los sacros pretorios de Iliria]. A quien también se le añadió esto: Y conociendo también tu excelsitud estas disposiciones, apresúrese á observarlas, así como los que en todo tiempo hayan de ocupar tu sede, y si se le hubiere denunciado algún delito de estos, prohíbalo, y principalmente respecto á las prohibiciones hechas en cuanto á las ordenaciones de curiales ó de oficiales. Mas denúncielo también á nosotros, para que se les imponga la corrección correspondiente. Sírvase también de órdenes dirigidas á los muy esclarecidos jueces de las provincias, para que inspeccionando asimismo éstos lo que se hace no permitan que se haga nada contra lo que por nosotros ha sido establecido; porque les amenazará la pena de cinco libras de oro, si viendo ellos que se prevaricaba no lo hubieren denunciado ó á tu sede, ó al Emperador, á fin de que en todas partes se conserve la conveniente compostura para el grado de la ordenación.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCION VII

DE QUE NO SE HAYAN DE ENAJENAR Ó PERMUTAR BIENES INMUEBLES ECLESIÁSTICOS, Ó NO SE LES HAYAN DE DAR Á LOS ACREEDORES EN HIPOTECA ESPECIAL, SINO QUE BASTEN LAS HIPOTECAS GENERALES

(Colección II. título I.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Epifanio, *santísimo y beatísimo Arzobispo de esta feliz ciudad, Patriarca ecuménico, y Patriarca de Constantinopla.*

Prefacio

Siempre abrigamos la única intención de espurgar todo lo que antes parecía imperfecto ó confuso, y de imperfecto declararlo perfecto. Y haciendo esto en toda la legislación, creemos que es conveniente comprender también lo relativo á las enajenaciones, que de bienes sagrados se hacen, en una sola ley, que renueve y enmiende todas las anteriores, supla lo que falta, y suprima lo que es supérfluo. Por Leon, ciertamente de piadosa memoria, que después de Constantino, de pía recordación, fué

(5) Scripta cum adiectione dominica. *adicionan Trid., y Port.* Scripta cum adiectione, Dominico P. P. Myrici. *Cont.*

(6) *El texto griego se halla en Scrimg. y falta en Hal.— Hay un epítome de toda la Novela en Coll. const. eccl. III. 2. 1. — Iulian. cont. 7. — El texto latino es el de la antigua versión de la glosa.*

(7) *Trid.;* bonae, *Port., y Cont.*

inter imperatores principatum auxit, et constituit sacrarum ecclesiarum honorem et disciplinam, scripta lex est de alienationibus ecclesiasticis, conclusa in sola huius felicissimae civitatis sanctissima maiore ecclesia. Et laudamus plurima huius legis cum omni vehementia et dei cultura posita, sed eo quod non generaliter posita sit in omnibus, egere (1) etiam eam quadam correctione credimus. Ab Anastasio quoque piae memoriae scripta quaedam de talibus lex est, neque similis priori, et omnino minus habens. Effusa namque et per loca foris posita nihilominus mansit imperfecta eo quod ad solum sacerdotium et dioecesin respiciat constitutam sub beatissimo patriarcha huius regiae et felicissimae civitatis, alias autem omnes (2) non perscrutata sedes, quum utique dignam correctione esse eam arbitrabatur, propter quam occasionem alia quidem corrigebat, alia vero incomposita relinquebat. Quamobrem eam quoque vacare de cetero sancimus, utpote imperfectam et loco circumclusam, et non generalem inter leges existentem, neque aliquid studiosum introducentem. Haec ergo nos omnia emendantes unam existimamus oportere legislationem imponere omnibus sanctissimarum ecclesiarum, xenodochiorum, et nosocomiorum, et monasteriorum, et brephotrophiorum, et gorontocomiorum, et totius sacrati collegii rebus, et hanc legem Leonis piae memoriae constitutioni adiicere, prius breviter eius legislationem exponentes, sicque omne, quod reliquum est, intexentes. Vult enim illa neque deo amabilem archiepiscopum et patriarcham huius felicissimae civitatis seu sanctissimae maioris ecclesiae, neque oeconomum vendere, aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forsan, aut agrum, aut colonum, aut mancipia rustica, aut civiles annonas (nam et haec inter immobilia sunt numeranda), quae competunt Constantinopolitanae sanctissimae maiori ecclesiae, sed neque pro ulla compensatione aut alia qualibet circumventione tale aliquid agi. Et interminatur emtori quidem rei restitutionem, ut reddat per tempora oeconomo rerum sanctissimae ecclesiae rem, quam ipse perceperit, cum omni medii temporis fructu et aliis lucris, casu imminente pretiorum ei, qui tale aliquid accipere aut comparare praesumserit, quum etiam hoc quidem, quod contra leges actum est, ita ponat, ac si neque a principio gestum sit. Oeconomum vero haec praevaricantem dare quidem de suo sanctissimae ecclesiae iubet omne, quidquid ex ea causa lucratus est aut sanctissimam ecclesiam damnificavit; super hoc autem etiam excludit eum officio oeconomi. Et dat actionem sanctissimae ecclesiae non contra solos deo amabiles oeconomos, sed etiam contra successores eorum, sive ipsi hoc alienaverint, sive pro tempore deo amabilem episcopum aut aliquem (3) aliorum clericorum videntes alienantem taciturnitate degeneri et sine libertate passi sunt, et multo potius si consentientes et videntes (4) tale aliquid permiserunt, et non causam prohibuerunt. Ad hoc autem et tabellionem, qui talia confecit instrumenta, perpetuo tradit (5) exsilio, nullam el clementiam neque reversionem participans. Ipsos quoque maximos iudices, qui ad haec accedunt, et ministrant talibus causis, aut confici apud semetipsos monumenta pro confirmatione talium donationum aut aliorum actuum patiuntur, et cingulo, et dignitate, et substantia in-

entre los Emperadores el que aumentó el principado de la fe cristiana, y constituyó el honor y la disciplina de las sagradas iglesias, se escribió una ley sobre las enajenaciones eclesiásticas, limitada á la sola santísima iglesia mayor de esta felicísima ciudad. Y elogiamos muchas disposiciones de esta ley dadas con toda energía y por culto á Dios, pero por no haber sido promulgada en general para todas las iglesias, creemos que también ella necesita alguna corrección. También por Anastasio, de piadosa memoria, se escribió una ley sobre tales cuestiones, no semejante á la anterior, y comprendiendo en absoluto menos. Porque, aunque extendida á localidades sitas fuera de aquí, quedó, sin embargo, imperfecta, porque atiende solamente al sacerdocio y á la diócesis constituida bajo el beatísimo patriarca de esta real y felicísima ciudad, pero sin haberse preocupado de todas las demás sedes, cuando ciertamente consideró que era digna de corrección, en cuya ocasión corrigió, á la verdad, algunas cosas, pero dejó otras sin arreglar. Por lo cual mandamos que también ella quede sin fuerza en lo sucesivo, como imperfecta y circunscrita á una localidad, y por no ser una ley general, y no introducir cosa alguna meditada. Así, pues, enmendando nosotros todas estas cosas hemos estimado que convenía imponer una legislación para todos los bienes de las santísimas iglesias, de los hospitales de peregrinos, enfermerías de pobres, monasterios, casas de expósitos, hospicios de ancianos y todo sagrado colegio, y añadir esta ley á la constitución de Leon, de piadosa memoria, exponiendo antes con brevedad la legislación de éste, y añadiendo luego todo lo restante. Porque quiere aquella, que ni el arzobispo, amante de Dios, y patriarca de esta felicísima ciudad ó de la santísima iglesia mayor, ni el ecónomo venda ó done, ó de otro modo enajene bienes inmuebles, por ejemplo, una casa, ó un campo, ó un colono, ó esclavos rústicos, ó annonas civiles, (porque también estas cosas han de ser contadas entre las inmuebles), que competen á la santísima iglesia mayor de Constantinopla, sino que ni por vía de ninguna compensación ó por otro cualquier rodeo se haga alguna cosa semejante. Y conmina, á la verdad, al comprador con la restitución de la cosa, de suerte que restituya, al que á la sazón sea ecónomo de los bienes de la santísima iglesia, la cosa que él hubiere recibido, con los frutos y todos los demás lucros del tiempo intermedio, amenazándole con la pérdida del precio al que se hubiere atrevido á recibir ó comprar alguna tal cosa, porque también considera ciertamente lo que se hizo contra las leyes como si desde un principio no hubiere sido hecho. Pero manda que el ecónomo que prevarica en esto le dé de lo suyo á la santísima Iglesia todo lo que por esta causa lucró ó todo aquello en que perjudicó á la santísima iglesia; y además de esto lo excluye también del cargo de ecónomo. Y da á la santísima iglesia acción no solamente contra los ecónomos, amantes de Dios, sino también contra sus sucesores, ya si ellos mismos hubieren hecho la enajenación, ya si viendo que hacía la enajenación el que á la sazón fuera obispo, amante de Dios, ó alguno de los otros clérigos la toleraron con torpe y servil silencio, y con mucha más razón si consintiéndola y viéndola permitieron alguna cosa tal, y no prohibieron el contrato. Pero además de esto condena á destierro perpétuo al no-

(1) in omnibus tractemus (retractemus?). Egere etiam, *inserta Trid.*
(2) *Trid.*; omnes, *omittenla Port., y Cont.*
(3) amabilis episcopus aut aliquis, *Trid., y Port.*
(4) sic consentientes videntes, *Trid.*
(5) *Trid.*; tradet, *Cont.*

terminatur excludere. Hoc igitur increpans vehementer, permittit rei ecclesiasticae usum aut qui vocatur usufructus sub certo quodam tempore aut etiam usque ad vitam percipientis dare sanctissimam maiorem ecclesiam, sub hac tamen definitione, ut is, qui hanc accepit munificentiam, eiusdem quantitatis recompenset rem sanctissimae maiori ecclesiae sub proprietatis ratione, ex qua possit eundem reditum sanctissima ecclesia habere, quantum ille ex usu accepit; post accipientis (1) utique mortem aut definitum tempus in usu (2) videlicet et usufructu dato ecclesiasticae rei ad sanctissimam (3) ecclesiam redeunte, et usu donatae rei cum proprietate sanctissimae ecclesiae faciendo; talem namque contractum sine periculo esse ponit lex. Si vero minus fuerit, quam quod datur a sanctissima ecclesia, illud, quod compensatur ei, cuius mox quidem percipiet proprietatem, sperat autem et usum accipere, infirmum contractum et pro non facto ponit, datque licentiam vindicationis, utpote circumventione contra ius sanctissimae ecclesiae facta.

§ 1.—Lex itaque talia sub brevitate decernit, et mulctam imponit, et usque ad res sanctissimae ecclesiae stat solummodo, et omnem quidem perimit circumventionem, quam praediximus, non tamen retinere calliditatem postea insurgentium valuit. Quidam enim dudum hoc, quod vocatur colonarum ius [Colonarium ius est, veluti si domum valentem centum solidos, et praestantem pensionem decem solidorum, accipiat quis ab ecclesia, et det pro ea solidos centum seu amplius aut certe minus, et quasi iam de propria (4) aggravet se dare singulis annis quasi pensionis nomine solidos tres. Iste autem appellatur paroecus, sed ipsam domum sub tam parva pensione in perpetuum et ipse et heredes eius possidebant (5)] adinvenientes, neque nostris legibus neque alii cuiquam omnium notum, circumventionem non parvam meditati sunt contra legem, perpetuas paene cogitantes alienationes. Quod nos de cetero agi prohibemus, et pro eo ipso conscripsimus legem. Dudum autem et ad emphyteusin respexerunt, et imminuerunt plurimam quantitatem veri reditus, illis, qui emphyteusin accipiunt, praestantes hi, qui rebus pridem sanctissimae maioris ecclesiae praesidebant. Ideoque nos in quadam constitutionum nostrarum definivimus quidem usque ad personas tres emphyteusin fieri, accipientis, et duorum successorum aliorum; hoc etiam super rebus sanctissimae maioris ecclesiae fieri permittentes (6), non autem ultra sextam partem relevari emphyteusin percipientibus propter fortuitos casus sancientes. Quia vero didicimus sic effuse et impie ab aliquibus fieri documenta, ut neque sexta relinquatur sanctissimae ecclesiae pars, reliquis omnibus emphyteusin accipientibus donatis, Anastasius autem piae memoriae gesta monumentorum constituens fieri super alienationibus, sicubi (7) etiam huius rei fieret tempus, et emphyteusin statuens sine gestis quidem

tario que hizo tales escrituras, no concediendo para él clemencia alguna ni perdón. También amenaza con privar del cíngulo, de la dignidad, y de sus bienes á los mismos jueces superiores que intervienen en esto, y prestan auxilio para tales negocios, ó que toleran que ante ellos mismos se hagan documentos para la confirmación de tales donaciones ó de otros actos. Así, pues, condenando enérgicamente estas cosas, permite que la santísima iglesia mayor dé el uso, ó el que se llama usufructo, de los bienes eclesiásticos por cierto tiempo, ó aun por toda la vida del que lo recibe, pero con la restricción de que el que recibe esta munificencia recompense á la santísima iglesia mayor con cosa de la misma cuantía á título de propiedad, de la cual pueda percibir la santísima iglesia tanta renta cuanta él obtuvo con el uso; volviendo en todo caso después de la muerte del que lo recibe ó del tiempo fijado para el uso á la santísima iglesia el usufructo concedido de los bienes eclesiásticos, y haciéndose de la santísima iglesia juntamente con la propiedad el uso de la cosa donada; porque la ley declara sin riesgo tal contrato. Pero si fuere menos que lo que se da por la santísima iglesia aquello con que se le compensa, y de lo que inmediatamente adquirirá la propiedad, pero de lo que espera obtener también el uso, declara nulo y por no hecho el contrato, y da facultad para la reivindicación, como por haberse cometido fraude contra el derecho de la santísima iglesia.

§ 1.—Así, pues, la ley dispone en resumen tales cosas, y señala una pena, y se circunscribe solamente á los bienes de la santísima iglesia, y suprime ciertamente todo fraude, de que antes hemos hablado, pero no pudo reprimir la astucia de los posteriores infractores. Porque algunos, inventando hace poco el que se llama derecho colonial, [Es derecho colonial, como si alguno recibiera de la iglesia una casa que vale cien sueldos, y que produce la pensión de diez sueldos, y diera por ella los cien sueldos, ó más, ó ciertamente menos, y como por cosa ya propia se gravara él para dar cada año tres sueldos como á título de pensión. Este se llama habitante advenedizo, pero por tan pequeña pensión poseían perpétuamente él y sus herederos la misma casa], no conocido ni en nuestras leyes, ni en otra alguna de los demás, meditaron no pequeño fraude contra la ley, imaginando enajenaciones casi perpétuas. Lo que nosotros prohibimos que se haga en lo sucesivo, y por lo mismo escribimos esta ley. Pero recientemente volvieron la vista también á la enfiteusis, y disminuyeron mucha cantidad de la verdadera renta, concediéndosela á los que reciben la enfiteusis los que antes tenían á su cargo los bienes de la santísima iglesia mayor. Y por esto determinamos ciertamente nosotros en una de nuestras constituciones, que la enfiteusis se hiciera hasta para tres personas, del que la recibe, y de otros dos sucesores; permitiendo que también se hiciera esto en los bienes de la santísima iglesia mayor, pero no sancionando que á los que reciben la enfiteusis se les relevara por razón de casos fortuitos de más de la sexta parte. Porque supimos que por algunos se hacían contratos tan inmoderada é impiamente, que ni la sexta parte se dejaba para la santísima iglesia, donándoseles á los que recibían la enfiteusis todo lo demás; pero Anastasio, de piadosa memoria, al determinar que

(1) *Trid.*; percipientis, *Cont.*
(2) *Trid.*; in, *omitenla Port., y Cont.*
(3) *Trid.*; maiorem, *aaicionan Port., y Cont.*
(4) *Trid., y Port.*; proprio, *Cont.*
(5) *Esta explicación del derecho colonial no parece que es del antiguo traductor latino, sino de algún glosista, que la anotó al márgen, de donde luego se introdujo en el texto.*
(6) *Trid.*; permittimus, *Cont.*
(7) *Trid.*; sicut, *Port., y Cont.*

usque ad solam vitam accipientis emphyteusin, cum gestis autem in perpetuum eam extendens, neque perfectam fecit, neque utilem legem, et undique imperfectam, usque ad solam dioecesin patriarchicae sedis huius felicissimae civitatis, sicut praediximus, legislationem statuens.

Cap. I

Nos igitur (iam enim ad legem veniendum est) sancimus, neque sanctissimam huius felicissimae civitatis maiorem ecclesiam, neque sub ea constitutas ecclesias, quarum ipsa praerogationem suscepit (sicut eam Anastasius piae memoriae interpretatus est), neque alias omnes ecclesias in hac felicissima exsistentes civitate aut circa eius confinia, neque sub patriarchica sede huius felicissimae civitatis constitutas, quarum metropolitas ipse ordinat, neque alium ullum undique neque (1) patriarcham, neque episcopum (dicimus autem et eos, qui in Oriente, et qui in Illyrico, insuper et in Aegypto, et in Lycaonia, atque in Lycia, et eos (2), qui in Africana provincia sunt, et compiexive dicendo per omnes quaecunque nostrae sunt terrae, nec non qui (3) in Occidente sunt, deo amabiles episcopos ab ipsa seniore Roma usque ad oceanum consistentium sanctissimarum orthodoxarum ecclesiarum), neque aliquem xenodochum, aut ptochotrophum, aut nosocomum, aut orphanotrophum, aut brephotrophum, aut gerontocomum, aut monasterii virorum vel mulierem abbatem vel abbatissam, aut quemlibet omnino praesidentem venerabilibus collegiis licentiam habere alienare rem immobilem aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in huiusmodi, neque rusticum mancipium, neque civilem annonam, nec per specialis pignoris occassionem tradere creditoribus. Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus et venditionem, et donationem, et commutationem, et in perpetuum extensam emphyteusin, quae non procul ab alienatione consistit. Sed omnes ubique sacerdotes ab huiusmodi alienatione prohibemus, subditos poenis, quibus Leonis piae memoriae usa est constitutio. Illam namque per omnia valere et ratam esse sancimus; propterea hanc proposuimus et protulimus, et non paterna voce legem conscripsimus, sed hac communi et graeca, ut omnibus sit nota propter facilem interpretationem. Quod itaque iam praeteriit relinquimus; nam tanta documenta tempore longo facta nunc commovere multae erit tergiversationis. Quapropter quae usque huc hactenus exstant proprium habeant schema, de cetero autem omnem alienationem interdicimus, praedictas ei poenas imponentes.

Cap. II

Ut autem lex ad humanae naturae varietatem et quod semper venit moderata per omnia immota permaneat (quid enim erit stabile inter homines et ita immobile, ut nullam patiatur mutationem? quum omnis noster status sub perpetuo motu consistat), necessarium existimavimus quasdam exceptiones

(1) *Trid.*; neque, *omitenla Port., y Cont.*
(2) in Egypto et vicina atque in Italia et eos, *Trid.*

en las enajenaciones se hicieran actas de los contratos, si para ello hubiere también ocasión, y al limitar la enfiteusis sin actas á la sola vida del que recibe la enfiteusis, y al extenderla con actas á perpetuidad, no hizo una ley ni perfecta, ni útil, sino del todo imperfecta, fijando la legislación, según antes hemos dicho, para la sola diócesis de la sede patriarcal de esta felicísima ciudad.

Capítulo I

Así, pues, nosotros, (porque se ha de entrar ya en la ley), mandamos, que ni en la santísima iglesia mayor de esta felicísima ciudad, ni en las iglesias á ella subordinadas, cuyo aprovisionamiento tomó la misma á su cargo, (conforme á lo que declaró Anastasio, de piadosa memoria), ni ninguna de las otras iglesias existentes en esta felicísima ciudad ó en su término, ni de las constituidas bajo la dependencia de la sede del patriarca de esta felicísima ciudad, á cuyos metropolitanos ordena este mismo, ni otro alguno en ninguna parte, ni patriarca, ni obispo, (nos referimos también á los obispos, amantes de Dios, que hay en Oriente, y en Iliria, y además en Egipto, y en Licaonia, y en Licia, y en la provincia de Africa, y, para decirlo de una vez, en todos los territorios que son nuestros, y asimismo los que hay en Occidente, desde la misma antigua Roma hasta los de las santísimas iglesias ortodoxas establecidas junto al Océano), ni algún encargado de hospital de peregrinos, ó de hospicio de pobres, ó de enfermería de pobres, ó de hospicio de huérfanos, ó de casa de expósitos, ó de hospicio de ancianos, ó abad ó abadesa de monasterio de hombres ó de mujeres, ó en general cualquier presidente de venerables colegios, tenga licencia para enajenar bienes inmuebles, consistentes ó en casas, ó en campos, ó en huertos, ó en general en cosas de esta clase, ni para entregar á los acreedores con ocasión de prenda especial un esclavo rústico, ni annona civil. Y hemos empleado la palabra más general de enajenación, para prohibir también la venta, la donación, la permuta, y la enfiteusis hecha extensiva á perpetuidad, que no difiere mucho de la enajenación. Pero en todas partes les prohibimos á todos los sacerdotes las enajenaciones de esta clase, quedando sujetos á las penas de que se valió la constitución de Leon, de piadosa memoria. Porque mandamos que para todo tenga ella validez y sea firme; pues por esto hemos dado y promulgado esta ley, y no la escribimos en la lengua paterna, sino en esta común griega, para que por su fácil interpretación sea conocida de todos. Y prescindimos de lo que ya pasó; porque daría lugar á muchas tergiversaciones remover ahora tantos documentos hechos de tan largo tiempo. Por lo cual conserven su propio estado las cosas que hasta ahora existen, pero prohibimos en lo sucesivo toda enajenación, imponiendo las penas antes dichas para ella.

Capítulo II

Mas para que la ley permanezca del todo inalterable, acomodada á la variedad de la naturaleza humana, y á lo que siempre acontece, (porque ¿qué habrá estable entre los hombres y tan inmovil, que no sufra ninguna mudanza, cuando todo nuestro estado consiste en perpétuo movimiento?), hemos con-

(3) *Trid.*; qui, *omitenla Port., y Cont.*

dare legi cum multis vigiliis et subtilitate adinventas, ut eas habens in auxilio lex nequaquam moveatur.

§ 1.—Sinimus igitur imperio, si qua communis commoditas est, et ad utilitatem reipublicae respiciens, et possessionem exigens talis alicuius immobilis rei, qualem proposuimus, hoc ei a sanctissimis ecclesiis et reliquis venerabilibus domibus et collegiis percipere licere, undique sacris domibus indemnitate servata, et recompensanda re eis ab eo, qui percipit, aequa aut etiam maiore, quam data est. Quid enim causetur Imperator, ne meliora det? cui plurima dedit deus habere, et multorum dominum esse, et facile dare, et maxime in sanctissimis ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum eis rerum immensitas. Unde si quid tale fiat, et pragmatica praecesserit forma, praecipiens imperio dare aliquid talium rerum, et recompensaverit mox rem meliorem et uberiorem et utiliorem, sit ea permutatio firma, et ii, qui praesident domibus, quarum est quod alienatur, et qui talibus administrant litteris sine querela undique sint, nullam metuentes poenarum, quae a Leone piae memoriae interminantur, et a nobis firmatae sunt, utique quum nec multum differant ab alterutro sacerdotium et imperium, et res sacrae a communibus et publicis, quando omnis sanctissimis ecclesiis abundantia et status ex imperialibus munificentiis perpetuo praebetur. Alterutris itaque compensantes quae decent (1), non ab aliquibus iure culpabuntur. Aliam vero omnem sive ad imperium ipsum, sive ad aliam quamcunque personam factam sive venditionem, sive donationem, sive permutationem, sive emphyteusin perpetuam omnino perimimus; sed neque dationem cuiusdam pignoris in re immobili factam occasione mutuorum fieri sinimus. Et haec valere volumus in omni ecclesia, omnique monasterio, et nosocomio, et xenodochio, et brephotrophio, et asceterio, et gerontocomio, et omni absolute collegio, quod actio pia constituit, nullo penitus horum aliquid accipere ab eis valente. Unde neque constitutione Anastasii divae memoriae ulterius opus erit, neque secundum illam facienda decreta memoratae observationis; ipsa enim rei principia perimentes, et prohibentes quod fit, nequaquam perscrutatione deinceps indigebimus.

siderado necesario dar á la ley algunas excepciones, halladas con muchas vigilias y munuciosidad, para que teniéndolas en su favor de ninguna manera sea aiterada la ley.

§ 1.—Dejamos, pues, que si hubiera alguna conveniencia común, y que afecte á la utilidad de la república, y exija la posesión de alguna cosa inmueble tal, como hemos dicho, le sea lícito al imperio recibirla de las santísimas iglesias y de las demás venerables casas y colegios, conservándoseles siempre la indemnidad á las sagradas casas, y debiéndoseles compensar la cosa por el que la recibe con otra igual ó aun mayor, que la que se dió. Porque ¿cómo se excusará para no dar otra mejor el Emperador, á quien Dios le concedió tener muchas, ser señor de muchos, y dar con facilidad, y principalmente á las santísimas iglesias, para quienes la mejor medida es la inmensidad de las cosas á ellas donadas? Por lo cual, si se hiciera alguna cosa semejante, y hubiere precedido una pragmática disposición, que mande darle al imperio alguna de tales cosas, y él hubiere dado inmediatamente en recompensa una cosa mejor, y más productiva y más útil, sea válida esta permuta, y estén por completo exentos de querella los que se hallan al frente de las casas de quienes es la cosa que se enajena, y los que intervienen en tales documentos, sin temer ninguna de las penas con que se amenaza por Leon, de piadosa memoria, y que han sido confirmadas por nosotros, porque ciertamente no difieren mucho uno de otro el sacerdocio y el imperio, ni los bienes sagrados de los comunes y públicos, pues perpétuamente se les da á las santísimas iglesias por la munificencia imperial toda abundancia y posición. Y asi, compensando unos para otros las cosas que convienen, no serán inculpados en derecho por nadie. Mas prohibimos en absoluto toda otra venta, ó donación, ó permuta, ó enfiteusis perpétua, hecha á favor del mismo imperio, ó de otra cualquiera persona; y no dejamos que con ocasión de un mútuo se haga la dación de cualquiera prenda, verificada sobre cosa inmueble. Y queremos que estas disposiciones tengan validez en toda iglesia y en todo monasterio, hospital, hospital de peregrinos, casa de expósitos, asceterio, hospicio de ancianos, y absolutamente en todo colegio que constituyó una acción piadosa, sin que absolutamente ninguno de ellos pueda recibir cosa alguna de éstos. Por lo cual, no habrá en lo sucesivo necesidad de la constitución de Anastasio, de divina memoria, ni habrá que hacer con arreglo á ella decretos sobre dicha observancia; porque suprimiendo nosotros los mismos principios de la cosa, y prohibiendo lo que se hace, no necesitaremos de ninguna manera en lo sucesivo hacer investigaciones.

Cap. III

Emphyteusin autem sive in sanctissima maiore ecclesia, sive in omnibus reliquis adorandis domibus fieri sinimus et in accipientis persona, et in duobus eiusdem personae heredibus deinceps, filiis tantum solis masculis aut feminis, aut nepotibus utriusque naturae, aut uxore, aut viro, si hoc videlicet de uxore aut viro expressim nominetur, alioqui non transire ad aliquem alterum heredem, sed usque ad solam vitam percipientium standum, nisi filios aut nepotes habuerint. Aliter autem penitus emphyteusin agi ecclesiasticae cuiusdam aut ptochii rei immobilis, aut mancipii rustici et civilis

Capítulo III

Mas, tratándose de la santísima iglesia mayor, ó de todas las demás adorables casas, dejamos que se haga enfiteusis tanto para la persona del que la recibe, como después para dos herederos de la misma persona, solamente hijos, varones ó hembras, ó nietos de ambos sexos, ó la mujer, ó el marido, si esto, á la verdad, se mencionara expresamente respecto á la mujer ó al marido, sin que de otra suerte pase á otro cualquier heredero, sino que se haya de estar á la sola vida de los que la reciben, si no hubieren tenido hijos ó nietos. Pero en ningún otro caso permitimos de ningún modo que se

(1) *Trid.*; decet, *Cont.*

annonae nullo permittimus modo, neque quod fit habere aliquod penitus robur sinimus.

§ 1.—Quia vero Leonis quidem piae memoriae constitutio sub nulla penitus deminutione dari rem ecclesiasticam sancivit, nos autem in alia constitutione a nobis scripta sextam excipi solum super emphyteusin sancivimus, huiusmodi quendam deminutionis rei damus ordinem, ut quaeratur cum omni veritate et subtilitate pensio eorum, quae dantur, tanta, quanta (1) ab initio fuit; quando ad sanctissimam venit ecclesiam, et detur emphyteusis talibus personis, quales dudum diximus; tunc enim sextam (2) partem cum scrupulositate imputandam concedimus. Si vero minui contigerit per quandam cladem pensionem, aut in toto tunc constantem pensionem accipiat, qui emphyteusin subire vult, aut nec accipiat penitus, quum liceat conducere potius, quam tales deminutiones in emphyteusin celebrare. Si vero alicuius ecclesiastici praedii suburbani emphyteusis detur, qualia plurima maxime in hac novimus felicissima consistere civitate, multo quidem digna pretio, parvas vero reddentia pensiones, aut nihil pensionum omnino, non ex reditibus metiri emphyteusin, sed aestimari suburbanum subtiliter, et reputari ex pretio collecto reditus possibiles in viginti annis computari, et in reditibus ex hoc computatis agi emphyteusin, non perpetuo, sed in eum, qui percipit, et duas ex eo successiones, et viro et uxori, sicut praediximus, faciendam.

§ 2.—Scire autem emphyteutas convenit, quia, si biennio continuo non exsolverint emphyteuticum canonem (hoc enim tempus pro triennio aliorum hominum sufficere ad casum ecclesiasticarum aut ptochicarum emphyteusium pro non soluto canone ponimus), fient omnino extranei emphyteumatis, et volentibus praepositis sacrarum domuum licebit praedia aut domos defendere, nullam metuentibus meliorationum redditionem. Sed si quidem deterius fecerit praedium, aut suburbanum, aut domum qui emphyteusin percepit, cogi eum de suo diligentiam ac restitutionem prisci status facere, et obligatum esse ad hoc ipsum, et heredes eius, et successores, eiusque res, insuper et debitos omnes reditus sine dilatione exigi. Quod autem dictum est a nobis, ut nullius immobilis rei ecclesiasticae aut ptochicae alienatio sit permissa, ad nullam nostrae reipublicae personam sancimus valere, non solum super constantibus domibus, et suburbanis, et hortis, et agris, sed etiam super ruinis, sive ex igne, sive ex terrae motu, sive ex qualibet alia causa ruina sit, sed etiam in iis, quae omnino destructa sunt et in pavimento iacent, sive etiam in puris ruinis nullum aedificium habentibus neque materiam iacentem. Non enim in illis alienationem fieri permittimus, nisi in sola emphyteusi temporali, secundum quod dudum a nobis dictum est, in tribus (3) personis talibus, quales praediximus. Ut neque ulla circumscriptio in rem ecclesiasticam in talibus fiat, duobus pro tempore primatibus mechanicis aut architectis, sive in hac regia et maxima civitate una cum deo amabilibus oeconomis, et quinque reverendissimis presbyteris, et duobus diaconis, praesente quoque deo amahaga enfiteusis de ningunos bienes inmuebles eclesiásticos ó de hospicio de pobres, ni de un esclavo rústico ó de annona civil, ni dejamos que en absoluto tenga fuerza alguna lo que se hizo.

§ 1. – Pero como ciertamente la constitución de Leon, de piadosa memoria, dispuso que los bienes eclesiásticos se dieran absolutamente sin ninguna disminución, mas nosotros en otra constitución escrita por nosotros dispusimos que en la enfiteusis se rebajara solamente la sexta parte, damos esta norma para tal disminución, que se averigüe con toda verdad y escrupulosidad la renta de los bienes que se dan, tal como fué desde el principio, cuando pasó á la santísima iglesia, y se dé la enfiteusis á aquellas personas, que antes hemos dicho; porque entonces concedemos la sexta parte, que se ha de computar con escrupulosidad. Pero si aconteciere que se disminuye por alguna calamidad la pensión, ó acepte en su totalidad la pensión entonces existente el que quiere recibir la enfiteusis, ó no la acepte de ningún modo, siendo más bien lícito arrendar, que verificar tales disminuciones para la enfiteusis. Mas si se diera enfiteusis de algún predio eclesiástico de los suburbios, como hemos sabido que hay muchos principalmente en esta felicísima ciudad, merecedores ciertamente de mucho precio, pero que dan pequeñas rentas, ó absolutamente ningún producto, no se regule la enfiteusis por las rentas, sino estímese escrupulosamente el predio de los suburbios, y compútense por el precio obtenido las rentas que se calculen posibles en veinte años, y computadas de esta manera las rentas hágase la enfiteusis, no debiendo hacerse á perpetuidad, sino para el que la recibe, y para dos sucesiones de él, y para el marido y la mujer, según antes hemos dicho.

§ 2.—Mas conviene que sepan los enfiteutas, que si durante dos años contínuos no hubieren pagado el cánon enfitéutico, (porque establecemos que en lugar de los tres años de los demás individuos baste este tiempo para la pérdida de las enfiteusis de bienes eclesiásticos ó de hospicios de pobres no habiéndose pagado el cánon), se harán de todo punto extraños á la enfiteusis, y les será lícito á los encargados de las sagradas casas, que lo quieran, recuperar los predios ó las casas, sin temer ninguna devolución de mejoras. Mas si verdaderamente hubiere deteriorado el predio suburbano, ó la casa, el que recibió la enfiteusis, sea él obligado á responder con lo suyo de su diligencia y de la restitución al primitivo estado, y estén obligados á esto mismo también sus herederos y sucesores, y sus bienes, y exíjanse además sin dilación todas las rentas debidas. Mas lo que por nosotros se dijo, que no sea permitida la enajenación de ningunos bienes inmuebles de la iglesia ó de hospicio de pobres, mandamos que sea válido para toda persona de nuestra república, no solamente respecto á las casas existentes, y á los predios suburbanos, y á los huertos, y á los campos, sino también en cuanto á los que están en ruinas, ya la ruina provenga de incendio, ya de terremoto, ya de otra causa cualquiera, y también en cuanto á los que están completamente destruídos y yacen por el suelo, ya si también en las puras ruinas no tienen edificio alguno ni material que yazga. Porque no permitimos que de ellos se haga enajenación, sino solamente por enfiteusis temporal, según lo que antes se ha dicho por nosotros, para las tres personas, que arriba dijimos. Y para que en tales cosas no se cometa frau-

(1) dantur an tanta sit, quanta, *Trid.*
(2) *Trid.*; sextam ei partem, *Cont.*
(3) *Trid.*; et in tribus personis, *Cont.*

bili episcopo, sive etiam in provincia duobus insignibus mechanicis aut architectis, aut etiam uno, si unum solum civitas habeat, intervenientibus in illis locis sacrosanctis evangeliis positis definiatur ab architectis, quantum competat pro hoc solvi sanctissimae ecclesiae secundum modum emphyteusis, et in his emphyteuticam conscriptionem in eo celebrari secundum figuram prius dictam. Illum vero et aedificare, et uti materiebus, si materias habeat, et transmittere emphyteusin usque ad duas successiones, sicut dictum est, et sic reverti post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam aut venerabilem domum, ex qua facta est emphyteusis, et etiam valere talem contractum, utpote praesenti non repugnantem legi.

de alguno contra los bienes eclesiásticos, presentándose en aquellos lugares dos de los que á la sazón sean principales mecánicos ó arquitectos, en esta real y máxima ciudad en unión de los ecónomos, amantes de Dios, y de cinco reverendísimos presbíteros, y de dos diáconos, con asistencia también del obispo, amante de Dios, ó también en provincias dos principales mecánicos ó arquitectos, ó aun uno solo, si la ciudad tuviera solamente uno, determínese por los arquitectos, expuestos los sacrosantos evangelios, cuanto compete que por aquello se pague á la santísima iglesia por razón de enfiteusis, y hágase sobre ello la escritura de enfiteusis en la forma antes dicha. Y edifique el enfiteuta, y utilice los materiales, si materiales tuviera, y transmita la enfiteusis hasta dos sucesiones, según se ha dicho, y vuelva ella así después del fallecimiento de tres personas á la santísima iglesia ó á la venerable casa, de la que se hizo la enfiteusis, y sea válido también tal contrato, como no siendo contrario á la presente ley.

§ 3.—Neque illud, quod hactenus contra tales contractus agebatur, valere permittendum est de adiectione, ut, si vel duorum heredum compleatur tempus, licentia sit eis, qui post illum sunt, in emphyteusin dare id, unde agitur, et semper eos praeponi aliis. In hoc enim nihil aliud est, quam per revolutionem et machinationem perpetuas eis emphyteuses, magis autem privationes ecclesiasticarum agi rerum. Sed et si quid factum est tale, nullam necessitatem esse reverendissimis oeconomis duobus heredibus cessantibus ceteris tradere.

§ 3.—Y no se ha de permitir que sea válido lo que contra tales contratos se hacía hasta ahora respecto á la adición, para que, si se hubiere cumplido ya el tiempo de dos herederos, haya facultad para dar en enfiteusis aquello de que se trata á los que se hallan después de aquél, y para que ellos sean antepuestos siempre á otros. Porque esto no es otra cosa sino hacer perpétuas para ellos por medio de rodeos y de ardides las enfiteusis, y aun más, privar de los bienes eclesiásticos. Pero aunque se haya hecho alguna cosa semejante, no tengan necesidad alguna los reverendísimos ecónomos, al faltar los dos herederos, de transmitir la enfiteusis á los otros.

Cap. IV

Si quis autem voluerit accipere secundum rationem usus aut qui vocatur usufructus rem ecclesiasticam aut sanctissimae maioris ecclesiae, aut alterius cuiuslibet, quae in omni nostra ditione sunt positae, aut ptochiorum, omnino percipiat hoc et secundum praedictam observationem, et secundum formam constitutionis Leonis piae memoriae, ut iste locuples exsistens et substantiae immobilis dominus aliam mox rem secundum proprietatis ius compenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc (1) percepit, tantos et tales ferentem (2) reditus, quantos aut quales habet quod datur, ita ut post eius obitum ecclesiastica aut ptochica res revertatur ad venerabilem domum cum usu, qui datus est, non transcendente tempus vitae percipientis. Accipiat autem similiter etiam rei in compensationem datae et usum, quatenus sit post percipientis obitum aut tempus, in quo donatio usus convenit, non transcendens videlicet percipientis vitam, utrumque ex toto et secundum proprietatem, et secundum usum apud sanctissimam ecclesiam remansurum.

Capítulo IV

Mas si alguno hubiere querido adquirir á título de uso, ó del que se llama usufructo, una finca eclesiástica, ó de la santísima iglesia mayor, ó de otra cualquiera, que se halle sita en todo nuestro imperio, ó de hospicios de pobres, adquiérala en todo caso también con arreglo á la susodicha observancia, y á la disposición de la constitución de Leon, de piadosa memoria, de suerte que siendo él rico y dueño de bienes inmuebles dé desde luego en compensación otra cosa á título de propiedad á la santísima iglesia ó á la venerable casa, de la que recibió aquella, que produzca tantas y tales rentas cuantas ó cuales produce lo que se da, de suerte que después de la muerte de él la cosa de la iglesia ó del hospicio de pobres vuelva á la venerable casa con el uso que se dió, sin que exceda del tiempo de la vida del que la recibe. Pero obtenga del mismo modo también el uso de la cosa dada en compensación, de suerte que después del fallecimiento del que la recibió ó del tiempo por el que se convino la donación del uso, que á la verdad no exceda de la vida del que lo recibió, hayan de quedar una y otra cosa íntegramente, tanto por lo que respecta á la propiedad, como en cuanto al uso, en poder de la santísima iglesia.

Cap. V

Quia vero Leonis piae memoriae constitutio poenas paene solummodo in venditione decrevit, nos autem interdiximus (3) non venditiones solum, sed etiam donationes, et permutationes, et perpetuas

Capítulo V

Mas como la constitución de Leon, de piadosa memoria, decretó penas casi exclusivamente para el caso de venta, pero nosotros prohibimos no solamente las ventas, sino también las donaciones, y

(1) *Trid.*; hic, *Cont.*
(2) *Ast Bk.*; ferantes, *Trid.*; frequentes, *Port.*, y *Cont.*

(3) *Trid.*; interdiximus, *Cont.*

emphyteuses, et pignorum dationes in rebus immobilibus, videmus autem quosdam sic amatores periculi constitutos, ut praesumant ad ea, quae interdicta sunt, accedere, et circumventionem facere legibus ex voluntate et praesumtione, quam habent, et quae omnibus modis interdicta sunt, et forsitan deducunt homines ad mortem, qui hoc agunt, propterea necessarium existimavimus in unoquoque contractu etiam certam statuere poenam, his quippe poenis, quae positae sunt adversus oeconomos ex constitutione praedicta piae memoriae Leonis, similiter et nunc imminentibus oeconomo, aut xenodocho, aut nosocomo, aut brephotropho, aut abbati aut abbatissae monasterii aut asceterii, secundum quod prius dispositum est. Si quis igitur emere praesumserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, cadat quidem mox pretio, exigatur autem res, quam accepit, cum omni medii temporis incremento; et contra sanctissimam quidem ecclesiam aut venerabilem domum, nullam omnino habeat actionem, contra venerabiles vero oeconomos, aut qui omnino vendiderunt, in propriis eorum substantiis ex contractu habeat actionem, ut metu suae substantiae, etsi non propter dei timorem, tamen segniores circa venditionem fiant.

§ 1.—Si quis autem per donationem accipere praesumserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, et ipso, quod datum est, omnino cadat, et aliud tantundem ex sua substantia repenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc suscepit, ut, quam nisus est agere contra eam novitatem, hanc sibimet in propriis exhibens, suam sentiat malignitatem.

§ 2.—Si autem permutatio in quibusdam personis fiat, praeter solum imperium, sicut praediximus, et qui permutationem accepit subiaceat poenae, et datam sibi rem amittat, et recurrat rursus haec ad venerabilem domum, unde progressa est, et quod pro compensatione dedit, maneat apud venerabilem domum, et qui accesserit ad causam legi contrariam, cadat utroque iuste, et secundum hoc poenae subdatur, secundum quod et propriis cadet, et quod speravit non acquisivit; etiam hic actione ei servata in propria substantia eorum, qui contractum cum eo celebraverunt.

Cap. VI

Si autem creditor in pignore corporali elegerit accipere rem immobilem ecclesiasticam aut ptochicam, in domibus forsan, aut suburbanis, aut agris, aut hortis, aut civilibus panibus, aut rusticis mancipiis, et dederit aurum, ab hoc cadat creditor, et habeat lucrum, quae mutuum accepit sanctissima ecclesia aut venerabilis domus, quod mutuatum est aurum; etiam hic contra celebrantem mutuum oeconomum, aut xenodochum, aut brephotrophum, aut praesulem monasterii, aut asceterii, aut aliorum venerabilium collegiorum creditori actione manente; his omnibus etiam in abbatissis muliebrium asceteriorum aut monasteriorum valentibus.

§ 1.—Si enim omnino sanctissimis ecclesiis aut aliis venerabilibus domibus crediti opus fiat, aut in solam necessariam videlicet et inevitabilem occa-

las permutas, y las enfiteusis perpétuas, y la dación de prendas en bienes inmuebles, y vemos que algunos son tan amantes del peligro que se atreven á intentar lo que está prohibido, y á hacer por la voluntad y la pretensión que tienen fraude contra las leyes, y lo que de todos modos está prohibido, y lo que acaso lleva á la muerte á los hombres que lo hacen, hemos considerado por lo mismo necesario establecer también cierta pena para uno y otro contrato, amenazando ciertamente las penas, que se establecieron contra los ecónomos por la susodicha constitución de Leon, de piadosa memoria, también del mismo modo ahora al ecónomo, ó al encargado del hospital de peregrinos, ó de la enfermería de pobres, ó de la casa de expósitos, ó al abad ó á la abadesa del monasterio ó del asceterio, según lo que antes hemos dicho. Si, pues, alguno se hubiere atrevido á comprar alguna posesión de la iglesia ó de un hospicio de pobres, pierda ciertamente desde luego el precio, y exíjasele la cosa que recibió, con todos los aumentos del tiempo intermedio; y no tenga absolutamente ninguna acción contra la santísima iglesia ó la venerable casa, sino que tenga contra los venerables ecónomos, ó contra los que de algún modo la vendieron, sobre los propios bienes de los mismos, la acción que nace del contrato, á fin de que por miedo respecto á sus propios bienes, aunque no por el temor de Dios, se hagan más remisos para las ventas.

§ 1.—Mas si alguno se hubiere atrevido á recibir por donación una posesión de la iglesia ó de un hospicio de pobres, pierda en absoluto la misma cosa que se dió, y dé de sus propios bienes otra de igual valor á la santísima iglesia ó á la venerable casa, de que recibió aquella, á fin de que, ejecutando para sí propio en sus bienes la novedad que se empeñó hacer contra aquella, experimente su propia maldad.

§ 2.—Pero si se hiciera permuta entre algunas personas, exceptuándose solamente el imperio, según antes hemos dicho, quede sujeto á pena el que recibió la permuta, y pierda la cosa que se le dió, y vuelva ésta de nuevo á la venerable casa de donde salió, y permanezca en poder de la venerable casa lo que él dió en compensación, y el que se hubiere atrevido á cosa contraria á la ley pierda con justicia una y otra, de suerte que quede sujeto á esta pena, que pierda sus propias cosas, y no adquiera la que esperó; reservándosele también en este caso acción contra los propios bienes de los que con él celebraron el contrato.

Capítulo VI

Mas si un acreedor hubiere preferido recibir en prenda especial algún inmueble de la iglesia ó de un hospicio de pobres, acaso consistente en casas, ó en predios suburbanos, ó en campos, ó en huertos, ó en rentas civiles, ó en esclavos rústicos, y hubiere dado dinero, piérdalo el acreedor, y tenga como lucro el dinero que se dió en mútuo la santísima iglesia ó la venerable casa que recibió el mútuo; quedándole también en este caso al acreedor la acción contra el ecónomo, ó el encargado del hospital de peregrinos, ó el de la casa de expósitos, ó el prior del monasterio, ó del asceterio, ó de otras venerables congregaciones, que contrató el mútuo; teniendo validez todo esto también respecto á las abadesas de los asceterios ó monasterios de mujeres.

§ 1.—Porque si absolutamente se les creara necesidad de un préstamo á las santísimas iglesias, ó á otras venerables casas, ó ciertamente solo en oca-

sionem, et praeter quam non poterit, quod imminet, adimpleri, aut in aliam causam utilissimam sanctissimae ecclesiae consistentem, licebit praepositis earum usque ad generalem hypothecam stare, et nullum speciale pignus creditoribus praebere.

sión necesaria é inevitable, y sin la que no se pudiere cumplir cosa que apremia, ó por otra causa que sea utilísima para la santísima iglesia, les será lícito á los prepósitos de éstas llegar hasta la hipoteca general, y no darles á los acreedores ninguna prenda especial.

Cap. VII

Si vero et perpetuam quispiam emphyteusin accipere praesumserit, quod non licet, aut temporalem quidem, non tamen secundum huius nostrae legis observationem, etiam sic cadat quidem ab emphyteusi, et quod datum est maneat apud venerabilem domum, det autem continuo et post casum emphyteumatis, quantum futurus erat solvere, si secundum legem subiisset emphyteusin, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, quae frustra per emphyteusin datae sunt.

§ 1.—Haec igitur omnia custodiantur praedictis subiecta poenis; neque tabellionibus praesumentibus instrumentis talibus ministrare, sed metuentibus usque ad exsilium, et ut nunquam revertantur, nec si sacra hoc praebeat forma, neque iudicibus vel dictare talia instrumenta praesumentibus, vel facta suscipere, et gestis monumentorum ea firmare, ne etiam ipsi et cinguli, et dignitatis, et substantiae casum secundum Leonis constitutionem sustineant.

Capitulo VII

Mas si alguno se hubiere atrevido á obtener una enfiteusis perpétua, cosa que no es lícita, ó ciertamente temporal, pero no conforme á la observancia de esta nuestra ley, pierda también en este caso la enfiteusis, y permanezca en poder de la venerable casa lo que se dió, pero dé en lo sucesivo aun después de la pérdida de la enfiteusis cuanto habría de pagar, si con arreglo á la ley hubiese aceptado la enfiteusis, no quedando en poder de él nada de los bienes de los pobres, que inútilmente fueron dados por medio de la enfiteusis.

§ 1.—Obsérvese, pues, todo esto con sujeción á las susodichas penas; sin que se atrevan los notarios á prestar sus servicios en tales instrumentos, temiendo, por el contrario, hasta el destierro, y no volver nunca, aunque se lo conceda una sacra disposición, y no atreviéndose tampoco los jueces á disponer la otorgación de tales instrumentos, ó á aceptar los otorgados, y á confirmarlos con la práctica de actuaciones, á fin de que no soporten también ellos con arreglo á la constitución de Leon la pérdida del cíngulo y de la dignidad y de sus bienes.

Cap. VIII

Iisdem poenis servandis etiam adversus eos, qui sacrata vasa contra nostram legem aut pignori dant, aut vendunt, aut conflant propter alienationem. Nam et illos aequa aut maiore poena dignos esse sancimus, quanto etiam circa sacras res et deo dicatas praesumserunt impie agere; nisi tamen aliquid tale fiat, quod diximus, circa redemtionem captivorum, ubi animae hominum liberantur a mortibus et vinculis inanimatorum venditione vasorum. Simili quippe observatione et super alienatione civilium panum custodienda, sicut saepe diximus, eo quod tales panes non solum in hac felicissima civitate, sed etiam in magna Alexandria et in Theopoli esse didicimus, forsitan autem tale quid et in aliis provinciis quibusdam est; si enim etiam alibi huiusmodi quaedam sit possessio, et in illa lex servetur, et suam observationem extendat.

Capitulo VIII

Las mismas penas se habrán de observar también contra los que en contravención á nuestra ley dan en prenda, ó venden, ó funden por causa de enajenación vasos sagrados. Porque mandamos que también éstos sean dignos de igual ó de mayor pena, por cuanto se atrevieron á obrar con impiedad también respecto á cosas sagradas y dedicadas á Dios; á no ser, sin embargo, que alguna de estas cosas se haga, según dijimos, para la redención de cautivos, en la que con la venta de vasos inanimados son libradas de la muerte y de las prisiones almas de hombres. Debiéndose guardar ciertamente la misma observancia también en la enajenación de panes civiles, según muchas veces hemos dicho, porque hemos sabido que tales panes existen no solamente en esta felicísima ciudad, sino también en la grande Alejandría y en Teópolis, habiendo quizá alguna cosa semejante también en algunas otras provincias; porque si también en otra parte hubiera alguna posesión de esta naturaleza, también en ella se observará la ley, y extenderá ésta su observancia.

Cap. IX

Quia vero verisimile est quempiam etiam in circumventionem huius legis tentare pragmaticas nostras formas accipere, tale aliquid ei agere permittentes, et hoc prohibemus in omni persona maiore vel minore, sive in cingulo constituta, sive horum, qui circa nos sunt, sive aliorum quispiam inter populos habitantium. Et sancimus, nulli penitus licentiam esse talem quempiam pragmaticum proferre typum, neque ex hoc accipere aliquod de sanctissimis ecclesiis compendium, aut monasteriis, aut ptochiis, aut aliis venerabilibus collegiis immobilium rerum; sed et gloriosissimo quaestori poenam imminere centum librarum auri, si quid tale dictaverit, simul et suspicientibus insinuatio-

Capitulo IX

Mas como es verosímil que también alguien intente obtener en contravención de esta ley pragmáticas resoluciones nuestras, que le permitan hacer alguna cosa semejante, prohibimos también esto respecto á toda persona de mayor ó menor categoría, ya esté resvestida de cíngulo, ya sea alguno de los que están cerca de nosotros, ya de los otros que viven entre el pueblo. Y mandamos, que nadie absolutamente tenga licencia para presentar un ejemplar cualquiera de tal pragmática, ni para obtener por virtud de ól provecho alguno de bienes inmuebles de las santísimas iglesias, ó de monasterios, ó de hospicios de pobres, ó de otras venerables corporaciones; sino que le amenace al glorio-

nem talis cuiuspiam sacrae formae gloriosissimis iudicibus, aut aliis quibusdam eandem imminere poenam; et tabelliones succumbere Leonis piae memoriae constitutioni, si egerint tale aliquod instrumentum, et deo amabiles episcopos aut venerabiles oeconomos sine periculo refutare huiusmodi sacras pragmaticas formas, magis autem cum periculo suscipere et agnoscere, quia circa ipsum sacerdotium periculum sustinebunt, si negligentes has leges, quae ita fiunt, pragmaticas sequantur formas.

§ 1.—Oportet enim ea, quae communiter et generaliter in omnium utilitatem sanciuntur, potius valere, quam ea, quae circa aliquos studentur agi ad corruptionem communium legum. His solis videlicet conducendis et emphyteusi dandis rebus, quascunque putant tali aliquo egere.

Cap. X

Si tamen voluerint quaedam sub propria gubernatione habere deo amabiles oeconomi aut aliorum praesules collegiorum, nulli eorum, qui in potentatu sunt, neque secundum sacram pragmaticam formam licentiam esse, cogere eos aut per conductionem, aut per emphyteusin haec tradere ei, qui hoc agit, et sacrilegii subiacere poenae, et omnibus mulctis, quae hac nostra lege sacra continentur, et suppliciis.

Cap. XI

Quis vero cognovimus aliquod pessimum delictum factum et apud Alexandrinos, et apud Aegyptios, iam autem et in aliis quibusdam imperii locis quosdam praesumere ipsa venerabilia monasteria vendere, aut permutare, aut donare (in quibus et altare collocatum est, et sacrum exhibitum ministerium, quale moris est in sanctissimis ecclesiis celebrari, sacris quippe lectis scripturis, et sacrosancta et ineffabili communione tradita, et monastica illic facta habitatione), ita ut haec mutarentur ex sacro et deo amabili schemate ad privatam mansionem et statum, haec omnino de cetero fieri prohibemus, nulli hominum permittentes hoc delinquere, sed etiam factum infirmum omnibus declaramus modis, et pretiorum casum imponimus accipientibus, venditorem quoque damnificamus et rei casu, et pretii amissione, sanctissimae ecclesiae eius loci et venerabilibus monasteriis hoc tribuentes, quatenus ipsi provideant, ut, quod male alienatum est, rursus ad monasticam revocent figuram; neque hypothecha super his valente, sed etiam ipsa infirmanda, et rursus sacro monasterio assignanda.

Cap. XII

Sicut autem damnosas alienationes prohibemus, sic et damnosas possessiones interdicimus. Multae enim apud nos motae sunt quaestiones, ubi quidam minus idonea praedia donaverunt sanctissimis ecclesiis aut venerabilibus domibus, aut etiam

simo cuestor la pena de cien libras de oro, si hubiere dispuesto alguna cosa semejante, y les amenace al mismo tiempo la misma pena también á los gloriosísimos jueces, que acepten la manifestación de una tal sacra disposición, ó á otros cualesquiera; y que los notarios queden sujetos á la constitución de Leon, de piadosa memoria, si hubieren hecho algún instrumento semejante, y rechacen sin riesgo los obispos, amantes de Dios, ó los venerables ecónomos tales sagradas pragmáticas disposiciones, y aun más, acéptenlas, y reconózcanlas bajo su responsabilidad, porque correrán riesgo respecto al mismo sacerdocio, si, desatendiendo estas leyes, se atuvieran á las pragmáticas disposiciones, que de este modo se dan.

§ 1.—Porque es conveniente que lo que en común y en general se sanciona para utilidad de todos tenga más fuerza que lo que por algunos se intenta hacer para infracción de las leyes comunes. Debiéndose tomar en arrendamiento y dar en enfiteusis solamente las cosas que aquellos juzgan que lo requieren.

Capítulo X

Mas si los ecónomos, amantes de Dios, ó los presidentes de otras corporaciones quisieren tener bajo su propia administración algunas cosas, no tenga licencia ninguno de los que ejercen autoridad, ni aun obedeciendo á sacra pragmática disposición, para obligarlos á entregarlas por arrendamiento ó por enfiteusis al que hizo esto, y quede sujeto á la pena de sacrilegio, y á todas las penas, que se contienen en esta nuestra sagrada ley, y á los suplicios.

Capítulo XI

Mas por cuanto hemos sabido que entre los Alejandrinos y entre los Egipcios se comete algún gravísimo delito, atreviéndose algunos también en algunas otras localidades del imperio á vender, ó permutar ó donar los mismos venerables monasterios (en los que hay colocado altar, y se ha celebrado el sagrado ministerio, que es de costumbre que se celebre en las santísimas iglesias, habiéndose leído ciertamente las sagradas escrituras, y dado la sacrosanta é inefable comunión, y habiéndose constituído allí habitación monástica), de suerte que de su forma sagrada y amada de Dios sean cambiados en mansión privada y en cosa de otra condición, prohibimos en absoluto que en lo sucesivo se haga esto, no permitiendo á ningún hombre delinquír en esto, sino que además declaramos nulo de todos modos lo que se hizo, é imponemos la pérdida del precio á los adquirentes, y condenamos también al vendedor á la pérdida así de la cosa como del precio, adjudicándole éste á la santísima iglesia y á los venerables monasterios de aquella localidad, á fin de que ellos mismos procuren volver de nuevo á la forma de monasterio lo que malamente fué enajenado; no siendo válida sobre estas cosas hipoteca, sino debiendo ser esta invalidada y adjudicada otra vez al sagrado monasterio.

Capítulo XII

Mas así como prohibimos las enajenaciones perjudiciales, así también prohibimos las posesiones gravosas. Porque muchas cuestiones se promovieron ante nosotros, en las que algunos donaron á las santísimas iglesias, ó á las venerables casas, pre-

vendiderunt tanquam idonea, quum utique sterilia a principio essent, et ex hoc venerabilibus domibus nocuerunt. Interdicimus igitur rectoribus venerabilium domorum tale aliquid agere, aut certe cognoscere, quia, si non cum omni subtilitate fecerint contractus, sed foena quaedam possessio aut damnosa detur ecclesiis, aut monasteriis, aut xenodochiis, aut nosocomiis, aut aliis venerabilibus collegiis, contractus quidem pro non facto erit, et recipiet omnino qui dat, quod per circumventionem et fallaciam datum est; oeconomus autem, qui tale aliquid egerit, aut abbas, aut xenodochus, aut nosocomus, aut ptochotrophus, aut orphanotrophus, aut gerontocomus de suo ei, qui dedit, salvabit ex hoc damnum. Si vero sic causa figuretur, ut etiam aliquod aurum pro hoc detur, et hoc lucrabitur quidem venerabilis domus, quae foeneum aliquod acceperit; qui vero aurum dedit, habebit contra eum, qui contractum celebravit, ex hoc actionem, sicut praediximus.

dios que no eran productivos, ó en las que también los vendieron como productivos, siendo ciertamente estériles desde un principio, y con ello perjudicaron á las venerables casas. Prohibimos, pues, á los rectores de las venerables casas hacer alguna cosa de estas, ó tener ciertamente de ella conocimiento, porque, si con toda escrupulosidad no hubieren hecho los contratos, sino que á las iglesias, ó á los monasterios, ó á los hospitales de peregrinos, ó á las enfermerías de pobres, ó á otras venerables corporaciones se les hubiere dado alguna posesión improductiva ó perjudicial, ciertamente que se tendrá por no hecho el contrato, y que de todos modos recobrará el que lo da lo que por fraude y falacia fué dado; mas el ecónomo que hubiere hecho alguna tal cosa, ó el abad, ó el encargado de hospital de peregrinos, ó de enfermería de pobres, ó de hospicio de pobres, ó de hospicio de huérfanos, ó de hospital de ancianos, resarcirá de lo suyo el daño por ello causado al que dió la cosa. Mas si se figurase el contrato de modo que también por la cosa se diese algún dinero, ciertamente lucrará con él la venerable casa, que hubiere recibido alguna cosa improductiva; pero el que dió el dinero tendrá contra el que celebró el contrato la acción nacida de éste, según antes dijimos.

Epilogus

Haec omnino a nobis super ecclesiasticarum aut omnino ptochicarum rerum alienatione posita sit lex, Leonis quidem piae memoriae sequens constitutionem, et non aliud quidem curans, aliud autem incuratum relinquens, sed in omni terra, quam Romanorum continet lex et catholicae ecclesiae sanctio, haec extendatur, et determinet, quae sua sunt, et valeat perpetua et custodita et a sanctissimis patriarchis uniuscuiusque dioecesis, et a deo amabilibus metropolitis, et ab aliis episcopis, et clericis, et oeconomis, et abbatibus, et xenodochis, et nosocomis, et brephotrophis, et gerontocomis, et orphanotrophis, et omnibus similiter rectoribus aliquorum sanctorum collegiorum, omnibus imponens proprium robur, et licentiam praebens volenti denuntiare quae delinquuntur. Laudabilis enim huiusmodi est, et calumniatoris effugiet nomen, qui causam contra leges factam redarguit, auctor pietatis et utilitatis sacris domibus factus. Servabunt autem eam nihilominus et nostrae reipublicae iudices maiores et minores, civiles et militares, et praecipue per omnes dioeceses constituti gloriosissimi praefecti sacrorum praeteriorum, et medias habentes administrationes, quos spectabiles vocant, dicimus autem augustalem, et proconsulares, et spectabiles comites, et alios Orientis, et qui post illos sunt magistratus, hoc est provinciarum consulares sive praesides constituti, atque defensores civitatum. Et similiter omne civile et militare et publicum auxilium hanc nostram legem tanquam in communi utilitate et pro totius terrae pietate positam servet, et praevaricatores subdat poenis, quas primitus diximus. Si quid autem de conductionibus ecclesiasticarum rerum aut in aliis capitulis sancivimus, aut a prioribus nostris sancitum est, maneat hoc in propria firmitate, neque ex praesente sacra nostra constitutione novandum. Alia enim omnia manere in propriis terminis sinimus, nisi tamen aliquid de iis habeat, quae hic constituimus, quum sufficiat pro omnibus haec lex super id, quod a Leone piae memoriae factum est, omnem adversus ptochicas res auferre alienationis occasionem. Tua igitur beatitudo, et qui post

Epílogo

Quede en absoluto establecida por nosotros sobre la enajenación de bienes eclesiásticos ó en general de hospicios de pobres esta ley, que se atiene ciertamente á la constitución de Leon, de piadosa memoria, y que á la verdad no se cuida de una cosa, y deja desatendida otra, mas extiéndase á toda la tierra que comprenden la ley de los romanos y la sanción de la iglesia católica, y determine las cosas que son suyas propias, y tenga validez perpetuamente, y guardada por los santísimos patriarcas de cada diócesis, y por los metropolitanos, amantes de Dios, y por los demás obispos, y clérigos, y ecónomos, y abades, y encargados de hospitales de peregrinos, enfermerías de pobres, casas de expósitos, hospicios de ancianos, hospicios de huérfanos, é igualmente por todos los directores de otras santas congregaciones, imponiendo á todos su propio vigor, y dándole licencia al que la quiera para denunciar los casos en que se delinque. Porque de este modo es digno de alabanza, y evitará la denominación de calumniador el que denuncia cosa ejecutada contra las leyes, habiéndose hecho para las sagradas casas autor de un acto de piedad y de utilidad. Pero no menos la guardarán también los jueces mayores y menores de nuestra república, civiles y militares, y principalmente los gloriosísimos prefectos de los sacros pretorios, constituídos en todas las diócesis, y los que desempeñan cargos intermedios, á quienes llaman espectables, queremos decir, el augustal, los proconsulares, y los espectables condes, y otros del Oriente, y los magistrados que van después de ellos, esto es, los que son consulares ó presidentes de las provincias, y los defensores de las ciudades. Y del mismo modo observe esta ley nuestra como promulgada para la común utilidad, y en pro de la piedad de toda la tierra, todo auxiliar civil y militar y público, y someta á los prevaricadores á las penas, que al principio hemos dicho. Mas si alguna disposición hemos sancionado respecto á los arrendamientos de bienes eclesiásticos en otros capítulos, ó si por nuestros antecesores fué sancionada, subsista en su propio vigor, sin que se haya de hacer innova-

illam in pontificalibus sedibus fuerint, quae a nobis disposita sunt operi effectuique tradere festinet. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater.

Dat. XVII. Kal. Maii Constantinop., Belisario V. C. Cons. [535.]

CONST. VIII (1)

UT IUDICES SINE QUOQUO SUFFRAGIO FIANT

(Coll. II. tit. 2. 3.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *Praefect. Praet. itcrum, exconsuli et patricio.*

Praefatio

Omnes nobis dies ac noctes contingit cum omni lucubratione et cogitatione degere, semper volentibus, ut aliquid utile et placens deo a nobis collatoribus praebeatur; et non in vano vigilias ducimus, sed in huiusmodi eas expendimus consilia, pernoctantes et noctibus sub aequalitate dierum, utentes, ut nostri subiecti sub omni quiete consistant sollicitudine liberati, nobis in nosmet ipsos pro omnibus cogitationem suscipientibus. Per omnem namque curiositatem et inquisitionem subtilem discurrimus, illa agere quaerentes, quae utilitatem nostris subiectis introducendo, omni eos onere liberent et omni damno extrinsecus illato, citra publicum censum et iustam legitimamque collationem. Invenimus enim plurimam ingressam causis iniustitiam, et hanc non olim, sed ex quibusdam temporibus violenter accessisse, et omnes nostros subiectos ad inopiam compulisse, ut ad novissimam ipsi penuriam devenire fluctuarentur, et neque consueta et legitima tributa et pro veritate pias functiones secundum publicum censum possint sine maxima necessitate persolvere. Quomodo enim valerent collatores, quum ex aliquo tempore Imperatores semper aliquid lucrari ex proventu iudicum cogitarent, et merito hos sequerentur etiam gloriosissimi praefecti, ex hac iniustitia et damnis extrinsecus illatis et (2) solennibus piis collationibus sufficere?

§ 1.—Cogitatio igitur nobis facta est, quod agentes omnia, quaecunque in nostris provinciis sunt, uno actu communi ad meliora migraremus. Hoc enim omnino eventurum credimus, si praesides gentium, quicunque civiles administrationes provinciarum habent, puris procuremus uti manibus, et ab omni abstinere acceptione pro illis, solis contentos eis, quae a fisco dantur. Quod non aliter fiet, nisi et ipsi cingula sine mercede percipiant, nihil omnino dantes nec occasione suffragiorum,

(1) *El texto griego se halla en Hal. y en Scrimg., pero con la fórmula del juramento, que le sigue, comienza Hal. la Novela novena.—La mayor parte de esta Novela se halla en las Bas. VI. 3.—Iulian. Const. 15.—El texto es de la antigua versión de la glosa.*

(2) *Trid.*; et, *omittenla Port., y Cont.*

ción en virtud de nuestra presente sacra constitución. Porque dejamos que subsistan todas las demás en sus propios términos, á no ser que alguna contenga algo de lo que aquí constituímos, porque basta por todas esta ley sobre lo que se hizo por Leon, de piadosa memoria, para quitar toda ocasión de enajenación de bienes de hospicios de pobres. Por tanto, apresúrense tu beatitud, y los que después de ella sucedieren en las sedes pontificales, á llevar á ejecución y efecto lo que por nosotros ha sido dispuesto. La divinidad te conserve, santo y religiosísimo padre, muchos años.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCION VIII

DE QUE SIN SUFRAGIO ALGUNO SEAN NOMBRADOS LOS JUECES

(Colección II. títulos 2. 3.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez Prefecto del Pretorio, exconsul y patricio.*

Prefacio

Nos acontece que pasamos en grandes lucubraciones y reflexiones todos los días y las noches, queriendo siempre hacerles nosotros á los contribuyentes alguna concesión útil y grata para Dios; y no en vano pasamos las vigilias, sino que las empleamos en tales designios, pasando con ellos las noches y utilizando las noches al igual que los días, á fin de que nuestros súbditos descansen con todo sosiego libres de cuidados, echando nosotros sobre nosotros mismos el pensar por todos. Porque discurrimos con toda diligencia y con minuciosa investigación, deseando hacer lo que produciéndoles utilidad á nuestros súbditos los libre de toda carga y de todo daño impuestos sin justificación, exceptuados el censo público y la justa y legítima contribución. Pues hemos hallado que en los negocios ha penetrado grandísima injusticia, y que esta se ha introducido con violencia no de antiguo sino desde cierto tiempo, y ha reducido á la inopia á todos nuestros súbditos, de suerte que corren ellos riesgo de llegar á extrema penuria, y de no poder pagar sin grandísimo apuro los acostumbrados y legítimos tributos y las cargas verdaderamente piadosas con arreglo al censo público. Porque, como desde hace algún tiempo pensaron siempre los Emperadores lucrar alguna cosa con la promoción de jueces, y á ellos les seguían con razón también los gloriosísimos prefectos, ¿de qué manera podrían en virtud de esta injusticia los contribuyentes tener lo bastante para los quebrantos causados sin justificación y para las solemnes piadosas contribuciones?

§ 1.—Formamos por lo tanto el propósito, tratando de todo lo que en nuestras provincias sucede, de mejorarlo con un solo acto común. Porque creemos que indefectiblemente acontecerá esto, si procuramos que los presidentes de las regiones, que desempeñan las administraciones civiles de las provincias, tengan manos limpias, y se abstengan de recibir cosa alguna, contentándose solamente con las que se les dan por el fisco. Lo que no sucederá de otra suerte, sino si también ellos recibieran sin re-

neque iis, qui cingula habent, nec alii omnium (1) ulli. Consideravimus enim, quia, licet quaestus non modicus (2) imminuitur imperio, attamen nostris subiectis incrementum maximum percipientibus (3), si indemnes a iudicibus conserventur, et imperium et fiscus abundabit utens subiectis locupletibus, et uno hoc introducto ordine plurima rerum et innumera erit ubertas. An certe non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat, et ita administrationem emit, non dat hoc solum, quantum occasione adinventum est suffragiorum, sed et aliud extrinsecus addit amplius occasione commodi administrationem aut dantibus aut spondentibus? et sic uno principio illicito dato plurimas necesse est manus circumire eum, qui donationem facit, et hoc non de suo forte praebere, sed mutuatum, et ut mutuare possit, damnificatum, et computare apud se, quia convenit eum tantum ex provincia percipere, quantum liberet quidem ei debita, sortes et usuras, et damna pro ipso mutuo; computabit autem et in medio expensas largiores, iam et iudicem, et qui circa ipsum sunt decentes (4), et quendam etiam sibimet recondet quaestum in tempore sequenti, in quo forte non administrabit. Quapropter eius, quod ab eo datum est, triplum, magis autem, si oportet verius dici, decuplum erit, quod a subiectis nostris exigitur, et ex hoc etiam fiscus imminuitur. Nam ea, quae oportebat in fiscum inferri, eo, qui administrationem habet, puris utente (5) manibus, hoc ad propriam utilitatem redigens, qui administrationem habet, et inopem faciens nobis collatorem, inopiam illius (6), quae per ipsum agitur, nobis reputat. Et quanta impie talia fiunt, ad horum furtorum merito relata occasionem! Administrationes namque habentes provinciales ad hanc acceptionem respicientes multos quidem reorum dimittunt, vendentes eis delictum, plurimos autem innoxiorum condemnant, ut noxiis praestent, et hoc non solum in pecuniariis causis agitur, sed et in criminalibus, ubi de anima est periculum; fugaeque fiunt (7) ex provinciis, et confluunt huc omnes ingemiscentes sacerdotes, et curiales, et officiales, et possessores, et populi, et agricolae, iudicum furta merito et iniustitias accusantes, et haec non fiunt sola, sed etiam civitatum seditiones et publicae turbae plerumque pecuniae causa fiunt atque sedantur. Et omnino una quaedam est haec omnium occassio malorum, et accipere suffragium a iudicibus totius nequitiae est principium et terminus. Est quoque hoc sacrorum eloquiorum mirabile et verum, quod avaritia omnium sit mater malorum, maxime quando non privatorum, sed iudicum inhaeret animabus. Quis enim sine periculo non furetur, quis non latrocinabitur sine reatu ad administratorem respiciens? Illum namque videns omnia auro vendentem, et praesumens, quia, quidquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet, hinc homicidium, et adulterium, et invasiones, et vulnera, et raptus virginum, et commerciorum confusio, et contemtus legum et iudicum, omnibus haec venalia proposita esse putantibus, tanquam aliquod vilium (8) mancipiorum. Sed neque sufficimus considerare et exponere, quanta ex furto provincialium iudicum fiunt pessima, nullo eos praesumente cum fiducia

tribución el cíngulo, no dando absolutamente nada con ocasión de sufragios ni á los que tienen cíngulo, ni á otro alguno de los demás. Porque hemos considerado, que, aunque se le disminuye no pequeña renta al imperio, esto no obstante, percibiendo muy grande aumento nuestros súbditos, si por los jueces fueran conservados indemnes, el imperio y el fisco tendrán abundancia contando con súbditos ricos, y, con haberse puesto orden en esto solo, habrá grande é inmenso acrecentamiento de bienes. ¿No es ciertamente manifiesto para todos, que el que da dinero, y de este modo compra un cargo administrativo, no da solamente lo que se inventó con acasión de sufragios, sino que independientemente de esto añade también otra cosa más por vía de provecho para los que le dan ó prometen el cargo administrativo? Y sentado así un solo principio ilícito, necesita el que hizo la dádiva recorrer muchas manos, dar aquello acaso no de lo suyo, sino tomado á préstamo, gravándose también para poderlo tomar prestado, y echar consigo mismo cuentas de que es conveniente que él perciba de la provincia tanto cuanto ciertamente le libre de deudas, de capitales é intereses, y de los perjuicios sufridos por el mismo préstamo; pero calculará también para el tiempo intermedio mayores gastos que los convenientes, tanto para el juez como para los que están cerca de él, y guardará también para sí alguna ganancia para el siguiente tiempo, en que acaso no desempeñará el cargo administrativo. Por lo cual, lo que se les exige á nuestros súbditos será el triplo, más aun, el décuplo, si se ha de decir la verdad, de lo que se dió por él, y con esto es perjudicado también el fisco. Porque aplicando á su propia utilidad el que desempeña el cargo administrativo lo que se le debía pagar al fisco, si tuviera manos limpias el que ejerce aquel cargo, y reduciendo para nosotros á la inopia al contribuyente, nos imputa á nosotros la inopia de aquel, que por él mismo se causa. ¡Y cuántas cosas semejantes se hacen impíamente, que con razón se refieren á la ocasión de estos hurtos! Porque los que desempeñan la administración de las provincias, atentos á estos cobros, absuelven ciertamente á muchos reos, vendiéndoles su delito, y condenan á muchos inocentes, para que paguen por los delincuentes, haciéndose esto no solamente en los negocios pecuniarios, sino en los criminales, en que hay peligro de la vida; y se huye de las provincias, y acuden aquí todos lamentándose, sacerdotes, curiales, oficiales, poseedores, gente del pueblo, y agricultores, acusando con razón los hurtos y las injusticias de los jueces; y no sucede esto solo, sino que también por causa de dinero se promueven y se aplacan las más de las veces las sediciones de las ciudades y los tumultos públicos. Y en absoluto esta sola es la ocasión de todos los males, y el recibir sufragios de los jueces es el principio y el término de toda iniquidad. Hay también este concepto admirable y verdadero de las sagradas escrituras, que la avaricia es la madre de todos los males, principalmente cuando tiene asiento en las almas no de los particulares, sino de los jueces. Porque ¿quién no robará sin peligro, quién no cometerá latrocinios sin culpa mirando al que ejerce la administración? Porque viendo que

(1) hominum, *Trid., y Port.*
(2) *Trid.;* immodicus, *Cont.*
(3) *Trid.;* nostri subiecti – percipient, *Port., y Cont.*
(4) *Trid.;* iam et iudici – convenientes, *Cont.*
(5) *Trid.;* eo, quod – utente, *Port., y Cont.*
(6) *Trid.;* ipsius, *Cont.*
(7) fugiunt aeque, *Trid., y Port.*
(8) optimorum, *Trid., y Port.*

redarguere, quum illi repente se emisse cingula pronuntient.

éste todo lo vende por dinero, y confiando en que cualquiera cosa ilícita que hubiere hecho la redimirá dando dinero, nacerán de aquí los homicidios, los adulterios, las invasiones, las heridas, los raptos de vírgenes, la confusión de los actos de comercio, y el menosprecio de las leyes y de los jueces, juzgando todos que estas cosas están expuestas á la venta, como si fueran algún vil esclavo. Mas no somos capaces de considerar y de exponer cuantas cosas malísimas resultan de los hurtos de los jueces provinciales, sin que nadie se atreva á acusar á éstos con seguridad, puesto que ellos declaran desde luego que compraron el cíngulo.

Cap. I

Haec omnia apud nos cogitantes, et hic quoque participem consilii sumentes eam, quae a deo data est nobis, reverendissimam coniugem, et tuae celsitudini causam communicantes, et quaedam etiam a tuo sumèntes consilio, ad hanc sacram venimus legem, per quam sancimus, neque proconsulariam ullam, neque hactenus vocatam vicariam, neque comitem Orientis, neque aliam quamlibet administrationem, neque proconsularem, neque praesidalem, quas consularitias et correctivas vocant, quarum expressim meminit subiecta huic sacrae legi nostrae descriptio, quasque solas sub hac lege ducimus, dare aliquod suffragium, neque pro administratione quamlibet donationem, neque iudici ulli, neque horum, qui circa administrationem sunt, alicui, neque alteri per occassionem patrocinii, sed gratis quidem sumere administrationes, pauca vero praebere occasione eorum, quae pro cingulis dantur (1) et chartis. Nam subiecimus etiam descriptionem huic sacrae nostrae legi declarantem, quid competat unamquamque administrationem nostram praebere in sacro nostro latercúlo aut in foro tuae celsitudinis occasione codicillorum aut praeceptorum, unde et illud abbreviatum est, ne praestet illi maximum damnum.

Capítulo I

Meditando nosotros sobre todo esto, y tomando también en este caso como consejera á la reverendísima cónyuge que por Dios nos fué dada, y comunicando el asunto á tu excelsitud, y aceptando también por tu consejo algunas cosas, hemos llegado á dar esta sacra ley, por la cual mandamos que ningún cargo de proconsul, ni de los llamados hasta ahora de vicario, ni de conde de Oriente, ni otro cualquiera, ni proconsular, ni presidencial, que llaman consulares y de corregidores, de los que expresamente hace mención la relación continuada al pie de esta sacra ley nuestra, y solos los que ponemos á continuación de ella, dé sufragio alguno, ni donación alguna por un cargo administrativo, ni á juez alguno, ni á nadie de los que están cerca de los que desempeñan el cargo, ni á otro alguno con ocasión de patrocinio, sino que á la verdad reciba gratuitamente los cargos administrativos, y dén módica cantidad con ocasión de lo que se satisface por los cíngulos y las credenciales. Porque agregamos también á esta nuestra sacra ley una relación que declara qué es lo que compete que cada cargo administrativo nuestro satisfaga en nuestro sacro registro ó en el foro de tu excelsitud con ocasión de las credenciales ó mandamientos, á cuyo efecto ha sido también reducido, á fin de que no le cause á aquel muy grande quebranto.

Cap. II

Illud tamen decernimus, oportere vicarium Asianae, qui est quoque iudex Pacatianae Phrygiae, non ulterius quidem ita nuncúpari, sed de cetero comitem Phrygiae Pacatianae nominari, et percipere de fisco, quae etiam nunc occasione annonarum et capitorum (2) pro utraque administratione percipiebat, nihil horum imminuto, non autem duobus officiis uti, sed permixtum et iudicis et vicarii unum esse, comitianum exsistens et nominatum (3); periculo functionum publicarum et ei, et omnibus similiter imminente, utpote uno officio constituto, non dividendo penitus, sed per unam continuationem militantibus universis, quod accipiet quidem propter duplex periculum annonas et capita, quae utrumque (4) pridem percipiebat officium, non tamen in altera quadam administratione pridem quidem vicarium, nunc autem spectabilem comitem in Pacatiana Phrygia, non habentem penitus ullum participium in aliis Asianae dioeceseos provinciis (5), sed habentem quidem spectabilis comitis Pacatianae Phrygiae cognomi-

Capítulo II

Mas también decretamos que es conveniente que el vicario de Asia, que también es juez de la Frigia Pacaciana, no sea llamado así en lo sucesivo, sino que en adelante sea denominado conde de la Frigia Pacaciana, y perciba del fisco lo que también ahora percibía á título de annonas y de capitación por ambos cargos, sin ninguna disminución en esto, pero no desempeñe dos oficios, sino que haya uno solo, mezclados el de juez y el de vicario, existiendo y dominándosele el de conde; incumbiendo así á él, como igualmente á todos, la responsabilidad de las contribuciones públicas, como constituyendo un solo oficio, no debiéndose dividir en modo alguno, sino desempeñando todos su cargo conjuntamente, porque recibirá ciertamente por razón de su doble responsabilidad las annonas y las capitaciones, que antes percibían uno y otro oficio, pero sin que el que antes era ciertamente vicario en uno de los cargos administrativos, y el que es ahora espectable conde en la Frigia Pacaciana, tenga absolutamente ninguna intervención

(1) pro singulis dantur cingulis, codicillis, *Trid.*
(2) cap!tum, *Trid., y Port.*
(3) nominando, *Trid., y Port.*
(4) *Trid., y Port.*; utraque, *Cont.*

(5) *Así dice al márgen que se ha de leer Cont., quien en el texto escribe como Trid. y Port.:* Asianae provinciae dioecesibus.

nationem, contentum vero in sola Pacatiana, sicut praediximus, Phrygia.

Cap. III

Hoc autem ipsum et in alterutro pridem vicario definivimus (dicimus autem eum, qui est in Pontica dioecesi), ut non duo consistant de cetero, sed unus comes quidem Galatiae primae nominandus, et habiturus etiam super milites potestatem, sicut habet et nunc, et utriusque cinguli percepturus annonas, non tamen foris primam Galatiam. Nullam etenim ei aliam penitus damus habere potestatem in ulla Pontica regione, sed in sola Galatia prima, officio quidem miscendo, et secundum unam, sicut dictum est, intelligendo et numerando coniunctionem, comitiano exsistente et nominando, nulloque penitus eorum ad alios habente aliquam differentiam, sed unum esse officium sub uno iudice unius provinciae praesule, omni similiter (1) officio una cum suo iudice circa fiscalia periculum sustinente.

Cap. IV

Nulli quoque iudici penitus concedimus, neque civili neque militari, mittere per civitates provinciae, quibus praesidet, eos, qui vocantur loci servatores, scientibus, quia, si quid tale fecerint, ipsi cadent administratione, praesumentes alios in suum officium elevare.

Cap. V

Hoc autem ipsum dicimus et in clarissimo comite Orientis, et clarissimo iudice. Et illic enim unam administrationem utramque facimus, habentem quidem et spectabilis comitis Orientis nomen, officio vero uno praesidente, comitiano exsistente et nominando, et primae solius Syriae, et Cyrrhesticae (2) praesidente, et utriusque administrationis annonas habente. Aequalem namque vicariis illum ponimus, ut et ipse cum subiecto sibi officio periculum habeat et pro fiscalium exactione, et pro civili et publica disciplina.

Cap. VI

Volumus autem omnibus iudicibus nostrarum provinciarum omnes subdi, privatos quidem secundum quod cinguli proprium praemium est, in omnibus causis, et universis pecuniariis et criminalibus occassionibus; qui vero in militiis constituti sunt, (et propriis iudicibus deputati) (3), etiam istos nihilominus occasione fiscalium et criminalium subdi omnibus eis modis. Sed etiam eos, qui hinc descendunt, ex (4) quolibet foro, qui quascunque exsequuntur sententias, licet provinciarum iudicibus non sinere amplius aliquid, quam sacra

en las otras provincias de la diócesis de Asia, sino teniendo ciertamente la denominación de espectable conde de la Frigia Pacaciana, y contentándose solamente con la Frigia Pacaciana, según antes hemos dicho.

Capítulo III

Mas esto mismo determinamos antes también respecto á otro vicario, (nos referimos al que hay en la diócesis del Ponto), á fin de que no haya en lo sucesivo dos, sino un solo conde, que ciertamente ha de ser denominado de la Galacia primera, y el cual habrá de tener también potestad sobre los militares, como asimismo la tiene ahora, y habrá de percibir las annonas de uno y de otro cíngulo, pero no fuera de la primera Galacia. Porque no le concedemos que tenga absolutamente ninguna otra potestad en alguna región del Ponto, sino solamente en la Galacia primera, mezclándose ciertamente los oficios, conociéndose y contándose, según se ha dicho, por su sola unión, existiendo uno y denominándose de conde, sin que absolutamente ninguno de ellos tenga diferencia alguna respecto á los otros, sino que sea uno solo el oficio subordinado á un solo juez presidente de una sola provincia, soportando igualmente todo el oficio juntamente con su juez la responsabilidad en cuanto á los impuestos fiscales.

Capítulo IV

Tampoco le concedemos absolutamente á ningún juez, ni civil ni militar, enviar á las ciudades de la provincia, de que es presidente, los que se llaman lugartenientes, teniendo entendido que, si hicieren alguna tal cosa, perderán su cargo administrativo los mismos que se hubieren atrevido á elevar á otros á su propio oficio.

Capítulo V

Mas esto mismo decimos también respecto al muy esclarecido conde de Oriente, y al muy esclarecido juez. Porque también allí hacemos de uno y de otro un solo cargo administrativo, que tendrá ciertamente el nombre de espectable conde de Oriente, pero que presidirá un solo oficio, que será y se denominará de conde, y presidirá solamente en la primera Siria y en la Cirrestica, teniendo las annonas de ambos cargos. Porque lo hacemos igual á los vicarios, de suerte que también él tenga juntamente con el oficio que le está subordinado la responsabilidad tanto por el cobro de los derechos fiscales, como por la disciplina civil y pública.

Capítulo VI

Pero queremos que todos estén sometidos á todos los jueces de nuestras provincias, los particulares ciertamente según lo que es atribución propia del cíngulo, en todas las causas, y en todas las ocasiones pecuniarias y criminales; mas los que se hallan constituídos en milicias, (y sujetos á sus propios jueces), estén, ello no obstante, también de todos modos sometidos á aquellos con ocasión de cuestiones fiscales y criminales. Mas también les es lícito á los jueces de las provincias no dejar que los que de aquí parten, de cualquier foro, y ejecutan cua-

(1) *Trid.*: simili, *Cont.*
(2) *Así según el texto griego:* Cyrenensis, *Port.*; Syristensis, *Cont.*
(3) *Lo que se halla entre paréntesis lo puso Cont. tomándolo del texto griego; omítenlo Trid., y Port.*
(4) *Trid.*; et ex, *Cont.*

nostra constitutione dispositum est, percipere sportularum, scientibus, quia, si hoc neglexerint, omne damnum ex hoc nostris collatoribus illatum ipsi persolvent. Damus autem licentiam eis et referre de eo non solum ad iudices, a quibus sunt missi, sed etiam ad nosmet ipsos, ut nos haec (1) agnoscentes causam competenter exsequamur. Si autem ipsi aliquos invenerint propter dignitatis et cinguli supercilium nostris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus etiam examinare violentias, et reos inventos privare cingulo, et nostrum ordinem in provinciis adimplere, hoc quod etiam veteribus dictum est legibus. Sicut enim eos omni iniusto lucro prohibemus, ita etiam pure cingulis utentes omni honore et reverentia et honestate frui sancimus.

Cap. VII

Sic igitur a nobis cingulis discretis, convenit eum, qui sic acceperit administrationem, cum dei memoria coram nobis, aut, si non vacat, coram tua celsitudine, et qui tuam rexerint sedem, et qui semper fuerit, gloriosissimo comite sacrarum nostrarum largitionum, et gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii, et gloriosissimo comite ubique sacrarum nostrarum privatarum rerum, praesente quoque et per tempora magnificentissimo chartulario sacrorum nostrorum cubiculorum, qui codicillis his apud nos ministrat, iusiurandum dare, nihil penitus nec quodlibet se praebere neque occasione suffragii, neque patrocinii, et neque promittere, et neque de provincia profiteri dirigere neque gloriosissimis praefectis, neque aliis cingula habentibus, neque iis, qui circa eos constituti sunt, nec alteri cuilibet per occasionem patrocinii, sed sicut sine suffragio accepit administrationem, a publico percepturus annonas (has enim solas accipere eum sinimus), sic eam puris custodire manibus, deo et nobis pro ea redditurus rationem. Sciat enim tua celsitudo et qui post te easdem conscenderint sedes, quia, sive ipsi praesumserint accipere quidquam ab iis, qui ad praedictas administrationes accedunt, sive proceres ipsi, sive etiam officium tuum ultra ea, quae occasione consuetudinum a nobis eis definita sunt (quae scilicet sufficere sola putantes dari decrevimus), non in parvis poena fiet (2), sed maxime quidem iudices accipere aliquid praesumentes ab iis, qui ad administrationes accedunt, aut etiam permittentes suum officium tale aliquid agere, et nuntiatum non emendantes, non solum quadruplum reddent totius, quantum perceperunt, sed etiam magnam indignationem sustinebunt, et cinguli periculum formidabunt, et qui circa eos sunt, et obediens eis officium, si amplius aliquid, quam a nobis concessum est, tentaverint accipere, ipsi quoque subiicientur damnis quadruplae redditionis, et cadent etiam substantia et cingulo, insuper et suppliciis subiacebunt, quae congruunt delictis eorum.

(1) *Trid.*; haec. *Cont.*

lesquiera sentencias, perciban por espórtulas algo más de lo que se halla dispuesto en nuestra sacra constitución, sabiendo, que, si hubieren desatendido esto, resarcirán ellos mismos todo el daño causado con esto á nuestros tributarios. Y les damos licencia para dar de ello cuenta no solamente á los jueces por quienes fueron enviados, sino también á nosotros mismos, para que teniendo nosotros conocimiento de ello pongamos al caso el correspondiente correctivo. Mas si ellos mismos hallaren á algunos que por arrogancia de su dignidad y de su cíngulo causan violencia á nuestros tributarios, les damos facultad también para examinar tales violencias, y para privar del cíngulo á los que fueren hallados reos, y desempeñar en las provincias nuestra autoridad, según lo que también se dispuso en las antiguas leyes. Porque así como les prohibimos todo lucro injusto, así también mandamos que los que con pureza se sirvan del cíngulo disfruten de todo honor, reverencia, y consideración.

Capitulo VII

Conferidos, pues, de este modo por nosotros los cíngulos, es conveniente que el que así hubiere recibido un cargo administrativo preste, haciendo mención de Dios ante nosotros, ó, si no pudiera ser, ante tu excelsitud, y los que rigieren tu sede, y ante el que á la sazón fuere gloriosísimo conde de nuestras sacras liberalidades, y el gloriosísimo cuestor de nuestra sacro palacio, y el muy glorioso conde de nuestros bienes privados en cualquiera parte sitos, y estando también presente el que á la sazón sea muy magnífico secretario de nuestras sacras cámaras, que ante nosotros ejerce su ministerio en estos nombramientos, juramento de que él no da absolutamente ninguna cosa ni con ocasión de sufragio, ni de patrocinio, y de que no promete, ni ofrece enviarla de la provincia ni para los gloriosísimos prefectos, ni para otros que tengan cíngulos, ni para los que se hallan cerca de ellos, ni para otro cualquiera con ocasión de patrocinio, sino que, como recibió sin sufragio su cargo administrativo, para percibir de los fondos públicos las annonas, (porque solamente le dejamos que reciba estas), lo conservará con manos limpias, habiendo de dar cuenta de él á Dios y á nosotros. Porque sepan tu excelsitud y los que después de tí subieren á la misma sede, que, ya si ellos mismos, ya si los mismos próceres, ya si también tus oficiales, se hubieren atrevido á recibir de los que llegan á los susodichos cargos administrativos alguna cosa más sobre lo que con ocasión de costumbres fué determinado por nosotros, (que es lo único que juzgando que es bastante mandamos que se dé), no se impondrá una pena leve, sino que ciertamente los jueces superiores que se atreviesen á recibir alguna cosa de los que llegan á los cargos de la administración, ó aun los que permitieren que sus oficiales hagan alguna tal cosa, y no corrigieren la que se les denunció, no solamente restituirán el cuádruplo de todo cuanto percibieron, sino que también sufrirán grande castigo, y temerán la pérdida del cíngulo, y los que están cerca de ellos, y los oficiales á ellos subordinados, si hubieren intentado recibir alguna cosa más de lo que ha sido concedido por nosotros, estarán también sujetos al quebranto de la restitución del duplo, y perderán asimismo los bienes y el cíngulo, y quedarán además sometidos á los castigos, que corresponden á sus delitos.

(2) *Trid.*; poenam fieri. *Cont.*

Cap. VIII

Eos autem, qui ita sine mercede sumunt administrationes, prae omnibus studium habere decet fiscalia vigilanter inspicere, et indevotos quidem et egentes necessitate cum omni exigere fortitudine, in nullo flexos, neque pro hoc ipso lucrum aliquod omnino considerantes, devotis autem paterne se exhibere, deinde nostros subiectos reservare undique sine violentia, nihil ab ullo eorum percipientes; sed aequi sint in iudiciis, aequi vero in publicis disciplinis, exsequentes quoque delicta, innoxios quidem undique custodientes eos, qui puri sunt, reis autem poenam imponentes secundum legem, et ita praesidentes collatoribus, tanquam patres filiis, diligentes quidem eos, qui sunt innocentes, qui vero rei monstrantur castigantes ac punientes, omnemque iustitiam in publicis et privatis documentis eis servantes, et non ipsi soli hoc agentes, sed etiam semper consiliarium talem sumentes, et qui circa eos sunt omnes, ut non videantur illi quidem velut innoxii esse, per alios autem delinquant atque furentur, hoc quod magis turpe est, ut et participes iniustitiarum sumant. Ideoque licebit tuae celsitudini honestiorum quosdam ad administrationes dirigere et scientium tributa fiscalia, curialium quippe et aliarum personarum experimentum sui dantium bonum et ad magistratus opportunorum. Quis enim non diligat eum, et honestate compleri magna putet, si nostro decreto iudicioque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens, quia sit optimus, gratis vero eum suscipiens, non vacans omnino per provincias ulli pravitati (1) nec quemadmodum quod dedit congreget, nec unde colligat aurum, sed ut hoc solum habeat studium, deo nobisque semetipsum commendare, et gloria frui optima, et recompensationem sperare praecipuam?

sit tale malum, ita ut primum quidem in ultimis partibus civitatis esset, nunc autem et ipsa èt quae circa eam sunt omnia plena talium sint malorum. Hoc igitur dudum quidem aliquis nobis secrete denuntiavit, deinde etiam nuper magnificentissimi praetores a nobis talia inquirere praecepti haec eadem ad nos retulerunt, moxque audivimus et iudicavimus oportere. deo huiusmodi commendare causam, et velociter liberare tali scelere civitatem.

§ 1.—Sancimus igitur, omnes quidem secundum quod possunt castitatem agere, quae etiam sola deo cum fiducia potis est hominum animas praesentare. Quia vero plurima sunt humana, cum arte et dolo et necessitate quaslibet ad talium (1) luxuriam deduci omnibus prohibemus modis, et nulli fiduciam esse pascere meretricem, et in domo habere mulieres, aut publice prostituere ad luxuriam, et pro alio quodam negotio talia mercari, neque conscriptiones super hoc percipere, neque fideiussores exigere, nec tale aliquid agere, quod cogat miseras et invitas suam castitatem confundere, neque sperare, quia licebit de cetero vis vestium datione, aut ornamentorum forsan aut alimenti decipere, ut etiam invitae sustineant. Non enim permittimus quidquam fieri tale, sed etiam nunc omnia talia breviter competente cura disponimus, statuentes, etiam reddi eis omnem, quam contigerit, cautionem occasione sceleris huius exponi, et neque permittimus scelestos lenones, si quid dederunt eis, hoc ab eis auferre, sed etiam ipsos lenones iussimus (2) extra hanc fieri felicissimam civitatem tanquam pestiferos, et communes castitatis vastatores factos, et liberas ancillasque requirentes et deducentes ad huiusmodi necessitatem, et decipientes, et habentes educatas ad universam confusionem. Praeconizamus itaque, quia, si quis de cetero praesumserit invitam puellam assumere, et habere ad necessitatem nutritam, et fornicationis sibi deferentem quaestum, hunc necesse esse a spectabilibus praetoribus populi huius felicissimae civitatis comprehensum omnium (3) novissima sustinere supplicia. Si enim pecuniariorum eos furtorum et latrociniorum emendatores elegimus, quomodo non multo magis castitatis furtum et latrocinium eos coërcere permittemus? Si quis autem patiatur in sua domo quendam lenonem et huiusmodi praepositum operationis habere, et haec denuntiata cognoscens non ex domo sua expulerit, sciat, se et decem librarum auri sustinere poenam, et circa ipsam periclitaturum habitationem. Si quis autem conscriptionem de cetero in talibus praesumserit, aut fideiussorem acceperit, sciat, nullam quidem se utilitatem huiusmodi fideiussionis aut conscriptionis habere. Etenim fideiussor quidem obligatus non erit, conscriptio vero omnino invalida manebit, et ipse, sicut praediximus, in corpore supplicium sustinebit, et a magna hac longissime civitate expelletur. Mulieres itaque caste quidem vivere volumus et oramus, non autem invitas ad luxuriosam vitam deduci, nec impie agere cogi. Omnino enim lenocinium et fieri prohibemus, et factum punimus, praecipue quidem in hac felicissima civitate et in eius circuitu, nihilominus autem et in locis foris positis omnibus, et

(1) *Trid.*; quaslibet tallium ad, *Port., y Cont.*
(2) *Trid.*; iubemus, *Cont.*

castas nupcias. Hay además diez mil maneras, que ninguno podría abarcar con las palabras, porque este mal ha sido extendido á infinitas crueldades, de tal modo que, hallándose ciertamente en un principio en los puntos extremos de la ciudad, ahora ésta y todos sus alrededores están llenos de tales males. Esto hace, á la verdad, tiempo que alguien nos lo denunció en secreto, y después tambien recientemente los muy magníficos pretores, á quienes por nosotros se les ordenó que inquiriesen tales cosas, nos refirieron las mismas, y tan pronto como las oímos juzgamos que era conveniente encomendar á Dios este asunto, y librar rápidamente de tal maldad á la ciudad.

§ 1.—Mandamos, pues, que todos, en cuanto les sea posible, vivan con castidad, que aun ella sola es poderosa á presentar confiadamente á Dios las almas de los hombres. Mas como son muchas las cosas de los hombres, prohibimos de todos modos que con artificio y dolo y por necesidad sean arrastradas algunas mujeres á la lujuria de algunos, y que nadie tenga el atrevimiento de mantener meretrices, y de tener mujeres en casa, ó de prostituirlas públicamente para la lujuria, ó de comprarlas para otro cualquier negocio, ni de admitir sobre esto contratos, ni de exigir fiadores, ni de hacer alguna cosa semejante, que obligue á míseras mujeres á manchar contra su voluntad su castidad, ni á esperar que en lo sucesivo les será lícito engañarlas dándoles vestidos, ó acaso adornos ó alimentos, de suerte que ellas aun contra su voluntad perseveren. Porque no permitimos que se haga alguna cosa semejante, sino que también ahora disponemos brevemente todas estas cosas con el correspondiente cuidado, determinando que también se les devuelva toda caución, que aconteciere que se prestó con ocasión de esta maldad, y no permitimos que los malvados alcahuetes, si les dieron alguna cosa, se la quiten, y además mandamos que los mismos alcahuetes sean echados de esta felicísima ciudad como pestilentes, y como constituídos en comunes corruptores de la castidad, que buscan así á libres como á esclavas, y las reducen á tal necesidad, y las engañan, y las tienen educadas para la total perdición. Así, pues, prevenimos, que si en lo sucesivo se hubiere atrevido alguien á tomar una joven contra la voluntad de ésta, y á tenería mantenida por necesidad, entregándole á él la ganancia de la fornicación, tenga él necesidad, preso por los espectables pretores del pueblo de esta felicísima ciudad, de soportar los últimos suplicios. Porque si los elegimos como correctores de los hurtos y latrocinios pecuniarios, ¿cómo no permitiremos con mucha más razón que castiguen ellos el hurto y el latrocinio de la castidad? Mas si alguno consintiera tener en una casa suya alcahuete dedicado á este trafico, y sabiéndolo por habérsele denunciado no lo expulsare de su casa, sepa que pagará la pena de diez libras de oro, y que correrá riesgo respecto á la misma habitación. Mas si en lo sucesivo alguno se hubiere atrevido á hacer escritura sobre tales cosas, ó hubiere recibido fiador, sepa que ciertamente no obtendrá él ninguna utilidad de tal fianza ó escritura. Porque el fiador no estará á la verdad obligado, la escritura quedará del todo invalidada, y él sufrirá, según antes hemos dicho, pena corporal, y será expulsado muy lejos de esta grande ciudad. Y así, queremos y rogamos que las mujeres vivan castamente, y que no

(3) *Trid.*; omnia, *Cont.*

quae ab initio nostrae sunt reipublicae, et quae nunc a domino deo donata sunt nobis, et maxime in illis, eo quod dei dona, quae circa nostram fecit rempublicam, volumus conservari pura ab omni tale necessitate, et domini dei circa nos munera esse et permanere digna. Credimus enim in domino deo etiam ex hoc nostro circa castitatem studio magnum fieri nostrae reipublicae incrementum, deo nobis omnia prospera per talia opera conferente.

Epilogus

Quatenus ergo vos primi nostri cives casta hac nostra fruamini dispositione, propterea hac sacra praedicatione utimur, ut sciatis nostrum circa vos studium, circa castitatem atque pietatem labores nostros, per quos in omnibus bonis custodiri nostram rempublicam speramus.

Scriptum exemplar gloriosissimo Magistro, mutatis ad hunc modum verbis (1)

Ut ergo omnibus haec manifesta fiant in nostra habitantibus republica, tua sublimitas hanc nostram suscipiens sacram legem, in omni ditione praeceptis propriis eam universis insinuet, ut non solum in hac felicissima civitate, sed etiam in provinciarum custodiatur locis, domino omnium deo pro alio quodam odore suavitatis oblata. (Constantinopolitanis (2) civibus nostris).

Dat. Kal. Decemb. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

CONST. XV (3)

DE DEFENSORIBUS CIVITATUM
(Coll. III. tit. 2.)

Imp. Iustinianus *A.* Ioanni, *gloriosissimo Praefecto Praetoriorum iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Nisi velociter revocemus curam defensorum per (4) competens officium, nec ipsam ulterius antiquorum nominum habebimus veritatem. Aliis siquidem alia data sunt ab antiquitate nomina significativa aperte rerum, hoc autem defensorum nomen pure demonstrat, antiquitatem aliquos praeposuisse rebus, quatenus ex omni eas iniustitia vindicarent liberas. Siquidem et propter hoc paterna voce defensores eos vocamus, quatenus eripiant a malis iniustitiam patientes. Nunc autem hoc defensorum nomen valde conculcatum est in multis nostrae reipublicae partibus, et ita contemtum, ut in iniuria quidem potius, quam in qualibet iacent

(1) magistro, in quo adiectum est, *Trid., y Port.*
(2) *Trid.*; proposita Const, *el ms. de Concio*; lata Const., *Port.*; data Const., *Cont. Acaso se deberia leer* proponatur Const.

sean llevadas contra su voluntad á vida lujuriosa, ni apremiadas á obrar impíamente. Porque prohibimos que en modo alguno se ejerza la alcahuetería, y castigamos la ejercida, principalmente en esta felicísima ciudad, y en sus alrededores, pero no menos en todas las localidades sitas fuera de ella, tanto las que desde un principio son de nuestra república, como las que ahora nos han sido donadas por el señor Dios, y muy especialmente en éstas, porque queremos que las donaciones que Dios hizo á nuestra república se conserven exentas de toda necesidad semejante, y que sean y permanezcan siendo dignos los donativos de Dios á nosotros. Pues creemos en el señor Dios, que también por este empeño nuestro respecto á la castidad se acrecentará grandemente nuestra república, concediéndonos Dios todas las prosperidades por tales trabajos.

Epilogo

Por tanto, para que vosotros, ciudadanos nuestros, disfrutéis los primeros de esta casta disposición, nos valemos de este sacro edicto, á fin de que conozcáis nuestro interés por vosotros, y nuestros esfuerzos por la castidad y la piedad, por medio de los que esperamos que se conserve nuestra república en la plenitud de sus bienes.

Se escribió un ejemplar para el gloriosísimo Maestro, cambiando de este modo las palabras

Por tanto, para que se hagan manifiestas estas disposiciones á todos los que habitan en nuestra república, al recibir tu sublimidad esta nuestra sacra ley hágala conocer á todos en nuestro imperio por los edictos adecuados, á fin de que se guarde no solamente en esta felicísima ciudad, sino también en las localidades de las provincias, ofrecida al señor Dios de todas las cosas como cierto suave perfume. (A nuestros conciudadanos de Constantinopla.)

Dada en Constantinopla las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCION XV

DE LOS DEFENSORES DE LAS CIUDADES
(Colección III. título 2.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *por segunda vez gloriosísimo Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Si pronto no restauramos el cargo de los defensores por medio del oficio que les corresponde, no tendremos en lo sucesivo ni la misma verdad de los antiguos nombres. Si verdaderamente se les dieron por la antigüedad á otras nombres claramente significativos de las cosas, este nombre de defensores demuestra en puridad que la antigüedad puso á algunos al frente de cosas, para que las conservasen libres de toda injusticia. Y por esto ciertamente los llamamos en nuestra lengua pátria defensores, para que libren de males á los que sufren injusticia. Pero hoy este nombre de defensores se halla muy envilecido en muchas partes de

(3) *El texto griego se halla en Hal. y en Scrimg.—Bas. VI. 18.—Iulian. const. 36.—La versión latina es la antigua de la glosa.*
(4) *Trid., Port., y Cont.*; ad. *Bk. edición estereotipada,*

honestate, siquidem fiunt viri quidem obscuri, decreta vero super eis misericordia magis, quam electione conficiuntur. Quibus enim non est victus et vita sufficiens, isti defensorum emendicantes ordinationem ad hanc accedunt curam, et pro alio quodam lusu iudicum subiacent voluntatibus. Denique removent eos, quando voluerint, aut nihil, aut parvissimum delinquentes, et alios in illorum provehunt officium, quasi loci servatores eos defensorum facientes, et hoc in anno frequenter in plurlbus hominibus agentes, ut et officiales, et civitatum iudices, et harum habitatores in novissimo contemtu defensores habeant. Quae vero aguntur ab eis ad instar non actorum sunt. Si enim non (1) imperaverint provinciarum iudices, nequaquam praesumunt quaedam gesta monumentorum conficere apud semetipsos per omnia servientes eis defensores et illorum nutibus intendentes solis. Si vero quaedam conficiantur, primum quidem etiam haec venumdant, deinde, quum nullum habeant archivum, in quo gesta apud se reponant, deperit quod conficitur, et nequaquam invenies apud eos plurium temporum poni monumentum ullum penitus, sed ad heredes eorum aut alias successiones his monumentis egentes gesta quaerunt, et si horum quaedam inveniuntur, nulla (2) fide sunt digna, alia vero etiam pereunt, et in tantum cadunt, ut in similitudine non actorum sint. Nos igitur, quoniam de iudicibus bene disposuimus, et maiores potestates eorum in gentibus fecimus, et procul ab eis est inspectio civitatum, propterea credimus oportere etiam de defensoribus constituere. Fit enim sic congruentia utilis, si iudicum sumant officium civitatum defensores, et provinciae praeses videbitur quidem iudex iudicum potius esse, et ex hoc honestior praecedentium apparere; quanto enim quilibet praeest melioribus; tanto maior ipse et honestior est.

Cap I

Interim illud sciendum est prius, ut nulli hominum sit licentia defensoris ordinationem declinare, sed invicem universi nobiliores civitatum habitatores hoc ministerium eis adimpleant; hoc enim et in prioribus temporibus valuisse, et in republica gestum didicimus. Nulli, nec si honoratus sit magnificentissimorum illustrium dignitate, hoc declinare concedimus, nec si militiam habeat honestam, neque si proferat privilegium suum ex divinis formis, vel si pragmatici sint collati, sed secundum circulum habitatoribus civitatis, quorum aliqua ratio est, hoc implentibus, et dum circulus expletur, rursus revertentibus ad sollicitudinem, et civitati praedictam curam ministrantibus, ut in unaquaque civitate defensor iudex potius, quam defensor esse videatur, decreto quidem cum iureiurando factus (3) omnium possessorum in illa civitate consistentium, sed non in hac urbe degentium.

(1) *Bk.*; non, *omitenla Trid., Port., y Cont.*
(2) *Trid.*; et horum quidem quae inveniuntur, quaedam nulla, *Port.*; et horum quaedam quidem inveniuntur, nulla, *se lee en Cont.*
(3) facto, *Trid., y Port.*

nuestra república, y de tal modo menospreciado, que más bien es tenido como injurioso, que por alguna distinción, y son nombrados ciertamente hombres obscuros, y se extienden para ellos los decretos más bien por conmiseración, que por elección. Porque los que no tienen substento y medios de vida suficientes, llegan á este cargo mendigando el nombramiento de defensores, y como por ludibrio quedan sujetos á la voluntad de los magistrados. Al fin los remueven cuando quieren, sin que delincan en nada ó en muy poco, y elevan á otros á su cargo, haciéndolos como lugartenientes de los defensores, y ejecutando esto con frecuencia en un mismo año respecto á muchos hombres, de suerte que así los oficiales, como los jueces de las ciudades, y los habitantes de éstas tienen á los defensores en el mayor menosprecio. Y lo que por ellos se hace es como si no se hubiera hecho. Porque si los jueces de las provincias no se lo hubieren mandado, no se atreven en manera alguna á hacer ante sí mismos ninguna clase de documentos, sirviéndoles en todo á aquellos los defensores, y atendiendo á sus solas indicaciones. Mas si hacen algunos documentos, los venden también al principio, y luego, como no tienen ningún archivo en que guarden en su poder las actuaciones, se pierde lo que se hizo, y de ningún modo encontrarás que en poder de ellos se halla depositado absolutamente ningún documento de larga fecha, sino que los que necesitan estos documentos buscan lo actuado en poder de sus herederos ó de otros sucesores, y si se encuentran algunos de ellos, no son dignos de fe alguna, y otros aun se pierden, y se estropean tanto, que como si no hubieran sido hechos. Así, pues, nosotros, como hemos dado acertadas disposiciones respecto á los jueces, y hemos hecho mayor su autoridad en las regiones, y se halla apartada de ellos la inspección de las ciudades, hemos creído que por esto debíamos determinar también respecto á los defensores. Porque resulta una conveniente armonía, si los defensores de las ciudades toman el oficio de jueces, y pareciere que el presidente de la provincia es ciertamente más bien el juez de los jueces, y que por esto aparece de más alta dignidad que los anteriores; porque cuanto mejores son aquellos á quienes preside uno cualquiera, tanto más alto y de mayor dignidad es este mismo.

Capítulo I

Por ahora se ha de saber en primer lugar, que ningún individuo tendrá licencia para declinar el nombramiento de defensor, sino que alternativamente desempeñarán este cargo todos los más nobles habitantes de las ciudades; porque hemos sabido que esto fué lo vigente en tiempos anteriores, y lo que se practicó en la república. A nadie le permitimos declinar este cargo, aunque esté honrado con la dignidad de los muy magníficos ilustres, ni aun cuando tenga honrosa milicia, ni si presenta privilegio propio nacido de divinas disposiciones, ó se le hubieran concedido pragmáticas, sino desempeñenlo por turno los habitantes de la ciudad, de los que se tiene alguna cuenta, y cuando se concluya el turno vuelvan de nuevo, y desempeñen para la ciudad el susodicho cargo, de suerte que parezca que en cada ciudad el defensor es más bien juez que defensor, nombrado ciertamente con juramento por decreto de todos los poseedores que hay en aquella ciudad, pero no de los que en la misma residen.

§ 1.—Iusiurandum vero praebens, quod omnia secundum legem ac ius agat, et omnium communiter, confirmandus autem, sicut nunc, ex praecepto gloriosissimorum nostrorum praefectorum, in biennio vero administrans solo, et removendus a cura; non habente licentiam clarissimo provinciae iudice removendi eum, sed si quid videatur agere non recte, nuntiare ad gloriosissimos praefectos, ut inde ei fiat curae privatio, unde etiam datur.

§ 1.—Mas prestando juramento de que todo lo hará según ley y derecho, y en provecho común de todos, pero debiendo ser confirmado, como ahora, por precepto de nuestros gloriosísimos prefectos, y ejerciendo su cargo solamente dos años, y siendo después removido de él; no teniendo facultad el muy esclarecido juez de la provincia para removerlo, sino, si apareciera que no hace bien alguna cosa, para denunciarlo á los gloriosísimos prefectos, á fin de que la privación del cargo se haga por el que también se da.

Cap. II

Nulla exsistente licentia administratori aut ipsis defensoribus vices agentes defensorum facere, sed etiam hoc omnibus eis interdicimus modis. Sed neque proprias vices agentes per civitates clarissimos iudices destinare, nisi ipsos defensores, quos iudicum officium complere in civitatibus volumus; ipsos quoque in omnibus diligentiam adhibere civitatibus, in quibus sunt.

Capitulo II

Sin que tenga facultad alguna el administrador, ó los mismos defensores, para nombrar quienes hagan las veces de los defensores, pues también esto se lo prohibimos en absoluto. Mas queremos que los muy esclarecidos jueces no destinen á las ciudades quienes hagan sus funciones propias, sino á los mismos defensores, los cuales queremos que desempeñen en las ciudades el cargo de los jueces; y que también ellos pongan en todo su diligencia en las ciudades, en que se hallan.

Cap. III

Et agi apud defensores testamentorum insinuationes, et donationum, et quidquid aliud est monumentorum proprium; non valente clarissimo provinciae iudice prohibere quod agendum est, aut praecipere, quia non velit aliquid agi aut actum non edi; non enim huiusmodi alicuius ei omnino potestatem damus, absurdissimum existimantes, necessariis rebus cadere (1) homines propter iudicum forte irrationabiles motus atque praeceptiones, sed etiam agere, quaecunque voluerit, et edere, et licet quod agitur tangat, provinciae praesidem aut quemlibet potentium, neque hoc prohibere. Oportet etenim sic agere eos, qui in administrationibus sunt aut in qualibet potestate, non ut prohibeant quaedam fieri contra se gesta, sed ita inculpabilem suum praebeant modum, ut nulli detur tempus querimoniarum adversus eos, et sive adfuerit civitatibus iudex, sive non, nequaquam prohibeatur quispiam agere apud defensores quaedam monumenta in quibuscunque voluerit, praeter illa sola, quae iurisdictione egent, et ex ipsa iudicum auctoritate pendent.

Capitulo III

Y háganse ante los defensores las insinuaciones de los testamentos y de las donaciones, y cualquiera otra cosa que sea propia de los instrumentos; no pudiendo el muy esclarecido juez de la provincia prohibir, ó mandar, lo que se ha de hacer, porque no quiera que se haga alguna cosa, ó que no se publique la que se hizo; porque no le concedemos absolutamente facultad para cosa alguna de estas, estimando muy absurdo que los hombres pierdan cosas necesarias por impulsos, acaso no razonables, y por mandatos de los jueces, sino que haga cada cual, y publique, lo que quisiere, y, aun cuando lo que se haga afecte al presidente de la provincia ó á cualquiera de los poderosos, no lo prohiban. Porque es conveniente que los que están constituídos en cargos administrativos ó en cualquiera potestad se conduzcan de modo que no prohiban que contra ellos se levanten actas, sino que muestren una manera de ser de tal modo irreprensible, que á nadie se le dé ocasión para querellarse contra ellos, y ya si en las ciudades estuviere presente el juez, ya si no, no se le prohiba de ningún modo á nadie hacer ante los defensores cualesquiera documentos sobre lo que quisiere, exceptuados aquellos solos que requieren jurisdicción, y dependen de la misma autoridad de los jueces.

§ 1.—Deinde et his, qui publicas exactiones habent, civitatum defensores omnibus auxiliári modis, et si opus fuerit occasione contemtus contumaciae tributariorum monumenta conficere, et haec fieri velociter iubemus, et interesse, ut inordinate agentes videant, et his ipsis testimonium perhibere, vel publicum removere tumultum, et absolute iudicum obtinere ordinem, et maxime quando absunt; et officiales provinciae, quicunque in civitate sunt illa, in qua defensor est, obedire illi, et adiuvare, ut absentibus praesidibus gentium nihil videatur deesse civitatibus sub illorum praesentia. Ex provinciali autem officio habere et exceptorem eis administrantem, et duos officiales, qui ea, quae ab eis decernuntur, adimpleant.

§ 1.—Además, ayuden de todos modos los defensores de las ciudades á los que tienen la cobranza de los tributos públicos, y, si fuere menester, levanten actas con ocasión del menosprecio de la contumucia de los tributarios, y mandamos que esto se haga rápidamente, y que estén presentes para ver á los que obran contra lo ordenado, y prestar testimonio contra ellos mismos, ó para calmar los tumultos públicos, y tengan en absoluto el cargo de los jueces, y principalisimamente cuando éstos se hallen ausentes; y todos los oficiales de la provincia, que haya en la ciudad en que hay defensor, obedezcan á éste y ayúdenle, de suerte que con la presencia de éste no parezca que falta nada en las ciudades al hallarse ausentes los presidentes de las regiones. Mas tendrán de la oficina provincial un escribano que les sirva, y dos oficiales, que ejecuten lo que por ellos se decrete.

(1) *Bk.*; cedere, *Trid., Port., y Cont.*

§ 2.—Et iudicare in causis omnibus pecuniariis usque ad aureos trecentos; non valentibus nostris subiectis trahere sibimet obligatos ad clarissimos provinciarum iudices, si usque ad praedictam trecentorum solidorum quantitatem lis consistat.

Cap. IV

Sed neque pro hoc ipso actores amplius aestimare litem, ut conterant reos, et non civitatis defensori, sed provinciae deferant iudici. Sed si quid tale egerint, et sententia manifestet, minorem esse litem trecentorum aureorum, et studio auctam, ut apud provincialem iudicem, et non civitatis defensorem examinaretur, solum actorem omni litis subdi dispendio.

Cap. V

Et a defensoribus appellationes ad ipsos fieri iudices. Si vero egerint aliquid iniuriosum circa defensores officiales, tunc provinciarum praesides ulcisci et castigare officiales (1). Licentiam enim damus defensoribus, si hoc neglexerint praesides gentium, sedis tuae eminentiae haec nuntiare, ut inde detur auxilium eis et vindicta competens, et re vera defensores eos esse contra delinquentes, habentes iudiciariae claritatis et honestatis imitationem.

§ 1.—Et si cadere contigerit civitatis defensorem, mox ad alium deferri decretum, qui ex circulo vocatur, cum dudum dicto iureiurando, et suscipere quidem mox curam, decretum vero nuntiari et confirmari a tuo culmine; et nequaquam defensoribus vices agentes, sicut praediximus, dari, ne rursus priori confusioni demus quasi rationabilem occasionem.

§ 2.—Praecepta vero faciat tua eminentia per unamquamque provinciam, ut in civitatibus habitatio quaedam publica distribuatur, in qua conveniens est defensores monumenta recondere, eligendo quendam in provincia, qui horum habeat custodiam, quatenus incorrupta maneant haec, et velociter inveniantur a requirentibus, et sit apud eos archivum, et quod hactenus praetermissum est in civitatibus emendetur.

Cap. VI

Quia vero etiam defensores civitatum extra omne commodum fiunt, et pro decretis eorum, si quidem civitates maiores sunt, quatuor solummodo dabuntur aurei foro tuae sublimitatis, si vero minores, tres, sicut (2) iam dudum nostris constitutum est legibus; si vero quaedam salaria habent publica, etiam haec secundum consuetudinem percipient.

§ 1.—Audient quoque leviora crimina, et castigationi competenti contradent, et eos, qui in maioribus criminibus capiuntur, detrudent in carcerem, et mittent ad provinciae praesidem; sic enim fruetur civitas unaquaeque cura iudiciali, et omnis gens sub maiore constituta iudice maiorem sentiet

(1) *Trid.*; possint, *adicionan Port., y Cont., pero éste poniéndola entre paréntesis.*

§ 2.—Y juzguen en todos los negocios pecuniarios hasta la cuantía de trescientos áureos; no pudiendo nuestros súbditos llevar ante los muy esclarecidos jueces de las provincias á los que á ellos les están obligados, si el litigio consistiera hasta la susodicha cantidad de trescientos sueldos.

Capítulo IV

Mas no por esto estimen en más los actores el litigio, para vejar á los demandados, y llevarlos, no ante el defensor de la ciudad, sino ante el juez de la provincia. Pero si tal hubieren hecho, y la sentencia manifiestase que el litigio es de menor cuantía que los trescientos áureos, y que de intento fué exagerado, para que fuese visto ante el juez provincial, y no ante el defensor de la ciudad, sea obligado solo el actor á todos los gastos del litigio.

Capítulo V

Y las apelaciones háganse de los defensores para ante los mismos jueces. Mas si los oficiales hubieren hecho alguna cosa injuriosa para los defensores, en este caso véngueulos los presidentes de las provincias y castiguen á los oficiales. Porque les damos licencia á los defensores, si esto lo desatendieren los presidentes de las regiones, para denunciarlo á la sede de tu eminencia, á fin de que por ello se les dé auxilio y la correspondiente vindicación, y sean aquellos verdaderamente defensores contra los delincuentes, imitando la ilustración y la dignidad judiciales.

§ 1.—Y si aconteciere que faltase defensor de la ciudad, expídase inmediatamente decreto para otro, que sea llamado por turno, con el juramento antes dicho, y encárguese ciertamente desde luego del cargo, pero insinúesele el decreto á tu alteza y sea confirmado por ella; y de ningún modo se les dé á los defensores quienes hagan sus veces, según antes dijimos, para que no demos de nuevo ocasión en cierto modo racional para la anterior confusión.

§ 2.—Mas publique tu eminencia edictos en cada provincia, para que en las ciudades se destine cierto edificio público, en el que es conveniente que los defensores guarden los documentos, eligiendo en la provincia á uno que se encargue de su custodia, á fin de que se conserven inalterables, y se encuentren pronto por los que los requieran, y á fin de que esté en poder de ellos el archivo, y se supla en las ciudades lo que hasta ahora se había olvidado.

Capítulo VI

Mas como también los defensores de las ciudades son nombrados sin ningún provecho suyo, se darán por los decretos de los mismos, si ciertamente son mayores las ciudades, solamente cuatro áureos al tribunal de tu sublimidad, pero si menores, tres, según ya antes se estableció en nuestras leyes; mas si tienen algunos sueldos públicos los percibirán también según la costumbre.

§ 1.—Conocerán también de los delitos más leves, y los sujetarán al competente castigo, y meterán en la carcel á los que son cogidos en más graves delitos, y los enviarán al presidente de la provincia; porque de este modo cada ciudad disfrutará del cargo judicial, y hallándose constituída toda la

(2) sicut, *omitela Bk. edición estereotipada.*

providentiam, et rescindentur plurimae iudicum curae, quum civitatum defensores in semetipsis eas imponunt, et levigant praesidum, quas pro omnibus hominibus habent, sollicitudines, ipsi particulariter removentes eas, quae vim patientibus inferuntur, aut dubitationes solventes, et honestos (sicut saepe dictum est) eos, qui in administrationibus sunt, demonstrantes. Si vero etiam detineantur ab aliquibus publicae functiones, gentium praesides defensoribus imperabunt contra detentores exactiones, ut et secundum hoc eos adiuvent. Si qua vero defensoris praeter haec fiat ordinatio, aut renuerit aliquis defensoris officium in semetipsum veniens, sive dignitatis, sive militiae, sive privilegii, sive alterius cuiuspiam occasione, isto quinque librarum auri subiectus poenae etiam sic post eius exactionem ad opera civitatis proficientem cogatur defensoribus implere sollicitudinem. Convenit enim unumquemque nobilium semper functionem agere civitatum, quas inhabitat, et hanc eis conferre habitationis repensationem.

región bajo la autoridad de un juez superior disfrutará de mejor previsión, y se ahorrarán muchos cuidados de los jueces, echándoselos sobre sí mismos los defensores de las ciudades y aliviando los cuidados que los presidentes tienen por todos los hombres, impidiendo ellos mismos en particular lo que se les hace á los que sufren violencia, ó resolviendo dudas, y demostrando que son honrados, (según muchas veces se dijo), los que están en cargos administrativos. Mas también si por algunos se demorasen las contribuciones públicas, los presidentes de las regiones ordenarán á los defensores el cobro contra los contumaces, para que también en esto los ayuden. Mas si contra esto se hiciera algún nombramiento de defensor, ó si alguno rehusare el cargo de defensor que sobre él recaiga, con pretexto de dignidad, ó de milicia, ó de privilegio, ó de otra cosa cualquiera, éste, además de quedar sujeto á la pena de cinco libras de oro, cuyo cobro será en provecho de las obras de la ciudad, será obligado á desempeñar el cargo de defensor. Porque es conveniente que cada uno de los nobles desempeñe siempre el cargo en las ciudades en que habita, y que les preste esta compensación por la habitación.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram insinuata sunt legem tua sublimitas in provinciis, quibus praeest, facere manifesta per programmata propria studeat, quatenus cognoscant omnes, quia et maximorum, et mediocrium, et parvulorum nobis cura est, et nihil est tale, quod a nostra sollicitudine removeamus. Partem vero faciat tua eminentia suorum praeceptorum, ut ex hoc iam gentium praesides praeparent secundum unamquamque civitatem eos, qui bonae opinionis sunt, nominari defensores secundum circulum, sicut iam dictum est, et decreta fieri communia cum iureiurando in eis habito, et describere praedictum circulum, et ita per biennium subintrare curam eos, qui subsequuntur, et si exciderit (1) quispiam ex eis, alium introduci, semper quidem decreto cum iureiurando faciendo, ipsoque, dum futurus fuerit curam suscipere, definitum iusiurandum subeunte, et electione eius facienda a deo amabili episcopo, et venerabili clero, et aliis in civitate bonae opinioni studentibus. Quod etiam nunc mox fieri convenit, omnibus, sicut dictum est, secundum hanc nostram generalem procedentibus legem. Nunc autem defensores exsistentes, siquidem placiti videantur, etiam ipsos inscribi circulo, et biennio complere curam, et si quidem iam biennium in ea cura habent, removeri defensoris sollicitudine, nisi tamen voluerint communi decreto teneri eum (2) biennio in eodem officio. Si vero nondum biennium impleverint, digni vero videantur communicare circulo, impleant reliquum tempus, ultra quod nullus civitatem defendat, sed usque ad hoc solum stet tempus, nisi cuncta civitas reluctante nullo elegerit eum, et hoc facto alio biennio suscipiat sollicitudinem, et modis omnibus deponatur, et tunc rursus fiat (3), quando ipse eum circulus ad hunc adduxerit ordinem, ne frequentia et continuatione curae et per quandam machinationem illud semper renovando fiat aliquibus infinita praedicta gubernatio. His omnibus valituris in omne tempus, quoniam

Epílogo

Por tanto, procure tu sublimidad hacer manifiesto por medio de los adecuados edictos, en las provincias que preside, lo que nos ha parecido bien y ha sido indicado por esta sacra ley, á fin de que todos conozcan que cuidamos tanto de las cosas mayores, como de las medianas y de las pequeñas, y que no hay cosa alguna que excluyamos de nuestra solicitud. Mas haga tu eminencia también objeto de sus edictos, que por virtud de esto hagan ya los presidentes de las regiones preparativos para que los que en cada ciudad son de buena fama sean nombrados defensores por turno, según ya se ha dicho, y se expidan los decretos comunes con el juramento establecido para ellos, y para recorrer el susodicho turno, y para que así entren por un bienio en el cargo los que siguen, y para que si faltare alguno de ellos sea introducido otro, haciéndose ciertamente siempre el decreto con juramento, y prestando él mismo, cuando hubiere de aceptar el cargo, el juramento determinado, y debiéndose hacer su elección por el obispo, amante de Dios, y por el venerable clero, y por los demás que en la ciudad gocen de buena opinión. Lo que también es conveniente que se haga ahora desde luego, ejecutándose todo, según se ha dicho, conforme á esta ley general nuestra. Mas los que en la actualidad sean defensores, si parecieran aceptables, sean también inscritos en el turno, y desempeñen el cargo un bienio, y si verdaderamente llevan ya un bienio en el cargo, sean separados del cargo de defensor, á no ser, sin embargo, que por común decreto quisieren que sea retenido otro bienio en el mismo cargo. Pero si aun no hubieren cumplido el bienio, y fueran considerados dignos de entrar en el turno, cumplan el restante tiempo, pasado el cual ninguno sea defensor de la ciudad, sino que permanezca siéndolo este solo tiempo, á no ser que toda la ciudad, sin oponerse ninguno, lo eligiere, y hecho esto aceptara por otro bienio el cargo, dejándolo de todos modos luego, y siendo

(1) *Trid., y Port.*; cesiderit, *Cont.*
(2) *Trid., y Port.*; eos, *Cont.*
(3) tempus, *adicionan Trid., y Port.*

cum toto hoc studio et vigilantia et domini dei intuitu adinvenimus et nostris subiectis contulimus.

Dat. XVI. Kal. August. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

nombrado otra vez cuando el mismo turno lo llevare á tal puesto, á fin de que con la frecuencia y continuación del cargo, y renovándolo siempre por medio de cierta maquinación, no se haga indefinida para algunos la susodicha gobernación. Debiendo tener validez estas disposiciones en todo tiempo, porque con completo estudio, vigilancia, y consideración al señor Dios las hemos imaginado y se las hemos dado á nuestros súbditos.

Dada en Constantinopla á 16 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

CONST. XVI (1)

DE MENSURA ORDINANDORUM CLERICORUM
(Coll. III. tit. 3.)

Idem Imperator Anthemio, *sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo Constantinopolitano, et universali Patriarchae.*

Praefatio

Legem nuper scripsimus de mensura ordinationum, et ut non competeret effusas eas esse neque in sanctissima maiore ecclesia huius felicissimae civitatis, neque in aliis, quam etiam firmam esse et valere secundum omnem suam volumus virtutem. Quia vero intentio nobis est abbreviare quidem ordinationes, huic autem sanctissimae maiori ecclesiae excellentem expensam ad mediocrem quandam atque portabilem reducere quantitatem, quatenus multitudo ei expensarum minuatur, propter hoc omnem circumeuntes viam ad praesentem venimus legem, nihil quidem aliud exsistentem a priore (2), sed ex eius procedentem (3) voluntate, adhuc autem amplius sanctissimae maiori ecclesiae prodesse valentem.

Cap. I

Sancimus enim, si in quibusdam sanctissimarum ecclesiarum, quarum ipsa sanctissima maior ecclesia gubernationem et expensas suscepit, contigerit aut presbyterum, aut diaconum, aut lectorem, aut cantorem mori, non alium mox extrinsecus introduci, sed considerare, quanta tunc est mensura ibidem ministrantium reverendissimorum clericorum. Et si quidem nondum clericorum minuta mensura est, sed adhuc abundant, quantum ad id, quod superius definivimus, et ut vocant statutum (4), nullam fieri pro eo ordinationem, donec numerus in [remedio] ipso (5) restituatur. Si vero (6) deminuta multitudo est, ut necessitas sit, ne desit statutus numerus, alium pro moriente introduci clericum, considerare beatitudinem tuam, si quis est in aliis ecclesiis citra sanctissimam maiorem ecclesiam, ex abundanti eiusdem ordinis clericus, et exinde restituere alium, et non novam facere ordinationem. Sic enim dum ex eo, quod plus est, semper hoc, quod defuit, impletur, bona et deo amabilis imponitur causae mensura, et sic sanctissima maior ecclesia paulatim debitis liberabitur. Alioquin si quod defuerit quidem compleatur introductionibus extraneis, quod vero plus est non mi-

CONSTITUCIÓN XVI

DE LA MEDIDA EN LA ORDENACIÓN DE CLÉRIGOS
(Colección III. título 3.)

El mismo Emperador á Antemio, *santísimo y beatísimo arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Prefacio

Hace poco escribimos una ley sobre el límite de las ordenaciones, y para que no fuese lícito que fueran excesivas ni en la santísima iglesia mayor de esta felicísima ciudad, ni en las demás, cuya ley queremos también que sea firme y tenga validez con todo su vigor. Mas como tenemos la intención de disminuir ciertamente las ordenaciones, y de reducirle á esta santísima iglesia mayor el excesivo gasto á cierta moderada y soportable cantidad, á fin de que se le disminuya la multitud de gastos, hemos llegado por esto, recorriendo todos los caminos, á la presente ley, que no es ciertamente en cosa alguna diversa de la anterior, sino que procede de la voluntad de ella, pero que puede ser aun más provechosa para la santísima iglesia mayor.

Capítulo I

Mandamos, pues, que si en algunas de las santísimas iglesias, cuya gobernación y gastos tomó á su cargo la misma santísima iglesia mayor, aconteciere que fallece un presbítero, ó diácono, ó lector, ó cantor, no se introduzca inmediatamente otro de fuera, sino que se considere cuál es entonces el número de reverendísimos clérigos que allí desempeñan su ministerio. Y si verdaderamente no se disminuyó todavía el número de clérigos, sino que aun exceden del número que antes determinamos, y estatuido, según lo llaman, no se haga ordenación alguna en el lugar de aquél, hasta que el número sea restablecido en su propio límite. Mas si se disminuyó la muchedumbre, de suerte que haya necesidad, para que no falte el número estatuído, de que se introduzca otro clérigo en lugar del que murió, considere tu beatitud si en las otras iglesias, exceptuada la santísima iglesia mayor, hay sobrante algún clérigo del mismo orden, y de allí supla el otro, y no haga una nueva ordenación. Pues así, completándose siempre lo que falta con lo que hay de más, se establece para este negocio una medida buena y grata para Dios, y de este modo se librará paulatinamente de deudas la

(1) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg. — Expone el argumento Coll. const. eccl. III. 1. 10., Photii Nomoc. I. 26. y I. 30.—Bas. III. 3. 1.— Iulian. const. 12. — La versión latina es la antigua de la glosa.*
(2) quidem aliter exsistente priore, *Trid., y Port.*
(3) procedente, *Trid., y Port.*
(4) et eum quem vocant statutum numerum, *Trid.*
(5) *Parece que se debe leer* in semet ipso, *como propuso Bk., edición estereotipada.*
(6) *Trid.;* sic deminuta, *Cont.*

nuatur, plurimum et indefinitum transiet tempus, donec omne, quod plus est, minuatur.

Epilogus

Tua igitur beatitudo ea, quae propter sanctissimarum ecclesiarum utilitatem recte nobis placuerunt, operi effectuique contradere festinet. Etenim si quid fiat praeter hoc, scire necesse est eum, qui contra hanc nostram legem suscipere ordinationem praesumserit, nihil hinc utilitatis habiturum, neque reputabitur a reverendissimis oeconomis in hac parte facta sanctissimae maiori ecclesiae expensa, sed ipsi ex hoc cognoscent damnum a semetipsis hunc suae negligentiae recipientes fructum.

Dat. XVII. Kal. August. Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

CONST. XVII (1)

DE MANDATIS PRINCIPUM

(Coll. III. tit. 4.)

Imp. Iustinianus *A.* Triboniano, *Quaestori sacri nostri Palatii et Exconsuli.*

Ex libris antiquis, qui iura Romani nominis continebant, non ignorat tua sublimitas, quanta de mandatis principum legum latores in suo quisque volumine conscripserunt. Quia igitur nobis, reparantibus omnem vetustatem iam deperditam ac deminutam, placuit etiam omnibus iudicibus nostris, qui minores vel medias administrationes gerunt, sive inter correctores, sive inter consulares, sive inter spectabiles ordinentur, non solum codicillos praestare, sed etiam mandata dare, quibus inspectis omnia gubernare laudabiliter possint, ideo librum mandatorum composuimus, qui subter per utramque linguam annexus est, ut detur administratoribus nostris secundum locorum qualitatem, in quibus Romana vel Graeca lingua frequentatur, scire eorum sanctionem, ut nihil ex iis audeant praeterire, sed saluberrimas dispositiones nostras observantes in perpetuum (2), nostras provincias nostroque imperio subiectos gubernare festinent. Illustris igitur auctoritas tua, ad quam quaestoria pertinet censura, eadem mandata et in libris legum transcribi, et in sacro laterculo deponi praecipiat, quatenus ex his una cum codicillis suscipiendis administratores, quemadmodum possint reipublicae subvenire, non ignorent (3).

santísima iglesia mayor. De otra suerte, si lo que ciertamente faltare se completara con extrañas introducciones, no se disminuiría lo que hay de más, y transcurrirá mucho é indefinido tiempo hasta que se disminuya lo que hay de más.

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu beatitud á llevar á ejecución y efecto lo que con razón nos ha parecido bien para utilidad de las santísimas iglesias. Porque si algo se hiciera contra ello, es necesario que sepa el que contra esta ley nuestra se hubiere atrevido á admitir ordenación, que no habrá de obtener por ella ninguna utilidad, y que por los reverendísimos ecónomos no se pondrá en cuenta el gasto hecho con este objeto á la santísima iglesia mayor, sino que ellos mismos experimentarán el daño de esto derivado, recogiendo de sí mismos este fruto de su negligencia.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535]

CONSTITUCIÓN XVII

DE LOS MANDATOS DE LOS PRÍNCIPES

(Colección III. título 4.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Triboniano, *Cuestor de nuestro sacro palacio, y Exconsul.*

No ignora tu sublimidad cuántas cosas transcribieron de los antiguos libros, que contenían los derechos del nombre romano, sobre los mandatos de los príncipes los legisladores, cada cual en su propio volumen. Así, pues, como á nosotros, al restaurar toda la antigüedad ya arruinada y menoscabada, nos plugo también no solamente expedirles credenciales á todos nuestros jueces, que desempeñan cargos inferiores ó intermedios, ya sean nombrados entre los corregidores, ó entre los consulares, ó entre los espectables, sino además darles mandatos, para que atendiendo á ellos pudieran gobernarlo todo plausiblemente, hemos compuesto por lo mismo un libro de mandatos, que va anejo al pie en ambas lenguas, para que les sea dado á nuestros administradores según la calidad de las localidades, en que es la frecuente la lengua romana ó la griega, conocer la disposición de aquellos, á fin de que no se atrevan á preterir nada de ellos, sino que observando perpétuamente nuestras muy saludables disposiciones se apresuren á gobernar nuestras provincias y á los súbditos de nuestro imperio. Disponga, pues, tu ilustre autoridad, á quien pertenece la censura cuestorial, que los mismos mandatos sean transcritos en los libros de las leyes, y depositados en el sacro registro, á fin de que los administradores, por recibirlos juntamente con las credenciales, no ignoren de qué modo pueden ser útiles á la república.

(1) *Esta Novela fué expedida en griego y en latín, pero solamente nos ha quedado el libro griego, que se dice, de los mandatos; mas es verosímil que la epístola dirigida al Cuestor Triboniano, que se antepuso en lugar de prosemio, fuese escrita solamente en latín.— El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.—Exceptuando el prefacio, toda la Novela se halla en las Bas. VI. 3 22.— Iulian. const. 21.– La versión latina es la antigua de la glosa.*

(2) *Trid* ; observantes, In perpetuum, *Port , y Cont.*

(3) *Cont. añadió esta indicación de la fecha:* Dat. XVI. Kal. Maii post consulatum Belisarii v. c. consulis.

In nomine domini Iesu Christi, dei nostri, Imperator Caesar Flavius Iustinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, semper adorandus, Augustus (1).

Praefatio

Iam quidem in generali nostrae pietatis lege omnia declarata sunt, in quibus conveniens est administrationes accipientes eas gubernare, memorantes iusiurandum, quod super his praestatur. Necessarium tamen existimavimus etiam nunc percipienti tibi administrationem designare, quod a progenitoribus reipublicae nostrae adinventum est, qui ad administrationes directis certa praecepta dabant, mandata principum ea vocantes, secundum quae oporteret eos gubernare administrationes.

Cap. I

Oportet igitur te pure sumentem administrationem et sine omni suffragio prae omnibus aliis mundas servare deo nobisque et legi manus, et nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus, neque captiosum quiddam contra subiectos facere negotiatione, sed contentum esse solis a fisco tibi ministratis, et tam per te, quam per eos, qui circa te sunt, purum eis undique servare ius, et festinare primum quidem fiscalia tributa exigi vigilanter, nihil deminuens circa publicam curam requirere, ne forte fiscus inde minuatur, et salvare ei undique quae propria sunt. Sicut enim privatos iniustitiam passos adiuvamus, sic et publicum illaesum manere volumus. Collatores namque omni alia calumnia liberi conservati facile et in promtu solvent tributa, et qui in furta prius dantes manebant debentes adhuc fiscalia, haec nunc ipsis fiscalibus (2) exsolventes liberabunt facile et tributis.

Cap. II

Deinde conveniens est te providere, ut nulli populi civitatum alterutris seditiones faciant, sed omnem pacem esse dei civitatibus, dum aequitas etiam hinc nostris subiectis servatur, et neque lucri, neque passionis alicuius causa ad aliquam partium declinatur.

Cap. III

Sit tibi quoque tertium studium lites cum omni aequitate audire, et omnes quidem breviores et quaecunque maxime vilium sunt ex non scripto decidere et iudicare, et liberare homines (3) alterna contentione, et non permittere in aliquo (4) ultra, quam continetur sacra nostra constitutione, occasione causalium expensarum damnificari, si tamen sufficientes in datione consistant. Alioqui etiam gratis lites audire, et non permittere ex ne-

En el nombre del Señor Jesucristo, Dios nuestro, el Emperador César Flavio Justiniano, Alemánico, Gótico, Fráncico, Germánico, Antico, Alánico, Vandálico, Africano, pio, feliz, glorioso, vencedor, triunfador, siempre adorable, Augusto.

Prefacio

Ya ciertamente se ha declarado en una ley general de nuestra piedad todo aquello según lo que es menester que los desempeñen los que reciben cargos administrativos, acordándose del juramento que respecto á ellos se presta. Pero hemos estimado necesario indicarte también ahora, al recibir tú un cargo administrativo, lo que se inventó por los progenitores de nuestra república, los cuales daban ciertos preceptos á los enviados á cargos administrativos, llamándolos mandatos de los príncipes, según los que era conveniente que ellos desempeñaran los cargos en la administración.

Capítulo I

Es, pues, conveniente, que recibiendo tú con pureza y sin sufragio alguno el cargo administrativo, conserves ante todo manos limpias para Dios, para nosotros y para la ley, no adquieras ningún lucro, ni mayor, ni menor, y no negocies capciosamente cosa alguna contra los súbditos, sino que te contentes con las solas cosas que se te suministran por el fisco, y que tanto por tu parte, como por la de los que están cerca de tí, les conserves enteramente puro su derecho, y te apresures en primer lugar á que vigilantemente se cobren los tributos fiscales, no dejando de investigar nada respecto al cargo público, no sea que acaso sufra menoscabo el fisco, y á conservarle en todas partes lo que sea propio de él. Porque así como auxiliamos á los particulares que sufren injusticia, así también queremos que permanezca ilesa la cosa pública. Porque conservados libres de toda otra calumnia los contribuyentes pagarán fácil y prontamente los tributos, y los que dando antes para hurtos continuaban siendo todavía deudores de los tributos fiscales, pagando ahora esto, se librarán fácilmente de los mismos tributos fiscales.

Capítulo II

En segundo lugar es conveniente que proveas, á fin de que ninguna población de las ciudades promueva sediciones contra otras, sino que las ciudades de Dios tengan entera paz, porque también en ellas se les conserva á nuestros súbditos la equidad, y ni por causa de lucro, ni de pasión alguna se favorece á ninguna de las partes.

Capítulo III

En tercer lugar cuida también de oir con toda equidad los litigios, y de decidir y juzgar sin escrito todos los más breves, y principalmente los de ínfima cuantía, y de librar á los hombres de mútua contienda, y de no permitir que con ocasión de las costas judiciales sean gravados en algo más que lo que se contiene en nuestra sacra constitución, si es que fueran abonados para pagarlas. En otro caso, conoce también gratuitamente en los litigios, y no

(1) *Trid. y Port. no tienen esta invocación del nombre de Dios y esta enumeración de los títulos de Justiniano.*
(2) haec nunc et ipsi fiscalibus, *Trid.*; hoc nunc et ipsis fiscalibus, *Port.*; ex nunc ipsis fiscalibus, *Cont. Parece que se debe leer* et quae—ex, *(de donde la corrupción* ex *en Cont.).*
(3) *Trid.*; omnes, *Port., y Cont.*
(4) in aliquo, *omitelas Trid.*; permittere nihil ultra, *Port.*

gligentia de provincia alicuius praesidis quemquam ad hanc currere felicissimam civitatem, et nobis molestum esse. Scito namque, quia, si quis veniat, et aditionem nobis faciat, et a nobis interrogatus, si prius te adiit, deinde te (1) dicat adiisse, et quod iustum est non impetrasse, et hoc verum inveniamus, in te indignationem convertemus. Si vero, quum te non adierit, venire ad hanc regiam praesumserit civitatem, et remittemus eum cum omni correctione, et responsum non dabimus.

permitas que por negligencia venga alguien de la provincia de algún presidente á esta felicísima ciudad, y nos moleste. Porque sabe, que si viniera alguno, y se nos presentara, é interrogado por nosotros si primeramente se dirigió á tí, dijera luego que se te dirigió, y que no impetró lo que era justo, y hallásemos que esto es verdad, volveremos contra ti la indignación. Pero si, no habiendo recurrido á tí, se hubiere atrevido á venir á esta real ciudad, te lo remitiremos con completo correctivo, y no le daremos respuesta.

Cap. IV

Deinde competens est te etiam hinc venientes, sive ex magisteriano, sive ex quolibet foro, non permittere laedere, nec superexigere subiectos nostros. Sed si quis adierit, tale aliquid questus, hoc et exsequi, et indemnitatem ei procurare, et neque permittere alicui proferenti praecepta cuiuscunque fori (haec videlicet quae solemniter diriguntur, formarum etiam aquae causa, et portuum, et itinerum sternendorum, et imaginum, et murorum, et domuum destructionis tanquam in publico factarum, et aliorum talium) damnificare nostros subiectos. Non enim volumus nec per talem causam ullum eis inferri damnum. Ipse vero omnium horum providebis, sine damno omni gestum. Si quis autem, cui tale aliquid iussum est, veniat, omnino non respicias eum, nisi sacram nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc scriptam; tunc (2) suscipies (3) quidem talem formam, nos autem aliquid ages ex ea, antequam ad nos nuntians secundam praeceptionem nostram suscipias.

Capitulo IV

Además es conveniente que tampoco permitas que los que de aquí vayan, procedentes del foro del Maestre, ó del de otro cualquiera, perjudiquen á nuestros súbditos, ó les exijan más de lo debido. Mas si alguno se dirigiere, querellándose de algo semejante, persigue lo hecho, y procúrale la indemnidad, y no le permitas á nadie, que, presentando órdenes de cualquier foro que sea, (por supuesto, las que solemnemente se dirigen, por causa de acueductos, y de puertos, y de reparar caminos, y por causa de estátuas, y de muros, y de demolición de casas como por haber sido edificadas en terreno público, y por causa de otras cosas semejantes), perjudique á nuestros súbditos. Porque no queremos que por tal causa se les infiera daño alguno. Mas tú mismo proveerás á la ejecución de todo esto, sin ningún quebranto. Pero si se presentara alguno, á quien alguna cosa semejante se le mandó, no lo atiendas en manera alguna, á no ser que presente pragmática disposición nuestra escrita para ella; en cuyo caso recibirás ciertamente tal disposición, pero no harás cosa alguna en virtud de ella antes que dándonos cuenta recibas segundo mandato nuestro.

§ 1.—Sed etiam pro ubertate necessariorum et operum civitatum diligentiam habebis, procurans ex civilibus pecuniis patres quae valde necessaria sunt operum facere, et pontium similiter, et viarum, et portuum, in quibus omnino sunt locis provinciae, cui praesides; portuumque et murorum curam habebis, et quidquid omnino est publico et civitatibus utile, et cogitabis, et facies, et nuntiabis.

§ 1.—Pero también te mostrarás diligente para que haya abundancia de las cosas necesarias y de obras en las ciudades, procurando que de los fondos civiles hagan los padres las cosas que son muy necesarias en las obras, é igualmente en los puentes, en los caminos, y en los puertos, en cualesquiera lugares de la provincia, que presides, en que los haya; y cuidarás de los puertos y de las murallas, é imaginarás, harás, y nos indicarás absolutamente cualquiera cosa que sea útil al público y á las ciudades.

§ 2.—Habebis autem obedientes tibi et qui in provincia sunt milites, in quibus eorum opus habueris ad ministerium iustum. Quodsi delinquentes inveneris, sub omni castigatione decente insuper ex emolumentis eorum satisfieri laesis procurabis.

§ 2.—Mas tendrás obedientes á tí también los militares que hay en la provincia, para las cosas que de ellos tuvieres necesidad en tu legítimo ministerio. Pero si hallares que son delincuentes, procurarás que, además de todo el castigo correspondiente, se les indemnice á los perjudicados con los emolumentos de aquéllos.

Cap. V

Non permittas privilegiis aliquibus uti nocentes, sed illud solum eis in auxilium observabis, ut undique puri horum, quae eis inferuntur, et innoxii videantur. Homicidia autem, et adulteria virginumque direptiones, et invasiones, et oppressiones ita cum vehementia corriges (4), puniens delinquentes secundum nostras leges, ut paulatim supplicium alios (5) omnes faciat salvos.

Capitulo V

No permitas que los delincuentes disfruten de algunos privilegios, sino que como auxilio les reservarás únicamente que se muestren de todo punto puros é inocentes de lo que se les imputa. Mas castigarás con severidad los homicidios, los adulterios, los raptos de vírgenes, las invasiones y las opresiones, castigando conforme á nuestras leyes á los delincuentes, para que la pena haga paulatinamente salvos á todos los demás.

§ 1.—Praecipue vero officiales tuos retinebis,

§ 1.—Pero principalmente contendrás á tus ofi-

(1) *Trid., y Cont.*; te, *omitela Port.*
(2) *Trid., y Port.*; tu, *adiciona Cont.*
(3) *Bk.*; suscipiens—agens, *Trid., Port., y Cont.*
(4) *Trid.*; corrige, *Port., y Cont.*
(5) eos, *Trid., y Port.*

non permittens eis subiectos nostros depraedari (1), neque ut illi officiales videantur quidem subiecti tibi, pro veritate autem tuae praesint voluntati.

§ 2.—Festinabis etiam consiliarium et quicunque fuerit circa te assumere virum optimum, et purum undique, et contentum iis, quae a fisco dantur; et si quid praeter spem accesserit, et non inveneris eum custodientem tibi fidem iustam, illum quidem expelles, alio vero uteris consiliario, legem et institiam cum puris servante manibus.

§ 3.—Talem vero praebebis temetipsum omnibus et publice et privatim, ut terribilis quidem sis delinquentibus et indevotis circa fiscalia, mansuetissimus autem et mitis omnibus placidis et devotis, et paternam eis exhibens providentiam.

Cap. VI

Sed neque haec, quae dicuntur verba, id est iusiurandum, premte dare festines in amplius tempus, sed et cum examinatione in tempore mediocri et non transcendente triginta dierum inducias, ne ex hoc infinitae sint hominibus ad invicem contentiones. Si vero etiam aliquem sub nuncupato verbo feceris, deinde aliquis adierit adversus eum, deduces quidem eum, custodiens datum ei verbum, et examinabis negotium verbo ubique servato, et si etiam contra eum sententia necessaria sit, condemnabis eum, et duorum propones electionem, utrum velit dato verbo absolute abrenuntiare, et agere quae iudicata sunt, an non. Certe si hoc non, sacris eum terminis restitues, et ibi executionem inferes temperate, et cum debita venerabilibus locis reverentia.

Cap. VII

Neque autem homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum custodies cautelam, sed etiam inde extrahes, et supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus, ut non talia a praesumtoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed laesis datur a lege, et non erit possibile utrumque tueri cautela sacrorum locorum, et laedentem, et laesum.

§ 1.—Publicorum vero tributorum exactiones etiam intra templa decenter fieri procurabis (2), quoniam fiscalium ratio et militibus, et privatis, ipsisque templis, et cunctae reipublicae utilis et necessaria est. Auxiliabuntur tibi ad hoc etiam deo amabiles ecclesiarum defensores et oeconomi, nullum horum, qui fiscalia tributa exiguntur (3), abripientes exactioni, sed neque permittentes violentum aut seditiosum aliquid pati exactionem inferentes, scientes, quia, si quid tale gesserint, de suo satisfacere fisco cogentur.

(1) expellere, *Trid.*; impellere, *Port.*
(2) praeparabis, *Trid.*; properabis, *Port.*

ciales, no permitiéndoles que depreden á nuestros súbditos, ni que como oficiales parezcan ciertamente sometidos á tí, pero que en realidad se impongan á tu voluntad.

§ 2.—Procurarás también que el asesor que tomes, y que cualquiera que hubiere de estar cerca de tí, sean hombres excelentes y enteramente puros, y que se contenten con lo que por el fisco se da; y si contra lo que era de esperar aconteciere alguna cosa, y hallares que aquel no te guarda justa fidelidad, lo expulsarás, y te servirás de otro consejero, que con manos limpias guarde la ley y la justicia.

§ 3.—Mas tú mismo te mostrarás pública y privadamente para todos tal, que seas ciertamente terrible para los delincuentes, y para los no cumplidores con el fisco, pero muy apacible y afable con los tranquilos y cumplidores, mostrándoles á éstos una paternal solicitud.

Capítulo VI

Pero tampoco te apresures á dar pronto por mayor tiempo lo que se llama palabra, esto es, juramento, sino con examen y por tiempo moderado y que no exceda de la tregua de treinta dias, para que por esto no sean interminables las contiendas entre los hombres. Mas también si á alguno lo hubieres constituído bajo la que se llama palabra, y luego alguien se hubiere dirigido contra él, lo presentarás ciertamente, guardándole la palabra dada, y examinarás el negocio habiéndose guardado en un todo la palabra, y si también contra él fuera necesaria la sentencia, lo condenarás, y le propondrás la elección de una de estas dos cosas, si quiere renunciar en absoluto á la palabra dada, y ejecutar lo que se juzgó, ó no. Ciertamente, si no quisiere esto, lo restituirás á los lugares sagrados, y allí harás la ejecución moderadamente, y con la reverencia debida á los venerables lugares.

Capítulo VII

Pero ni á los homicidas, ni á los adúlteros, ni á los delincuentes raptores de vírgenes les respetarás la seguridad de los lugares, sino que también los sacarás de ellos, y les impondrás la pena. Porque no es conveniente tener consideración á tales delincuentes, sino á los que sufren esto, para que no sufran por parte de los audaces tales cosas. Además, la seguridad de los templos se les da por la ley no á los que lesionan, sino á los lesionados, y no será posible amparar con la seguridad de los lugares sagrados á uno y á otro, al que lesiona, y al lesionado.

§ 1.—Mas procurarás que también las exacciones de los tributos públicos se hagan dentro de los templos con decencia, porque la cuenta de los tributos fiscales es útil y necesaria tanto para los militares, como para los particulares, y para los mismos templos, y para toda la república. Te auxiliarán para esto también los defensores de las iglesias y los ecónomos, amantes de Dios, no librando de la exacción á ninguno de aquellos á quienes se les exigen los tributos fiscales, pero no permitiendo tampoco que sufran cosa alguna violenta ó sediciosa los que hacen la exacción, sabiendo, que, si hicieren alguna cosa semejante, serán obligados á satisfacerle con lo suyo al fisco.

(3) exigunt, *Trid.*, y *Port.*

Cap. VIII

Coges autem publicos exactores in suis de susceptis (1) manifesta facere omnia, in quibus ea dederunt, nempe quantitatem zygocephalorum, aut iugorum, aut iugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupantur, et pro quibus haec et qualibus (2) praediis exiguntur, et datorum quantitatem sive in speciebus, sive in auro. Et interminaberis eis et magnum damnum, et manus amputationem, si hoc, quod praecipitur quidem semper, usque nunc autem non custoditum est, non deinceps omnibus servent modis. Si vero, ut assolet, declinationem inveniant aliquam, dicentes, non posse iugorum poni quantitatem, maxime quidem eos malignari putamus, sed tamen nihil hinc laedatur fiscus nec collatores; fiscus etenim sine praeiudicio omnia sua percipiat, et solenniter celebrata desuscepta (3) percipiant ii, qui haec exsolverint (4), nihil exigendi amplius. Causa vero in nullo laedatur, et secundum consuetudinem quidem tributa solvantur ab eis, et inferantur fisco. Nuncietur autem ad gloriosissimos nostros praefectos de istis, primitus cogendis censualibus nuncupatas expositiones subtiliter dare, ut ex hoc fiat causae diiudicatio, et sic interim secundum consuetudinem quidem datis fiscalibus inculpabiliter inferendis, quidquid (5) in iis, quae dubitantur, gloriosissimi nostri praefecti indicaverint, (6) in iis, quae moventur (7), haec valère; necessitatem habentibus exactoribus, post cognitam veritatem super his quaestionibus, et in illis de cetero quantitatem zygocephalorum et allorum omnium describere, secundum quod a nobis iam ordinatum est.

§ 1.—Non permittas autem (8) curialibus aut censualibus, dum vendita sunt praedia eorum, aut in alias personas mittatur (9) possessio, tergiversationibus uti quibusdam, et non transferri a venditoribus ad emtores praedia, sed coges eos omnino facere mutationes sine damno. Si vero dixerint minus idoneos esse emtores, et propterea non fieri migrationem, hoc ipsum examinabis sine quolibet damno. Et si quidem idonei fuerint emtores, coges fiscalium praesules omnibus modis et sine quolibet damno celebrare transpositionem; si vero pro veritate eos inveneris non satis idoneos, coges venditores hoc ipsum profiteri ad gesta, quia periculo eorum transpositio fit fiscalium tributorum in eos, qui ab ipsis emunt, hoc quod etiam in Oriente novimus in multis fieri gentibus. Sic enim neque fisco (10) nocebitur, et fiscalia tributa a possessoribus inferentur, ut non alii quidem sint possessores, alii vero collatores. Oportet enim maxime contra possessores fieri collationes, sed non contra non detinentes neque possidentes terras.

(1) *Bk. ed. estereotipada;* de susceptis, *Trid., Port., y Cont.*
(2) *Bk. ed. estereotipada; antes* quaelibet.
(3) *Bk. ed. estereotipada; antes* celebrata suscepta
(4) percipiant et vetat qui hoc exsolverit, *Trid.;* percipiat et qui hoc exsolverit, *Port.*
(5) inferendis. Quod autem, *Trid., y Port.*

Capítulo VIII

Pero obligarás á los recaudadores públicos á manifestar en sus recibos todo aquello por lo que los dieron, esto es, el número de yuntas, ó de yugos, ó de yugadas, ó del modo como se llaman en las regiones, y por qué y por cuáles predios se exige aquello, y la cantidad de las cosas dadas ó en especies, ó en dinero. Y les amenazarás con un grande quebranto, y con la amputación de una mano, si esto, que ciertamente se mandó siempre, pero que hasta ahora no se guardó, no lo observaran de todos modos en lo sucesivo. Mas si, como suele suceder, encontraran algún descargo, diciendo que no se podía poner el número de yugadas, creemos ciertamente que ellos obran con mala intención, pero que, sin embargo, ni el fisco, ni los contribuyentes, se perjudican con ello; porque el fisco percibirá sin perjuicio todo lo suyo, y los que lo hubieren pagado recogerán los recibos solemnemente librados, sin que se les haya de exigir nada más. Mas la causa no sea perjudicada en cuanto á ninguno, y páguense ciertamente según la costumbre los tributos por aquéllos, y sean ingresados en el fisco. Pero déseles cuenta á nuestros gloriosísimos prefectos de estas cosas, debiendo ser obligados en primer lugar los encargados del censo á dar escrupulosamente las llamadas exposiciones, para que en vista de ellas se haga la aclaración del caso, y así, ingresándose sin agravio provisionalmente los tributos fiscales pagados ciertamente con arreglo á la costumbre, tenga validez, en cuanto á lo que es objeto de dudas, lo que hubieren determinado nuestros gloriosísimos prefectos sobre las cuestiones que se promueven; teniendo necesidad los recaudadores, después de conocida la verdad sobre estas cuestiones, de expresar en lo sucesivo en aquellos recibos el número de yuntas y de todas las demás cosas, según lo que ya ha sido ordenado por nosotros.

§ 1.—Mas no les permitimos á los curiales ó á los encargados del censo, cuando se hayan vendido predios, ó su posesión se transmita á otras personas, que se valgan de algunas tergiversaciones, y no sean transferidos de los vendedores los predios á los compradores, sino que los obligarás á que en todo caso hagan sin quebranto los cambios. Pero si dijeren que los compradores no eran solventes, y que por eso no hacían el traspaso, examinarás esto mismo sin perjuicio alguno. Y si verdaderamente fueren solventes los compradores, obligarás á los encargados de los tributos fiscales á que de todos modos y sin quebranto alguno verifiquen el traspaso; mas si en realidad hallares que aquellos no eran bastante abonados, obligarás á los vendedores á confesar esto mismo en un acta, porque á riesgo de ellos se hace el traspaso de los tributos fiscales á los que compran de los mismos, cosa que hemos sabido que también se hace en Oriente, en muchas regiones. Porque así no se perjudicará al fisco, y se pagarán por los poseedores los tributos fiscales, de suerte que no sean ciertamente unos los poseedores, y otros los contribuyentes. Pues es en sumo grado conveniente que las contribuciones se hagan efectivas contra los poseedores, pero no contra los que no retienen ni poseen las tierras.

(6) indicaverint, *se lee en Godofr. y en otras ediciones.— N. del Tr.*
(7) *Trid., y Port.;* quae controversa sunt, *Cont.*
(8) itaque, *Trid., y Port.*
(9) *Trid., y Port.;* mutatur, *Cont.*
(10) *Trid., y Port.;* fiscus, *Cont.*

Cap. IX

Illud tamen te volumus nosse, quia, si quando praeceperimus ad alias forte proficisci te provincias, competens est, contentum te iis, quae de fisco largiuntur, non gratis expendere, neque nostros subiectos atterere, sed ex quibus in provincia consistens expendebas, ex his ipsis et ad alias proficiscentem regiones facere expensas, neque angariis cellatores affligentem, neque te, neque obediens tibi officium, sed propriis quidem subiugalibus propriaque expensa agere iter. Hoc ipso custodiendo, vel si non ultra terminos properes provinciae, sed propter quandam occasionem necessariam circumeas civitates.

Cap. X

Eos autem, qui vocantur loci servatores, dare iudices in civitatibus provinciae, cui praesident, licet spectabiles viri, vel clarissimi, vel praesides sint, omnibus interdicimus modis. Sed neque si milites aliqui sequantur te, neque illos gratis permittas expendere, sed ex propriis emolumentis. Si vero non hoc egerint, sed ex tributis expenderint, et angarias acceperint, omne, quidquid damnificabuntur subiecti, hoc ex eorum emolumentis exigens proprio periculo laesis servabis.

Cap. XI

Neque occasione religionum haeresiumque quaestionis permittas alicui provinciam commovere, aut aliter quandam praeceptionem iniungi provinciae, cui praesides; ipse vero providebis cum competente utilitate fiscalibus et quae alia sunt perscrutari, et non permittere aliquid contra nostras fieri praeceptioneso ccasione religionum. Si vero canonicum(1) sit, quod quaeritur, una cum metropolita provinciae hoc disponere et decernere, sive episcopi dubitent, sive alii quidam, et causae dare deo amabilem et decibilem terminum, qui et decenter orthodoxam custodiat fidem, et indemnitatem procuret fiscalibus, et nostros subiectos servet inviolatos.

Cap. XII

Oportet autem te et in hoc omnem ponere providentiam, cum aliquis dignus apparuerit poena, illum quidem punire, res autem eius non contingere, sed sinere eas generi et legi, et secundum illam ordini (2). Non enim res sunt, quae delinquunt, sed qui res possident; at illi reciprocant ordinem, eos quidem, qui digni sunt poena, dimittunt, illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit successionem.

Cap. XIII

Patrocinia quoque iniusta, quae cognoscimus in nostris provinciis fieri omnibus corrige modis, non sinens ulli aliorum vitas in se suscipere, non ampliare sibi praedia nullo modo ei competentia, non

(1) *Desde aquí al fin del cap. falta en Hal., Bas.*

Capítulo IX

Mas queremos que sepas, que, si alguna vez dispusiéremos que vayas acaso á otras provincias, es lo procedente que te contentes con lo que se da por el fisco, y que no consumas gratuitamente, ni aterres á nuestros súbditos, sino que con lo mismo de que gastabas residiendo en la provincia hagas también los gastos al partir á otras regiones, no abrumando con bagajes á los contribuyentes ni tú ni los oficiales á tus órdenes, sino que haréis el viaje ciertamente en vuestras propias caballerías y á vuestras expensas. Debiéndose guardar esto mismo, aun si no salieres de los límites de la provincia, sino que por alguna circunstancia necesaria recorrieras las ciudades.

Capítulo X

Mas prohibimos en absoluto que los jueces nombren en las ciudades de la provincia, que presiden, los que son llamados lugartenientes, aunque ellos sean varones espectables, ó muy esclarecidos, ó presidentes. Pero si te acompañaran algunos soldados, no permitas tampoco que ellos consuman gratuitamente, sino de sus propios emolumentos. Y si no hicieren esto, sino que gastaren de los tributos, y recibieren bagages, cobrando tú de los emolumentos de ellos todo aquello en que hubieren sido perjudicados los súbditos lo reservarás bajo tu responsabilidad para los lesionados.

Capítulo XI

Y no permitas que con ocasión de cuestión de religiones ó de heregías alguien conmueva la provincia, ó imponga á la provincia, que presides, algún otro mandato; pero tú mismo proveerás á que con la correspondiente utilidad para los tributos fiscales se investiguen las demás cosas que hay, y no permitirás que se haga cosa alguna contra nuestras disposiciones con ocasión de las religiones. Mas si fuera canónico aquello sobre lo que se cuestiona, lo juzgarás y resolverás en unión con el metropolitano de la provincia, ya sean los obispos, ya otros, los que duden, y pondrás á la cuestión término grato á Dios y conveniente, que conserve como es debido la fe ortodoxa, procure la indemnidad de los tributos fiscales, y mantenga ilesos á nuestros súbditos.

Capítulo XII

Mas es conveniente que pongas todo tu cuidado también en esto, en que, cuando alguno apareciere digno de pena, lo castigues ciertamente, pero no le toques á sus bienes, sino que los dejes para la descendencia y para la ley, y para el orden ajustado á ésta. Porque no son los bienes los que delinquen, sino los que los poseen; mas invierten el orden los que dejan á los que ciertamente son dignos de pena, pero les quitan sus bienes, castigando en lugar de ellos á otros, á quienes acaso llamó la ley á la sucesión de los mismos.

Capítulo XIII

Pondrás de todos modos correctivo también en cuanto á los injustos patrocinios, que hemos sabido se prestan en nuestras provincias, no dejando que nadie tome á su cargo las vidas de los otros, que se

(2) et secundum illum ordinem, *Trid., y Port.*

in aliorum laesionem promittere patrocinium, non quemadmodum fraudent fiscum suam virtutem obiicere. Neque sit tibi cura, cuiuslibet sint haec agentes dominii; sufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem et lex, et imperii favor.

Cap. XIV

Sed etiam suscipientes alienos agricolas sic odio habebis, sic compelles cito reddere quod suscipiunt male, ut, si plurimum manserint inobedientes, omne, quidquid onus (1) provinciae est, illorum possessionibus hoc impones. Si vero in aliis provinciis agricolae dicantur esse constituti, literis uteris publicis ad provinciarum praesides, ut in eas fugientes agricolas confitentes aut convictos tradant possessoribus (2), et revocentur ad provinciam, cui praesides, et inobedientes vehementer corripies minus idoneorum adiectione. Competens enim est talia studentem hinc onus et rerum deminutionem in sua facultate cognoscere, ut minoratus cognoscat, quantum est laedere et delinquere in alios. Sed hoc ipsum age, sive praedia possidentes in provincia sint, sive aliquorum aliis competentium gubernatores sint. Oportet etenim et possessores illa solum habere, quae eis da lex, et gubernatores alienarum illis praeesse solummodo, quae per conductionem aut alium legitimum eis sunt tradita modum, extraneis autem abstinere, et non providere quidem aliis, laedere vero alios, et sibimet lucrum impium ex hoc acquirere.

Cap. XV

Titulos autem imponere praediis alienis aut ergasteriis in civitatibus constitutis, et superscribere sua vocabula ita praesumentibus periculosum esse scias, ut agnoscant, quia haec agentes ipsi suam substantiam applicabunt fisco. Si enim causam soli imperio et fisco datam tentaverit aliquis arripere, in suis agnoscat experimentum, et suis rebus titulis impositis publicis fiat aliis exemplum abstinentiae, qui, si iisdem implicentur malis, similibus subdentur poenis. Haec igitur omnia observa, sciens nostram circa te voluntatem atque sententiam, qualis quidem erit delinquente te, qualis autem probato et nostra sequente praecepta ac legis.

Cap. XVI

Mox autem ut (3) ingredieris provinciam, convocatis omnibus in metropoli constitutis (dicimus autem deo amabili episcopo, et venerabili clero, et nobilibus civitatis), insinuabis haec nostra sacra praecepta sub gestorum insinuatione, et propones exemplar eorum publice non solum in metropoli, sed etiam in aliis provinciae civitatibus, transmittens ea per officiales tuos sine damno, ut omnes cognoscant, in quibus suscepisti cingulum, et vi-

(1) *Trid.*; in onus, *Port., y Cont.*
(2) *Trid.*; possessionibus, *Port., y Cont.*

aplique predios que de ningún modo le competen, que prometa patrocinio para daño de otros, y que para defraudar al fisco oponga su propio valimiento. Ni te cuides de qué dominio dependan los que hacen esto; porque te bastan para tener en todo perfecta fortaleza la ley y el favor del imperio.

Capítulo XIV

Mas de tal modo odiarás también á los que acogen á los agricultores de otros, de tal suerte los compelerás á devolver inmediatamente lo que malamente reciben, que, si largo tiempo permanecieren siendo desobedientes, impondrás á sus posesiones todo lo que es carga fallida de la provincia. Pero si se dijera que los agricultores se hallan en otras provincias, te valdrás de cartas públicas para los presidentes de las provincias, para que les entreguen á los poseedores los agricultores confesos ó convictos refugiados en ellas, y sean llamados á la provincia, que presides, y corrijas severamente á los desobedientes con el recargo de los no solventes. Porque es conveniente que el que tales cosas fragua experimente en sus propios bienes el gravamen que proviene de aquí y la disminución de los bienes, para que habiéndosele aminorado conozca cuánto importa causar daño y delinquir contra los otros. Pero haz esto mismo, ya si estuvieran en la provincia los que poseen los predios, ya si fueran administradores de algunos que les competan á otros. Porque es conveniente que los poseedores tengan solamente aquellas cosas que les da la ley, y que los que gobiernan bienes ajenos estén al frente únicamente de los que por arrendamiento ó de otro modo legítimo se les entregaron, pero se abstengan de los extraños, y no cuiden ciertamente de los de otros, y perjudiquen á los demás, y adquieran por ello injusto lucro.

Capítulo XV

Mas sabe que es de tal manera peligroso, para los que á ello se atrevan, poner tablillas á los predios ajenos ó á los talleres establecidos en las ciudades, y escribir en ellas sus propios nombres, que habrán de saber, que los que tal hacen aplicarán ellos mismos sus propios bienes al fisco. Porque si alguien hubiere intentado arrebatar cosa dada solamente al imperio y al fisco, vea el experimento en las suyas propias, é imponiéndoseles títulos públicos á sus propios bienes déseles ejemplo de abstención á los demás, quienes, si se complicaran en las mismas maldades, serán sujetados á las mismas penas. Observa, pues, todas estas disposiciones, conociendo nuestra voluntad y opinión respecto á tí, tal cuál será ciertamente delinquiendo tú, y cuál, siendo probo y siguiendo nuestros preceptos y los de la ley.

Capítulo XVI

Mas tan pronto como entres en la provincia, convocados todos los que se hallen constituídos en la metrópoli, (nos referimos al obispo, amante de Dios, al venerable clero, y á los nobles de la ciudad), manifestarás estos sacros preceptos nuestros consignándolos en actas, y expondrás en público un ejemplar de los mismos no solamente en la metrópoli, sino también en las demás ciudades de la provincia, transmitiéndolos sin gastos por medio de tus

(3) ubi, *Trid.*

deant, si hoc conservas et nostro dignum temetipsum ostendis iudicio.

Cap. XVII

Haec enim (1) conservata apud te faciunt praesentem tibi cingulum diuturniorem et gloriosiorem, siquidem super alia neque armis uti non militantem permittes aliquem. Haec te et deo, et legibus, et nobis carissimum constituunt. Sed et illud providebis, ut, si quis eorum, qui populum in turbas sollicitant, tentarit (2) aliquando ab hac magna civitate fugere (3) aut solus, aut cum aliis, et venire (4) in provinciam, cui praees quatenus investigare de hoc et examinare cum omni subtilitate et cum cautela cures, et ubi constiterit (5), nuntiare hoc, si forte dignae inquisitione sint personae, et adduci ad hanc felicissimam civitatem, et poenas sustentare, quas lex de talibus constituit.

Dat. XVI. Kal. Maii, Constantinop. Belisario V. C. Cons. [535.]

CONST. XVIII (6)

DE TRIENTE ET SEMISSE, ET SUCCESSIONIBUS FILIORUM ET NEPOTUM NATURALIUM: ET COLLATIONIBUS, VEL DISTRIBUTIONIBUS, NEC NON ET LITERARUM AUT NUMERATIONUM ATQUE RERUM EX QUIBUS DETINENT, INFICIATIONIBUS

(Coll. III. tit. 5.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *gloriosissimo Praefecto sacrorum per Orientem Praetoriorum iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Iam quidem magnae huic et, ut ita quis dicat, bene a deo constitutae reipublicae (dicimus Romanorum) plurima de testamentis disposita sunt, et pleni legum codices de talibus consistunt, et non solum sapientes antiqui haec scripserunt aut piorum potestas Imperatorum, sed etiam a nobis iam non aliquo priorum principum minus legislationes prolatae sunt. Deum vero semper considerantes, et quatenus ei placiti videamur et aliquid bonorum dignum in nobis agamus, nitimur aliquid adinvenire semper et naturae consequens, et quod possit priora corrigere. Frequenter igitur et alia vice mirati sumus, quomodo legitimis et benevolis filiis, quibus agunt gratias parentes, quibusque quod relinquitur iam etiam debitum vocant, solum triuncium definierunt ex necessitate relinqui, reliquum vero iacet in voluntate parentum, et capiunt quidem cognati omnia, et extranei, vel cum libertate servi; filii vero, licet multi consistant, etiamsi nihil offenderint parentes, confunduntur, et triuncium dividunt solum, vel si decem forte aut amplius fuerint, et pauperes erunt filii patris, donec vixerit, idonei.

(1) enim, *omittela Trid.*
(2) sollicitare tentant, *Trid., y Port.*
(3) *Trid., y Cont.*: fugerit. *Port.*
(4) *Trid.*: venerit, *Port., y Cont.*
(5) *Port., y Cont., pero Cont. pone* cures *entre paréntesis, y añade que en su ms. falta como en el griego esta palabra, y omite* cum *antes de* cautela; et cum cautela constiterit, *Trid.*
(6) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg. — La mayor parte de la Novela está en las Bas. — Iulian. const. 34.— Por la Novela 66. cap. I. sabemos que ésta fué escrita también en latín, y así enviada al Africa; pero solamente nos queda la antigua versión de la glosa.*

oficiales, á fin de que todos conozcan con qué deberes recibiste el cíngulo, y vean si los observas y te muestras digno de nuestro juicio.

Capítulo XVII

Observadas, pues, por ti estas disposiciones, te harán más duradero y glorioso el cíngulo actual, si además tampoco permitieres que use armas nadie que no sea militar. Estas cosas te harán carísimo para Dios, para las leyes, y para nosotros. Mas también cuidarás, si alguno de los que solicitan al pueblo para tumultos intentare alguna vez huir de esta grande ciudad, ó solo, ó con otros, y entrar en la provincia, que presides, de hacer investigaciones respecto á él, y de examinarlo con toda minuciosidad y retenerlo bajo custodia, y, luego que constare, de darnos conocimiento de esto, si acaso es de las personas merecedoras de persecución, para que sea traida á esta felicísima ciudad, y sufra las penas, que contra los tales estableció la ley.

Dada en Constantinopla á 16 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCION XVIII

DEL TERCIO Y DE LA MITAD DE LA HERENCIA, Y DE LAS SUCESIONES DE LOS HIJOS Y DE LOS NIETOS NATURALES: Y DE LAS COLACIONES, Ó DE LAS DISTRIBUCIONES, Y TAMBIÉN DE LAS NEGACIONES DE LETRAS, Ó DE ENTREGAS DE DINERO, Y DE COSAS QUE DE OTROS SE RETIENEN

(Colección III. título 5.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Muchas disposiciones se dieron ya ciertamente sobre los testamentos para esta gran república, como alguno dirá, bien constituida por Dios, (nos referimos á la de los romanos), y llenos de ellas están los libros de las leyes; y no solamente las escribieron los antiguos sabios ó la potestad de piadosos Emperadores, sino que también por nosotros, no menos que por alguno de los anteriores príncipes, se han promulgado ya leyes. Mas nosotros, considerando siempre á Dios, y para parecerle gratos, y hacer alguna cosa digna de los beneficios que nos dispensa, nos empeñamos en hallar siempre algo que sea consiguiente á la naturaleza, y que pueda corregir lo anterior. Así, pues, con mucha frecuencia nos hemos maravillado de que á los hijos legítimos y bien intencionados, á quienes hacen favor sus padres, y respecto de los cuales lo que se les deja algunos lo llaman también cosa debida, hayan determinado que por necesidad se les dejen solamente tres onzas, y que lo demás quede á la voluntad de los padres, y que ciertamente los cognados, y los extraños, ó los esclavos con libertad, lo adquieran todo; pero que los hijos, aunque sean muchos, y aun cuando en nada hayan ofendido á sus padres, queden confundidos, y se dividan solamente las tres onzas, aun si fueren acaso diez ó más, y sean hijos pobres de un padre rico, mientras vivia.

Cap. I

Haec nos moverunt corrigere legem, et non eam despicere semper erubescentes, talique modo determinare causam, ut, si quidem unius est filii pater aut mater, aut duorum vel trium, vel quatuor, non triuncium eis relinqui solum, sed etiam tertiam propriae substantiae partem, hoc est uncias quatuor, et hanc esse definitam mensuram usque ad praedictum numerum. Si vero ultra quatuor habuerit (1) filios mediam eis totius substantiae relinqui partem, ut sexuncium sit omnino quod debetur, singulis ex aequo quadriuncium vel sexuncium dividendo, et hoc non sub iniusta circumstantia rerum (forsan enim hic (2) etiam alii iniustitiam patiuntur, aliis (3) quidem meliora, aliis vero deteriora percipientibus), sed quod contigerit unumquemque per omnia aequum esse in qualitate et quantitate, sive quis illud institutionis modo, sive per legati (idem est dicere et (4) fideicommissi) relinquat occasionem. Licebit enim ei reliquum octuncium forte aut sexuncium habere, et largiri sicut voluerit filiis ipsis aut cuilibet extraneorum, et natura primo curata competenter sic ad extraneas largitates accedere. Hoc observando in omnibus personis, in quibus ab initio antiquae quartae ratio de inofficioso lege decreta est.

Cap II

Excipiatur autem a nobis de curialibus nuper posita lex, quae filiis curialibus aut filiabus curialibus nubentibus noniuncium omnino dari vult, reliquo triuncio a parentibus secundum potestatem dispensando; omnibus aliis de inofficioso positis legibus, et praecipue nostris, in sua virtute servandis, et de ingratis filiis, et de naturalibus, praeter solam quantitatem, quam ad praesens auximus, secundum omnes praedictas definitiones.

Cap. III

Prohibemus autem et illud grave exsistens, et habens quidem aliquam legalem occasionem, in duram (5) tamen incidens crudelitatem et amaritudinem. Novimus enim aliqua testamenta, secundum quae morientes non paterne, nec ut viros oportebat, sed nimis molliter atque remisse fecerunt institutiones, uxoribus siquidem omnem (6) reliquerunt suarum rerum usumfructum, filiis autem proprietatem nudam. Quamobrem arbitror studium esse huiusmodi testamentis uxores etiam proprietatem acquirere, filiis forte fame peremtis. Unde enim et in medio gubernentur, et quotidianum habeant cibum, nihil eis derelicto, uxoris ira, forsan et irrationabili, intercedente, quae eis etiam quotidianam gubernationem abripiat? Non licebit igitur de cetero ulli omnino filios habenti tale aliquid agere, sed modis omnibus eis huius legitimae partis, quam nunc deputavimus, et usumfructum,

(1) *Trid.*; habuerint, *Cont.*
(2) *Trid.*; ob hoc, *Port., y Cont.*
(3) *Bk. en su ed. estereotipada*; et aliis, *se lee en Trid., Port., y Cont.*

Capítulo I

Estas cosas nos movieron á corregir la ley, y á no desatenderla siempre para que nos avergüence, y á determinar sobre el caso de tal modo, que si verdaderamente el padre ó la madre lo es de un solo hijo, ó de dos, ó de tres, ó de cuatro, no se les dejen á estos solamente tres onzas, sino también la tercera parte de los propios bienes, esto es, cuatro onzas, y que esta sea la cuantía definida hasta el susodicho número. Pero si uno tuviere más de cuatro hijos, déjeseles la mitad de todos los bienes, de suerte que sean seis onzas lo que en todo caso se les debe, dividiéndose entre ellos por igual las cuatro ó las seis onzas, y esto no con sujeción á injustas circunstancias de las cosas, (porque acaso también con esto sufrirán algunos injusticia, recibiendo unos ciertamente las mejores, y otras las peores), sino de modo que lo que á cada uno le corresponderé sea enteramente igual en calidad y en cantidad, ya si alguno dejara aquello por modo de institución, ya con ocasión de legado, (y lo mismo es decir que con la de fideicomiso). Porque le será lícito tener acaso las ocho ó las seis onzas restantes, y hacer liberalidades, según quisiere, á los mismos hijos ó á cualquier extraño, y atendida en primer lugar convenientemente la naturaleza proceder así á hacer liberalidades á los extraños. Debiéndose observar esto respecto á todas las personas en cuanto á las que se decretó desde un principio por la ley sobre el testamento inoficioso la porción de la antigua cuarta.

Capítulo II

Exceptúese, sin embargo, la ley ha poco promulgada por nosotros sobre los curiales, la cual quiere que en todos los casos se les den á los hijos curiales ó á las hijas que se casan con curiales nueve onzas, distribuyéndose por los padres á su arbitrio las tres onzas restantes; debiéndose conservar en su vigor todas las demás leyes, y principalmente las nuestras, dadas sobre el testamento inoficioso, y sobre los hijos ingratos, y sobre los naturales, salvo solamente respecto á la cantidad, que ahora aumentamos, en conformidad á todas las susodichas determinaciones.

Capítulo III

Mas prohibimos también esto que es grave, y que, teniendo ciertamente algún motivo legal, degenera, sin embargo, en dura crueldad y aspereza. Porque sabemos de algunos testamentos, según los que no hicieron paternalmente los que morían las instituciones, ni como convenía á hombres, sino con demasiadas debilidad y falta de entereza, pues dejaron á sus mujeres todo el usufructo de sus propios bienes, pero á sus hijos la nuda propiedad. Por lo cual creo que la intención de tales testamentos es que las mujeres adquieran también la propiedad, cuando los hijos hayan perecido acaso de hambre. Porque ¿cómo se manejarán en el intermedio, y tendrán el cuotidiano sustento, no habiéndoseles dejado nada, mediando por parte de la mujer ira, acaso hasta irracional, que les quite aun la diaria manutención? No le será, pues, lícito en lo sucesivo absolutamente á ninguno, que tenga hi-

(4) *Trid.*; ési per fideicommissi, *Port., y Cont.*
(5) diram, *Trid.*
(6) *Trid.*; institutiones uxoribus, siquidem filiis omnem, *se lee en Cont.*

insuper et proprietatem relinquat, si vult filiorum non repente fame morientium, sed vivere valentium vocari pater. Et haec omnia dicimus non in patre solo, sed et in matre, et avo, et proavo, et adiunctis unicuique feminarum personis, id est avia et proavia, sive paternae, sive maternae sint.

jos, hacer alguna tal cosa, sino que de todos modos les dejará así el usufructo de esta parte legítima, que ahora hemos señalado, como también la propiedad, si quiere ser llamado padre, de hijos que no mueren repentinamente de hambre, sino que tienen con que vivir. Y todo esto lo decimos no solamente respecto al padre, sino también en cuanto á la madre, al abuelo, al bisabuelo, y á las personas femeninas unidas á cada uno, esto es, en cuanto á la abuela y á la bisabuela, ya sean paternas, ya maternas.

Cap. IV

Neque illo de cetero servando in nepotibus et pronepotibus non suis et sub potestate constitutis, minus tertia parte eos habere, quam eorum parentibus viventibus oportebat relinquere testatores. Non enim excipimus ulterius nepotes, qui ex filio paternis avis accrescunt, ut illi quidem integram acciplant partem, quantam eorum acciperet pater vivens, nepotes autem ab avo per mediam filiam venientes, aut avia paterna vel materna, minus tertia accipiant, sed unum ordinem in omnibus ponimus nepotibus et pronepotibus, non ferentes feminam a masculo in talibus minui. Neque enim masculus ipse in se, neque femina solum ad nativitatis propagationem sufficiens est, sed sicut utrumque eorum coaptavit deus ad generationis opus, ita etiam nos eandem utrisque servamus aequalitatem.

§ 1.—Sed nec usque in hoc statuimus legem. Haec enim dicimus et in illis filiis, qui ex nuptiis sunt legitimis, licet non sint, secutae nuptias dotes, sed affectus indubitatus et manifestus inter coniuges exsistens filios praestet esse legitimos. Dotem etenim celebrant nuptiae, nuptias autem dotes non faciunt, sed coniunctorum affectus. Hoc idem obtineat et in iis, qui ex posteriore affectu cum dotibus secundum nostras constitutiones legitimi fiunt. Et haec sit sanctio legitimae soboli.

Capitulo IV

Tampoco se habrá de observar en lo sucesivo, en cuanto á los nietos y biznietos, que no son suyos y se hallan bajo potestad, que tengan ellos menos de la tercera parte que los testadores debian dejarles á los padres de los mismos, si vivieran. Porque para lo sucesivo no exceptuamos á los nietos, que de un hijo nacen para los abuelos paternos, de suerte que ellos reciban ciertamente íntegra la parte que recibiría, si viviera, su padre, pero que los nietos que por medio de una hija proceden del abuelo, ó los de la abuela paterna ó materna, reciban menos de la tercera parte, sino que establecemos un solo orden en cuanto á los nietos y á los biznietos, no consintiendo que en esto la mujer sea perjudicada por el varón. Porque ni el varón por sí, ni la mujer sola, se bastan para la propagación de los nacimientos, sino que así como Dios los juntó á ambos para la obra de la generación, así también nosotros les conservamos á los dos la misma igualdad.

§ 1.—Mas no limitamos á esto la ley. Porque esto lo decimos también en cuanto á aquellos hijos, que son de legítimas nupcias, aunque á las nupcias no haya seguido la dote, sino que el afecto indudable y manifiesto que existe entre los cónyuges favorezca á los hijos para que sean legítimos. Porque las nupcias hacen dar la dote, pero á las nupcias no las hace la dote, sino el afecto de los que se unieron. Esto mismo rija también respecto á los que por un afecto posterior, mediando dote, se hacen legítimos con arreglo á nuestras constituciones. Y sea esta ley para la prole legítima.

Cap. V

Consideremus autem aliquid ad solam naturam clemens. Multi namque molesti sunt nobis semper, precesque crebrae, et flentes filii. Et semper equidem clemens aliquid definimus, sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus; ideoque causae etiam legem adiicientes, ipsi quidem populos removebimus, dabimus autem omnibus habere ex lege remedium. Quia enim testari naturalium filiorum patribus etiam ipsis dedimus legitima quidem exsistente prole usque ad unam solam unciam, quam habebunt una cum matre (hoc quod etiam prius fuit), filiis autem non exsistentibus legitimis usque ad medietatem totius substantiae, hoc dicunt a nobis positae leges, non in testamentis solum patribus concedentes hoc agere, sed etiam aliis munificentiis, quas et superstites donant; praesens autem lex de iis, quae ab intestato sunt, loquitur, et novi aliquid introducit. Nunc enim si quis moriens legitima sibi penitus sobole non exsistente (filiorum dicimus, aut nepotum, aut ceterae successionis), neque uxore legitima, proinde moriatur non disposita substantia, et veniat cognatio forsan aut certe manumissor bonorum possessionem movens et insurgens, aut etiam nostrum aerarium (nec enim illi quantum ad hoc parcimus), sit autem ei domi,

Capitulo V

Mas consideremos alguna cosa, clemente en cuanto á la sola naturaleza. Porque muchos individuos, y frecuentes súplicas, é hijos llorosos nos han molestado siempre. Y siempre hemos determinado alguna cosa clemente, pero, como esto no lo hacemos con arreglo á ley, nos avergonzamos; y por ello, agregando también una ley para la materia, alejaremos ciertamente de nosotros mismos á los pueblos, pero les permitiremos á todos tener remedio por virtud de la ley. Pues como les permitimos á los padres de hijos naturales testar aun á favor de los mismos, existiendo ciertamente prole legítima, hasta de una sola onza, que tendrán juntamente con su madre, (lo que también antes estaba en vigor), pero, no existiendo hijos legítimos, hasta de la mitad de toda la herencia, como dicen las leyes establecidas por nosotros, concediéndoles á los padres que hicieran esto no solamente por testamento, sino también por otras liberalidades, que donan aun en vida; la presente ley habla de las sucesiones que son abintestato, é introduce alguna novedad. Porque ahora, si alguno muere no sobreviviéndole absolutamente ninguna prole legítima, (queremos decir, hijos, ó nietos, ó demás sucesores), ni mujer legítima, y además muriese no ha-

donec vivit, libera mulier in habitu concubinae cum eo degens, et filii ex ea (talibus enim solis haec sancimus, ubi omnino indubitatae sunt sive concubinae in domo habitae, sive naturalium ibidem proles), et nutrimentum damus eis, et intestato parentibus morientibus duas habere uncias paternae substantiae cum matre partiendas, quanticunque fuerint filii, ita ut pro portione (1) unius filii et mater accipiat. Et haec dicimus, si uni concubinae cohabitaverit, et filios ex ea habuerit, aut praecedente concubina, morte forsan aut divisione, filii domi sint; tunc enim damus eis ab intestato duarum unciarum successionem. Si autem confusa concupiscentia ita fiat, ut alias superinducat priori concubinas, et multitudinem habeat concubinarum fornicantium (sic enim dicere melius est), et ex eis filios faciens moriatur, multas simul relinquens concubinas, odibilis quidem nobis est iste, qui talis est, procul autem omnibus modis ab hac lege expellatur. Sicut enim quis legitimae uxori coniunctus alias superinducere non poterit matrimonio consistente, et ex eis legitime filios procreare, sic neque post cognitam, quemadmodum diximus, concubinam et ex illa filios dabimus, si aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad successionem eius introduci, si mortuus fuerit intestatus. Nam si hoc non constituimus, indiscretae erunt mulieres, quam magis, aut quam minus amaverint, indiscreti etiam filii, et nos non praebemus luxuriantibus, sed caste viventibus legem. Non autem distinguimus de filiis, sive masculi, sive feminae sint. Sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur, ita nec nos alteram in masculis, et alteram in feminis secundum hoc ponimus legem. Valebit itaque haec lex nobis in futuris, et maxime omnium haec, quoniam earum, quae dudum non recte tenebant plurima et emendavit et explanavit, et quod praeteriit non potest ab ea, quae nondum erat, regulae subiici. Haec a nobis de praedictis successionibus sunt sancita.

biendo dispuesto de sus bienes, y vinieran acaso los cognados ó ciertamente el manumisor, promoviendo y suscitando la posesión de los bienes, ó aun nuestro erario, (porque en cuanto á este tampoco le perdonamos), y él hubiera tenido en su casa, mientras vivió, una mujer libre en calidad de concubina que viviera con él, é hijos de ella, (porque esto lo disponemos para ellos solos, cuando absolutamente no hay duda alguna ó de que las concubinas fueron tenidas en la casa, ó de que en esta misma se tuvo la prole de los hijos naturales), les concedemos alimentos á éstos, y que al morir intestados sus padres tengan dos onzas de los bienes paternos, que habrán de ser repartidas con la madre, cualquiera que fuere el número de los hijos, de suerte que también la madre reciba con arreglo á la porción de un solo hijo. Y decimos esto, si hubiere cohabitado con una sola concubina, y hubiere tenido de ella hijos, ó habiendo faltado antes la concubina, acaso por muerte ó separación, tuviera en casa los hijos; porque en este caso les damos la sucesión de dos onzas abintestato. Mas si por una concupiscencia desordenada se hiciera de modo que á la primera agregara otras concubinas, y tuviera multitud de concubinas fornicadoras, (porque es mejor decirlo así), y muriera teniendo hijos de ellas, y dejando al mismo tiempo muchas concubinas, este hombre, que es de tal modo, nos es ciertamente odioso, y sea de todos modos repelido lejos de esta ley. Pues así como unido alguien á mujer legítima no podrá tomar otras subsistiendo el matrimonio, y procrear de ellas legítimamente hijos, así tampoco permitiremos después de reconocida la concubina, según hemos dicho, y los hijos habidos de ella, que si hubiere hecho otra obra de liviandad, sea también ella admitida á la sucesión de él, si hubiere fallecido intestado. Porque si no establecemos esto, no se distinguirá entre las mujeres á cuál haya amado más, ó á cuál menos, y tampoco habrá distinción entre los hijos, y nosotros no damos esta ley para los lujuriosos, sino para los que viven castamente. Mas no distinguimos respecto á los hijos, si son varones, ó hembras. Porque así como la naturaleza no determina nada con arte sobre esto, así tampoco nosotros establecemos sobre esto una ley para los varones y otra para las hembras. Y así, esta ley tendrá validez para nosotros en lo futuro, y principalmente sobre todas las demás, porque enmendó y explanó muchas cosas de las leyes, que antes no obligaban convenientemente, y lo que pasó no puede ser sujetado á la regla por esta, que aun no existía. Esto es lo que ha sido sancionado por nosotros sobre las susodichas sucesiones.

Cap. VI

Illud quoque bene se habere credimus hac lege complecti. Prioribus enim legibus volentibus, in collationibus, si quidem sine testamento morerentur parentes, collationes secundum earum virtutem fieri, si vero testati, nihil dicentes de eis, locum non fieri collationibus, sed res habere per dotem forte aut alio modo datas, et quae sunt relicta defendere, nos sancimus, non esse omnino talem opinionem, sed sive quispiam intestatus moriatur, sive testatus (quoniam incertum est, ne (2) forsan oblitus datorum, aut (3) pro (4) tumultu mortis angustatus (5) huius non est memoratus), omnino

Capítulo VI

También hemos creído que era acertado comprender otra cosa en esta ley. Porque queriendo las anteriores leyes, en cuanto á las colaciones, que, si verdaderamente muriesen sin testamento los padres, se hicieran las colaciones por virtud de las mismas, y que, si hubieran testado no diciendo nada respecto á ellas, no se diera lugar á las colaciones, sino que uno tuviera las cosas dadas acaso en dote ó de otro modo, y que defendiera las que se dejaron, nosotros disponemos, que de ningún modo exista tal presunción, sino que ya si uno muriese intestado, ya si habiendo testado, (porque es incierto

(1) ita ut portionem, *Trid.*
(2) *Trid., y Cont.*; num—an, *Port.*
(3) *Trid., y Cont.*; num—an, *Port.*
(4) *Así el texto, sin duda por errata, debiéndose quizá leer, como en Godofr. y en otras ed., pras.—N. del Tr.*
(5) *Trid.*; angustiatus, *Cont.*

esse collationes et exinde aequalitatem, secundum quod olim dispositum est, nisi expressim designaverit ipse, se velle non fieri collationem, sed habere eum, qui cogitur ex lege conferre, et quod iam datum est, et ex iure testamenti; omnibus, quae prius de collationibus a nobis sancita sunt in sua virtute manentibus.

si es que acaso se olvidó de las cosas dadas, ó si apremiado por la perturbación de la muerte no hizo mención de esto), haya lugar en todos los casos á las colaciones y á la igualdad consiguiente, conforme á lo que ya antes se dispuso, á no ser que expresamente hubiere indicado él mismo que no quería que se hiciera colación, sino que tenga, el que por la ley es obligado á llevar á colación, tanto lo que ya se le dió, como lo que se le da por derecho de testamento; subsistiendo en su vigor todo lo que sobre las colaciones ha sido sancionado antes por nosotros.

Cap. VII

Et quod saepe nobis iudicantibus placuit, necessarium credimus nunc partem fieri praesentis legis. Frequenter enim quidam plurimorum filiorum constituti patres, deinde putantes mox substantiam dividere, ut a fraterno certamine eos praeservent, ad maiores adhuc et saeviores eos contentiones adducunt. Quum enim oporteret, si hoc vellent, aut aperte omnia dividere in testamentis suis, aut si non hoc vellent, partes (1) facere, et eas subscribere, et sic indubitatam dare filiis divisionem, at illi non hoc faciunt, sed partem quidem aliquam per se ipsi scribunt, et neque hanc (2) continue, sed forte interscriptam alterius cuiuspiam literis, et in descriptione (3) abiecta, et nulla custodia digna positam (4), residua vero pars nequaquam illorum est manus, sed subscriptoris cuiuspiam forte corrupti, aut cuiuscunque, et hinc illis litium occasiones decies millies, utrum haec voluntate gesta sint patris, an alicuius artificis operarii certaminis et contentionis, et ad favorem partis alicuius scribentis. Haec nos molestare de cetero nostros subiectos nolentes, sancimus, si quis voluerit suas res filiis dividere aut omnes, aut etiam aliquas forte relinquere praecipuas, has maxime quidem, si possibile est, dicat in testamento, et Indubitatam det filiis hinc utilitatem. Si autem hoc non agat propter aliquas necessitates, quae plurimae circumassistunt hominibus, licet tamen descriptiones facere rerum, quas partiri voluerit, et subscribere omnibus aut ipsum, aut filios universos subscribere procurare (5), inter quos res dividet, et ex hoc causae dare indubitatam fidem, et quod secundum hanc fit speciem, ratum sit atque firmum aliaque cautela non indigens. Si vero aliquis hoc non egerit, sed dispersam sic, ut plerumque, sine testimonio subscriptionem fecerit, sciat, nihil hinc filiis esse praebiturum utilitatis, sed quasi nihil sit factum, dividant substantiam filii, incertas et plerumque sine testimonio conscriptiones non sequentes, neque iudicibus causae, quos iudices familiae erciscundae leges appellant, has sequi cogendis. Oportet enim providere subtiliter cautelae filiorum, et non aliud quidem munire (6), aliud sub errore relinquere, quod difficilium insuper et insolubilium, crebro etiam crimina ferentium causarum occasionem praestat. De successionibus itaque, et collationibus, et aliis, quae praedicta sunt, usque in hoc sancitum sit.

(1) aut si non hoc, vel partes, *Trid.*
(2) habere, *adicionan Trid., y Port.*
(3) et inscriptione — posita, *Trid., y Port.*
(4) et inscriptione — posita, *Trid., y Port.*
(5) *Porl.*; praeparare, *Trid., y Cont.*

Capítulo VII

Y lo que muchas veces nos plugo al juzgar nosotros, hemos creído necesario que formase ahora parte de la presente ley. Porque frecuentemente algunos, que son padres de muchos hijos, juzgando luego dividir inmediatamente sus bienes, para preservarlos de disputas entre hermanos, los llevan á contiendas aun mayores y más graves. Porque como deberian, si esto quisieran, dividir claramente todos sus bienes en sus testamentos, ó si no quisieran esto, hacer las partes, y subscribirlas, y darles de este modo á los hijos una división indubitable, ellos, sin embargo, no hacen esto, sino que escriben ciertamente por sí mismos alguna parte, y esta no continuadamente, sino acaso entrerenglonada con letra de otro cualquiera, y consignada en una reseña despreciada y como no digna de ser guardada, y la restante parte no es en manera alguna de mano de ellos, sino acaso de cualquier escribiente corrompido, ó de otro cualquiera, y de aquí diez mil ocasiones de litigios para aquellos, sobre si esto ha sido hecho por voluntad del padre, ó de algún artífice fautor de disputas y contiendas, y que lo escribió en favor de alguna de las partes. No queriendo nosotros que estas cosas molesten en lo sucesivo á nuestros súbditos, mandamos, que, si alguno quisiere dividir todos sus bienes entre sus hijos, ó aun quizá dejarles determinadamente algunos, indique especialmente éstos, si es posible, en el testamento, y déles de este modo á los hijos una utilidad indubitada. Mas si no hiciera esto por algunas necesidades de las muchas que rodean á los hombres, le es, sin embargo, lícito hacer las divisiones de los bienes que hubiere querido que se repartan, y ó subscribirlas todas él mismo, ó procurar que las subscriban todos los hijos, entre los que dividiere los bienes, y darle con esto fe indudable á la cosa, siendo válido y firme, sin necesitar otra garantía, lo que se hace en esta forma. Pero si alguien no hubiere hecho esto, sino que hubiere hecho sin testimonios una distribución tan incoherente, como de ordinario, sepa que con esto no les proporcionará ninguna utilidad á sus hijos, sino que, como si nada se hubiera hecho, los hijos dividirán los bienes, no ateniéndose á particiones inciertas y de ordinario hechas sin testigos, y no habiendo de estar obligados á atenerse á ellas los jueces de la causa, á quienes las leyes llaman jueces de la partición de herencia. Porque se debe proveer con minuciosidad á la seguridad de los hijos, y no asegurar ciertamente una cosa y dejar otra sujeta á error, lo que da ocasión á cuestiones difíciles y aun insolubles, que con frecuencia llevan también á crímenes. Quede, pues, hasta aquí dispuesto en cuanto á las sucesiones, á las colaciones, y á las demás cosas de que antes se ha tratado.

(6) *Así parece que se debe leer en lugar de* minuere.

Cap. VIII

Studium vero malevolentiae, quod fit ab aliquibus, necessariam nobis fecit plebis denuo legislationem approbare, quam per quendam suorum protulit tribunorum, et quae Aquiliae nuncupationem ab illo suscepit, secundum quam pro abnegatione duplicibus subdebat exactionibus malevolentes et abnegare tentantes; ubi etiam aliae quaedam actiones ad eundem coaptatae sunt ordinem. Sed paulatim mutata clementia ablata est, quae consuevit iniquorum enutrire malevolentiam. Quamobrem etiam nobis necessarium visum est indecentes et turpes abnegationes praedictae poenae subiicere. Si enim protulerit aliquis scripturam, alter autem eam negaverit, quum haec litteras eius habeat ita, ut necessitatem patiatur actor causas pati circa probationem eius, aut litteras quidem suscipiat, dicat autem, non solutum debitum sibi, et probaverit hoc legitimis modis actor, condemnationem adversus eum duplicem in utroque casu fieri sancimus, non quia amarioribus legibus delectamur, sed quia lites eorum minores efficimus, quatenus timore poenae citius dicant, quod confiteri competit. In talibus itaque omnibus modis condemnationem hoc fieri volumus modo, et si praeter haec egerit, iudicem scire, quia transcendens legem ipse tenebitur his poenis. Haec autem dicimus, nisi probationibus actor abrenuntians sacramento rei usque nunc abnegationem (1) factam solvi voluerit. Si enim tale aliquid egerit, si quidem mox ab initio post abnegationem intulerit iusiurandum, et ille continuo confessus fuerit quod in negationem deductum erit, sine periculo erit quantum ad duplum. Si vero longiore facta lite tunc actor inferat sacramentum, at ille etiam sic quod infertur profiteatur, de dupli quidem eum eximimus poena, omnes vero expensas, quae usque tunc factae sunt propter probationes, actori, iureiurando eius definitas, exsolvere eum, qui ab initio quidem negavit, postea vero confessus est, iubemus. Si quis autem adnumerationem in se factam pecuniarum negans postea utatur solutionibus a se factis, tali homini nullam utilitatem horum, quae vere soluta sunt, esse sancimus, sed totum eum debitum exigi praecipimus, et hanc solam sustinere negationis poenam (hoc, quod etiam quidam ante nos Imperator constituit), nullo iudicantium neque in hoc flectendo, sed integritatem legis custodiente. Si autem etiam reus proferat litteras actoris, deinde ille eas neget, at ille probet eas, non solum illud reputetur, de quo negatio fuit, sed etiam tantum aliud adiiciatur. Hic quoque de iurisiurandi datione similiter etiam in actore introducatur ratio.

Cap. IX

Si vero lis agatur per curatores (nimirum pertinens ad personas, quae curatoribus indigent) (2), huiusmodi negationis poenam, quando in ipsorum curatorum fuerit litteris, non adversus eos, quo-

(1) ad negationem, *Trid., y Port.*
(2) *Así acomodó Cont. este pasaje al texto griego;* curatorem, forte constitutas personas, quae curatores respiciunt,

Capítulo VIII

Mas el estudio, que de la malevolencia se hace por algunos, nos hizo necesario aprobar de nuevo una ley de la plebe, que esta dió por medio de uno de sus tribunos, y que de él recibió el nombre de Aquilia, con arreglo á la cual sujetaba por la negativa al pago del duplo á los malévolos y á los que intentaban negar; cuando también otras ciertas acciones se habían ajustado al mismo punto. Pero alterada paulatinamente, fué abolida por la clemencia, la cual solió fomentar la malignidad de los malos. Por lo cual también á nosotros nos pareció necesario sujetar á la susodicha pena las negaciones indecorosas y torpes. Porque si alguno presentare una escritura, y otro la negare, teniendo ella letra suya, de suerte que el actor tenga necesidad de soportar litigio para su prueba, ó reconociera ciertamente la letra, pero dijese que á él no se le pagó la deuda, y el actor hubiere probado esto de un modo legítimo, mandamos que en uno y en otro caso se haga contra él la condena del duplo, no porque nos deleitemos con las leyes más duras, sino porque aminoramos los litigios de aquellos, si por temor á la pena dijeran más pronto lo que compete que confiesen. Y así, queremos que en todos los tales casos se haga de este modo la condena, y si el juez obrare en contra de esto, sepa que infringiendo la ley quedará él mismo sujeto á estas penas. Mas decimos esto, á no ser que el actor, renunciando á las pruebas, hubiere querido que por el juramento del reo se resolviera la negación hasta entonces hecha. Porque si hubiere hecho alguna cosa semejante, é inmediatamente desde el principio después de la negación hubiere deferido el juramento, y aquél seguidamente hubiere confesado lo que se hizo objeto de la negación, estará exento de peligro en cuanto al duplo. Pero si habiéndose proseguido más el litigio el actor defiriese entonces el juramento, y aquél confesara también de este modo lo que se expone, lo eximimos ciertamente de la pena del duplo, pero mandamos que todas las costas, que hasta entonces se hicieron por causa de las pruebas, se las pague al actor, fijadas con juramento de éste, el que ciertamente negó al principio, pero después confesó. Pero si alguno, negando la entrega de cantidades que se le hizo, después alegara pagos hechos por él, mandamos que tal hombre no obtenga utilidad alguna de lo que verdaderamente fué pagado, sino que disponemos que se le exija toda la deuda, y que sufra esta sola pena por su negación, (lo que también dispuso antes de nosotros otro Emperador), no debiendo doblegarse en esto ningún juez, sino observar la integridad de la ley. Mas si también el demandado presentase recibos del actor, y luego éste los negare, pero aquél probase la verdad de ellos, no solamente se pondrá en cuenta aquello sobre lo que versó la negación, sino que se añadirá también otro tanto. Téngase también en este caso cuenta respecto á la prestación de juramento de la misma manera que tratándose del actor.

Capítulo IX

Pero si el litigio se promoviera por medio de curadores, (por petenecer ciertamente á personas que necesitan curadores), impóngase la pena de tal negación, cuando recayese sobre documentos de los

Trid., y Port. Acaso se debe leer constituta in personas, quae —recipiunt.

rum sunt curatores, sed adversus eos ferri, qui turpem et indecentem hanc negationem fecerunt. Si vero aliud condemnationis augmentum aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum ab antiquis legibus aut principum introductum est constitutionibus, maneat quidem illud secundum propriam formam, sicut nos illud in nostris Institutis, et Digestis, et Constitutionum libro sancimus, hoc autem nunc augmentum priorum sit.

mismos curadores, no contra aquellos de quienes son curadores, sino contra los que hicieron esta torpe é indecorosa negación. Mas si por las antiguas leyes ó por las constituciones de los príncipes se halla establecido un aumento de la condenación ó en el duplo, ó en el triplo, ó en el cuádruplo, subsista ciertamente en su propia forma, según lo sancionamos en nuestra Instituta, en el Digesto, y en el volumen de las Constituciones, siendo esto de ahora adición de las anteriores.

Cap. X

Illud quoque in iudiciis arbitramur oportere melius, quam omnes ante nos, determinare et constituere. Si quis enim conventus fuerit res habere alterius, ille vero dicat, res non esse illius, de quo dicit actor, et cogatur qui actionem infert aut documentis, aut testibus, aut aliis uti laboribus, ut ostendat res illius esse, postea vero is, qui semper abnegaverat illius hoc non fuisse, uti voluerit illius iure, et dicere, quia ex hypotheca aut aliis causis in illam personam relatis propinquior est, quam ille, qui causam movet, aliae quidem sententiae vacent, quae prioribus nostris placuerunt, mediocris autem quaedam, et clemens, et ipsi causae conveniens poena abnegantibus inferatur. Pro abnegatione namque circa hoc et actoris laboribus, dum adhuc causa dicitur, ad actorem transferatur rerum, de quibus est quaestio facta, possessio, licentiam habente eo, qui hanc reddet, si qua iura habeat, ex illa persona, de qua prius negationem passus est, competentia sibi haec proponere, et legem et iustitiam (1) promereri, poena in sola translatione possessionis constituta. Haec a nobis pro successionibus, et collationibus, et distributionibus, et litigantium cautela, et ut multitudo litium minuatur et inventa sunt, et sancita, et de cetero tenebunt, quatenus et successiones agnoscant, et collationes non ignorent, sed circa distributiones non resultent, et neque petulantes suarum litterarum abnegationibus insiliant malignari volentes, neque adnumerationes abnegent, neque postea forsan solutionibus utantur, neque res, ex quibus detinent abnegent personis, sed mediocres et mites ex causis ostensi (2), mediocri etiam potiantur indicio.

Capitulo X

También creemos que respecto á los juicios conviene determinar y establecer alguna cosa, mejor que se hizo por todos nuestros antecesores. Porque si alguno hubiere sido demandado por tener cosas de otro, y dijera que las cosas no eran de aquel de quien dice el actor, y el que intenta la acción se viera obligado á valerse ó de documentos, ó de testigos, ó de otros medios, para probar que las cosas son de aquél, y después el que siempre había negado que la cosa fué de aquél hubiere querido utilizar un derecho de aquél, y decir que por virtud de hipoteca ó por otras causas relativas á aquella persona él es de mejor derecho que el que promueve el litigio, no tengan ciertamente lugar las otras disposiciones, que á nuestros predecesores les parecieron bien, pero impóngaseles á los que negaron cierta pena moderada, y clemente, y conveniente para el mismo caso. Pues por la negación hecha sobre esto y por los trabajos del actor se le transferirá al actor, mientras se sustancia el litigio, la posesión de los bienes sobre los que se promovió la cuestión, teniendo facultad el que la entrega, si tuviera algunos derechos que le competiesen por virtud de aquella persona respecto de la que hizo antes la negación, para exponerlos, y alcanzar ley y justicia, consistiendo la pena en la sola transferencia de la posesión. Esto ha sido inventado y sancionado por nosotros en beneficio de las sucesiones, colaciones, y particiones, y de la garantía de los litigantes, y para que disminuya la multitud de litigios, y estará en vigor en lo sucesivo, para que aquellos conozcan las sucesiones, no ignoren las colaciones, y no disientan respecto á las particiones, y para que los que quieren hacer maldades no se lancen insolentes á la negación de su propia letra, ni nieguen las entregas de dinero, ni después aleguen acaso pagos, ni nieguen que retienen cosas de otras personas, sino que, mostrándose moderados y benignos en los negocios, disfruten también de moderada sentencia.

Cap. XI

Quod autem ab aliquibus maligne dubitatur, in quibusdam nostris constitutionibus, et in iudiciis quidem plurimis motum est, quum sit iustum ulterius non quaeri, praesenti coniungimus legi. Constituentibus enim nobis, ut, si quis respexerit aliquam mulierem clemens, et hanc sortiatur absque dotalibus documentis, deinde faciat filios, postea vero maritalem ad eam receperit affectum, et scripserit huiusmodi instrumenta, et fecerit filios, non solum eos, qui post hoc nati fuerint, filii, sed etiam priores esse legitimos, et propter circumvenientium et maligne interpretantium calliditatem etiam iam aliam scribentibus constitutionem, quia haec volumus tenere, licet secundi non sint nati post

Capitulo XI

Mas lo que por algunos se ponta maliciosamente en duda respecto á algunas constituciones nuestras, y se promovió ciertamente en muchos juicios, siendo justo que sobre ello no se cuestione más, lo hemos agregado á la presente ley. Porque habiendo establecido nosotros que si alguno hubiere mirado cariñoso á una mujer, y la tomara sin documentos dotales, y luego tuviera en ella hijos, y después abrigare afecto marital hacia ella, y otorgare los expresados instrumentos, y tuviere otros hijos, fueran legítimos no solamente los hijos que después de esto hubieren nacido, sino también los anteriores, y habiendo escrito ya también otra constitución por causa de la astucia de los que hacían ter-

(1) *Trid., y Port.;* legum iustitia, *Cont.*

(2) ostensis, *Trid.*

dotem filii, aut exsistentes moriantur, adinvenerunt quidam etiam aliam dubitationem, non recipientes haec tenere in iis, qui libertabus copulantur, quum utique recte coniicientibus nostram intentionem etiam hoc fuerit iam sancitum. Si enim ad libertam non omnino nuptiae prohibentur, certum fuit, quia etiam in illis haec tenere volumus. Sed quoniam utique hoc dubitatum est, sancimus, si quis uxorem non habens legitimam aut filios legitimos ad ancillam propriam habuerit quandam meliorem sententiam, et filios protulerit ex ea in servitute constituta, postea vero libertate honoraverit et ancillam et natos, et ius eis aureorum petierit annulorum et regenerationis, et inter ingenuos secundum iustos reduxerit modos, et nuptias consumaverit (1), postea vero nuptialia conscripserit documenta, et aut fuerint filii postea, aut non fuerint (ut utriusque nostrae constitutionis amplectamur casus), sit et uxor legitima, et filii sub potestate ipsius, et sui, et ab intestato heredes genitori (dicimus autem eos, qui ante nuptias nati sunt); his viis, per quas ad ingenuitatem, secundum quod praedictum est, venerunt, et celebratione postea dotalium ius legitimorum eis praebentibus (2).

Epilogus

Tua igitur excellentia quae bene nobis et sancte visa sunt et pro nostrorum quiete adinventa omnibus gentibus, quibus praees, per praecepta propria faciat manifesta, ut agnoscant, quia nulla maxima cura, per quam semper aliquid adiicit deus nostris sceptris, extra nos consistit pro eorum sollicitudine et providentia.

Datum Kal. Maii, Constantinop. post cons. Belisarii V. C. [536.]

CONST. XIX (3)

DE FILIIS ANTE DOTALIA INSTRUMENTA NATIS

(Coll. III. tit. 6.)

Imp. Iustinianus *A.* Ioanni, *gloriosissimo sacrorum per Orientem praeteriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Pervenit ad nos, dubitationem vanam quibusdam incidisse, si, quod sancitum est a nobis de filiis procreatis ante dotalium (4) celebrationem, postea dotalibus (5) factis, non (6) etiam in praeteritum feratur in iis, quae non decreto aut transactione sunt terminatae, quaestionibus; nobis utique, quum particulariter poneremus leges, expressim in prima constitutione, quae hoc sancivit, memorantibus,

(1) confirmaverit, *Trid.*
(2) praebentes, *Trid., y Port.*
(3) *El texto griego se halla en Hal. y en Scrimg. La versión latina es la de la antigua glosa.*

giversaciones y maliciosas interpretaciones, porque queremos que estas disposiciones tengan eficacia, aunque después de la dote no hayan nacido segundos hijos, ó hubiesen muerto los nacidos, todavía encontraron algunos otra duda, por no admitir que aquellas tuvieran fuerza en cuanto á los que se unen con libertas, aunque ciertamente para los que derechamente conjeturan nuestra intención esto también había sido ya sancionado. Porque si de ningún modo le están prohibidas las nupcias á la liberta, es cierto que queremos que también respecto á ellas tengan eficacia estas disposiciones. Mas como ciertamente se dudó sobre esto, mandamos, que si alguno, no teniendo mujer legítima ó hijos legítimos hubiere tenido cierta mejor intención respecto á su propia esclava, y procreado hijos de ella estando constituida en la esclavitud, y después hubiere honrado con la libertad á la esclava y á los hijos, y hubiere pedido para ellos el derecho de anillos de oro y de la regeneración, y por los modos legítimos los comprendiere entre los ingénuos, y hubiere llevado á efecto las nupcias, y después otorgare los documentos dotales, y luego hubieren nacido, ó no, hijos, (para que comprendamos los casos de ambas constituciones nuestras), sea legítima la mujer, estén bajo potestad del mismo los hijos, y sean herederos suyos y abintestato del padre, (nos referimos á los que nacieron antes de las nupcias); dándoles el derecho de legítimos los procedimientos por los cuales llegaron á la ingenuidad, según antes se dijo, y la posterior otorgacion de los instrumentos dotales.

Epilogo

Por tanto, estas disposiciones que nos han parecido buenas y santas, y que han sido imaginadas para tranquilidad de nuestros súbditos, hágalas manifiestas por medio de sus propios edictos tu excelencia á todas las gentes, á quienes presides, para que reconozcan que ninguno de los muy grandes cuidados, por medio de los que Dios añadió siempre algo á nuestro imperio, nos aleja de solicitud y cuidado en favor de ellos.

Dada en Constantinopla las Calendas de Mayo, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

CONSTITUCION XIX

DE LOS HIJOS NACIDOS ANTES DE LA OTORGACIÓN DE LOS INSTRUMENTOS DOTALES

(Colección III. título 6.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Ha llegado á nosotros, que surgió para algunos una vana duda, sobre si lo que por nosotros fué sancionado respecto á los hijos procreados antes de la celebración del contrato dotal, hechos después los instrumentos dotales, no se aplicará también al tiempo pasado, en las cuestiones que no fueron terminadas por decreto ó transacción; habiendo, á la verdad, dicho expresamente nosotros en la prime-

(4) dottum, *Trid., y Port.*
(5) dotibus, *Trid., y Port.*
(6) non ut, *Trid., y Port.*

ut, sive supersint eis patres, sive defuncti (1) sint, nondum tamen huiusmodi quaestiones aut sententiis aut transactionibus susceperunt terminum, omnino ita iudicari, sicut nostra dicit lex. Quam complentes etiam secundam posuimus legem, eadem valere sancientes, etiamsi non post dotes procreentur filii, aut procreati moriantur, nihilo minus et ante dotes natos legitimos esse. Et in hanc quoque secundam nostram constitutionem similiter adiecimus, oportere eius legislationem et ad seniora referri tempora, exceptis illis causis, quas aut iudicialis sententia, aut transactio terminavit. Sed quoniam quidam post has nostras claras leges audaci mente nostram praesumserunt male interpretari legislationem et sensum, tertiam coacti sumus exponere constitutionem, per quam iussimus, si quis legitimam uxorem habens, et legitimos ex ea filios, deinde ea moriente, aut matrimonio repudio soluto, habuerit filios ex aliqua, ad quam nuptiae non interdicuntur, postquam vero hi nati sunt, dotalia confecerit in eam documenta, legitimos etiam ita ei natos filios exsistere. Sed (2) in ipsa nostra constitutione non adiecimus, aperte valere huiusmodi (3) legislationem etiam in illis, quorum patres adhuc supersunt, aut defuncti quidem sunt, contentio autem neque iudiciali sententia, neque amicabili interventione decisa est, hinc quidam arbitrati sunt, nos nullatenus velle ea, quae in memoratis continentur legislationibus de filiis, qui ante celebrationem dotium nati sunt, valere etiam in illis, qui ante huiusmodi legislationem nati sunt, et maxime eo, quod huius pars in prima et secunda constitutione posita ablata sit a nobis in Codicis compositione. Quod absurde arbitrati sunt. Iustissime namque primae et secundae hoc subtraximus constitutioni, et tertiae non adiecimus; in particularibus namque positis legislationibus necessarium erat forte hanc accipere in praeterito legislationis relationem; in omni vero coacervatione legum Codicis cognominis nostri recte abscindere talia proposuimus, quatenus non multitudo superflua in Codice (4) scriberetur. Tertia vero constitutione non adiecimus aliquid de temporibus, quum omnibus manifestum sit, oportere ea, quae adiecta sunt, per interpretationem in illis valere, in quibus interpretatis legibus sit locus.

ra constitución que sancionó esto, cuando establecimos aquellas leyes especiales, que, ya si les sobrevivieran los padres, ya si hubieran fallecido, si no alcanzaron todavía término por sentencias ó transacciones tales cuestiones, fueran en todo caso juzgadas así como dice nuestra ley. Para completarla promulgamos también una segunda ley, mandando que tuvieran validez las mismas disposiciones, y que, aunque después de contratada la dote no se procrearan hijos, ó muriesen los procreados, fuesen, sin embargo, legítimos aun los nacidos antes de contratada la dote. Y del mismo modo añadimos también en esta segunda constitución nuestra, que su disposición se debía extender también al tiempo pasado, exceptuadas aquellas cuestiones á que puso término ó sentencia judicial ó transacción. Mas como después de estas claras leyes nuestras se han atrevido algunos con audaz intención á interpretar malamente nuestra legislación y su sentido, nos vemos obligados á publicar una tercera constitución, por la cual mandamos, que si alguno teniendo mujer legítima, é hijos legítimos de ella, y luego, muriendo ella, ó disuelto el matrimonio por el repudio, hubiere tenido hijos de otra con la cual no están prohibidas las nupcias, y después que ellos nacieron hubiere otorgado á favor de ella documentos dotales, sean legítimos también los hijos que así le nacieron. Mas en la misma constitución nuestra no añadimos claramente que tal ley tuviera validez también respecto á aquellos cuyos padres viven todavía, ó murieron ciertamente, pero sin que la contienda haya sido decidida ni por sentencia judicial, ni por amigable intervención, y por esto pensaron algunos, que de ningún modo queríamos nosotros que lo que en las mencionadas leyes se contiene, respecto á los hijos que nacieron antes de la celebración del contrato dotal, tuviera validez también en cuanto á los que nacieron antes de esta legislación, y muy principalmente porque parte de esta, consignada en la primera y en la segunda constitución, había sido suprimida por nosotros en la composición del Código. Lo que pensaron absurdamente. Porque justísimamente quitamos esto á la primera y á la segunda constitución, y no lo añadimos á la tercera; porque, tratándose de leyes particulares publicadas, acaso era necesario admitir esta referencia de la ley al tiempo pasado; pero en la total recopilación de las leyes del Código, de nuestro nombre, con razón dispusimos suprimir tales cosas, á fin de que en el Código no se escribiese supérflua multitud. Y en la tercera constitución no añadimos cosa alguna respecto al tiempo, porque para todos es manifiesto que lo que se ha añadido por vía de interpretación debe tener validez en aquellos casos en que tengan lugar las leyes interpretadas.

Cap. I

Quia vero omnino emerserunt quidam, et de sic manifestis se dubitare contendentes, vel errantes, hanc adiecimus legem, sancientes, in praedictis tribus constitutionibus factam a nobis legislationem valere, in quibus etiam expressim primae positae a nobis legi adscripsimus, hoc est sive superesse contigerit talium filiorum patres, sive mori, nondum vero de (5) huiusmodi negotio aut decreto aut transactione finis acceptus est, secundum haec

Capítulo I

Mas como al fin hubo algunos que sostuvieron que dudaban aun sobre cosas tan manifiestas, ó que padecieron error, hemos agregado esta ley, mandando que la legislación creada por nosotros en las tres susodichas constituciones tenga validez también en aquellos casos que expresamente añadimos á la primera ley publicada por nosotros, esto es, que ya si aconteciere que sobreviven los padres de tales hijos, ó que murieron, y todavía no se alcan-

(1) *Trid., y Cont.*; matres sive defunctae, *Port.*
(2) *Trid., y Port.*; quia, *adiciona Cont.*
(3) horum, *Trid.*; harum, *Port.*
(4) superflua codicibus, *Trid., y Port.*
(5) *Trid., y Port.*; de, *omitela Cont.*

tales causae ad leges a nobis positas deducantur, exceptis illis negotiis, quae contigit ante leges a nobis positas aut decreto iudicum, aut transactione determinari.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt, et praesente sacra declarata sunt lege, tua sublimitas manifesta omnibus facere studeat.

Dat. XVI. Kal. April. Constantinop. post. cons. Belisarii V. C. [536.]

CONST. XX (1)

DE ADMINISTRANTIBUS OFFICIIS (2) IN SACRIS APPELLATIONIBUS

(Coll. III. tit. 7.)

Imp. Iustinianus *A.* Ioanni, *gloriosissimo sacrorum praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Iam quidem sacram fecimus legem de appellationibus, eloquentem, quem oportet servari modum super eis, et unde ad quos ferri (3) appellationes quasque deceat, quam tam ad tuam celsitudinem, quam ad gloriosissimum misimus quaestorem. Quia vero plurima facta est dubitatio de administrantibus eis officiis, quum ii, qui ex sacro quidem epistolarum scrinio sunt spectabilium iudicum, vindicarent sibi appellationis ministerium, qui vero ex sede tuae sunt celsitudinis maxime dicerent se laedi, si mutato schemate nequaquam soli appellationibus ministrarent iis, quae a clarissimis provinciarum iudicibus veniunt ad solum tuum iudicium, sicut prius erat, dum in divino quidem ipse audires consistorio, ministraret vero officium tuum, sed propter spectabilium schema in ordine sacri auditorii negotio moto, et pariter audiente tua celsitudine cum gloriosissimo nostro quaestore, utriusque partis totum sibimet applicarent, congregatis apud tuam celsitudinem et gloriosissimum nostrum quaestorum saepius et iis, qui ex sacris scriniis appellationibus ministrant, et qui ex tuae sedis celsitudine et officio, novissime ad quandam formam causa perducta est, quam ex non scripto ad nos deduxistis. Causa vero nobis non incongrua visa placuit, et interim, quoniam Paphlagonia et Honoria, divisae prius in iudices duos, in unum eundemque reductae sunt, praetoris nomen suscipientem, hoc indubitate placuit schema tuo competere cingulo. Hoc idem et in duobus aliquando Pontis (4), hoc est Hellesponto et Ponto Polemoniaco. Nam et illic duobus constitutis prius iudicibus, nunc autem uno moderatore facto, et decorato etiam ipso spectabilium dignitate, rursus hoc proveniebat, et ad tuum solummodo iudicium ferri appellationum lites oportebat, secundum terminum tamen constitutionis de appellationibus.

(1) *El texto griego se halla en Hal. y en Scring. — Casi toda la Novela está en las Bas. IX. 2. 1. — Iulian. const. 25. y 120.—La versión latina es la antigua de la glosa.*
(2) *El ms. de Cont., y Trid.*; officia, *Port., y Cont.*
(3) *Trid.*; fieri, *Port., y Cont.*

zó ó por sentencia ó por transacción el término de tal negocio, sean según esto sometidos tales litigios á las leyes establecidas por nosotros, exceptuados aquellos negocios que haya acontecido haberse decidido ó por sentencia de los jueces, ó por transacción antes de las leyes dadas por nosotros.

Epílogo

Por tanto, procure tu sublimidad hacer manifiesto á todos lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por la presente sacra ley.

Dada en Constantinopla á 16 de las Calendas de Abril, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

CONSTITUCION XX

DE LOS OFICIALES QUE SIRVEN DE AUXILIARES EN LAS SACRAS APELACIONES

(Colección III. título 7.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Ya ciertamente dimos una sacra ley sobre las apelaciones, que disponía el orden que debe observarse en ellas, y de quién y á quiénes conviene que se interpongan cualesquiera apelaciones, la cual la dirigimos tanto á tu excelsitud, como al gloriosísimo cuestor. Mas como se suscitó grave duda sobre los oficiales que en ellas sirven de auxiliares, porque los que de la sacra secretaría de epístolas reclamaban para sí el ministerio de las apelaciones de los espectables jueces, y los que son de la sede de tu excelsitud decían que se les perjudicaría muchísimo, si alterado el orden no intervinieran de ninguna manera solos en las apelaciones, que de los muy esclarecidos jueces de las provincias vienen á tu solo tribunal, según antes sucedía, cuando en el divino consistorio tú mismo dabas ciertamente audiencia, y prestaban el servicio tus oficiales; pero que ventilado un negocio, á causa de la distinción de los espectables, en el orden de la sacra audiencia, y dando audiencia tu excelsitud juntamente con nuestro gloriosísimo cuestor, los de una y los de otra parte lo aplicaban todo á ellos mismos; y congregados muchas veces ante tu excelsitud y ante nuestro gloriosísimo cuestor tanto los que de las sacras secretarías ejercen de auxiliares en las apelaciones, como los que de la excelsitud y de los oficiales de tu sede, se llevó por último la cuestión á cierto arreglo, que nos expusiste no por escrito. La cosa nos pareció bien no considerándola incongruente, y entretanto, como la Paflagonia y la Honoria, divididas antes entre dos jueces, fueron sometidas á uno solo, que toma el nombre de pretor, pareció bien que indudablemente competiera esta distinción á tu magistratura. Esto mismo sucedió también en los que fueron los dos Pontos, esto es, el Helesponto y el Ponto Polemoniaco. Porque también allí, constituidos antes dos jueces, pero creado ahora un solo gobernante, y decorado también él con la dignidad de los espectables, sucedía á su vez lo mismo, y los litigios de las apelaciones debían ser llevados solamente á tu tribunal, pero según los términos de la constitución sobre las apelaciones.

(4) *Bk. ed. estereotipada*; posttis, *Trid., Port., y Cont.*

Cap. I

Complacuit igitur simul his quidem officiis utriusque administrationis, simul autem vobis ambobus, insuper et nobis recte se habere visum est, solum officium tuae celsitudinis talibus ministrare appellationibus, sicut et prius fuit, et in schemate sacri auditorii dicantur, et adsit gloriosissimus noster quaestor, et particeps sit gestorum.

Capitulo I

Así, pues, pareció bien ciertamente al mismo tiempo á los oficios de ambas magistraturas, y también á vosotros dos, y además se consideró por nosotros que era acertado, que sólo el oficio de tu excelsitud interviniera como auxiliar en tales apelaciones, según también sucedía antes, y que se ventilen en la forma de la sacra audiencia, y asista nuestro gloriosísimo cuestor, y tenga participación en las actuaciones.

Cap. II

Sed etiam quoniam primae Cappadociae praeses prius ad tuum cingulum respiciebat solum, et ibi (1) appellationes ferebantur, nunc autem in spectabilis proconsulis figuram mutatus est, nihilominus competens est, et illa administratione appellationem suscipiente et mittente (2) hic litem, secundum nostram sacram constitutionem ordine sacri nostri auditorii eam examinari, praesente quoque gloriosissimo nostro quaestore, et pariter audiente negotium, solo officio ministrante tuo, quoniam et prius hoc solitum erat. Nam etsi spectabilis comes domuum permixtus est, tamen neque pridem multae quaedam movebantur causae apud eum, neque ex iudicio eius ferebatur aliqua paene appellatio hic. Nunc autem quae circa aerarii dispensationem sunt et aliis (3) quibusdam tradidimus, et non oportet ob hoc minui sedem tuam, sed similiter tuum ministrare officium solum hic delatis negotiis.

Capitulo II

Mas como también el presidente de la primera Capadocia correspondía antes á tu sola magistratura, y á ella se llevaban las apelaciones, pero en la actualidad se halla transformado en espectable proconsul, es, sin embargo, lo procedente que, admitiendo también aquella administración las apelaciones y enviando aquí los litigios, sean estos examinados según nuestra sacra constitución en el orden de nuestra sacra audiencia, estando también presente y oyendo juntamente el negocio nuestro gloriosísimo cuestor, y sirviendo de auxiliares solamente tus oficiales, porque también antes era esta la costumbre. Pues aunque esté agregado á la magistratura el espectable conde de las casas, sin embargo, ni se promovían antes muchos litigios ante él, ni de su tribunal se traía aquí casi ninguna apelación. Pero ahora hemos encomendado también á algunos otros lo que se refiere á la administración del erario, y no es conveniente que por esto sufra menoscabo tu sede, sino que del mismo modo sirvan de auxiliares solamente tus oficiales en los negocios enviados aquí.

Cap. III

Hoc ipsum etiam in Armeniae proconsule, quoniam prius administrationem eam ordinariam facientes, et nunc nihil ei addentes in proconsulis figuram mutavimus. Etenim inde venientibus litibus tuae celsitudinis ministrabit officium, lite quidem in ordine sacri auditorii, sicut praediximus, movenda apud eos, apud autem ambos vos examinanda, nihilominus autem officio tuo ministrante causae, sicut prius fuit, dum solum administrationis ordinariae haberet schema, maiore ordine non suscepto.

Capitulo III

Esto mismo también en cuanto al proconsul de Armenia, porque, habiendo hecho antes ordinaria aquella administración, la hemos transformado ahora en proconsulado sin agregarle nada. Así, pues, en los litigios que de allí vengan servirán de auxiliares los oficiales de tu excelsitud, debiéndose, á la verdad, promover el litigio ante ellos, en el orden de la sacra audiencia, según antes dijimos, pero debiendo ser examinado ante vosotros dos, sirviendo, ello no obstante, de auxiliares en el negocio tus oficiales, como antes sucedía, porque tenía la sola categoría de sola administración ordinaria, no habiéndola alcanzado mayor.

Cap. IV

Quoniam vero Lycaoniam et Pisidiam et Isauriam, sub iudicibus primitus constitutas, et appellationes destinantes ad sedem tuam, nunc decorari praetorum cingulo contigit (4), licet videatur quodammodo permixtum quoddam ei etiam militare officium, quoniam prius et dux in utraque harum provinciarum fuit, necessario nobis se habere placuit propter hanc novitatem soli sedi tuae et gloriosissimo quaestori tradere appellationum examinationem, cedere quoque clementius tuo officio, ut iis, quae super hoc aguntur, ministret (5). Unde

Capitulo IV

Mas como ha sucedido que la Licaonia, la Pisidia y la Isauria, que primeramente estaban constituídas bajo jueces, y enviaban las apelaciones á tu sede, se hallan ahora honradas con el cíngulo de los pretores, porque antes hubo un duque en ambas provincias, nos pareció necesario á causa de esta innovación encomendar á tu sola sede y al gloriosísimo cuestor el examen de las apelaciones, y conceder por favor también á tu oficio, que sirva de auxiliar en lo que en esto se haga. Por lo cual, ya si algo de esto se hizo antes, ya también si se hicie-

(1) *Trid., y Port.;* tibi, *Cont.*
(2) *Bk. ed. estereotipada; antes* illam administrationem appellationem suscipientem et mittentem.
(3) *Bk. ed. estereotipada;* aliis hic quibusdam, *Trid.*; aliis haec quibusdam, *Port., y Cont.*
(4) *Bk. ed. estereotipada; antes* contingit.
(5) *Bk. ed. estereotipada; antes* ministrent.

sive aliquid factum est tale prius, sive etiam postea fiat, eundem ordinem causae imponi sancimus.

Cap. V

Quia vero duae fuerunt administrationes (1) pure, et comitis orientis, et iudicis primae Syriae, et civilis quidem huius administrationis appellationes (2) ad tuam referebantur sedem, officio administrante solummodo tuo, comitis autem orientis, utpote spectabilis, in sacrarum auditionum figura ad sedem tuam et gloriosissimi quaestoris veniebat, solis qui ex sacris sunt scriniis ministrantibus.

Cap. VI

Sed hoc in hac parte nobis bene se habere visum est, in hac videlicet administratione commune dare ministerium et iis, qui ex sacrarum epistolarum scrinio sunt, et qui ex officio tuae celsitudinis. Quod enim prius duorum vicariorum fuit Pontica et Asia, et omnino innovatum est, et in unius administrationem solius provinciae mutatum (dicimus autem aliud Galatiae, aliud autem Phrygiae Pacatianae), veniat quidem tam ad tuam celsitudinem, quam ad gloriosissimum quaestorum, solum autem modo ministerium suscipiat officium sedis tuae.

Cap. VII

Illud tamen sancimus, ut ex administrationibus nunc a nobis adinventis et mutantibus antiquum schema, sive hoc ipsum secundum naturam propriae iudicetur administrationis, sive etiam ex delegatione nostra, idem servetur schema, et ibi solum administrare officium tuae celsitudinis sancimus.

Cap. VIII

Similiter sive ex delegatione, sive ex cinguli natura appellatio veniat, officium tuae celsitudinis ministrare appellationibus sancimus, sive etiam ex delegatione nostra, similiter officii erit tui.

Cap. IX

In quibus autem commune diximus et tuorum officiorum, et sacri scrinii ministerium, similiter communionem (3) servamus, sive ex delegatione, sive, secundum quod dispositum est, in iudicio fiat examinatio. Super illis tamen litibus, quas non spectabiles iudices iudicant, sed advocati solum, referatur negotium tam ad sedem tuam, quam ad gloriosissimum quaestorem, devotissimis libellensibus ministrantibus eis, quoniam, dum nihil omnino super istis innovatum sit, antiquam servamus figuram, sicut etiam in aliis omnibus non innovatis antiqua ministeria manere in semetipsis disposuimus nulla novitate facienda; accedens namque novatio aliter quodammodo oportere fieri etiam ministrantium ostendit figuram.

ra después, mandamos se aplique este mismo orden al litigio.

Capítulo V

Y como fueron en realidad dos administraciones, la del conde de Oriente, y la del juez de la primera Siria, las apelaciones de esta administración civil se remitían á tu sede, sirviendo de auxiliares solamente los de tu oficio, pero las del conde de Oriente, como espectable, venían en la forma de las sacras audiencias á tu sede y á la del gloriosísimo cuestor, sirviendo de auxiliares solamente los que son de las sacras secretarías.

Capítulo VI

§ 1.—Has itaque causas nobis Theodosius explanavit, nos autem ex veteribus sumentes et alias adiecimus tres. Si enim mulier tanta teneatur nequitia, ut etiam ex studio abortum faciat virumque contristet et privet spe filiorum, vel tanta libido est, ut etiam cum viris voluptatis occasione lavetur, aut etiam dum adhuc constat matrimonium cum viro ad alios de nuptiis suis loquatur, licentia datur a nobis viris mittere eis repudia, et lucrari dotes, et antenuptiales habere donationes, utpote etiam his causis rationabiliter solvere valentibus matrimonium, et sub eundem deferentibus ordinem, sub quem et poenas Theodosii divinae memoriae difinivit constitutio.

Cap. XVII

Adscriptitio autem alieno nubere liberam non licet neque ignorante, neque sciente, neque consentiente possessore, sed licet aliquid tale ab adscriptitio geratur, licebit domino et ipsi per se et per provinciae iudicem castigare plagis mediocribus hoc agentem adscriptitium, et abstrahere ab ea, quae frustra ei coniuncta est. Unde neque nu-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; horum, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; irrationabilis, *Port., y Cont.*

na y tales cosas, ó también donde hay lucha de fieras contra los hombres), ó que le dirigia acechanzas preparadas con venenos, ó con armas, ó de otro modo, por virtud de las que haya peligro para la vida, ó también que es cómplice de los que meditan tiranía, ó que se ha hecho reo de falsedad, ó que ha puesto en él sus audaces manos, pues por algún hecho semejante le permite esta ley al marido rechazar á la mujer, aunque hubiere probado una sola causa de estas, y lucrar ciertamente la dote, y tener la donación antenupcial.

§ 3.—Pero si una de estas personas hubiere enviado el repudio, y esto sin razón para disolver el matrimonio, quedará sujeta á las penas antes dichas por nosotros. Además de esto, á la mujer que se hizo rèo por el envío no justificado del repudio por alguna de las mencionadas causas, se le prohibe por todo un quinquenio pasar á segundo matrimonio, y las nupcias antes del quinquenio no estarán sin pena, ni se llamarán legítimas, sino que todo el que quiera recurrirá y acusará lo hecho como atentado contra la ley.

Capítulo XVI

Mas también si la mujer hubiere enviado con razón el repudio, y hubiere vencido en la contienda, ó si el marido que sin razón la rechaza hubiere quedado sujeto á las penas, gane ciertamente los lucros antes dichos, pero avergüencese de pasar á segundas nupcias antes de un año completo. Lo que no se ha de observar por nosotros en cuanto al marido, que con razón obtiene tales lucros, pues aun al que no los obtiene le es lícito contraer desde luego segundas nupcias, porque no hay ninguna sospecha racional respecto á confusión de la prole. Lo cual con razón se prohibe en cuanto á las mujeres antes del completo de un año, y es tal en este caso la prohibición, que, aunque acontezca que el matrimonio se disuelve de buena gracia, ello no obstante, también en virtud de la constitución de Anastasio, de piadosa memoria, se estableció para las mujeres la prohibición de segundas nupcias durante un año.

§ 1.—Teodosio nos expuso estas causas, pero nosotros añadimos otras tres, tomándolas de los antiguos. Porque si la mujer estuviera dominada por tanta maldad, que también de intento procurara el aborto, y contristase al marido y le privara de la esperanza de hijos, ó si es tanta su liviandad que por voluptuosidad se bañe aun con hombres, ó también si subsistiendo todavía el matrimonio con su marido hablase con otros de nupcias con ella misma, se les da por nosotros licencia á sus maridos para enviarles el repudio, y para que lucren la dote y retengan las donaciones antenupciales, como si también estas causas pudieran disolver con razón el matrimonio, y se refiriesen al mismo orden para el que estableció penas la constitución de Teodosio, de divina memoria.

Capítulo XVII

Mas al adscripticio ajeno no le es lícito casarse con una libre, ni ignorándolo, ni sabiéndolo, ni consintiéndolo el poseedor, sino que aun cuando alguna cosa semejante fuese hecha por el adscripticio, le será lícito al mismo dueño castigar tanto por sí como por medio del juez de la provincia con moderados azotes al adscripticio que tal hace, y separarlo

(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; irrationabiliter, *Port., y Cont.*

ptiae sunt, quod factum est, nec oblatio dotis, nec antenuptialis donationis, sed pura facti mali correctio.

§ 1.—Sic itaque matrimonia dissolvuntur viventibus adhuc iis, qui ea contraxerunt, et pecuniariae poenae circa dotem et sponsalitiam consistunt donationem.

de aquélla, que en vano se le unió. Por lo cual, ni son nupcias lo que se hizo, ni hay oferta de dote, ni de donación antenupcial, sino la pura corrección de un hecho malo.

§ 1.—Y así se disuelven de este modo matrimonios viviendo todavía los que los contrajeron, y las penas pecuniarias consisten en lo relativo á la dote y á la donación esponsalicia.

Cap. XVIII

Sed a nobis aliquid etiam aliud adinventum est, ut etiam indotata matrimonia irrationabilibus factis divisionibus castigationi tradantur competenti. Si quis enim duxerit uxorem, aut etiam mulier ad virum veniat, nuptiali quidem assumta voluntate atque sententia, non tamen secuta dote aut sponsalitia largitate (ubi quoque praesumtive fieri solutiones contingebat, nullo ex hoc contra temerarium sequente periculo), constitutionem scripsimus dicentem: Si quis sub potestate constitutam mulierem voluntate parentum aut etiam suae potestatis forte ducat uxorem neque dote oblata, neque instrumentis dotatibus factis, nuptiae quidem sunt, licet dotalia instrumenta non sint conscripta; ut non ob hoc vir (quod in multis novimus factum) expellat domo uxorem sine ulla prius dictarum rationabilium causarum, quas et Theodosius et nos enumeravimus (1). Si quid autem tale fiat, et aut sine causa eam abiiciat domo, aut etiam ipse rationabilem causam praestet, ut mulier separetur ab eius matrimonio, quartam partem propriae substantiae cogatur exsolvere ei, et usque ad quadringentas quidem auri libras substantiam habens centum libris damnificabitur, hoc est quarta substantiae parte, minorem autem hac in quantum quartae facit quantitas. Si vero etiam maiorem praedictae quadringentarum auri librarum quantitatis substantiam habeat, non amplius centum auri damnificetur libris. Ad maximam namque plerumque respicientes dotem legem hanc scripsimus, substantiam illam merito secundum nostras leges existimantes esse, quae pura debitis videatur. Ratio quoque ex ipsis causis e contrario (2) procedat. Et si mulier per culpam propriam separetur a viro indotata exsistens, aut etiam mittat ei sine aliqua causa rationabili repudium, iisdem in omnibus subiaceat poenis. Et si quidem per culpam eius matrimonium solvatur, quinquennium observandum est mulieri, et secundis non copulabitur nuptiis, si vero per culpam (3) mariti, aut etiam bona gratia distrahatur, merito et hic annum custodiat propter seminis confusionem, ut per omnia nobis lex perfecta sit.

Capitulo XVIII

Pero se ha inventado por nosotros también alguna otra cosa, á fin de que también sean sometidos al correspondiente castigo los matrimonios no dotados, habiendo hecho sin razón la separación. Porque si alguno hubiere tomado mujer, ó también si la mujer se uniera á un hombre, abrigando ciertamente la voluntad y el ánimo de contraer nupcias, pero no habiéndose seguido dote ó donación esponsalicia, (en cuyo caso también acontecía que por presunción se hacían separaciones, no siguiéndose de ello ningún peligro contra el temerario), escribimos una constitución que decía: Si alguno tomara por mujer con la voluntad de sus padres á la mujer que se halla constituída bajo potestad, ó aun á la que acaso sea de propio derecho, no habiéndose ofrecido dote, ni habiéndose otorgado instrumentos dotales, hay ciertamente nupcias, aunque no se hayan escrito los instrumentos dotales; de suerte que no por esto eche el marido de su casa á la mujer, (lo que hemos sabido que se hizo por muchos), sin alguna de las causas razonables antes dichas, que así Teodosio como nosotros enumeramos. Mas si se hiciera alguna tal cosa, y ó sin causa la echara de la casa, ó también si él diera una causa razonable, para que la mujer se separe de su matrimonio con él, sea obligado á entregarle á ella la cuarta parte de sus propios bienes, y, teniendo ciertamente bienes hasta cuatrocientas libras de oro, será condenado en cien libras, esto es, en la cuarta parte de los bienes, pero, teniendo menos, en tanto cuanto importa la cuarta parte. Mas si tuviera aun más bienes de la susodicha cantidad de cuatrocientas libras de oro, no será condenado en más que las cien libras de oro. Porque hemos escrito esta ley atendiendo á la dote ordinariamente máxima, estimando con razón que según nuestras leyes constituyen aquellos bienes los que se consideran libres de deudas. Y sea procedente también esta cuenta por las mismas causas al contrario. Y si la mujer se separase del marido por propia culpa siendo indotada, ó también si se le enviara sin causa alguna razonable el repudio, quede en un todo sujeta á las mismas penas. Y si verdaderamente se disolviera por culpa suya el matrimonio, se habrá de esperar por la mujer un quinquenio, y no se unirá en segundas nupcias, pero si se disolviera por culpa del marido, ó también de buena gracia, con razón también en este caso esperará un año por razón de la confusión del sémen, para que tengamos del todo perfecta la ley.

Cap. XIX

Est quoque quoddam et aliud a nobis piissimum simul et gratum adinventum, ubi etiam repudiis missae nuptiae consistunt adhuc. Eorum namque, qui sub potestate sunt, calliditates circa parentes habitas prohibemus, quoniam quosdam invenimus ex studio repudia scribere festinantes et mittere

Capítulo XIX

Hay también alguna otra cosa piadosísima y al mismo tiempo agradable inventada por nosotros, para que también subsistan las nupcias aun habiéndose enviado el repudio. Porque prohibimos las astucias que para sus padres emplean los que están bajo su potestad, pues hemos hallado que algunos

(1) *Port.*; quasque et Theodosius quasque et nos, *Cont.*
(2) causis pro causione, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*

(3) *Trid.*; si vero vel per culpam, *el cód. Hamb.*; si vero per causam vel culpam, *Port., y Cont.*

suis uxoribus, aut etiam ex diverso et nulla rationabili penitus exsistente causa solvere matrimonia, ut eorum parentes subiaceant exactioni dotis aut sponsalitiae largitatis, quasi soluto matrimonio; et ipsi quidem forsan latenter miscentur alterutris, discedunt autem parentes damnificati et hanc suae ad (1) filios humanitatis habentes recompensationem. Ideoque legem scripsimus, volentem neque sub potestate constitutos, neque emancipatos filios, neque masculos, neque feminas posse distrahere matrimonia in suorum laesionem patrum aut matrum, qui dotes aut antenuptiales donationes obtulerunt aut susceperunt soli, aut etiam cum filiis. Sed sicut in contractu nuptiarum exspectamus patrum consensum, ita neque transigere matrimonia sinimus in parentum laesionem citra illorum voluntatem, sed si mittatur repudium, competere contra eos exactionem poenarum non sinimus, sive ipsi dederunt hoc, vel susceperunt, sive etiam cum aliis susceperunt. Non enim habet rationem, parentem quidem citra voluntatem filii non posse transigere matrimonium, filiis autem permittere, forsan et in minore aetate constitutis, neque quod utile sit scientibus, citra patrum voluntatem solvere matrimonium et ex hoc parentes laedere. Hoc autem bene quidem inchoans philosophissimus sancivit Marcus, Diocletianus autem hunc secutus est, nos autem similiter approbavimus. Sitque terminus nobis hic disiunctionum, quae superstitibus contrahentibus fiunt.

Cap. XX

Deinceps autem matrimoniorum terminum, quae omnia similiter solvit, exspectat mors. Unde sive morte viri solvatur matrimonium, sive fine mulieris, lucrum sit viro quidem in dote secundum quod nuptialium instrumentorum continetur pacto, mulieri vero ex nuptiali donatione, sicut et ibi convenerit a principio contrahentibus, non prohibendis quidem inaequalibus secundum quantitatem oblationibus, prohibendis autem inaequalibus pactis, hoc quod fortissimus quidem Leo in suis conscripsit legibus, nos autem hoc sumentes adhuc clarius ordinavimus. Si enim alter quidem amplius, alter vero minus in lucro paciscatur, incertum erat (2), quale oportet esse quod teneat, utrum quod plus, an quod minus, dubitatione ex utroque similiter insurgente. Unde nobis placuit immoderationes aversantibus ad minus pertrahere, quod in pacto plus est, et non alii quidem licere tertiam, alii autem forsan quartam lucri pacisci, sed si quid tale fiat, quarta in utroque percipienda, et deinceps similiter in partibus, non tamen in constituta ex utroque quantitate.

§ 1.—Soluto igitur matrimonio secundum praedictas omnes disiunctiones felix quidem et beatum est utrique contrahentium perdurare in priore coniugio, et non procreatam sobolem sequentibus matrimoniis forsitan contristare. Et si hoc egerint et in prioribus steterint nuptiis, habebunt quidem

(1) hanc apud, *el odd. Hamb., y Trid.*

se apresuran de intento á escribir sus repudios y á enviárselos á sus mujeres, ó también por el contrario, á disolver sus matrimonios sin que exista absolutamente ninguna causa razonable, para que sus padres queden sujetos á la exacción de la dote ó de la donación esponsalicia, como habiéndose disuelto el matrimonio; y que ciertamente los mismos se juntan ambos acaso clandestinamente, pero que los padres salen perjudicados obteniendo esta recompensa de su benignidad hacia sus hijos. Y por esto hemos escrito una ley, que quiere que ni los hijos constituídos bajo potestad, ni los emancipados, ni varones ni hembras, puedan disolver sus matrimonios en daño de sus padres ó madres, que solos, ó también con sus hijos ofrecieron ó recibieron dote ó donaciones antenupciales. Sino que así como en el contrato de nupcias requerimos el consentimiento de los padres, así tampoco dejamos que sin la voluntad de ellos se disuelvan los matrimonios en daño de los padres, sino que, si se envía el repudio, no permitimos que competa contra ellos la exacción de penas, ya si ellos mismos dieron ó recibieron aquello, ya también si lo recibieron juntamente con otros. Porque no hay razón para que el padre no pueda ciertamente disolver el matrimonio sin la voluntad del hijo, y para permitirles á los hijos, acaso siendo también de menor edad, y no sabiendo lo que es útil, que disuelvan el matrimonio sin la voluntad de sus padres, y para perjudicar con ello á sus padres. Mas esto, innovándolo á la verdad acertadamente, lo sancionó el muy filósofo Marco, á quien le siguió Diocleciano, y nosotros lo aprobamos de igual modo. Y sea este para nosotros término de las disoluciones, que se hacen sobreviviendo los consortes.

Capítulo XX

Mas corresponde también al término de los matrimonios la muerte, que todo lo desata igualmente. Por lo cual, ya si el matrimonio se disolviera por muerte del marido, ya si por fallecimiento de la mujer, correspóndale ciertamente al marido el lucro de la dote conforme á lo que se contiene en el pacto de los instrumentos nupciales, y á la mujer sobre la donación nupcial, según también sobre esto les hubiere convenido al principio á los contrayentes, no habiéndose de prohibir ciertamente ofertas desiguales en cantidad, pero habiéndose de prohibir los pactos desiguales, cosa que á la verdad consignó en sus leyes el muy vigoroso Leon, y que aceptándola nosotros la ordenamos aun con mas claridad. Porque si uno pactaba más, y otro menos respecto al lucro, era incierto qué debía ser lo que prevaleciera, si lo más ó lo menos, surgiendo duda igualmente de lo uno y de lo otro. Por lo cual nos plugo, teniendo aversión á las cosas inmoderadas, reducir á lo menos lo que en el pacto hay de más, y que ciertamente no le fuera lícito á uno pactar la tercera parte del lucro, y acaso á otro la cuarta, sino que si se hiciera alguna cosa tal, se ha de percibir por el uno y por el otro la cuarta, y del mismo modo en cuanto á otras partes, pero no respecto á la cantidad contituída por ambos.

§ 1.—Disuelto, pues, el matrimonio conforme á cualquiera de las susodichas separaciones, es ciertamente feliz y dichoso para ambos contrayentes permanecer en el primer matrimonio, y no contristar acaso con los siguientes matrimonios á la prole procreada. Y si hicieren esto y permanecieren en

(2) *El odd. Hamb., y Trid.*; erit, *Port., y Cont.*

propria, hoc est dotem quidem mulier, sponsalitiam vero largitatem vir, nihil perscrutantibus nobis hoc, quod super secundis est nuptiis. Percipient autem lucra vir quidem ex dote, mulier autem ex antenuptiali donatione, et erunt haec eis propria, nihil paene ab alia eorum differentia possessione. Unde donec vixerint omnem licentiam habebunt alienationis super his, sicut in aliis, quae de suo ab initio habuerunt. Si vero etiam moriantur, licet eis et legatis et fideicommissis res has in alios migrare; talem quippe alienationem permisimus nos constitutionem pro his conscribentes.

§ 2.—Si vero filios ex aliqua parte scripserint heredes, extraneos autem ex alia, maneant autem tales res aut etiam quaedam earum non alienatae, non ob hoc alienatae hae videbuntur, quoniam aliquis etiam alter scriptus est heres, sed maneant etiam haec filiis. Non enim, si scripserit omnes filios heredes ex inaequalibus partibus, has secundum hereditarias accipient portiones, sed ex aequo divident secundum numerum suum, sicut etiam si nullum eorum scripserit heredem, sed extraneos omnes, eis per alios modos satisfactione habita, percipient eas, quum utique non sint heredes parentum. Placuit enim nobis per praesumtionem, quia pater, dum non vivens alienaverit aut expressim obligaverit aliquid harum rerum, aut moriens non expressim in alium eas transposuerit, voluerit magis servare filiis, tanquam ex causa illorum sibimet acquisitas, et non ad extraneos deducere. Et dabuntur haec filiis honore praecipuo ex nostra lege, licet non fiant heredes aut patris, aut matris, aut utriusque, vel si quidam quidem (1) eorum fiant heredes, alii vero repudient; hoc enim nobis rectius, quam prioribus, placuit habere. Unde si praemium est ex lege descendens in eos, nulla adiectione neque turbetur, neque minuatur, nisi forte causam ipsi dent filii suae deminutionis.

Cap. XXI

Si quis enim ex eis ingratus videtur, praemium hoc aliis damus nihil tale agentibus, ut et alios corripiamus parentes honorare, et ad fratrum exemplum respicere. Unde si tantum infortunium filiorum sit sobolis, ut omnes ingrati sint, ad heredes venient haec defuncti tanquam illius substantiae constitutae non valentibus filiis ex parente a se exhonorato praemium habere, quod nos eis propter hanc causam non damus.

§ 1.—Si vero filiorum alii quidem inter vivos sint, alii vero defuncti quidem sint, filios autem relinquant, defuncti portionem illius damus filiis, si heredes sint patris, alioqui ad fratres deducimus. Et ideo legem nostram perficientes volumus haec valere non super dote solum, neque super sponsalitia largitate, sed etiam super indotatis matrimoniis, ex constitutione nostra introductis lucris. Nam et illud, nisi ad secundas veniant nuptias parentes, sed servent, erit filiorum quo dudum dixi-

las primeras nupcias, tendrán ciertamente sus propios bienes, esto es, la mujer ciertamente la dote, y el marido la donación esponsalicia, no investigando nosotros nada de lo que en las segundas nupcias. Mas percibirán lucros, el marido, á la verdad, de la dote, y la mujer, de la donación antenupcial, y tendrán ellos estos bienes como propios, no difiriendo casi en nada de otras posesiones suyas. Por lo cual tendrán mientras vivieren plena facultad de enajenación respecto á ellos, como en cuanto á los demás, que desde un principio tuvieron como suyos. Pero aun si murieran, les será lícito traspasar á otros estos bienes por legados y por fideicomisos; porque les permitimos tal enajenación escribiendo sobre esto una constitución.

§ 2.—Pero si á los hijos los hubieren instituído herederos de una parte, y de otra á extraños, permanezcan, sin embargo, como no enajenados tales bienes, ó aun algunos de ellos, pues no se considerarán enajenados por esto, porque también algún otro haya sido instituído heredero, sino que también ellos permanecerán siendo de los hijos. Pues tampoco, si á todos los hijos los hubiere instituído herederos de partes desiguales, los percibirán con arreglo á las porciones de herencia, sino que harán la división por igual según su número, así como también si no hubiere instituído heredero á ninguno de ellos, sino todos extraños, dándoseles de otros modos satisfacción, los percibirán, aunque ciertamente no sean herederos de sus padres. Porque nos plugo por presunción, que el padre, no habiendo enajenado en vida ó expresamente obligado alguno de estos bienes, ó no habiéndolos expresamente transferido á otro al morir, prefirió conservarlos para los hijos como adquiridos para él por causa de los mismos, y no transferirlos á extraños. Y se les darán á los hijos á título preferente por virtud de nuestra ley, aunque no sean hechos herederos del padre, ó de la madre, ó de ambos, ó aunque ciertamente algunos de ellos se hagan herederos, pero otros repudien la herencia; porque esto nos pareció que era más conveniente que lo anterior. Por lo cual, si es un premio que va a ellos por virtud de la ley, no sea alterado con ninguna adición, ni menoscabado, á no ser quizá que los mismos hijos den causa para su disminución.

Capítulo XXI

Si, pues, alguno de ellos parece ingrato, les damos este premio á los demás que no hicieron nada semejante, para obligar á los otros á honrar á sus padres, y mirar el ejemplo de sus hermanos. Por lo cual, si tanto fuere el infortunio de la prole de hijos que todos fueran ingratos, pasarán estos bienes á los herederos del difunto como si los hijos no pudieren obtener del padre por ellos desconsiderado el premio de los bienes que son de aquel, que no les damos á ellos por esta causa.

§ 1.—Pero si ciertamente viven algunos de los hijos, y otros fallecieron, pero dejaron hijos, les damos á los hijos del fallecido la porción de éste, si fueran herederos de su padre, y en otro caso se la deferimos á los hermanos. Y por esto, perfeccionando nuestra ley, queremos que esto tenga validez no solamente respecto á la dote, y á la donación esponsalicia, sino también en los matrimonios indotados en cuanto á los lucros introducidos por nuestra constitución. Porque también ellos serán

(1) *El cód. Hamb.*; quidem, *omitenla Trid., Port., y Cont.*

mus modo. Primae siquidem nuptiae, et hinc lucra et observationes usque ad hoc dispositae sint.

Cap. XXII

Si qui vero prioribus non contenti nuptiis etiam ad secundas venerint, necesse est legi hos supponere (1) aut sine filiis exsistentes ex prioribus, ex secundis autem filios habentes, aut etiam ex diverso sine filiis quidem ex secundis, parentes autem ex primis, aut sine filiis ex ambobus, aut parentes ex utroque. Si igitur sine filiis manserint ex prioribus aut etiam ex ambabus nuptiis, nulla perscrutatio circa secundas (2) est, sed viri quidem ibunt omnino omni observatione liberi, mulieribus autem solummodo imminebit metus, ut non ante annale tempus ad secundum veniant matrimonium, aut sciant, quia, si quid tale gesserint, et immaturas contraxerint nuptias, subibunt poenas, alias quidem, si sine filiis ex prioribus sint matrimoniis, maiores autem, si etiam filii sint. Si enim non est soboles, infamia mox sequetur, et erit omnino mulier propter nuptiarum festinationem infamis, et neque percipiet aliquid horum, quae a priore relicta sunt ei consortio, neque fruetur sponsalitia largitate, neque marito secundarum nuptiarum ultra tertiam suae substantiae offeret partem; sed neque extrinsecus sentiet largitatem, neque percipiet penitus ab ullo extraneorum non hereditatem, non fideicommissum, non legatum, non mortis causa donationem, sed haec veniant aut maneant apud heredes (3) defuncti, aut coheredes eius, si poterat heres esse, utpote ea nullam utilitatem habente. Sed si scripti et alii sint heredes, sive etiam ab intestato vocentur, ad illos venient quae tali mulieri derelicta sunt; non enim fiscus haec vindicabit, ne aliquo modo videamur talia corripientes fisci providere utilitati, sed illa quidem, quae extrinsecus ei derelicta sunt, ad alios venient, quae vero a priore marito sunt ab ea sublata, venient ad decem personas relinquentis viri (4) cognationis, quae edicto continentur, hoc est adscendentes, et descendentes, et ex latere usque ad secundum gradum, gradibus in suo servandis ordine. Quibus non exsistentibus ad aerarium venient.

§ 1.—Sed neque longius hereditas ab intestato propriorum eius veniet cognatorum, sed usque ad tertium gradum inspiciendum undique stabit solum successio eius, longius autem exsistentes alios habebunt heredes. Et quae prae aliis ei poenis inferatur, dicimus autem infamiam, si quidem sine filiis ex prioribus fuerit nuptiis, solvitur Imperatoris litteris iubentis (5). Si vero (6) filii fuerint cuiuscunque sexus, licebit quidem ei Imperatori pro infamia supplicare, non tamen utilitatem aliquam rescriptorum habere. Si tamen voluerit ex imperio habere utilitatem et aliis liberari poenis, ex

(1) *El oód. Hamb., y Trid.*; se supponere, *Port., y Cont.*
(2) *El oód. Hamb., Trid., y Port.*; nuptias, *adiciona Cont.*
(3) scriptos, *adicionan el oód. Hamb., Trid., y Port.*
(4) *Bk, ed. estereotipada*; iure, *el oód. Hamb., Trid., y Port.*; *omítela Cont.*

de los hijos en el modo que antes dijimos, si los padres no pasaran á segundas nupcias, sino que se conservaran en las primeras. Queden, pues, hasta aquí ordenadas las primeras nupcias, los lucros provenientes de ellas, y las observaciones para las mismas.

Capítulo XXII

Pero si algunos, no contentos con las primeras nupcias, pasaran á las segundas, le es necesario á la ley suponerlos ó existiendo sin hijos de las primeras, pero teniendo hijos de las segundas, ó también, por el contrario, sin hijos ciertamente de las segundas, pero teniéndolos de las primeras, ó sin hijos de ambas, ó teniéndolos de las unas y de las otras. Así, pues, si hubieren quedado sin hijos de las primeras, ó también de ambas nupcias, no hay que hacer disminución alguna respecto á las segundas, sino que los varones pasarán á ellas ciertamente libres en absoluto de toda observancia, pero á las mujeres les amenazará únicamente temor para no pasar á segundo matrimonio antes del tiempo de un año, ó sepan qne si hubieren hecho alguna cosa tal, y hubieren contraído nupcias prematuras, quedarán sujetas á penas, unas ciertamente, si estuvieran sin hijos del primer matrimonio, pero mayores, si también hubiera hijos. Porque si no hay descendencia, seguirá desde luego la infamia, y la mujer será en todo caso infame por su precipitación para las nupcias, y no percibirá cosa alguna de lo que por el primer matrimonio se le dejó, ni disfrutará de la donación esponsalicia, ni ofrecerá al marido de segundas nupcias más de la tercera parte de sus propios bienes; pero tampoco recibirá de fuera liberalidad, ni percibirá absolutamente de ningún extraño herencia, ni fideicomiso, ni legado, ni donación por causa de muerte, sino que estas cosas irán á los herederos del difunto ó quedarán en poder de ellos, ó á los coherederos del mismo, si pudiera haber heredero, de suerte que ella no obtenga ninguna utilidad. Pero si hubiera otros herederos instituídos, ó también si fueran llamados abintestato, irá á ellos lo que se le dejó á tal mujer; porque el fisco no lo reivindicará, para que de algún modo no parezca que al corregir tales cosas proveemos para utilidad del fisco, sino que lo que ciertamente se le dejó á ella por extraños pasará á los otros, y lo que procedente del primer marido se le quitó á ella pasará á las diez personas del parentesco del marido que lo dejó, que se contienen en el edicto, esto es, á los ascendientes, y á los descendientes, y á los colaterales hasta el segundo grado, guardándose los grados en su propio orden. Y no existiendo ellas pasará al erario.

§ 1.—Pero abintestato no le corresponderá la herencia de sus propios cognados más remotos, sino que su sucesión subsistirá solamente hasta apurar por completo el tercer grado, y los que haya de otros más remotos tendrán otros herederos. Y la que además de las otras penas se le impone, nos referimos á la de infamia, es remitida por carta del Emperador que lo ordene, si verdaderamente no tuviere hijos de sus primeras nupcias. Mas si nubiere hijos de cualquier sexo, le será ciertamente lícito suplicarle al Emperador respecto á la infamia, pero no obtener utilidad alguna de los rescriptos.

(5) *El oód. Hamb., y Trid.*; iubentibus, *Port., y Cont.*
(6) *El oód. Hamb., y Trid.*; vero si, *Port., y Cont.*

priore matrimonio filiis mediam suae substantiae donet portionem pure et sine omni conditione, et neque usum retineat, sed omnis substantiae, quam habuerit, quando ad secundas veniebat nuptias, mediam (sicut diximus) cedens partem prius procreatis filiis. Et dividant haec filii omnes ex aequo, et filios quidem habentes ad suos transmittent filios (oportet enim aliquid etiam veteribus adiici legibus), si vero non habuerint defuncti filios, defunctorum portiones accipient omnino pro portione eorum fratres. Si vero omnes defuncti sint, habeat consolationem suae infelicitatis mater, ut ea rursus recipiat. Et hoc dicimus, si intestati moriantur filii; non enim in iis, quae semel facta sunt eorum (1), prohibemus eos testamenta conscribere, aut superstites quo volunt, hoc modo disponere. Igitur imminentes poenae ante luctus nubentibus tempus tales quodammodo sunt, et tres pro his constitutiones prius scriptas una quadam hac interpositione haec nobis lex competente protulit adiectione.

Mas si quisiere obtener del imperio utilidad y ser eximida de las otras penas, done á los hijos del primer matrimonio puramente y sin ninguna condición la mitad de sus propios bienes, y no retenga el usufructo, sino ceda, (según hemos dicho), á sus hijos procreados antes la mitad de todos los bienes que tuviere al pasar á segundas nupcias. Y todos los hijos se los dividirán por igual, y los que ciertamente tengan hijos los trasmitirán á estos hijos suyos, (porque es conveniente que se añada también alguna cosa á las antiguas leyes), pero si los fallecidos no tuvieren hijos, recibirán en todo caso las porciones de los fallecidos sus hermanos á proporción. Pero si todos hubieran fallecido, tenga la madre el consuelo de su infelicidad, de suerte que los recobre de nuevo. Y decimos esto, si los hijos murieran intestados; porque respecto á los bienes que una vez se hicieron de ellos no prohibimos que ellos hagan testamento, ó que en vida dispongan del modo que quieran. Así, pues, tales son en cierto modo las penas que amenazan á las que se casan antes de terminado el luto, y esta ley nuestra ha producido con la competente adición tres constituciones escritas antes sobre estas cosas con esta sola interposición.

Cap. XXIII

Si vero exspectet quidem tempus mulier, et propterea effugiat praedictas poenas, ad secundum vero veniat matrimonium priores negligens nuptias, si quidem non habeat filios (dicatur etiam denuo), sine periculo est totum ex hoc. Si vero sit soboles, et filios exhinc (2) exhonoratos viderit lex (3), tunc omni largitate a viro ad eam veniente eam secundum proprietatis privat partem, solum ei derelinquens usumfructum. Et haec sancita sunt etiam super antenuptiali donatione, et super omni largitate, sive quum viveret a viro ad eam veniente, aut etiam ex testamento, aut mortis causa donatione, sive institutionis sit pars, sive legatum, sive fideicommissum. Et generaliter dicendum est, quod omnis eam deserit proprietatis modus in iis, quae a priore viro in eam venerunt, et filii ea percipient, et proprietatis erunt domini secundum tempus mox, quo mater coniuncta est alii (4). Et haec communis mulieris et viri mulcta sit posita. Nam si et ille filios habens secundum eis superinduxerit uxorem, non ex dote fruetur lucris secundum proprietatis rationem, non (5) largitatem aliam a muliere percipiens hanc (6) habebit firmam, praeter quantum (7) licet uti et frui, donec advixerit, solum; et hic (8) quoque filii, licet sub potestate constituti sint, sed tamen domini secundum proprietatem talium erunt, venientium mox in eos simul cum secundae uxoris coniunctione. Et non discernimus de dote et ante nuptias donatione, utrum ipsi hanc dederint pro se contrahentes, an aliqui alii pro eis hoc egerint sive ex genere, sive etiam extrinsecus, licet videatur quodammodo comprehensa et antenuptialis donatio in dote.

Capitulo XXIII

Mas si la mujer esperase ciertamente el tiempo, y evitara por ello las susodichas penas, pero pasara á segundo matrimonio desdeñando las primeras nupcias, si verdaderamente no tuviera hijos, (pues se ha de decir otra vez), todo lo que de aquí se origine está exento de riesgo. Pero si hubiera prole, y la ley viere desconsiderados por ello á los hijos, en este caso le priva de la propiedad de toda liberalidad del marido que vaya á ella, dejándole solamente el usufructo. Y esto ha sido sancionado también respecto á la donación antenupcial, y á toda liberalidad, ora vaya del marido á ella viviendo aquél, ora también por testamento, ó por donación por causa de muerte, ya sea parte de la institución, ya legado, ya fideicomiso. Y en general se ha de decir, que se apartará de ella toda manera de propiedad sobre las cosas que á ella fueron de su primer marido, y que los hijos las percibirán, y serán dueños de la propiedad inmediatamente desde el tiempo en que su madre se unió á otro. Y hállese establecida esta pena común para la mujer y el marido. Porque si también éste, teniendo hijos, les llevare segunda mujer suya, no disfrutará, en cuanto á la propiedad, de los lucros de la dote, ni tendrá en firme ninguna otra liberalidad que perciba de la mujer, salvo sólo cuanto le fuera lícito usufructuar mientras viviere; y también en este caso los hijos, aunque estuvieran constituidos bajo potestad, serán, sin embargo, dueños de la propiedad de tales bienes, que irán á ellos inmediatamente después de la unión con la segunda mujer. Y no distinguimos respecto á la dote y á la donación antenupcial, si la dieron por sí los contrayentes, ó si por ellos la dieron algunos otros, ya parientes, ya también extraños, aunque en cierto modo parezca comprendida en la dote también la donación antenupcial.

Cap. XXIV

Sed quod sancitum est super lucris hinc venien-

Capitulo XXIV

Pero lo que se ha sancionado sobre los lucros que

(1) *El cód. Hamb.*; facta sua sunt, *Trid.*; *no habiéndose traducido* αὐτῶν, *en Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid*; ex hoc, *Port., y Cont.*
(3) lex, *omitenla el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; viro, *adicionan Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Port.*: nam, *Trid., y Cont.*
(6) non, *adicionan el cód. Hamb., y Trid.*
(7) *El cód. Hamb, y Trid.*; praeterquam quod, *Cont.*
(8) *El cód. Hamb.*; et ii, *Port., y Cont.*

tibus ad nubentes, etiam sic ratum sit, et ita certa talium lex eis erit cavens, ut neque alienationem ullam permittat parentibus in talibus, neque hypothecam, sed vel si quid egerint parentes, mox eorum obligat eis substantiam, non ut prohibeat eos aliquid agere in iis, quae voluerint (erubescit enim lex castigatores filios genitoribus statuere), illos quidem erubescit, interminatur autem accipientibus, tanquam nihil eis quod accipiunt prosit. Et sciant ex hac nostra lege, quia, vel si quam a talibus parentibus comparationem fecerint, vel si acceperint donationem, vel si quid omnium egerint, tale erit, quale nec gestum, nec scriptum quod factum est. Vindicabunt enim ea omnino filii heredesque eorum et successores ab heredibus illorum et successoribus, non aliter excludendi, nisi tricennale transeat tempus, et detentatio dominos accipientes constituat, incipiente filiis tempore currere, ex quo suae potestatis apparuerint exsistentes aut (1) facti, nisi tamen aliqua impubes aetas adiuvet adhuc.

Cap. XXV

Venient autem talia lucra ad filios omnes ex prioribus nuptiis. Non enim permittimus parentibus non recte introductam electionem in eos, neque alii quidem filiorum dare, alium vero exhonorare; omnes enim secundis similiter exhonorati sunt nuptiis. Sed quemadmodum omnium filiorum similiter heredes exsistunt parentes, et non alii quidem succedunt, alii vero non, cur non similiter et ipsi omnibus ex aequo, quantum ad hoc, conferant, sed alios quidem eligant, alios vero despiciant? Ideoque secundum portionem unusquisque hoc lucretur, et si habeat filios, ad eos haec transmittat, illi vero haec inter alterutros partiantur, ipsi quidem secundum mensuram, quanti consistant, non tamen patris transcendentes portionem.

Cap. XXVI

Quoniam autem infirmas declaravimus alienationes a parentibus super talibus factas, subtiliorem imponere convenit causae ordinem. Si enim omnes supersint filii ex prioribus nati nuptiis, et praemoriatur eis parens, infirma omnino manebit alienatio, secundum quod prius a nobis dictum est. Si vero moriantur omnes, et rursus ad orbitatem causa veniat, tunc ex effectu ratum erit quod alienatum est. Quis enim hoc etiam infringat, filiis, quibus videlicet solis hoc servavimus, non exsistentibus? Sed, hic quidam nobis pridem ingressus est sensus subtilis et sollicitus, et medium utrorumque casuum pertractans. Quia enim omnibus quidem exsistentibus filiis et praemoriente genitore nulla relinquebatur pars eis ex lucratis rebus, omnibus autem morientibus totum in eos revertebatur, cogitavimus medium quendam causae ordinem invenire; unde si pluribus exsistentibus filiis moriatur unus, si quidem habeat (2) filios, ad illos ferri hereditatem (hoc quod saepe diximus), si vero non habeat filios, non omnino ad fratres totum venire,

(1) *El cód. Hamb., y Cont.*: maiores, *adicionan Trid., y Port.*

de aquí van á las que se casan, de tal manera sea también firme, y de tal modo tendrán aquéllos una ley cierta que los asegure, que no les permitirá á los padres ninguna enajenación, ni hipoteca, de tales bienes, sino que, aun si los padres hubieren hecho alguna cosa, obliga inmediatamente á favor de aquéllos sus propios bienes, no de suerte que les prohiba hacer alguna cosa en los que quisieren, (porque la ley se avergüenza de hacer castigadores de sus padres á los hijos), sino que hace que aquéllos se ruboricen, y amenaza á los adquirentes con que de nada les aprovechará lo que adquieren. Y sepan por esta ley nuestra, que aunque á tales padres hubieren hecho alguna compra, ó si de ellos hubieren recibido una donación, ó si hubieren hecho otra cualquiera cosa, será tal como si no se hubiese hecho, ni escrito, lo que se hizo. Porque los hijos y sus herederos y sucesores reivindicarán en todo caso estas cosas de los herederos de aquéllos y de sus sucesores, no habiendo de ser excluídos de otra suerte, sino si hubiera transcurrido el tiempo de treinta años, y la detentación constituyera dueños á los adquirentes, comenzando á correr para los hijos el tiempo desde que apareciere que son ó que fueron hechos de propio derecho, á no ser, sin embargo, que les favorezca todavía la edad de la impubertad.

Capitulo XXV

Mas pasarán tales lucros á todos los hijos de las primeras nupcias. Porque no les permitimos á los padres la elección indebidamente introducida contra aquéllos, ni que den ciertamente á uno de los hijos, y que desconsideren á otro; porque todos están igualmente desconsiderados con las segundas nupcias. Sino que así como los padres son herederos igualmente de todos los hijos, y no suceden ciertamente á uno, y á otro no, ¿por qué en cuanto á esto no se mostrarán también ellos por igual para todos, sino que eligen á unos, y desprecian á otros? Por lo tanto, lúcrese de esto cada uno con arreglo á su porción, y si tuviera hijos transmitales estas cosas á ellos, y dividanselas éstos entre sí con arreglo al número de los que son, pero no excediéndose de la porción de su padre.

Capitulo XXVI

Mas como hemos declarado invalidadas las enajenaciones hechas en tales cosas por los padres, es conveniente establecer un orden más minucioso en la materia. Si, pues, sobreviven todos los hijos nacidos de las primeras nupcias, y les premurieran los padres, la enajenación quedará del todo invalidada, según lo que antes se ha dicho por nosotros. Mas si murieran todos, y el estado volviera de nuevo á la carencia de hijos, en este caso será ratificado por virtud de tal resultado lo que se enajenó. Porque ¿quién lo invalidará también, no existiendo los hijos, si para ellos solos reservamos, á la verdad, esto? Pero aquí nos acudió hace poco cierta idea sútil y cuidadosa, y que busca el término medio entre ambos casos. Porque como existiendo ciertamente todos los hijos y premuriendo el padre no se les dejaba ninguna parte de los bienes lucrados, pero muriendo todos todo volvía á ellos, hemos pensado hallar cierto orden intermedio para la cosa; por donde, si existiendo varios hijos, muriese uno solo, y ciertamente tuviera hijos, se les defiera

(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*: habet, *Cont.*

sed quantum ex pacto non exsistentium filiorum acquirebatur generanti, hoc eum lucrari, (1) reliquum vero concedere in filii venire successores, sive fratres sint, sive extranei forte (quod maxime in matre contingit), sive disponant suas substantias, sive etiam intestati moriantur. Et hoc nos scripsimus in nostra lege, cogitantes illud, et invenientes primi, et clementer sancientes. Quapropter etiam hic si (2) alienaverit parens, antequam ad secundas veniat nuptias, deinde moriatur unus filiorum, in tantum valet solummodo quod alienatum est, quantum ad alienantem ex pacto non exsistentium filiorum pervenit, alioquin secundum alias partes, quaecunque ad filii heredes veniunt, omnino infirma erunt. Unde alienatione facta manet causa in suspenso, sequentibus committenda fortunis, et aut perfecte ab initio infirmanda alienatione, aut perfecte valente, aut particulatim quidem infirmanda alienatione, particulatim vero constante.

§ 1.—Et super iis quoque lucris, quaecunque ad secunda venientibus vota parentibus percipiunt, non perscrutamur, utrum heredes exsistant aut praemorientis parentis, aut secundi morientis, nec si alii quidem heredes exsistant, alii vero non, sed, sicut superius diximus, praemium eis damus hoc, sive heredes fiant, sive etiam non, et hoc ex aequo percipiant ipsi quidem superstites, cum eis autem et defuncti filii genitoris accipientes partem, ubique tamen ingratitudine (sicut praediximus) impedimenta ad tale lucrum faciente huiusmodi filio. Contra ingratos enim positas non transcendimus leges, taliter et parentes honorantes, et filios ad pietatem deducentes. Sicut enim electionem prohibuimus (3) et denuo omnibus similiter damus talia praemia, sic ea, quae de ingratitudine sunt, non interimimus. Palam vero est, quia ingratum intelligi eum oportet, qui circa ambos parentes, aut omnino circa posterius morientem factus aperte monstratur.

Cap. XXVII

Optime vero nobis Leo divae memoriae videtur cogitasse de oblationibus, quas in secunda faciunt matrimonia, qui ea contrahunt. Ait enim, quia, si ex priore matrimonio filios habeant parentes, deinde ad secundum aut deinceps veniant matrimonium, non possunt neque in novercam patres, neque in vitricum matres secundum vitae tempus quamlibet facere largitatem aut in morte relinquere, nisi tantum, quantum unus filius aut filia solus exsistens ex generante habeat. Si vero multi filii sunt, et unusquisque aequalem habet portionem, non amplius, quam ad singulos veniat, aut vitricus, aut noverca percipiat. Si vero inaequalia quae relinquuntur fuerint, tantum necesse est solum ad novercam aut vitricum venire ex quacumque largitate parentis, in quantum qui minus habet filius ex illius substantia percepit aut ex novissima voluntate dimissum, aut in vita datum, quippe dudum quarta, nunc autem tertia aut media secundum nostram legem portione

(1) lucrati, *se lee en el texto, sin duda por errata de imprenta, que hemos corregido atendiendo á la construcción de la frase y al texto de Godofr.—N. del Tr.*

á ellos la herencia, (según muchas veces hemos dicho), pero si no tuviera hijos no vaya absolutamente todo á los hermanos, sino que lucre el padre cuanto por el pacto para el caso de que no existan hijos se adquiriría para él, y concédase que lo restante vaya á los sucesores del hijo, ya sean hermanos, ya quizá extraños, (que es lo que principalmente acontece tratándose de la madre), ora dispongan de sus bienes, ora también si murieran intestados. Y esto lo escribimos nosotros en nuestra ley, siendo los primeros que lo imaginamos é inventamos, y que clementemente lo sancionamos. Por lo cual, también en este caso, si el padre ó la madre hubiere hecho una enajenación antes de pasar á segundas nupcias, y después muriere uno de los hijos, es válida la enajenación que se hizo, solamente por tanto cuanto por virtud del pacto para el caso de que no existan hijos fué á poder del enajenante, pues en cuanto á las otras partes, que pasan á los herederos del hijo, será absolutamente nula. Por consiguiente, hecha la enajenación, la cosa queda en suspenso, habiéndose de acomodar á los casos que subsigan, invalidándose íntegramente la enajenación desde el principio, ó siendo perfectamente válida, ó invalidándose ciertamente en parte la enajenación, pero subsistiendo en parte.

§ 1.—Y en cuanto á los lucros, que perciben al pasar sus padres á segundas nupcias, no investigamos tampoco si son herederos del padre ó de la madre que les premuere, ó que muere después, ni si ciertamente hay otros herederos, ó no los hay, sino que, como dijimos antes, les damos este premio, ya si son hechos herederos, ya también si no, y percíbanlo por igual los que ciertamente sobreviven, pero recibiendo con ellos la parte del progenitor fallecido los hijos de éste, mas causándole en todo caso impedimento, (según antes dijimos), para tal lucro la ingratitud al hijo, que sea ingrato. Porque no quebrantamos las leyes establecidas contra los ingratos, honrando de este modo á los padres, é induciendo á los hijos á la piedad. Pues así como prohibimos la elección y les damos de nuevo á todos por igual tales premios, así tampoco derogamos lo que se refiere á la ingratitud. Pero es evidente que debe ser considerado ingrato el que se demuestra que se hizo tal respecto á ambos padres, ó solamente para el último que muere.

Capitulo XXVII

Muy bien nos parece que pensó Leon, de divina memoria, sobre las ofertas que hacen para los segundos matrimonios los que los contraen. Porque dice, que si los padres tuvieran hijos del primer matrimonio, y después pasaran á un segundo ó á otro ulterior matrimonio, no pueden los padres hacer á la madrastra, ni las madres al padrastro, liberalidad alguna durante el tiempo de su vida, ó dejárselo al morir, sino por tanto cuanto el único hijo ó la sola hija que existiera obtuviera de su padre ó madre. Pero si hay muchos hijos, y cada uno tiene igual porción, no perciba el padrastro ó la madrastra más de lo que vaya á cada uno de ellos. Y si fueran desiguales las porciones que se les dejan, es necesario que por cualquier liberalidad del padre ó de la madre vaya á la madrastra ó al padrastro solamente tanto cuanto percibió de sus bienes el hijo que tiene menos, ó dejado por última voluntad, ó dado en vida, habiéndosele de dejar, ó de

(2) etiam hoc si, *el cód. Hamb., y Trid.*; etiam si hoc, *Port.*; etiam si haec, *Cont.*

(3) *El cód. Hamb.*: prohibemus, *las ed.*

omnino filio relinquenda aut danda, nisi rursus ingratitudinis ratio contradicat. Hoc idem observando et in avo, et in avia, et proavo, et proavia, et nepotibus masculis aut feminis, et pronepotibus similiter, sive sub potestate forsan, sive emancipati consistant, ex paterna vel materna linea descendentes. Et hoc decernens recte intulit, quia quod plus est in eo, quod relictum aut datum est omnino aut novercae aut vitrico, ac si neque scriptum, neque relictum, aut datum vel donatum, competit filiis, et inter eos solos ex aequo dividitur, ut oportet. Namque ex secundis nuptiis filios participare (1) etiam horum, scriptum quidem in quadam constitutione est, non tamen etiam nunc nobis placet, sed ex priore matrimonio filiis, propter quos et observatum est, detur solis, nulla machinatione neque per suppositas personas, neque per aliam (2) causam interponi valente. Hoc autem, quod plus est, dividant adinvicem grati filii parentibus, non ingrati circa hos approbati, et ingratitudini (3) huiusmodi obnoxii constituti, qualem leges quaerunt. Tales namque etiam hac utilitate privamus, ne forte propter spem huius possessionis contra parentes accedant, et protervi sint, et naturae iniurientur leges. Palam quoque est, quoniam et hic, si quis horum moriatur, ad quos, quod plus est, deducebatur filiis exsistentibus, defuncti filii hoc accipient secundum propriam quidem multitudinem, ad defuncti vero partem.

Cap. XXVIII

Quia vero hactenus legibus indiscretum est, quando conveniat quod plus est inspicere, utrum secundum oblationis tempus, an secundum matrimonii solutionem, optimum nobis visum est esse, mortis binubi parentis observari tempus. Scribunt itaque homines et horum, quae habent amplius, scribunt autem et minus, evenientes autem fortunae contrarios eventus saepius operantur. Unde, ut non circa hoc erremus, tempus illud considerandum est, secundum quod binubus moritur, et portio inde sumenda, et secundum eam id, quod plus est, contemplantes auferre quod transcendit oportet, et filiis applicare; in omnibus talibus non ab initio donatione aut scriptura respicienda, sed qui vocatur eventus considerandus est.

Cap. XXIX

Nec illud quoque nobis relinquendum est, quod recte habendum Theodosius piae memoriae iunior constituit, dicens, quia, si mulier filiis procreatis ad secundas veniat nuptias, et exinde ei nascantur alii (4) filii, deinde etiam secundus vir moriatur, eius quidem proprias res ex ambobus matrimoniis percipient filii intestata matre moriente ex aequa et simillima (5) divisione, antenuptialem vero donationem utraque soboles proprii accipiet patris, et ex solido quidem prioris matrimonii filii illius

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; **participari**, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.*; **per aliquam aliam**, *las ed.*
(3) **et ingratitudine**, *el cód. Hamb.*; **per ingratitudinem**, *las ed.*

dar, por supuesto, en todo caso al hijo, antiguamente la cuarta parte, pero en la actualidad la tercera ó la mitad, según nuestra ley, á no ser que á su vez lo impida la razón de su ingratitud. Esto mismo se ha de observar respecto al abuelo y á la abuela, al bisabuelo y á la bisabuela, á los nietos varones ó hembras, é igualmente á los biznietos, ya si acaso se hallan bajo potestad, ya si emancipados, descendientes de la línea paterna ó de la materna. Y al decretar esto con razón introdujo, que lo que hay de exceso en lo que en todo caso se le dejó ó dió á la madrastra ó al padrastro, les competa á los hijos, como si no hubiese sido escrito, ni dejado, ó dado, ó donado, y se divida por igual, como es debido, entre ellos solos. Porque ciertamente se halla escrito en alguna constitución, que también participen de aquello los hijos de las segundas nupcias, pero esto tampoco nos place ahora, sino que se les dé solamente á los hijos del primer matrimonio, por razón de los que también se observó esto, no pudiéndose interponer ninguna maquinación ni por medio de supuestas personas, ni por otra causa. Mas esto, que hay de exceso, lo dividirán entre sí los hijos que fueron agradecidos á sus padres, no los probados como ingratos hacia ellos, y constituídos reos de la ingratitud que las leyes requieren. Porque á los tales los privamos también de este provecho, no sea acaso que por la esperanza de esta posesión se dirijan contra sus padres, y sean protervos, é injurien las leyes de la naturaleza. Es asimismo evidente, que también en este caso, si muriese, quedándole hijos, alguno de aquellos á quienes se les deferia lo que hay de exceso, lo recibirán los hijos del difunto con arreglo ciertamente á su número, y á la parte del difunto.

Capítulo XXVIII

Mas como hasta ahora se halla sin definir en las leyes cuándo es conveniente considerar lo que hay de exceso, si al tiempo del donativo, ó á la disolución del matrimonio, nos ha parecido que es lo mejor que se atienda al tiempo de la muerte del padre, ó madre, binubo. Porque disponen por escrito los hombres de más de lo que tienen, y disponen también de menos, pero sucesos que sobrevienen producen muchas veces contrarios resultados. Por lo cual, para que no erremos en esto, se ha de considerar el tiempo en que fallece el binubo, y entonces se ha de tomar la porción, y, considerando con arreglo á ella lo que hay de exceso, se debe quitar lo que sobra y aplicarlo á los hijos; sin que en todas estas cosas se haya de atender á la donación ó á la escritura desde el principio, sino que se ha de considerar el que se llama resultado.

Capítulo XXIX

Tampoco hemos de olvidar lo que con razón determinó Teodosio, el joven, de piadosa memoria, que se habia de observar, diciendo, que, si la mujer, habiendo procreado hijos, pasara á segundas nupcias, y de éstas le nacieran otros hijos, y después se le muriese también el segundo marido, los hijos de ambos matrimonios percibirán los bienes propios de ella por igual é idéntica división, al morir intestada la madre, y una y otra prole recibirán la donación antenupcial de su propio padre, y los

(4) *Spang.*; **alii**, *no se halla en el cód. Hamb., ni tampoco en las ed.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; **simili**, *en lugar de* **simillima**, *Port., y Cont.*

lucrabuntur donationem, ex solido quoque ex secundis nati seminibus ab illo facta fruentur magnificentia, licet non ad tertium illa mulier matrimonium venerit. Quid enim hoc prioribus prosit? quid autem invideant priores filii secundis, si non et illi (1) tertiis iniuriam passi sunt nuptiis? Et absolute unaquaeque soboles proprii parentis accipiat sponsalitiam largitatem, et omnino prioribus filiis propter secundas nuptias accipientibus, et secundi liberi modis omnibus eam habeant, quamvis quae secundas contraxit nuptias ad tertia minime migraverit vota. Ex rerum vero consequentia hoc ipsum et in patribus sit secundas nuptias facientibus, et servetur quidem ex priore matrimonio filiis propter secunda vota lucrata dos, secundis quoque ex secundis (2), licet non ad tertia pater pervenerit vota.

§ 1.—Reliqua vero, quaecunque in talibus lucratus est pater aut mater ex secundis nuptiis, aut per legatum forsitan, sive fideicommissum, non tamen ad tertias venerunt nuptias, haec commixta eorum substantiae et a tertiis non mutilata matrimoniis maneant apud eos immota, et ad eorum velut propria (3) successiones perveniant, aut etiam a superstitibus quo volunt disponantur modo.

Cap. XXX

Quia vero lucra ubique secundum rationis frequentiam in disiunctiones ex morte sancivimus, brevi quodam sermone et illud adiicimus, quia quaecunque lucrati fuerint parentes repudio soluto matrimonio, sive bona gratia misso, sive etiam aliter, sive per dotis, sive per sponsalitiae largitatis occasionem, haec adinstar ex morte lucrorum omnia serventur filiis. Hoc idem custodiendo etiam super indotatis uxoribus, ubi a nobis posita constitutio procacitatem punivit (4). Et non discernimus, ex cuius culpa matrimonium repudio sit solutum. Quocunque enim modo se habeat causa, servatur etiam super illis (5) quod lucratum est ex illis nuptiis filiis, ex quibus processerunt filii sive prima soluta sint matrimonia repudio, sive etiam secunda, licet tertiae non secutae sint nuptiae.

Cap. XXXI

De augmentis autem aut diminutionibus (6) dotium aut antenuptialium donationum dictum est quidem aliquibus prioribus legibus, a nobis autem perfectius perscrutatum est, qui etiam consistentibus matrimoniis propter nuptias donationes non augeri solum, sed etiam a principio dari praecepimus (7), et sicut augeri permisimus, ita quoque minui contrahentibus volentibus concessimus. Sed hoc, quod de deminutione dictum est, si secundae fiant nuptiae, non permittemus (8) (ut non aliquo modo Leonis piae memoriae offendamus constitutionem), cum filii ex prioribus fuerint nuptiis. Si enim immensam obtulerit dotem aut antenuptia-

hijos del primer matrimonio lucrarán ciertamente por entero la donación de él, y los nacidos de segundas nupcias disfrutarán también por completo la liberalidad hecha por él, aunque esta mujer no hubiere pasado á terceras nupcias. Porque ¿en qué les aprovecharía esto á los primeros? ¿Y qué les envidiarían los primeros hijos á los segundos, si tampoco ellos sufrieron la injuria de terceras nupcias? Y en absoluto, reciba cada prole la donación esponsalicia de su propio padre, y recibiéndola en todo caso los primeros hijos por razón de las segundas nupcias, ténganla también de todos modos los segundos, aunque la que contrajo segundas nupcias no hubiere en manera alguna pasado á terceras. Y por consecuencia, rija esto mismo también en cuanto á los padres que contraen segundas nupcias, y resérveseles ciertamente por razón de las segundas nupcias la dote lucrada á los hijos del primer matrimonio, y á los segundos la de las segundas, aunque el padre no hubiere pasado á terceras nupcias.

§ 1.—Mas todas las demás cosas que en tales casos lucraron de las segundas nupcias, acaso por legado, ó por fideicomiso, el padre ó la madre, que no pasaron á terceras nupcias, permanezcan inmóviles en poder de ellos mezcladas con sus propios bienes y no mutiladas por las terceras nupcias, y vayan como propias á las sucesiones de ellos, ó aun dispóngase de ellas por los sobrevivientes, del modo que quieran.

Capítulo XXX

Pero como hemos determinado conforme á la frecuencia del caso todos los lucros en las disoluciones por muerte, añadimos con breves palabras también esto, que todo lo que hubiesen lucrado los padres, disuelto el matrimonio por repudio, ó separado de buena gracia, ó aun de otro modo, con ocasión de la dote ó de la donación esponsalicia, se les reserve á los hijos á la manera que los lucros en caso de muerte. Debiéndose observar esto mismo también respecto á las mujeres indotadas, en los casos en que la constitución promulgada por nosotros castigó la procacidad. Y no distinguimos por culpa de quién se haya disuelto por repudio el matrimonio. Porque de cualquier modo que sea el caso, se les reserva también en ellos á los hijos lo que se lucró por virtud de aquellas nupcias, de las que provinieron los hijos, ya si se disolvieron por repudio los primeros matrimonios, ya si también los segundos, aunque no se hayan seguido terceras nupcias.

Capítulo XXXI

Mas de los aumentos ó disminuciones de las dotes ó de las donaciones antenupciales se habló ciertamente en algunas leyes anteriores, pero ha sido revisado con mayor perfección por nosotros, que dispusimos que no solamente se aumentaran aun durante el matrimonio las donaciones por causa de nupcias, sino que también se dieran desde un principio, y así como permitimos que se aumentaran, así también concedemos que se disminuyan, queriéndolo los contrayentes. Pero lo que se dijo respecto á la disminución no lo permitiremos si se contrajeran segundas nupcias, (para no contrariar de algún modo la constitución de Leon, de piadosa

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; illis, *Cont.*
(2) *Bk. ed. estereotipada*; ex secundis, *faltaban antes.*
(3) proprias, *el cód. Hamb., y Trid.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; punit, *Port., y Cont.*
(5) *Port.*: super illud, *el cód. Hamb., y Trid. Cont. omite estas dos palabras.*
(6) *El cód. Hamb.*; et diminutionibus, *Trid., y Port.*; aut de minutionibus, *Cont.*
(7) *Trid.*; praecipimus, *en lugar de* praecepimus, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*
(8) pepercimus, *en vez de* permittemus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*

lem donationem parens, aut aliquid largiatur aliud, deinde sentiens, quo ferat lex, abbreviet quod factum est, et deminuat dotem aut antenuptialem donationem, nequaquam lucrum erit filiis quod datum est, sed licebit lucrari aut vitricum aut novercam, filiis secundum hoc laesis.

Cap. XXXII

Si vero solum usumfructum rerum aut vir uxori, aut coniux marito per novissimam dederit voluntatem, ante nos quidem dicebat lex, si ad secundas veniret nuptias aut pater aut mater, statim relicto usu cadere, sicut prius cadebat proprietate, et repente illum filiis restitui, si vero impuberes forsan filii fuissent, etiam cum medii temporis fructibus; hoc enim videbatur legi. Nobis autem non satis hoc placuit, sed volumus, vel si usufructus detur per largitatem, aut mortis causa donationem factam aut (1) inter vivos, in quibus licet etiam donari, si relinquatur, et accipiens ad secundas veniat nuptias, manere sic quoque usam, donec supersit, qui hunc habet usumfructum, nisi expressim ille, qui donationem (sicut dictum est) fecit, aut hunc reliquit, sive masculus sive femina, dixerit, velle ad secundas veniente nuptias eo, qui usumfructum accepit, solvi eum, et ad suam reverti proprietatem. Sed haec quidem de iis, quae per largitatem dantur, diximus.

Cap. XXXIII

Si autem in dote aut in sponsalitia largitate (2) rerum usufructus detur, nihil penitus innovamus, sed dudum sancita teneant, et maneant apud accipientes donec vivunt, licet decies millies contrarium aliquid velint morientes. Quod enim ex lege datum est lucrum privatus auferre modis omnibus non valebit.

Cap. XXXIV

Quoniam omnino ad memoriam de usufructu legum venimus, illud quoque misceri legi bonum est, quod tribus pridem dictum est constitutionibus, quod omnium pater horum, quae ad filios veniunt sive ex materna linea, sive ex nuptiali filiorum causa, sive aliunde, usumfructum habeat, licet ad secundas veniat nuptias. Usum namque eorum donec vivunt manere sine casu etiam ante nos omnes volunt leges et in maternis, et in aliis omnibus, et nos similiter dicimus; castrensium vero et quasi castrensium iam peculiorum excipiatur ratio.

Cap. XXXV

Mater tamen donans aliquid filio de suo, si ad secundas venerit nuptias, non poterit per occasionem ingratitudinis revocare quod datum est (non

(1) *Bk. ed. estereotipada;* et, *el cód. Hamb.;* aut, *omitenla las ed.*

memoria), cuando hubiere hijos de las primeras nupcias. Porque si el ascendiente hubiere ofrecido una inmoderada dote ó donación antenupcial, ó hiciera alguna otra liberalidad, y advirtiendo después lo que dispone la ley, redujera lo que se hizo, y disminuyera la dote ó la donación antenupcial, no tendrán de ningún modo los hijos como lucro lo que se dió, sino que les será lícito al padrastro ó á la madrastra lucrarse, quedando por esto perjudicados los hijos.

Capítulo XXXII

Pero si el marido le hubiere dado á la mujer, ó la mujer al marido, por última voluntad sólo el usufructo de los bienes, decía ciertamente antes de nosotros la ley, que, si el padre ó la madre pasare á segundas nupcias, perdía inmediatamente el usufructo dejado, así como perdía antes la propiedad, y era desde luego restituído á los hijos, y, si los hijos fuesen acaso impúberos, también con los frutos del tiempo intermedio; porque esto le parecía bien á la ley. Pero á nosotros no nos place esto lo bastante, sino que queremos, que, si se dejara, ya si el usufructo fuese dado por liberalidad, ó por donación hecha por causa de muerte, ó entre vivos en los casos en que es lícito que también se done, y el que lo recibe pasara á segundas nupcias, subsista también de este modo el usufructo mientras viva el que tiene dicho usufructo, á no ser que expresamente hubiere dicho el que hizo la donación, (según se dijo), ó el que lo dejó, ya sea varón ya hembra, que quería que al pasar á segundas nupcias el que recibió el usufructo se extinguiera éste, y volviera á la propiedad. Pero esto lo hemos dicho ciertamente en cuanto á las cosas que se dan por liberalidad.

Capítulo XXXIII

Mas si en dote ó donación esponsalicia se diera el usufructo de bienes, no innovamos nada absolutamente, sino tenga validez lo sancionado antes, y permanezcan en poder de los que lo reciban mientras vivan, aunque los que mueran quisieran diez mil veces lo contrario. Porque el lucro que fué dado en fuerza de la ley no podrá quitarlo de ningún modo un particular.

Capítulo XXXIV

Mas puesto que hacemos memoria de las leyes sobre el usufructo, bueno es que también se agregue á la ley lo que ya antes se dijo en tres constituciones, que el padre tenga el usufructo de todos los bienes que vayan á los hijos, ya por línea materna, ya por causa de nupcias de los hijos, ya de otra suerte, aunque pase á segundas nupcias. Porque todas las leyes anteriores á nosotros quieren que subsista sin perderse, mientras viven, el usufructo de ellos, tanto sobre los maternos, como sobre todos los demás, y nosotros decimos lo mismo; pero se exceptúa la cuenta de los peculios castrenses y de los casi castrenses.

Capítulo XXXV

Pero la madre que de lo suyo dona alguna cosa á su hijo, si pasare á segundas nupcias, no podrá revocar por motivo de ingratitud lo que por ella se

(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* in dotem aut in sponsalitiam largitatem, *Port., y Cont.*

enim ex pura videtur voluntate ingratitudinem introducere, sed secundas nuptias considerans ad hanc venisse cogitationem putabitur), nisi tamen aperte filius aut circa vitam ipsam insidians matri, aut manus inferens impias, aut circa substantiae totius ablationem agens adversus eam aliquid declaretur.

dió, (porque no parece que alega la ingratitud por pura voluntad, sino que se juzgará que llegó á tal propósito en consideración á las segundas nupcias), á no ser, sin embargo, que manifestamente se declare ó que el hijo dirigia acechanzas á la misma vida de la madre, ó que puso en ella sus impias manos, ó que hizo contra ella alguna cosa para quitarle la totalidad de los bienes.

Cap. XXXVI

Non tamen permittimus mulieribus ad secundas venientibus nuptias adhuc velle priorum maritorum dignitatibus aut privilegiis uti, sed ad quale post priorem venerint matrimonium, illius amplectantur fortunam; quae enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus adiuvabitur.

Capitulo XXXVI

Mas á las mujeres que pasen á segundas nupcias no les permitimos que quieran seguir disfrutando de las dignidades ó privilegios de sus primeros maridos, sino que acepten la condición de aquel á cuyo matrimonio hubieren pasado después del primero; porque la que se olvidó de los primeros, no será de nuevo favorecida por causa de los primeros.

Cap. XXXVII

Iucundum quoque illud et non extra pietatem a divae memoriae Alexandro super alios plurimos antiquorum legislatorum determinatum est, ut, si quis manumiserit ancillam, deinde eam ducat uxorem, at illa, ut videtur, elata et epulata solverit circa manumissorem matrimonium, non sinit lex ad secundas nuptias venire invito priore marito, sed deinceps nuptias fornicationem iudicat et corruptionem, sed non nuptias nec matrimonium, ex quo iniuriae non decentes ei, qui libertatem imposuit, fiunt.

Capitulo XXXVII

Una cosa grata y no exenta de piedad fué establecida también, antes que por muchos de los antiguos legisladores, por Alejandro, de divina memoria, de suerte que si alguien hubiere manumitido una esclava, y después la tomara por mujer, pero ella, como acontece, engreida y regalada disolviere el matrimonio con su manumisor, no deja la ley que pase á segundas nupcias contra la voluntad del primer marido, sino que juzga á las segundas nupcias fornicación y corrupción, pero no nupcias ni matrimonio, aquel por el cual se le infieren injurias no merecidas al que dió la libertad.

Cap. XXXVIII

Eiusdem principis illud quoque (1) invenientes dignum putavimus partem nostrae facere sanctionis, quoniam omnium mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur, dat ei etiam hoc lex (2), nisi ad secundas accesserit nuptias.

Capitulo XXXVIII

Hemos considerado digno de que forme parte de nuestra ley también esto, que hallamos del mismo príncipe, que puesto que la madre parecía más digna de confianza que todos para la educación de los hijos, se lo concede esto también la ley, á no ser que pasare á segundas nupcias.

Cap. XXXIX

Dotes autem, quas acceperunt (3) contrahentes, non dabunt facile mulieribus constantibus adhuc matrimoniis, nisi tantum ex causis, quas lex enumeravit; alioqui, si quid tale gesserint, ad (4) instar donationis quod agitur hoc ipso esse videtur. Et si moriatur mulier, et (5) recipient dotes qui dederunt eas immature mulieribus mariti ab heredibus mulierum cum medii temporis fructibus ipsi et heredes eorum, et habebunt in lucrum secundum pactum. Et si ad secundas venerint nuptias viri, servabunt sine alienatione haec filiis, hoc videlicet, quod generaliter constitutum est. Si vero non contigerit accipere contrahentes dotes adhuc constante matrimonio, etiam post mortem uxorum secundum legem ab illarum percipient heredibus, sicut scriptura vult dotis.

Capitulo XXXIX

Mas las dotes que recibieron los contrayentes no se las devolverán éstos fácilmente á las mujeres subsistiendo todavia el matrimonio, sino solamente por las causas que enumeró la ley; de otra suerte, si hubieren hecho alguna tal cosa, se considera que lo que se hace es por esto mismo á manera de donación. Y si muriese la mujer, los mismos maridos que se las dieron intempestivamente á sus mujeres, y los herederos de ellos, recobrarán las dotes de los herederos de las mujeres con los frutos del tiempo intermedio, y las tendrán en lucro con arreglo á lo pactado. Y si los maridos pasaren á segundas nupcias, conservarán sin enajenarlos estos bienes para los hijos, que es, por cierto, lo que en general ha sido establecido. Mas si no hubiere acontecido que los contrayentes recibieran las dotes subsistiendo todavia el matrimonio, las percibirán con arreglo á la ley, aun después de la muerte de sus mujeres, de los herederos de éstas, según determina la escritura dotal.

Cap XL

Si autem tutelam gerat mulier filiorum, palam

Capitulo XL

Pero si la mujer desempeñara la tutela de sus hi-

(1) Eiusque principis illud quoque, *el cód. Hamb.*; Eiusdem quoque principis illud, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb.*; etiam haec lex, *Trid.*; etiam hoc haec lex, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*; acceperint, *las ed.*
(4) *El cód. Hamb.*; ad, *omitenla las ed.*
(5) *Así el cód. Hamb., y Trid.*; et, *suprimenla Port., y Cont.*

est, quia impuberum exsistentium iurans non ad secundas venire se nuptias, deinde contemnens et prius connubium et iusiurandum ad maritum veniat secundum, non prius tutorem petens, et rationem reddens, et exsolvens omne, quidquid hinc debet, non solum quae eius sunt in hypothecam habere lex permittit filiis, sed etiam mariti substantiam trahit cum hypothecis; ipsi quoque interdicit filii successionem impuberis morientis, licet ex substitutione pater eam venire ad filii dixerit successionem. Sed hoc quidem priores nostri. Nos autem miramur, si (1) mulierem sic impiam constitutam, ut etiam hoc ipso iusiurandum negligeret, et sic ad immaturas nuptias deveniret, tribus maximis neglectis, deo, et defuncti memoria, et caritate filiorum, ita parvis subdiderunt poenis, et illam quidem, quae ante luctuosum nubit tempus, et nec omnino mater filiorum consistit, puniunt amare, et licet filios non habeat, propter solam honestatem hoc agunt, mulierem vero sic effusam concupiscentiis, vel non ipsis subdiderunt poenis, quas sustinent, quae ante lugubre tempus ad secunda vota declinaverunt. Ideoque sancimus, eas, quae sic peierare de cetero praesument mulieres, super dudum praecedentes poenas et has sustinere omnes, quas primitus diximus super his mulieribus, quae ante lugubre tempus nubunt, et infamiam, et alia omnia (2) his inferentes, et solutionem poenarum eis dantes eandem, quam etiam illis, ut supplicent Imperatori, et mediam portionem dent filiis suarum rerum, neque usufructu apud eas manente, et simpliciter aequalem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei, quae ante lugubre tempus nupsit (3). Si vero etiam naturalium tutelam gerat filiorum (nam hoc quoque praebuimus ei), tamen ad virum veniens, et non haec agens, quae prius dicta sunt, iisdem subiaceat poenis. Providentia vero sit per provincias quidem gentium praesidibus, hic autem gloriosissimo praefecto felicissimae huius urbis una cum praetore, cui huius urbis cura est, ut, volente ad nuptias venire tutelam gerente muliere, et ordinetur minoribus tutor, et rationes suscipiantur, et quod mater debet occasione gubernationis, hoc reddatur.

Cap. XLI

Placet quoque nobis Zenonis piae memoriae constitutio, volens patrem, si iubeatur proprio filio legatum sub conditione aut die dare, non aliter exigi pro donatione legatorum cautionem, hanc videlicet, quae legatorum servandorum causa vocatur, nisi secundas pater contraxerit nuptias. Sit enim et haec secundo nubentibus poena.

Cap. XLII

Sed et si quis inter reverendissimos constitutus clericos (ultra lectorem aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituimus atque vo-

(1) *El cód. Hamb.*; si, *omitela Trid.*; miramur quod, *Port.*, *y Cont.*

jos, es claro, de los que son impúberos, jurando que no pasará ella á segundas nupcias, y después, menospreciando su anterior matrimonio y el juramento, se unierá á segundo marido, no pidiendo antes tutor, ni rindiendo cuentas, ni pagando todo lo que por tal causa debe, la ley les permite á los hijos no solamente que tengan en hipoteca los bienes que son de ella, sino que sujeta también con hipotecas los bienes del marido; y le prohibe también á ella la sucesión de su hijo que muera impúbero, aunque el padre hubiere dicho que por virtud de substitución fuera ella á la sucesión del hijo. Mas así lo dispusieron ciertamente nuestros antecesores. Pero nosotros nos maravillamos de que á mujer que ha sido tan impía, que también ha desatendido con esto su juramento, y ha pasado de este modo á nupcias prematuras, habiendo desdeñado tres cosas muy grandes, Dios, la memoria del difunto, y el amor á los hijos, la hayan sometido á tan leves penas, y castiguen con severidad ciertamente á la que se casa antes del tiempo del luto, y no fué nunca madre de hijos, y hagan esto, aunque ella no tenga hijos, por la sola razón de honestidad, pero que á mujer tan entregada á la concupiscencia no la hayan sometido á las mismas penas que sufren las que pasaron á segundo matrimonio antes del tiempo del luto. Y por lo tanto mandamos, que las mujeres, que en lo sucesivo se atrevan á ser así perjuras, sufran además de las penas ya antes establecidas también todas las que primeramente dijimos respecto á las mujeres que se casan antes de transcurrido el tiempo del luto, imponiéndoles la infamia y todo lo demás, y concediéndoles la misma exención de las penas que también á aquéllas, esto es, que supliquen al Emperador, y les den á sus hijos la mitad de sus propios bienes, no quedando en poder de ellas ni el usufructo; y sencillamente, la hacemos por razón de la precipitación de sus nupcias igual á la que se casó antes de transcurrido el tiempo del luto. Pero también si desempeñara la tutela de hijos naturales, (porque también le concedimos esto), uniéndose, sin embargo, á marido, y no haciendo lo que antes se ha dicho, quede sujeta á las mismas penas. Mas cuiden ciertamente en las provincias los presidentes de las mismas, y aquí el gloriosísimo prefecto de esta felicísima ciudad en unión del pretor, á quien compete el cuidado de esta ciudad, de que, queriendo la mujer que desempeña la tutela contraer nupcias, se les nombre tutor á los menores, se reciban las cuentas, y se restituya lo que la madre debe con ocasión de la administración.

Capitulo XLI

Nos place también la contitución de Leon, de piadosa memoria, que quiere que al padre, si se mandara que le dé á su propio hijo un legado bajo condición ó á término, no se le exija la caución para la entrega del legado, esto es, la que se llama por causa de conservar los legados, de otra suerte, sino si el padre contrajere segundas nupcias. Y sea esta también pena para los que se casan segunda vez.

Capitulo XLII

Pero también si alguno que sea reverendísimo clérigo, (queremos decir, de grado superior al lector ó al cantor), hubiere contraido nupcias, determinamos y queremos que pierda el sacerdocio en

(2) *El cód. Hamb.*; omnia alia, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb.*; nupserit, *las ed.*

lumus. Si vero lector exsistens, et nuptias faciens, deinde propter aliquam inevitabilem necessitatem ad secundas veniat nuptias, nequaquam ad maioris sacerdotii adscendet culmen, sed illic manebit apud mulierem, affectum illius praeponens meliori provectui. Si vero, quum sit laicus, ad ordinationem subdiaconi, aut diaconi, aut presbyteri venire voluerit, deinde appareat mulierem habens non ex virginitate sibi copulatam, sed aut disiunctam a marito, aut aliter non (1) ab initio mox sibi legitime coniunctam aut etiam ipse ad secundas venerit nuptias, non impetravit sacerdotium, sed et licet latenter ad hoc venerit, omnino eo cadet.

Cap. XLIII

Quae vero nunc sequitur causa est antiqua, et multas quidem suscipiens correctiones non ab aliis solum, sed etiam a nobis, non tamen ad summam sui veniens rectitudinem. Quam nunc sectantes praesentia sancimus. Lex enim, quae vocatur Iulia Miscella, lex antiqua, lex vetusta, filiorum procreationis praeponens studium, permittebat mulieribus, licet vir prohiberet, et aliquid ob hoc relinqueret, quatenus non ad secundas veniret nuptias, tamen et ad virum venire, et iurare, quia filiorum causa hoc ageret, et quod relictum erat accipere (2). Et hanc quidem in annum dabat mulieribus licentiam. Eo autem transeunte, si vellet accipere relictum, non aliter licebat mulieri hoc accipere, antequam cautionem exponeret, quod ad secundas non veniret nuptias. Sed hanc quoque adiectionem ipse Iulius Miscellus haud invenit, sed Quintus Mucius Scaevola hoc praesanciverat, super omnibus quippe pendentibus in causarum prohibitionibus huiusmodi adinveniens cautiones (3). Nos igitur videntes plurimas mulieres desiderio nuptiarum non propter filiorum procreationem, sed propter necessitatem et iurantes et nubentes et transcendentes morientium voluntates, existimavimus prius interim sacratiorem mederi partem, et periurium eis cohibere, nec sinere talia subire iuramenta, in quibus omnino periurium promtum est. Nam nec illud inerat legi, ut oporteret sine filiis exsistentes mulieres hoc iurare sacramentum, sed etiam filios habentibus hoc adiacebat iusiurandum, quod deum simul et defuncti animam contristaret, quum utique periurium quidem esset in promtu, filiorum vero procreatio in casu sine muneribus reiaceret (4). Quia igitur hac nostra sancimus lege iusiurandum eis auferentes, et talem permittentes (5) perceptionem, consideravimus (quoniam alterum quoque a nobis praetermissum est) oportere et defuncti animae mederi. Quapropter praesentem ponimus legem; non enim volumus deficientium nihil illicitum habentes voluntates frustrari. Si enim diceremus, oportere mulierem, omnino viro praecipiente non nubere, hoc custodire, pro amaritudine habuisset hoc merito lex; nunc autem, quum secundo praesto sit (6), scilicet ut, si voluerit nubere (7), accipiat quod relictum est, novissimi sceleris est despicere voluntatem defuncti ita fluctuan-

(1) non, *omitela el cód. Hamb., pero la negación fué añadida por una segunda mano;* non aliter, *Trid.*
(2) *Trid.:* acciperet, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.:* cautionem, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., y Port.:* in fortunae muneribus iaceret. *Cont. Tal vez el antiguo traductor escribió:* in casus (casuum) muneribus.

virtud de nuestra constitución. Pero si siendo lector, y contrayendo nupcias, pasara después por alguna inevitable necesidad á segundas nupcias, no ascenderá en manera alguna á más alto grado en el sacerdocio, sino que permanecerá en aquél con su mujer, como anteponiendo el afecto de ella á un mejor ascenso. Mas si siendo láico hubiere querido ser ordenado de subdiácono, ó de diácono, ó de presbítero, y después apareciera que tiene mujer, que no se le unió siendo ella vírgen, sino divorciada de su marido, ó que inmediatamente desde el principio no había estado unida á él legítimamente, ó aun, que él mismo había pasado á segundas nupcias, no conseguirá el sacerdocio, sino que, aun cuando hubiere llegado á él clandestinamente, será en absoluto privado de él.

Capítulo XLIII

Pero la materia que sigue ahora es antigua, y ha recibido ciertamente muchas correcciones no sólo de otros, sino también de nosotros, no habiendo llegado, sin embargo, á su completa perfección. Y persiguiéndola ahora nosotros, sancionamos lo siguiente. Porque la ley, que se llama Julia Miscela, ley antigua, ley vetusta, y que se preocupó del estudio de la procreación de los hijos, permitía á las mujeres, aunque se lo prohibiera su marido, y les dejara alguna cosa con el objeto que no pasaran á segundas nupcias, que, ello no obstante, se unieran á otro marido, y jurasen que esto lo hacían para tener hijos, y que recibiesen lo que se les había dejado. Y les da ciertamente esta licencia á las mujeres por un año. Mas transcurrido éste, si quisiera recibir lo que se le dejó, no le era lícito á la mujer recibirlo, de otra suerte sino dando antes caución de que no pasaría á segundas nupcias. Pero el mismo Julio Miscelo no fué el que inventó también esta adición, sino que esto lo había establecido Quinto Mucio Scévola, que había inventado tales cauciones sobre todo lo que estaba pendiente de la prohibición de cosas. Así, pues, viendo nosotros á muchas mujeres con el deseo de nupcias no por razón de la procreación de hijos, sino por necesidad, y que juraban, y se casaban, é infringían la voluntad de los que fallecían, hemos estimado por ahora poner primeramente remedio á la parte más sagrada, refrenar el perjurio de ellas, y no dejar que hicieran tales juramentos, en los que es sumamente fácil el perjurio. Porque tampoco se hallaba en la ley que fuese menester que prestasen este juramento las mujeres que se encontraran sin hijos, sino que se hacía extensivo este juramento también á las que tenían hijos, cosa que contristaba al mismo tiempo á Dios y al alma del difunto, porque el perjurio era ciertamente fácil, pero la procreación de hijos queda á la casualidad, sin ser un dón. Así, pues, como por esta ley nuestra hemos determinado eximirles del juramento, y permitirles aquella adquisición, hemos considerado, (porque también lo otro ha sido omitido por nosotros), que asimismo era menester atender al alma del difunto. Por esto publicamos la presente ley; porque no queremos que queden frustradas las voluntades de los difuntos, que no contengan nada ilícito. Pues si dijéra-

(5) *El cód. Hamb., y Trid.:* relictorum, *adicionan Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.:* lex, *adicionan Port., y Cont.:* secunda praesto sit lex. *Bk. ed. estereotipada.*
(7) quidem, *adiciona Trid. y en el cód. Hamb. fué añadida por segunda mano.*

tem, ut ei detur licentia nubendi, et accipiendi quod relictum est, et per omnia contristandi priorem maritum.

Cap. XLIV

Unde sancimus, si quis prohibuerit uxorem ad aliud venire matrimonium, sive etiam uxor maritum (idem namque est utrinque), et pro hoc aliquid reliquerit, unam ex duabus conditionem habere contrahentium alterum, aut ad nuptias venire, et abrenuntiare perceptioni (1), aut si hoc noluerit, sed honorat defunctum, omnino abstinere de cetero nuptiis.

§ 1.—Sed ut non causa suspensa sit, et post tempora forsitan longa revertatur rursus exactio, propterea bene nobis visum est huius rei determinare causam, et usque ad annum quidem non esse penitus petitionem relicti, nisi tamen modus sacerdotii adveniens alteri personarum statim praebeat perceptionem (2), utpote nequaquam nuptiarum exsistente spe.

§ 2.—Si vero transire contigerit annale tempus, damus quidem personae huic accipere quod relictum est, non absolute tamen nec simpliciter, sed si quidem immobilis fuerit res, non aliter hanc accipere, nisi iuratoriam cautionem exposuerit, et supposuerit suas res, hoc quod tacite ex hac lege damus, ut, si ad secundas venerit nuptias, reddat quod datum est, tale, quale percepit restituens, et quos accepit in medio fructus.

§ 3.—Si vero mobilis fuerit res, si quidem idoneam habeat substantiam persona volens accipere, dari quod relictum est sub eadem cautione et iisdem hypothecis. Sed si quidem aliud aliquid (3) mobilium fuerit, tale restitui, quale percepit (4), aut deminutionis medeatur partem.

§ 4.—Si vero pecuniae fuerint, etiam cum usuris, quas inde percipere valuerit, iureiurando restituentis hoc iudicando. Si vero non mutuaverit quidem, sed usus est, tertiae centesimae reddat usuras.

§ 5.—Si vero non valde locuples fuerit, etiam fideiussorem hunc exigi. Si autem non valuerit fideiussorem dare, tunc sub iuratoria cautione et hypotheca (secundum quod dictum est) suarum rerum accipiat quidem quod relictum est.

§ 6.—Mox autem, ut ad secundas nuptias venerit, hoc ab eo, qui dedit, vindicetur, apud quamcunque apparuerit personam, tanquam si hoc (5) ab initio neque datum fuisse videretur. Quod in omni restitutionis casu, sive mobile sive immobile sit, quod futurum est reddi, valere sancimus.

§ 7.—Si vero aurum (6) fuerit quod relinquitur,

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*: praeceptioni, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*: exceptionem, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.* aliquid aliud, *Port., y Cont.*

mos que es menester que la mujer, mandándole en absoluto su marido que no se case, observe esto, con razón la ley tendría esto como aspereza; pero ahora, como haya facilidad para lo segundo, esto es, para que reciba lo que se le dejó, si quisiera casarse, es un grandísimo crimen despreciar la voluntad del difunto, que de tal suerte queda fluctuando, de modo que se le dé á aquélla licencia para casarse, y para recibir lo que se le dejó, y para contristar en todo á su primer marido.

Capítulo XLIV

Por lo cual mandamos, que, si alguno le hubiere prohibido á su mujer que pase á otro matrimonio, ó también si la mujer al marido, (porque lo mismo es por ambas partes), y por esto le hubiere dejado alguna cosa, tenga el otro de los contrayentes la elección de una de estas dos cosas, ó contraer nupcias y renunciar á la adquisición, ó si no quisiere esto, sino que honrase al difunto, absténgase en absoluto de otras nupcias.

§ 1.—Mas para que la cosa no esté en suspenso, y para que después acaso de largo tiempo no vuelva de nuevo la exacción, nos pareció bien determinar este particular, y que ciertamente hasta el año no hubiese en manera alguna la petición de lo dejado, á no ser, sin embargo, que el estado sacerdotal alcanzado por la otra persona dé desde luego lugar para la adquisición, como no existiendo ya ninguna esperanza de nupcias.

§ 2.—Pero si aconteciere que transcurre el tiempo del año, le concedemos ciertamente á esta persona que adquiera lo que se le dejó, sin embargo, no en absoluto ni simplemente, sino que si verdaderamente fueren inmuebles los bienes, no los adquiera de otra suerte, sino si hubiere prestado caución juratoria, y hubiere obligado sus propios bienes, lo que tácitamente concedemos por esta ley, para que, si pasare á segundas nupcias, devuelva lo que se le dió, restituyéndolo tal como lo recibió, y los frutos que percibió en el tiempo intermedio.

§ 3.—Mas si los bienes fueran muebles, y ciertamente tuviera bienes suficientes la persona que quiere recibirlos, dése bajo la misma caución y las mismas hipotecas lo que se dejó. Pero si ciertamente hubiere alguna cosa mueble, sea restituida tal como la recibió, ó dése indemnización por la parte disminuída.

§ 4.—Si consistieren en dinero, restitúyalo también con los intereses, que hubiere podido percibir de él, debiéndose determinar esto con juramento del que lo restituye. Mas si ciertamente no lo hubiere dado en mútuo, sino que se sirvió de él, restituya los intereses del cuatro por ciento.

§ 5.—Pero si no fuere muy rico, también se le exige fiador. Mas si no pudiere dar fiador, en este caso reciba ciertamente bajo caución juratoria é hipoteca, (según lo que se ha dicho), de sus propios bienes lo que se le dejó.

§ 6.—Pero inmediatamente después, que hubiere pasado á segundas nupcias, sea esto reivindicado, de poder de cualquier persona en quien apareciere, por el que lo dió, como si se considerase que no fué dado desde el principio. Lo que mandamos que tenga validez en todos los casos de restitución, ya sea mueble, ya inmueble, lo que se ha de restituir.

§ 7.—Mas si fuere dinero lo que se deja, y no tu-

(4) *El cód. Hamb.*: recepit, *las ed.*
(5) *El cód. Hamb.*: hoc, *omitenla las ed.*
(6) usus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*

minus idonee vero se habeat ad fideiussionem, et nec ipse dignus sit, cui hoc credatur, manere quidem apud illum, a quo relictum est, ex tertia (1) vero centesimae eius usuram praestari, quam usque tunc solvat, donec aut secundas ille contrahat nuptias (quando et restitutio praestitarum usurarum suscipiet facultatem), aut si (2) fiat manifestum, nullatenus posse istum ad nuptias pervenire, sive secundum modum sacerdotii (tunc enim ei dabit quod relictum est), sive morte; accipient enim hoc omnino eius heredes, nihil neque de datis usuris reddentes.

§ 8.—Hanc ipsam autem introducimus observantiam et eundem intellectum, etiamsi non coniuges alterutris sub tali reliquerint conditione, sed aliquis alius extraneus sive viro sive mulieri sub tali conditione dari quid voluerit, scilicet fortuitorum casuum secundum suam naturam et leges super his tam in praestandis quam in restituendis servandas (3). Haec igitur ex iam nuper factis a nobis occasione Iuliae Miscellae constitutionibus retribuimus; alia vero sint firma secundum terminos et casus, secundum quod haec exposuimus.

§ 9.—Praefatae autem a nobis observationes dentur, sive (4) institutionis sit pars aut legatum, heredibus, aut substitutis, aut illis, a quibus haec relicta sunt; sed (5) si quidem mortis causa donatio, omnino heredibus. Si vero ex asse secundum talem conditionem conscribatur quis heres, substitutis, si fuerint, aut omnino iis, qui ab intestato vocantur ad hereditatem, huiusmodi observationes praestentur, ut undique lex habeat propriam perfectionem; nisi forte testator et hoc praecipiat, dicens licentiam habere eum, cui dereliquit sive per institutionem particularem, sive ex asse, aut per legatum vel fideicommissum, sive per mortis causa donationem, et accipere quod relictum est, et nullam cautelam dare; tunc enim sequenda est defuncti voluntas. Studii enim nostri est, defunctorum conservare secundum legem voluntates.

Cap. XLV

Et quia parum antea (6) de cautela rerum ediximus, et Leonis novimus divae memoriae constitutionem de secundis nuptiis, si ad eas veniens mulier non valeat dare fideiussionis cautelam, quia filiis restituat res, tertiam partem centesimae accipere (7), nos causam adhuc melius ab ea constituimus, illius super hoc statutis competentem adiicientes subdivisionem (8).

§ 1.—Et sancimus (hoc quod pridem a nobis in quadam dictum est constitutione), ut, si quis offerat res propter antenuptialem donationem, siquidem omnes immobiles constitutae sunt, maneat earum usus apud matrem ad secundas venientem nuptias, et eadem haec eligat, et non recuset, neque exigat filios (9) pro aestimatione earum usuras, sed diligentiam earum habeat secundum quod lex dat usus (10) dominis constitutis, conservet auviera facilidad para la fianza, ni fuera digno de crédito aquel á quien se le confía, quede ciertamente en poder de aquel á cuyo cargo fué dejado, y páguense por él intereses al cuatro por ciento, y satisfágalos ó hasta que aquél contraiga segundas nupcias, (en cuyo caso tendrá lugar también la restitución de los intereses pagados), ó hasta que se haga manifiesto que él no puede ya de ningún modo contraer nupcias, ó por razón del sacerdocio, (pues en este caso le dará lo que se le dejó), ó por muerte; porque sus herederos lo recibirán por completo, no devolviéndole nada de los intereses entregados.

§ 8.—Mas esta misma observancia y esta misma inteligencia establecemos, aunque los cónyuges no se hayan dejado el uno al otro alguna cosa bajo tal condición, sino que algún extraño se la haya querido dar al marido ó á la mujer bajo tal condición, por supuesto, de casos fortuitos con arreglo á su propia naturaleza, y á las leyes que sobre ellos se han de observar, tanto para entregar, como para restituir. Esto, pues, lo reformamos de las constituciones ya antes hechas por nosotros con ocasión de la ley Julia Miscela; lo demás quede firme según los términos y casos, conforme á los que hemos expuesto estas cosas.

§ 9.—Mas las cauciones dichas antes por nosotros dénseles, ya si hay una institución parcial, ya si un legado, á los herederos, ó á los substitutos, ó á aquellos á cuyo cargo se dejaron estas cosas; pero si hubiera donación por causa de muerte, en absoluto á los herederos. Mas si alguno fuera instituido heredero de la totalidad bajo tal condición, dénseles tales cauciones á los substitutos, si los hubiere, ó en todo caso á los que abintestato son llamados á la herencia, á fin de que la ley tenga en todas sus partes su propia perfección; á no ser quizá que el testador también disponga sobre esto, diciendo que tenga licencia aquel á quien le dejó alguna cosa, ya por institución parcial ó total, ya por legado ó fideicomiso, ya por donación por causa de muerte, para recibir lo que se le dejó, y no dar ninguna caución; porque entonces se ha de seguir la voluntad del difunto. Porque es nuestro empeño conservar las voluntades de los difuntos ajustadas á la ley.

Capítulo XLV

Y como poco antes dispusimos sobre la seguridad de los bienes, y conocemos una constitución de Leon, de divina memoria, sobre las segundas nupcias, según la que, si la mujer que pasa á ellas no pudiera dar la seguridad de fianza de que les restituirá los bienes á los hijos, recibía el interés del cuatro por ciento, nosotros determinamos el particular aun mejor que ella, agregando á lo establecido por ella sobre esto la competente subdivisión.

§ 1.—Y mandamos, (lo que ya ha sido dispuesto por nosotros en alguna constitución), que si alguno ofreciera bienes por causa de la donación antenupcial, y todos fueran inmuebles, quede el usufructo de los mismos en poder de la madre que pase á segundas nupcias, y ella los acepte, y no los rehuse, ni les exija á los hijos intereses con arreglo á la estimación de los mismos, sino que tenga cuidado de ellos según les permite la ley á los constituídos

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*: est, tertiam, *Cont.*
(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*: si, *omitela Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*: naturam et leges et super his—conservandas, *Trid.*: naturam lege super his—conservata, *Port., y Cont.*
(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; si, *Cont.*
(5) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; sed, *omitela Cont.*
(6) addita *por* antea, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(7) accipiens, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(8) constituimus. Quod enim super hoc statutis competentem adiecimus (adiicimus, *cód.*) subdivisionem et sancimus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(9) *El cód. Hamb.*; a filiis, *las ed.*
(10) usui, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*

tem haec secundum leges filiis superstitibus, aut, si omnes moriantur, secundum nostram legem casu filiorum non exsistentium matri, reliquo remanentibus (1) filiorum heredibus conservando.

§ 2.—Si vero universa constituta est forte in pecuniis aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio, tertiam partem usurarum accipiente matre cum prius sancita cautela, non exigi a filiis aurum, nisi forte sine invidia sit viri facultas, et habeat aurum, et argentum, et vestes, et quidquid conscriptum est matri. Damus etenim tunc electionem matri, si velit res accipere et dare fidelussoriam cautionem, sive praedictas accipere usuras; dicimus autem ex tertia parte centesimae tam secundum anteriores leges, quam etiam secundum nostras.

§ 3.—Si vero permixtae sint res, et donatio tam in pecuniis quam in immobilibus rebus sit, immobiles quidem omnino manere apud matrem, propter quod alimenta habeat exinde, in rebus vero mobilibus illa tenere, quae pridem sancivimus, si (2) contigerit in mobilibus rebus omnia antenuptialis donationis (3) constituta; provideat quidem (4) mulier, quod non respuat (5) immobilia, neque imminuta haec faciat, sed qualia accepit restituat.

Cap. XLVI

Hinc nos alia evocat ratio, quae de filiorum successione est, quam accipiant (6), quae ad secundas veniunt nuptias. Iam pridem enim et (7) de his scripta est lex a nobis ad Hermogenem gloriosae memoriae magistrum sacrorum nostrorum factum officiorum rescripta, Belisarii gloriosi praecedens consulatum (8), septimo decimo Kalendas Aprilis, per quam sancivimus, matres ad filii non relinquentis liberos cum eius, qui mortuus est, fratribus sine causatione (9) vocari successionem, et eius cum usu etiam proprietatem habere firmam, sive prius, quam heres relinquatur, sive postea ad secundas venerit nuptias, auferentes de hoc (10) leges, quae de his contrarium quid praecipiebant. Hanc (11) nostram sanctionem firmam etiam modo manere super solas (12), quae dudum ad secundum venerint matrimonium, sancimus, et quasdam propriorum accipientes filiorum firme eis servantes et secundum deinceps tempus, sive ante nuptias, sive post nuptias hereditatem in eas filii descendisse contigerit. De his autem, quae post haec ad secundum veniunt virum, ita nobis praesens lex disponatur et sanciatur. Ergo necesse est filio moriente, sive masculo, sive femina, sive testatus moriatur, sive etiam sine hoc, interim ergo (13) ea, quae ex testamento sunt dicentes, ita ad ordinem, qui ab intestato est, veniemus (14).

§ 1.—Si igitur legitime filius testatus fuerit, et relinquat matri substantiam sive partem eius ali-

(1) legem tam sine filiis casu morienti (moriente, *Cód.*) matri quam remanentibus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(2) sancivimus. Si vero, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; esse, *adicionan Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; quidem, *omitela Port.*; providente muliere, *Cont.*
(5) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; negligat, *Cont.*
(6) *Bk. ed. estereotipada*; accipere, *el cód. Hamb., y Trid.*; accipiant, *Port., y Cont.*
(7) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*

dueños del usufructo, y los conserve con arreglo á las leyes para los hijos que sobrevivan, ó, si todos muriesen, para la madre conforme á nuestra ley en el caso de no existir hijos, debiéndose conservar lo demás para los que queden herederos de los hijos.

§ 2.—Mas si toda la donación antenupcial está acaso constituída en dinero ó en otros bienes muebles, recibiendo la madre los intereses del cuatro por ciento con la caución antes establecida, no se les exija á los hijos el dinero, á no ser acaso que los bienes del marido sean copiosos, y contengan oro, plata, vestidos, y cualquiera otra cosa que se le haya asignado á la madre. Porque entonces le damos á la madre la elección de si quiere recibir los bienes y dar caución fideyusoria, ó percibir los susodichos intereses; nos referimos á los del cuatro por ciento, tanto conforme á las anteriores leyes, como también según las nuestras.

§ 3.—Pero si los bienes estuvieran mezclados, y la donación consistiera tanto en dinero como en bienes inmuebles, los inmuebles quedan ciertamente en todo caso en poder de la madre, para que de ellos tenga los alimentos, pero en cuanto á los bienes muebles esté en vigor lo que antes sancionamos, si aconteciere que todo lo de la donación antenupcial consistiera en bienes muebles; y cuide ciertamente la mujer de no rechazar los inmuebles, ni de menoscabarlos, sino de restituirlos tales como los recibió.

Capítulo XLVI

(13) *Véase la nota 2., á la Novela 32.—Hal. tiene el resumen en griego, y en Scrimg. hay una laguna.—Iulian. Const. 33.—Esta Novela es de las glosadas.—Concio publicó por separado esta Novela, con comentarios, tomándola de libros manuscritos, en Lection. subsec. II. 2.*
(14) *El cód. Hamb. (poniendo erradamente* nullus *por* nullum*), Trid., y Port.*; Ne quis quod agricolae mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat, et quem usurarum modum creditores accipere debeant ab agricolis, *Cont.*
(15) *Port., y Cont.*; Agerutio, *Trid., Cont. lection. subsec.*
(16) *Port., Cont., y Cont. lection. subsec., pero éste dice en el comentario que verosimilmente Justiniano tradujo* Aemimonti.
(17) *Port.*; sit, *el cód. Hamb., Cont., y Cont. lection. subsec.*; sic, *Trid.*
(18) *Cont.*; in Misia secunda, *el cód. Hamb., Port., y Cont. lection. subsec.*; in missiana secunda, *Trid.*
(19) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Cont. lection. subsec.*; tu, *adiciona Cont.*
(20) *El cód. Hamb., y Cont. lection. subsec.*; foeneraticios fecisse contractus *(omitiendo ad quosdam), Trid., y Port.*; foeneratorios fecisse contractus, *Cont.*; otros ad quosdam foeneratitios venisse contractus, *Cont. al márgen.*
(21) *El cód. Hamb., y los demás*; fructuum, *omitela Cont.*

et ex hac causa quosdam colonorum fugae latebras petiisse, alios fame esse necatos, et tristissimam pestem homines invasisse, incursione barbarica non minorem.

Cap. I

Sancimus itaque, omnes huiusmodi creditores, quantumcunque vel tritici, vel hordei, vel in alia specie (1), quae in fructibus aridis est (2), dederint (3), hoc reddito, in praesenti cum parte modii octava per singulos modios in unoquoque anno praestanda terrulas colonis restituere; nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione foeneraticiae cautionis, sive in scriptis, sive sine scriptis credita sint contracta. Sin autem pecunias dedit, nihil amplius, quam siliquam unam pro singulo solido annuam praestare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, ex (4) praesente quidem tempore initium accipientem, in omne autem aevum modis omnibus observandam, ut, si quando fuerit vel triticum, vel hordeum foeneratum, vel alii aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes, quam pro usuris octavam modii partem annuam pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido (et (5) secundum hunc modum in quantum foenus permanserit) percipientes, sive terrulas, sive aliud pignus (6) acceperunt, boves forte, vel pecora, vel mancipia, haec modis omnibus reddere, et hanc legem communem omnibus esse, humanitate et pietate gaudentem, et (7) omnibus egenis consulentem, et creditoribus mediocre solatium afferentem (8).

Epilogus

Haec igitur, quae a nobis statuta sunt, claritas (9) tua in omni provincia, quae tuo moderamine gubernatur, observare festinet. Scituris omnibus creditoribus, quod, si aliquid praeter hoc commiserint, exactione (10) cadent, et cui foenus ablatum est, hoc habebit solatium, ut ipse quidem securus degat, avarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam.

Dat. XV. Kal. Iul. Constant. post consul. Belisarii V. C. [536.]

NOVELLA XXXV (11)

DE ADIUTORIBUS QUAESTORIS

Imp. Iustinianus *A.* Tribuniano, *Quaestori*

Inter vlros devotos memoriales tam sacri nostri scrinii memoriae, quam epistolares, nec non libel-

(1) vel aliae speciei, *Cont. lection. subsec., donde anota al márgen: unos* la alia specie, *otros* vel aliam speciem.
(2) *Port., y Cont.;* in fructus aridos est, *el cód. Hamb., y Cont. lection. subsec.;* in fructibus aridos est, *Trid. Acaso se debe leer* inter fructus aridos est, *Cont. al márgen lection. subsec.*
(3) crediderint, *Port.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Cont. lection. subsec.;* in, *Cont.*
(5) *El cód. Hamb., Trid., y Cont. lection. subsec.;* et, *omitenla Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb., Trid., y Cont. lection. subsec.;* in pignus, *Port., y Cont.*

les poca cantidad de frutos les quitaron sus tierrecillas, y que por esta causa algunos colonos buscaron las tinieblas de la fuga, y que otros perecieron de hambre, y que invadió á los hombres tristísima peste, no menor que la invasión de los bárbaros.

Capítulo I

Por tanto, mandamos, que todos los acreedores de esta especie, cualquiera que sea la cantidad que hubieren dado en trigo, ó en cebada, ó en otra especie, que consista en frutos áridos, restituyan al presente, habiéndoseles devuelto aquélla, sus tierrecillas á los colonos mediante la octava parte de un modio por cada modio que se habrá de satisfacer por cada año; sin que absolutamente ninguno de ellos se atreva á retener las tierrecillas so pretexto de caución de préstamo á interés, ya los préstamos hayan sido contraídos por escrito, ya sin escritura. Mas si dió dinero, no se pagará nada más que una sílicua anual por cada sueldo. Y extendemos á todos esta muy saludable ley, que comenzando á regir ciertamente desde el presente tiempo habrá de ser de todos modos observada en toda edad futura, de suerte que, si alguna vez se hubiere prestado á interés ó trigo, ó cebada, ú otros frutos áridos, los acreedores, tanto recibiendo lo que dieron, como percibiendo por intereses la octava parte anual de un modio por cada modio, ó una sílicua por cada sueldo, (y en esta proporción mientras subsistiere el préstamo), devuelvan, ya si recibieron tierrecillas, ya si otra prenda, acaso bueyes, ó ganados, ó esclavos, de todos modos estas cosas, y sea común para todos esta ley, que regocija por su humanidad y su piedad, que mira por todos los necesitados, y que da á los acreedores moderada retribución.

Epílogo

Y así, apresúrese tu claridad á observar en toda la provincia que se gobierna por tu dirección lo que por nosotros ha sido establecido. Debiendo saber todos los acreedores, que, si contra esto hubieren hecho alguna cosa, decaerán de su derecho á la exacción, y que aquel á quien se le arrancó el préstamo á interés tendrá este consuelo, que el mismo vivirá ciertamente seguro, y verá que el acreedor avaro sufre quebranto en sus propios bienes.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Julio, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

NUEVA CONSTITUCIÓN XXXV

DE LOS AYUDANTES DEL CUESTOR

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Tribuniano, *Cuestor.*

Sabemos que entre los adictos varones encargados así de los memoriales de nuestra secretaría de

(7) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Cont. lection. subsec.;* neque non, *Cont.*
(8) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Cont. lection. subsec.;* reddant et haec lex communis omnibus sit—gaudens—consulens—afferens, *Cont.*
(9) *El cód. Hamb., Trid., Port., y Cont. lection. subsec.;* charitas, *Cont.*
(10) *Port., y Cont.;* et actione, *los demás.*
(11) *Esta Novela latina fué publicada íntegra por primera vez por Piteo, 1576. En la ed. de Scrimg. no hay ni vestigio de esta Novela, y Hal. publica casi el mismo resumen griego que hay en las Bas. VI. 6. 16. (VI. 6. 2., ed. Fabrot.)—Julian. Const. 26.*

lenses et adiutores viri excelsi pro tempore quaestoris multas dubitationes scimus esse emersas temporibus Thomae gloriosissimae recordationis, quum is quaestor iam gubernatam (1) sacri scrinii memoriae quam epistolarum gubernabat censuram, adiutoribus quidem asserentibus, in scrinio quidem memoriae XII esse antiquitus adiutores, in aliis autem duobus scriniis, id est sacrarum epistolarum et sacrorum libellorum, in unoquoque septenos numero, sed postea sic effusam esse licentiam, ut innumerabiles paene adiutores exstarent temporibus Ioannis viri magnifici quaestoris, quum per prolixum tempus tale gessisset officium; et Proculum excelsae memoriae de confusione adiutorum imperiali culmini suggessisse, et sacram constitutionem esse promulgatam, qua cavetur, antiquo, id est XXVI, numero tantummodo quaestoris adiutores concludi, nec tamen licere alium subrogari, donec in praedictum numerum agmen adiutorum redigatur, omnibus superfluis paulatim deminutis, licentia primatibus tantummodo adiutoribus data in sua loca alios subrogandi, id est in scrinio quidem memoriae tertium primum locum obtinenti et laterculensis nomen ineunti, in aliis autem duobus scriniis, id est epistolarum et libelliorum, in secundum gradum venientibus et melioproximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam sibi haberent alium subrogare; posteaque eundem prudentissimae memoriae virum bene existimasse, multos inveniri, qui non possint propter varias difficultates, quae humano generi positae sunt, per se divina ministeria peragere, et iterum verbo ad imperiale fastigium suggessisse, et pragmaticam subsecutam esse sanctionem, quatenus liceret et eis alium in suum locum subrogare hominem idoneum ad tale ministerium peragendum et condignum quaestoria electione (2), a pro tempore quaestore eandem licentiam accipientem; et haec quidem esse subsequuta temporibus Proculi (3) magnificae memoriae. Verum opus quaestionum transivit tunc altercationibus quorundam memorialium, eandem licentiam per aliam constitutionem esse sublatam, ut nemini licèat in suum locum alium subrogare, ne quasi venalitas et sordidum mercimonium versari videretur, qui sacrae vocis nostrae ministri esse dbscuntur, tribus tantummodo exceptis, quibus supradicta constitutio huiusmodi praestitit licentiam. Quum igitur in praesenti comperimus, eos, qui confectioni legum a nobis elimatarum et in ordinem per tuam excellentiam digestarum suum ministerium praebuerunt, dignos esse fungi adiutoris officio, quamvis cordi nobis est, praedictum adiutorium (4) meum in sua subtilitate decurrere, tamen eos idoneos constitutis huiusmodi defraudari nullo modo iustum esse existimavimus. Pragmaticam itaque sanctionem, quae a Proculo quidem excelsae memoriae rite est inventa, et ad imperiale culmen relata est, et ex hoc promulgata, postea autem per quorundam contentiosam instantiam sublata (5) renovamus, et licentiam damus omnibus XXVI adiutoribus in sua loca alios subrogare, idoneos tamen, et quos pro tempore quaestor sacrosanctis evangeliis propositis (6) elegerit, et mandata eis in scriptis praestiterit, ut, centenis solidis tantummodo datis, habeant licentiam homines praedicto opere digni iudicati in deficientium vel alio modo desistentium loca pervenire et adiutoris officium

memorias, como de las epistolas, y también entre los libelistas y ayudantes del excelso varón que á la sazón es cuestor, surgieron muchas dudas en tiempos de Tomás, de gloriosísima recordación, cuando este cuestor regía tanto la ya desempeñada censura de la secretaría de memoriales como la de las epístolas, por afirmar los ayudantes, que en la secretaría de memorias había ciertamente en la antigüedad doce ayudantes, y en las otras dos secretarías, esto es, de las sacras epistolas y de los sacros libelos, siete en cada una, pero que después se extendió de tal modo la licencia, que en tiempos de Juan, varón magnífico, cuestor, eran casi innumerables los ayudantes, por haber él desempeñado tal cargo durante largo tiempo; y que Próculo, de excelsa memoria, hizo indicaciones á la alteza imperial sobre la confusión de los ayudantes, y se promulgó una sacra constitución, por la que se dispone que los ayudantes del cuestor se limiten solamente á su antiguo número, esto es, al de veintiseis, y que no fuera lícito que otro fuese subrogado, hasta que el cuerpo de ayudantes se redujera al susodicho número, suprimiéndose paulatinamente todos los excedentes, dándoles licencia solamente á los ayudantes principales para subrogar otros en su lugar, esto es, en la secretaría de memorias al que obtenga el tercer primer lugar y al que alcance el nombre de encargado del registro, y en las otras dos secretarías, esto es, en la de epistolas y en la de libelos, á los que entren en el segundo grado é ingresen en la categoría próxima á secretarios, de suerte que solamente éstos tuvieran licencia para subrogar otro; y que después el mismo varón, de muy excelente memoria, estimó acertadamente que se hallaban muchos que no podían por las varias dificultades, que pesan sobre el género humano, desempeñar por sí sus divinos ministerios, é hizo de nuevo indicaciones á la alteza imperial, y siguió á ellas una pragmática sanción, para que también á éstos les fuera lícito subrogar en su lugar otro hombre, idóneo para desempeñar tal ministerio y merecedor de la elección del cuestor, que recibiría la misma licencia del que á la sazón fuera cuestor; lo cual tuvo ciertamente lugar en tiempos de Próculo, de magnífica memoria. Mas la dificultad de las cuestiones pasó entonces á los altercados de algunos encargados de memoriales, habiéndose suprimido la misma licencia por otra constitución, para que á nadie le fuera lícito subrogar á otro en su lugar, á fin de que no pareciera como que se dedicaban á venalidad y á sórdido tráfico los que se sabe que son ministros de nuestra sacra voz, exceptuándose solamente los tres á quienes la susodicha constitución concedió tal licencia. Y como al presente hemos hallado que los que prestaron sus servicios para la confección de las leyes limadas por nosotros y compiladas en orden por tu excelencia son dignos de desempeñar el cargo de ayudante, aunque tenemos á empeño que mi susodicho cargo de ayudante permanezca en su estabilidad, hemos, sin embargo, estimado que no era justo de ningún modo que á éstos que son idóneos se les privara de tales beneficios. Y así, renovamos la pragmática sanción, que acertadamente fué inventada, á la verdad, por Próculo, de excelsa memoria, y puesta en conocimiento de la alteza imperial, y en virtud de esto promulgada, pero que después fué derogada por instancia contenciosa de algunos, y damos licencia

(1) *Al márgen de Pitseo* Quaestoriam gubernabat, tam, *Cr.*
(2) *Al márgen de Pitseo* Quaestoria electione, *Cr.*; quaestioni, electione, *Pith.*
(3) *O más bien* Procli, *de quien habla Lydo, de Magistrat. III. 20., Cr.*
(4) *Al márgen de Pitseo* directorum numerum, *Cr. Parece que se debe leer* Adiutorum numerum.
(5) *Bk.*; sublatam, *Pith.*
(6) *Bk.*; praepositis, *Pith.*

peragere; his, qui in tribus gradibus, id est in scrinio quidem memoriae laterculensis, in aliis autem duobus melloproximi adscenderint, etsi inter XX et sex adiutores taxati non fuerint, licentiam habentibus in sua loca adiutores inferre; ita tamen, ut tam laterculensis quam melloproximi licentiam habeant, quanti potuerint, tanti loca sua vendere, quum iniquum est his, quibus nihil a nobis additum est, aliquid derogare; nam et ante hanc legem permissum erat eis suum officium in alios (1) transferre. Itaque et venditionis ius habeant, et quanti potuerint pacisci, tanti et vendant. Aliis autem, quibus ius venditionis praestitimus, non ultra C solidorum summam hoc facere liceat. Sive autem laterculenses, sive melloproximi, sive alii, quibus ex hac lege concessum est, suum officium in alios transponere maluerint, is, qui subrogatur, talis ordinandus sit, qualem quaestoria censura elegerit, ne ex huiusmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore gloriosissimi quaestoris administratio cadat. Sic enim dignas sua industria mercedes homines, quos iam enumeravimus, accipient, et numerus adiutorum sine ulla confusione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocunque modo loca eos taxari, qui in legum confectione tuae sublimitati suum ministerium praebuerunt, id est Theodosium, et Epicteum, et Quirillum, et Sabacium, et Perignin, hoc eis donamus, ut offerentes centenos solidos ante alios omne loca adiutorum, qui sua sponte recedere maluerint, subeant, scilicet unusquisque ex V memorialibus in scrinium suum officium adiutoris impleturus. Illo etiam observando, ut, etsi quis ex XXVI adiutoribus ab hac luce subtractus fuerit, in suos heredes vel liberos, licet heredes non sint, huiusmodi beneficium transmittat, ut in locum eius adiutor subrogetur, centenis quidem solidis ab eo offerendis, pro tempore autem sublimissimo quaestore electionem eius, qui subrogatur, secundum quod superius dictum est faciente. Praerogativam autem, quam V memorialibus speciali dedimus beneficio, ita eis donamus, si ille, qui deficiat, non habuit filium iam utilem, iam idoneum ad peragendum adiutoris officium, et a pro tempore gloriosissimo quaestore aptissimum esse secundum praedictam observationem iudicatum; talem enim filium sperni, et ad alium advenam pervenire satis durum atque inhumanum est. Aliis videlicet omnibus, si quae in praedictis constitutionibus continentur, in suo robore durantibus. Quae igitur nostra sanxit aeternitas, sinceritas tua scriniis, quorum interest, manifestare festinet, quatenus sciant et quae a nostra maiestate disposita sunt, et quantum eis accessit ex tua suggestione nostraque liberalitate.

(1) *Bk. ed. estereotipada; antes* aliis.

á todos los veintiseis ayudantes para subrogar en su lugar á otros, pero idóneos, y á quienes eligiere, teniendo á la vista los sacrosantos evangelios, el que á la sazón sea cuestor, y á quienes diere por escrito los mandatos, de suerte que, dando solamente cien sueldos, tengan licencia los hombres, juzgados dignos del susodicho trabajo, para llegar á los puestos de los que fallecen ó de los que de otro modo los dejan, y para desempeñar el oficio de ayudante; teniendo licencia los que en los tres grados, esto es, en la secretaría de memorias hubieren ascendido á encargado del registro, y en las otras dos á la categoría de próximos á secretarios, aunque no hubieren sido comprendidos entre los veintiseis ayudantes, para poner ayudantes en su lugar; pero de suerte, que tanto el encargado del registro como los próximos á secretarios tengan licencia para vender sus puestos por tanto cuanto pudieren, porque es inícuo que se les quite cosa alguna á los que nada se les ha agregado por nosotros; pues antes de esta ley les estaba permitido transferir á otros su oficio. Y así, tengan el derecho de venderlo, y véndanlo por tanto cuanto hubieren podido pactar. Pero á los otros, á quienes les hemos concedido el derecho de venderlo, no les sea lícito hacerlo por mayor suma de cien sueldos. Mas ya si los encargados del registro, ya si los próximos á secretario, ya si otros, á quienes por esta ley les ha sido concedido, prefirieren transferir á otros su oficio, habrá de ser nombrado como subrogado el que la censura del cuestor hubiere elegido, á fin de que por virtud de tal licencia no caiga la administración del que á la sazón sea gloriosísimo cuestor en hombres menos idóneos. De este modo, pues, recibirán los hombres, que ya hemos enumerado, retribuciones dignas de su trabajo, y el número de los ayudantes subsistirá sin ninguna confusión. Pero como queremos que antes que otros sean colocados en los puestos que de cualquier modo vaquen los que prestaron su servicio á tu sublimidad en la confección de las leyes, esto es, Teodosio, y Epicteo, y Quirllo, y Sabacio, y Perigne, les concedemos que ofreciendo cien sueldos alcancen antes que todos los demás los cargos de los ayudantes que espontáneamente hubieren querido retirarse, debiendo desempeñar, por supuesto, el cargo de ayudante en su propia secretaría cada uno de los cinco encargados de los memoriales. Debiéndose observar también esto, que aunque alguno de los veintiseis ayudantes hubiere fallecido, transmitirá este beneficio á sus herederos ó hijos, aunque no sean herederos, de suerte que se subrogue un ayudante en su lugar, debiéndose ofrecer por él ciertamente cien sueldos, pero haciendo la elección del que es subrogado el que á la sazón sea sublimísimo cuestor, conforme á lo que más arriba se dijo. Mas la prerogativa, que por especial beneficio dimos á los cinco encargados de memoriales, se la concedemos, si el que fallece no tuvo hijo ya útil, ya idóneo, para desempeñar el oficio de ayudante, y que por el que á la sazón sea gloriosísimo cuestor haya sido juzgado muy apto conforme á la observación antes dicha; porque es bastante duro é inhumano que sea despreciado tal hijo, y que se llegue á un advenedizo. Subsistiendo, por supuesto, en su vigor todas las demás disposiciones, que se contienen en las constituciones antes mencionadas. Por tanto, apresúrase tu sinceridad á manifestar á las secretarías, á quienes interesa, lo que ha sancionado nuestra eternidad, á fin de que sepan lo que ha sido dispuesto por nuestra majestad, y cuanto se les ha concedido por sugestión tuya y por nuestra liberalidad.

Dat. V. Kal. Iun. Constant. Belisario V. C. Cons. [535.]

NOVELLA XXXVI (1)

UT HI, QUI IN AFRICA SUNT, INTRA QUINQUENNIUM COMPETENTES SIBI RES USQUE AD TERTIUM GRADUM DEBEANT VINDICARE

Idem A. Salomoni *Pf. P. Africae*

Omne infinitum et perperam effusum merito et incivile et incompositum esse credentes, certis finibus nostras actiones militare (2) censemus. Nuper itaque in Africa nostra, quam divae memoriae ditioni nostris vigiliis subiugavit (3), nostram pragmaticam sanctionem promulgavimus, ut omnes, quae iam Vandalicis temporibus amiserunt, ea possint a detentatoribus iniustis tam abstrahere quam sibimet vindicare, et quinquennale spatium statuimus, intra quod liceat hoc facere. Quam sanctionem in suo quidem robore manere volumus, sed cum certo moderamine certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annositate elapsa et antiquis generibus paene deletis calumnias veteres resuscitare, et invicem sibi molestias ingerere, et in tanta pace bella gerere intestina. Per hanc itaque legem sancimus, si quis praetendat res vel ad se, vel ad patrem suum vel avunculum pertinere, et inquiat, contra leges ab aliis detineri, posse eas recuperare, scilicet antea legi cognitis probationibus praestitis, vel ab instrumentis legitimis recitandis, vel a testibus idoneis educendis et quorum gravitas iudicibus acceptabilis sit, videlicet cognationali (4) certamine agitato; et extendi hanc nostram constitutionem tantummodo ad patres et avos, non autem ad alium gradum superiorem. Et hoc in utrumque videlicet sexum sancimus, ut qui suum vel ad patrem, vel ad matrem, vel avum, vel aviam, omnesque eius masculos sive feminas pertinuisse ostenderit, hoc ab iniustis detentatoribus abstrahat, ulteriore (5) requisitione penitus quiescente, ne quis proavum suum, vel abavum, vel atavum, vel proaviam, vel abaviam, vel ataviam inducens miscere pietati, calumniae cumulum ingerat. Hocque et in transversa linea observari praecipimus, ut usque ad tertium gradum tantummodo stet, id est ad fratres et germanos, ad patruos et amitas, et avunculos et materteras, non autem ad alios superiores agnationis seu cognationis gradus. Et si quis huiusmodi quaestionem deferre sit paratus, non alibi, sed ad iudicium sublimitatis tuae vel praesidum provinciarum et insularum, stricto iudicio celebrato, huiusmodi praebeat probationes, et non ex una parte, neque in aliis provinciis vel in hac florentissima civitate, sed tantummodo in Africa dioecesi, praesentibus adversariis suis, et tunc mereat nostri numinis nostraeque constitutionis auxilium. De fide enim generis probationes ex una parte praestari nullo concedimus modo, et si quis huiusmodi acta ostenderit quasi in hac florentissima civitate confecta vel in alio loco, ea non esse audienda censemus, licet antea hoc fuerit permissum. Inventa enim circa tales

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

NUEVA CONSTITUCION XXXVI

DE QUE LOS QUE VIVEN EN AFRICA DEBAN REIVINDICAR DENTRO DE UN QUINQUENIO LOS BIENES QUE LES COMPETAN HASTA EL TERCER GRADO

El mismo Augusto á Salomón, *Prefecto del Pretorio de Africa.*

Creyendo con razón que todo lo ilimitado é inconsideradamente extendido es contrario al derecho civil y mal conformado, hemos determinado que nuestras acciones sirvan para su objeto dentro de ciertos límites. Así, pues, promulgamos hace poco en el Africa nuestra, que alguien de divina memoria sujetó por nuestras vigilias á nuestro imperio, una pragmática sanción nuestra, para que todos pudieran tanto separar de injustos detentadores como reivindicar para sí mismos los bienes que perdieron en tiempo de los Vándalos, y establecimos el espacio de un quinquenio, dentro del cual fuera lícito hacer todo esto. Cuya pragmática sanción queremos que subsista ciertamente en su vigor, pero con cierta moderación y cierta limitación, á fin de que no les sea lícito á los africanos resucitar antiguas supercherías después de transcurrido tan gran número de años y extinguidos casi los antiguos parientes, y promoverse recíprocamente molestias, y hacerse guerras intestinas en medio de paz tan completa. Y así, mandamos por esta ley, que si alguno pretendiera que algunas cosas le pertenecían á él ó su padre ó á su tío materno, y dijera que contra las leyes eran detentadas por otros, pueda recuperarlas, habiendo suministrado, por supuesto, antes pruebas admitidas por la ley, ó por medio de instrumentos legítimos que se hayan de leer, ó por testigos abonados que se hayan de presentar y cuya gravedad sea aceptable para los jueces, á la verdad, habiéndose ventilado el juicio relativo al parentesco; y que esta constitución nuestra se extienda solamente á los padres y á los abuelos, mas no á otro grado superior. Y esto lo sancionamos ciertamente respecto á ambos sexos, á fin de que el que probare que una cosa fué suya, ó que le perteneció á su padre, ó á su madre, ó á su abuelo, ó á su abuela, todos ellos varones ó hembras, la retire de injustos detentadores, cesando en absoluto toda investigación más remota, á fin de que nadie, tratando de mezclar con el sentimiento de piedad su bisabuelo ó su tatarabuelo, ó su cuarto abuelo, ó su bisabuela, tatarabuela, ó cuarta abuela, dé pávulo á la calumnia. Y esto mandamos que se observe también en la línea transversal, de modo que solamente subsista hasta el tercer grado, esto es, hasta los hermanos de padre y madre, tíos y tías paternos, y tíos y tías maternos, mas no á otros ulteriores grados de agnación ó de cognación. Y si alguno estuviera dispuesto á promover semejante cuestión, no presente tales pruebas en otra parte sino ante el tribunal de tu sublimidad ó de los presidentes de las provincias é islas, habiéndose celebrado extricto juicio, y no por una sola parte, ni en otras pro-

(1) *Esta Novela latina fué publicada íntegra primeramente por P. Piteo, 1576. En la ed. Scrimg. hay una laguna.—Hal. tiene el mismo epítome que se halla en las Bas. XLV. 6. 2.*

(2) *¿No se debería, acaso, enmendar* limitare?

(3) *Aquí parece que falta algo, porque no se dice quién* subiugavit. *¿Desapareció quizá la palabra* Belisarii? *Pero tampoco cuadra la frase* divae memoriae ditio, *Cr.*

(4) cognitionali, *Pith. al márgen, al parecer por conjetura suya, Cr.*

(5) *Pith. al márgen;* ultimiore, *Pith.*

requisitiones summa calliditate, respuendas, esse huiusmodi concinnitates sancimus, ne, dum suas res reddere (1) cuidam cupimus, et alienas ei subiectas dolose accipere concedamus. Rerum autem requisitionem secundum antefatum modum apud sublimitatem tuam vel praesides provinciarum intra definitum tempus nostrae sanctionis fieri volumus in quinquennium, annum, qui iam transactus est ex prioris pragmaticae sanctionis editione, in quinquennium computando, ut actor reliquum habeat quadriennium ad huiusmodi inquisitionem, si (2) temporis computatio legitimas exceptiones excedat. Huiusmodi enim quadriennii aetas (3) praeterire nullo patimur (4) modo, ne immortalis fiat iudiciorum completus. Quae igitur pro securitate Africae mea sanxit aeternitas, haec sublimitas tua per edicta sua in omnem Africanum tractum proponenda manifestare cunctis civibus Africanis deproperet, ut omnes quid in transactis annis observare oporteat scientes hoc observare festinent. De cetero enim si quis casus talis emerserit, successiones omnes et temporis cursus sic procedere disponimus, quemadmodum in omnibus terris nostro orbe inclusis sacratissima iura disponunt (5), et sint et descendentium, et ab utroque latere venientium gradus omnes, et temporales cursus intacti, quemadmodum generales nostri numinis leges eos tradiderunt omnibus.

Dat. Kal. Ianuar. Belisario V. C. Cons. [535.]

NOVELLA XXXVII (6)

DE AFRICANA ECCLESIA

Idem A. Salomoni, *Pf. P. Africae*

Venerabilem ecclesiam nostrae Carthaginis Iustinianae, ceterasque omnes Africae dioeceseos sacrosanctas ecclesias imperialibus beneficiis relevare noctu dieque festinamus, ut (7), postquam nostrae reipublicae per dei praesidium a tyrannis direptae societates sunt, nostras etiam sentiant liberalitates. Quum igitur Separatus (8), vir (9) sanctissimus, sacerdos eiusdem nostrae Carthaginis Iustinianae, qui venerando concilio totius Africae sanctissimarum ecclesiarum praeesse dignoscitur, una cum ceteris eiusdem provinciae re-

(1) *Bk. ed. estereotipada;* dum sua reddere, *Pith.*
(2) sed si, *Bk. ed. estereotipada.*
(3) aetatem, *Bk. ed. estereotipada.*
(4) *Conjetura Cr.;* patitur, *Pith.*
(5) *Bk;* disponi ut, *Pith.;* disponunt, ut, *conjetura Cr.*
(6) *Esta Novela latina fué publicada primeramente por Pith. 1.576.—En la ed. Scring. hay una laguna.—Hal. tiene un epitome griego como Coll. const. eccl. III. 2. 6. y las Bas. I. 1. 49—52. (45—48. ed. Fabrot.)*
(7) *Bk.;* ut, *omitela Pith.*
(8) Reparatus, *Procopio, de bello Vandalico, II. 26.;* ἱερεὺς ὁ Ῥεπάρατος, *Pith. al márgen, Cr.*
(9) *Según enmienda Cr.*

vincias ó en esta muy floreciente ciudad, sino solamente en la diócesis de Africa, estando presentes sus adversarios, y obtenga entonces el auxilio de nuestro nùmen y de nuestra constitución. Porque respecto á la fidelidad del parentesco no concedemos de ningún modo que se suministren pruebas de una sola parte, y si alguno presentare tales actas como hechas en esta muy floreciente ciudad ó en otro lugar, mandamos que no hayan de ser oidas, aunque esto haya sido permitido antes. Pues habiéndose inventado muchas astucias respecto á tales investigaciones, mandamos que se hayan de rechazar semejantes conciertos, á fin de que, queriendo nosotros devolverle á cada cual sus propias cosas, no le concedamos que dolosamente adquiera también las ajenas que le están obligadas. Pero queremos que la investigación relativa á las cosas se haga del modo antes dicho ante tu sublimidad ó ante los presidentes de las provincias dentro del tiempo señalado en nuestra disposición durante un quinquenio, debiéndose computar en el quinquenio el año que ya ha transcurrido desde la publicación de la anterior pragmática sanción, de suerte que el actor tenga los restantes cuatro años para tal investigación, si la computación del tiempo excediera del de las excepciones legítimas. Porque de ningún modo toleràmos que se pase del periodo de estos cuatro años, á fin de qûe no se haga perdurable la terminación de los juicios. Por tanto, lo que mi eternidad ha sancionado para seguridad del Africa apresùrese tu sublimidad á hacerlo manifiesto á todos los ciudadanos Africanos por medio de edictos suyos, que se habrán de exponer en toda la región Africana, para que sabiendo todos qué es lo que se debe observar en los años transcurridos se apresuren á observarlo. Pues si en lo sucesivo surgiere algún caso semejante, disponemos que todas las sucesiones y los lapsos de tiempo procedan de la manera como disponen en todas las tierras comprendidas en nuestro orbe las sacratísimas leyes, y permanezcan intactos todos los grados de los descendientes y de los que provienen de uno y de otro lado, y los lapsos de tiempo, conforme á todos se los expusieron las leyes generales de nuestro nùmen.

Dada en las Calendas de Enero, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

NUEVA CONSTITUCION XXXVII

DE LA IGLESIA AFRICANA

El mismo Augusto á Salomón, *Prefecto del Pretorio de Africa.*

Noche y día nos apresuramos á realzar con beneficios imperiales la venerable iglesia de nuestra Cartago Justinianea, y todas las demás sacrosantas iglesias de la diócesis de Africa, para que después de haber sido arrancadas de los tiranos con el auxilio de Dios las sociedades de nuestra república, experimenten también nuestras liberalidades. Así, pues, habiendo rogado á nuestra majestad Separado, santísimo varón, sacerdote de nuestra misma Cartago Justinianea, que es sabido preside el venerando concilio de las santísimas iglesias de toda el

verendissimis episcopis propriis, per Theodorum virum religiosum, diaconum et responsalem eiusdem venerabilis ecclesiae Carthaginis civitatis Iustinianae destinatis, nostram deprecati sunt maiestatem, possessiones ecclesiarum totius Africani tractus, tyrannico quidem tempore ablatas eis, post victorias autem caelesti praesidio nobis contra Vandalos praestitas, per nostram piam dispositionem eis redditas, salva in quocunque loco constituta (1) videlicet tributorum solutione, firmiter possidere secundum legis tenorem, quae iam super hac causa promulgata est, petitionibus eorum prono libentique animo duximus annuendum. Ideoque iubemus, sublimitatem tuam suis disponere praeceptionibus, ut praedictas possessiones, salva prout dictum est tributorum ratione, venerabiles ecclesiae tam (2) nostrae Carthaginis Iustinianae, quam omnium civitatum Africanae dioeceseos firmiter possideant et sine ulla concussione, a nullo penitus abstrahendas. Si quis autem alias possessiones, sive domus, sive ecclesiarum ornamenta apud Afros, vel Arianos, vel paganos, vel alias quaslibet personas detinere probatus (3) fuerit, ea quoque omnimodo sine aliqua dilatione et sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei assignari, nulla prolixitate temporis his, qui easdem res inique detinent, uti concedendis, sed earum restitutionem omni explosa machinatione facere compellendis, quia non patimur sacratissima vasa vel ornamenta venerabilium ecclesiarum aut alias possessiones apud paganos vel alias personas detineri, et lex, quae nobis antea prolata est, sic abundeque huiusmodi capitulo consultum fecit (4). Alterius etiam nostrae constitutionis praerogativa, quam pro ecclesiasticis fecimus rebus et possessionibus, Africae quoque venerabiles ecclesias perpotiri censemus, et secundum eius tenorem licentiam eis damus res proprias et possessiones, quidquid ad eas pertinens ablatum est vel fuerit, ab antiquis detentatoribus vindicare. Curae autem erit tuae sublimitati, quatenus neque Arianis, neque Donatistis, nec Iudaeis, nec aliis, qui orthodoxam religionem minime colere noscuntur, alia detur omnino communio penitus ad ecclesiasticos ritus, sed omnimodo excludantur a sacris et templis nefandi, et nulla eis licentia concedatur penitus ordinare episcopos vel clericos, aut baptizare quascunque personas et ad suum furorem trahere, quia huiusmodi sectae non solum a nobis, sed etiam ab anterioribus legibus condemnatae sunt, et a sceleratissimis nec non inquinatis colunter hominibus. Omnes autem haereticos secundum leges nostras, quas imposuimus, publicis actibus amoveri, et nihil penitus publicum gerere concedantur haeretici constituti, et orthodoxis imperare, quum sufficiat eis vivere, non etiam sibi aliquam auctoritatem vindicare, et ex hoc orthodoxos homines et dei omnipotentis rectissimos cultores quibusdam afficere detrimentiis. Rebaptizatos (5) autem militiam quidem habere nullo modo concedimus, poenitentiam autem eorum, si ad orthodoxam fidem mente purissima venire maluerint, non respuimus, sed damus eis licentiam hoc faciendi, quia et deo omnipotenti nihil ita est acceptabile, ut peccantium poenitentia. Iudaeis insuper denegamus servos habere Christianos, quod et legibus anterioribus cavetur, et nobis cordi est illibatum custodire, ut neque servos orthodoxae religionis habeant, neque si forte catechumenos accipiebant,

Africa, juntamente con los demás reverendísimos obispos propios de la misma provincia, designados por Teodoro, religioso varón, diácono y responsal de la misma venerable iglesia de la ciudad Justinianea de Cartago, que poseyeran en firme á tenor de la ley, que ya sobre este particular ha sido promulgada, las posesiones de las iglesias de toda la región africana, que ciertamente les fueron quitadas en tiempo de la tiranía, pero que después de las victorias concedidas á nosotros contra los Vándalos por celestial auxilio les fueron devueltas por piadosa disposición nuestra, quedando, por supuesto, á salvo el pago de los tributos establecido sobre cualquier lugar, hemos considerado deber acceder favorablemente y de buen grado á sus peticiones. Y, por tanto, mandamos, que disponga tu sublimidad en sus órdenes, que posean en firme y sin ninguna concusión, no habiéndoseles de quitar por nadie absolutamente, las susodichas posesiones, quedando á salvo, según se ha dicho, el importe de los tributos, las venerables iglesias tanto de nuestra Cartago Justinianea, como de todas las ciudades de la diócesis Africana. Mas si se hubiere probado que entre los africanos, ó los arrianos, ó los paganos, ú otras cualesquiera personas detenta alguno otras posesiones, ó casas, ú ornamentos de las iglesias, sean también estas cosas atribuídas de todos modos sin dilación alguna á las sacrosantas iglesias de la fe ortodoxa, sin que se les haya de conceder á los que inícuamente detentan estas mismas cosas que se prevalgan de ningún largo transcurso de tiempo, sino habiendo de ser compelidos, desechada toda maquinación, á hacer la restitución de aquéllas, porque no toleramos que los sacratísimos vasos ú ornamentos de las venerables iglesias, ú otras posesiones, sean detentados en poder de paganos ó de otras personas; y así lo proveyó extensamente sobre este particular la ley que antes fué promulgada por nosotros. También mandamos que las venerables iglesias de Africa disfruten asimismo de las prerogativas de la otra constitución nuestra, que hicimos en pro de las cosas y posesiones eclesiásticas, y á su tenor les damos licencia para reivindicar de antiguos detentadores sus propias cosas y posesiones, sea lo que quiera lo que perteneciéndoles á ellas les haya sido ó les fuere quitado. Mas cuidará tu sublimidad de que ni á los Arrianos, ni á los Donatistas, ni á los Judíos, ni á otros, que se sabe que de ningún modo rinden culto á la religión ortodoxa, se les dé en absoluto participación alguna en los ritos eclesiásticos, sino que como nefandos sean de todos modos excluídos de las cosas sagradas y de los templos, y no se les conceda absolutamente ninguna licencia para ordenar obispos ó clérigos, ó para bautizar á cualesquiera personas, y atraerlas á su locura, porque tales sectas han sido condenadas no solamente por nosotros, sino también por anteriores leyes, y son cultivadas por hombres muy malvados y también mancillados. Mas sean excluídos de los actos públicos, conforme á nuestras leyes, que hemos establecido, todos los hereges, y no se conceda que los que son hereges desempeñen absolutamente ninguna función pública, y ejerzan imperio sobre los ortodoxos, pues les basta vivir, sin reivindicar además para sí alguna autoridad, y sin causar por ello algunos quebrantos á los hombres ortodoxos y que con muchísima rectitud rinden culto á Dios omnipotente. Pero tam-

(1) *Bk.*; constitutas, *Pith.*
(2) *Bk.*; cum, *Pith.*
(3) detineri probatus, *Pith*; detineri probatum, *Bk.*
(4) *Bk. ed. estereotipada*; fecerit, *Pith.*
(5) Donatistas, *al márgen de Pith., Cr.*

eos circumcidere. Sed neque synagogas eorum stare concedimus, sed ad ecclesiarum figuram eos (1) volumus reformari. Neque enim Iudaeos, neque paganos, neque Donatistas, neque Arianos, neque alios quoscunque haereticos et speluncas habere, vel quaedam quasi ritu ecclesiastico facere patimur, quum hominibus impiis sacra peragenda (2) permittere satis absurdum est. Insuper sacrosanctae ecclesiae Carthaginis Iustinianae omnia condonamus, quae metropolitanae civitates et eorum antistites habere noscuntur, quae codici nostro in primo eius libro segregata, sacrosanctis ecclesiis suum honorem praestare noscuntur, ut civitas, quam nostri numinis cognomine decorandam esse perspeximus, imperialibus etiam privilegiis exornata florescat. Confugas etiam, qui ad venerabiles ecclesias et earum fines convolare festinant, et suae voluntati proficere, nulli penitus licere sacrilegis manibus ab his abstrahere, sed eos venerabilibus locis debita reverentia perpotiri, nisi tamen homicidae sint, vel virginum raptores, aut Christianae fidei violatores. Illos etenim, qui talia facinora committunt, nullis esse dignos privilegiis quis non confiteatur? quum non possint sacrosanctae ecclesiae et homines iniquos adiuvare, et hominibus laesis suum adiutorium praestare. Si quid praeterea sacrosanctae ecclesiae saepe dictae nostrae Carthaginis Iustinianae, vel aliis venerabilibus ecclesiis Africanae dioeceseos a quacunque persona pro suae salute animae oblatum est vel fuerit quocunque modo legitimo seu in possessionibus, seu in aliis quibuslibet speciebus, et hoc apud venerabiles ecclesias manere firme, nullius unquam manibus abstrahendum, quum homines, qui tam laudabiles tamque deo acceptabiles actus et pias facere oblationes deproperant, satis et nos laudamus, et dei caelestis remunerat clementia. Haec igitur omnia, quae ad honorem sacrosanctarum dedimus ecclesiarum totius Africanae dioeceseos, per praesentem piissimam et in perpetuum valituram legem, quam omnipotenti deo dedicandam esse perspeximus, sublimitas tua cognoscens, firma illibataque custodire festinet, et omnibus prout solitum est manifestare edictis ubique proponendis, ut nostra iussa summum (3) pietatis habentia ex omni parte immutilata serventur. Temeratoribus (4) eorum poena X librarum auri subdendis, aliaque gravi nostri numinis indignatione plectendis omnibus, qui nostram dispositionem quocunque modo vel tempore violare concesserint.

poco concedemos de ningún modo que los rebautizados tengan ciertamente cabida en la milicia, mas no rechazamos su arrepentimiento, si con purísima intención hubieren preferido entrar en la fe ortodoxa, sino que les damos licencia para hacer esto, porque nada es tan aceptable para Dios omnipotente, como el arrepentimiento de los pecadores. Además les denegamos á los judíos que tengan esclavos cristianos, cosa que se dispone tambien en leyes anteriores, y que tenemos empeño en conservar inalterable, para que ni tengan esclavos de la religión ortodoxa, ni, si acaso acogían á catecúmenos, los circunciden. Mas tampoco concedemos que subsistan sus sinagogas, sino que queremos que ellas se reformen según el modo de ser de las iglesias. Pues no toleramos que ni los Judíos, ni los paganos, ni los Donatistas, ni los Arrianos, ni otros cualesquiera hereges tengan cuevas, ó hagan algunas cosas como según rito eclesiástico, porque es bastante absurdo permitirles á hombres impíos que ejecuten actos sagrados. Además condonamos á la santa iglesia de Cartago Justinianea todo lo que es sabido que tienen las ciudades metropolitanas y sus prelados, y que segregado de nuestro código en su primer libro es sabido que da su propio honor á las sacrosantas iglesias, á fin de que florezca favorecida con privilegios imperiales la ciudad, que hayamos considerado que debe ser condecorada con el sobrenombre de nuestro númen. No sea lícito tampoco absolutamente á ninguno sacar con sacrílegas manos de las venerables iglesias á los refugiados, que se apresuran á acogerse á ellas y á sus demarcaciones, y á favorecer su voluntad, sino disfruten ellos de la reverencia debida á los venerables lugares, á no ser, sin embargo, que sean homicidas, ó raptores de vírgenes, ó violadores de la fe cristiana. Porqué ¿quién no confesará que no son dignos de ningunos privilegios los que cometen tales crímenes, no pudiendo las sacrosantas iglesias ayudar á hombres inicuos, y prestar su auxilio á los hombres lesionados? Si además de esto se ofreció ó se ofreciere alguna cosa á la tantas veces mencionada sacrosanta iglesia de nuestra Cartago Justinianea, ó á otras venerables iglesias de la diócesis africana, por una persona cualquiera para la salvación de su alma, de cualquier modo legítimo, ya en posesiones, ya en otras cualesquiera especies, permanezca ella en firme en poder de las venerables iglesias, sin que jamás haya de ser quitada por manos de nadie, porque nosotros loamos mucho, y la clemencia de Dios celestial renumera, á los hombres que se apresuran á hacer actos tan laudables y tan aceptables para Dios, y piadosas ofrendas. Por tanto, conociendo tu sublimidad todo esto, que en honor de las sacrosantas iglesias de toda la diócesis africana hemos concedido por la presente piadosísima ley perpétuamente valedera, que hemos considerado que debía ser dedicada á Dios omnipotente, apresúrese á guardarlo firme y sin menoscabo, y á hacerlo manifiesto á todos, según fué costumbre, por medio de edictos que se hayan de exponer en todas partes, á fin de que en todo se conserven incólumes nuestros mandatos, que contienen el más alto grado de piedad. Debiendo ser sometidos sus infractores á la pena de diez libras de oro, y debiendo ser castigados con otra grave muestra de la indignación de nuestro númen todos los que hubieren permitido violar en cualquier modo ó tiempo nuestra disposición.

(1) *Así dice el texto, acaso por errata, debiendose leer quizá eas.—N. del Tr.*
(2) *Bk. ed. estereotipada;* peragendi, *Pith.*
(3) *Bk. ed. estereotipada;* summae, *Pith.*
(4) *Pith. al márgen;* demetatoribus, *Pith.*

Dat. Kal. August. Constant. BELISARIO V. C. Cons. [535.]

CONST. XL (1)

DE DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *PJ. P. per Orientem*

Praefatio

Qui rempublicam olim nobis disposuerunt, existimaverunt oportere secundum regiae urbis instar adunare in unaquaque civitate nobiles viros, et unicuique senatus dare curiam, per quam debuissent agi, quae publica sunt, atque omnia fieri secundum ordinem. Sic itaque res floruit, sic fuit clara, ut magnae et populosae domus curialium essent, multitudine quidem exsistente curialium, quod autem functionum videbatur esse onus, nulli omnino intolerabile exsistebat. Nam quod in multitudinem dividitur, onus insensibile propemodum facit eis, qui hoc sustinent. Quando autem per partes quidam coeperunt se eximere albo curiae, et occasiones invenire, per quas liberi his efficerentur, sic paullatim deminutae sunt curiae, innumeris excogitatis occasionibus, per quae potuissent specialia quidem bene habere, communia autem et publica deminui. Propterea ad paucos viros redactae functiones, et illis facultates commoverunt, et civitates ita deminutae sunt, ut sub istos perditos conductores, quos vindices vocant, redacta curia, contigerit respublica plena quidem defectibus, plena vero omni iniustitia fieri (2).

§ 1.—Haec nos saepe perscrutantes aestimavimus (3) oportere medelam rei adhibere, et quantum nos in hoc laboramus, tantum omnem adinvenerunt curiales artem adversus ea, quae recte iusteque sancita sunt, et contra fiscum. Dum enim vidissent, compelli se omnimodo curiae servare quartam partem, et hoc vix per nostras leges impositum, coeperunt discerpere proprias facultates, quatenus minus idonei deficerent, et non quartam portionem, sed omnem continuo paupertatem suam curiae derelinquerent. Denique quoniam ipsis corporibus fraudare curiam voluerunt, rem omnium impiissimam (4) adinvenerunt, a nuptiis legitimis abstinentes, ut eligerent magis sine filiis, quam sub lege deficere, aut generi suo vel curiae utiles (5) apparere. Et rursus egerunt dudum poni legem, quae praeter decretum iubebat eis donare propria, quum quandam (6) venditionem cum decreto fieri ad eam lex volebat. Sed haec ipsa erat mirabilis, quae solam venditionem subiiciebat adiectioni decreti et aliis exinde necessitatibus, alia vero omnia derelinquebat eis agere secundum quem voluissent modum; hac transtulerunt curialium facultates ad alias et alias personas, nihil exinde

Dada en Constantinopla en las Calendas de Agosto, bajo el consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [535.]

CONSTITUCION XL.

DE LOS DECURIONES Y DE SUS HIJOS

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio de Oriente.*

Prefacio

Los que en otro tiempo nos organizaron la república estimaron que era conveniente reunir, á semejanza que en la ciudad real, en cada una de las ciudades, los varones nobles, y darle á cada una cierta curia de senado, por medio de la cual se debiesen administrar los negocios, que son públicos, y se debiese hacer todo ordenadamente. Y de tal modo floreció la institución, y tan esclarecida fué, que fueron grandes y nutridas las corporaciones de los curiales, habiendo ciertamente multitud de curiales, y lo que de sus funciones parecía que era carga no era intolerable absolutamente para nadie. Porque la carga que se divide entre muchos se hace casi insensible para los que la soportan. Mas cuando parcialmente comenzaron algunos á substraerse del registro de la curia, y á hallar ocasiones por las que se libraban del cargo, se fueron así reduciendo paulatinamente las curias, habiéndose excogitado innumerables pretextos, con los que pudiesen tener verdaderamente bien los bienes privados, pero se disminuyeran los comunes y públicos. Por esto, reducidos á pocos individuos los cargos, les quebrantaron sus bienes, y las ciudades disminuyeron, de suerte que caída la curia bajo estos perdidos arrendatarios, que llaman defensores, aconteció que la república quedó ciertamente llena de defectos, y que toda estaba plena de toda injusticia.

§ 1.—Reliqua vero omnia ergasteria felicissimae huius urbis quatuordecim regionum, sive sanctissimae ecclesiae sint, sive xenodochiorum, sive monasteriorum, sive orphanotrophiorum, sive brephotrophiorum, sive ptochiorum, sive alterius unius cuiusque (16) dominii (17), sive imperialium domuum, sive iudicum aliquorum maiores aut minores administrationes habentium, sive gloriosissimorum senatorum, aut magnificentissimorum (18) illustrium, aut spectabilium cubiculariorum (19), sive quorundam in militiis conscriptorum, haec omnia solvere imposita publica eis tribua, et omnia alia facere atque complere (20), secundum quod competit unicuique proprii sui collegii, et exsolvere per omnia fisco per praepositos collegii, nullo valente privilegio huius rei gratia incumbere, aut tali quadam (21) uti refutatione. Non enim patimur aliorum onus in alios ferri, neque sic crudelem iacere dispositionem (22), quatenus quotidie augeantur tributa, et sicut docti sumus quadrupla et quintuplicia (23), et alicubi etiam decupla (24), dentur, eo quod (25) studium sit nostrae pietatis nullo novo tributo nullum gravari (novum vero erit, non

druple, se hacía ahora hasta décupla, siendo así que Anastasio, de divina memoria, no eximió de los tributos en el orden por él establecido absolutamente á ninguno otro, fuera de los mil cien obradores de la santísima iglesia mayor, que le fueron concedidos con ocasión de los difuntos y de las exequias. Y por esto hemos estimado conveniente mandar á nuestros jueces, y con ellos al beatísimo arzobispo de esta felicísima ciudad, que se reunan y examinen el negocio, y nos den cuenta de lo que les pareciere, y dirigir la presente ley á tu excelsitud, confirmando lo que sobre el particular plugo á Anastasio, de piadosa memoria.

Capítulo I

Y mandamos, que de todos modos se conserven ciertamente sin menoscabo y libres de toda prestación los mil cien obradores de la santísima iglesia mayor, designados con ocasión de los decanos ó lecticarios, y para los funerales de los difuntos, sin que otro alguno además de aquélla pueda exigir decano ó de las de los hereges, ó de otra cualquiera santísima iglesia, sino que tenga validez lo que hace poco ha sido ordenado por nosotros, de modo que ochocientos obradores suministren ciertamente individuos, y los otros trescientos sean exigidos en dinero. Mas ya determinó nuestra sacra pragmática en qué es procedente que se invierta lo que de aquí se recoja; y que siempre se reponga lo que se pierde. Y también se halla dispuesto por los mandatos de Anastasio, de piadosa memoria, el modo como se hará la reposición. Mandamos, pues, que estos obradores permanezcan libres de tributos y exceptuados de toda contribución, sin que los mismos obradores, ni los prepósitos de los colegios que los suministran, sufran quebranto alguno ó paguen tributo.

§ 1.—Y que todos los demás obradores de las catorce regiones de esta felicísima ciudad, ya sean de la santísima iglesia, ya de los hospitales de peregrinos, ya de monasterios, ya de hospicios de huérfanos, ya de casas de expósitos, ya de hospicios de pobres, ya del dominio de otro cualquiera, ó de las casas imperiales, ó de algunos jueces que tengan administraciones mayores ó menores, ó de gloriosísimos senadores, ó de muy magníficos ilustres, ó de espectables camareros, ó de cualesquiera de los adscriptos á las milicias, paguen todos los tributos públicos á ellos asignados, y hagan y cumplan todo lo demás, según lo que le compete á cada cual de su propio colegio, y le paguen siempre al fisco por medio de los propósitos del colegio, sin que pueda nadie apoyarse en privilegio por esta causa, ni servirse de alguna oposición semejante. Porque no toleramos que la carga de unos sea transferida á otros, ni que la disposición sea tan cruel que diariamente se aumenten los tributos, y como hemos sido informados de que se pagan cuádruples y quintuples, y á veces también décuplos, tiene por ello empeño nuestra piedad en que nadie sea gravado

(1) *Bk.*: felicissimae nobis numero, *el cód.*
(2) *Bk.*: longe, *el cód.*
(3) *Bk.*; Sed. *el cód.*
(4) *Bk.*; lectiariorum, *el cód.*
(5) *Bk.*; deputa, *el cód.*
(6) *Bk.*; existere, *el cód.*
(7) *Bk.*; ut, *omitela el cód.*
(8) *Así dice el texto, sin duda por errata, debiéndose leer, á lo que parece,* octingenta.—*N. del Tr.*
(9) *Bk.*; solvantur, *el cód.*
(10) *Bk.*; numero, *el cód.*
(11) *Bk.*; subrogavi, *el cód.*
(12) *Bk.*; subrugatio, *el cód.*
(13) *Bk.*: secundum, *el cód.*
(14) *Bk. ed. estereotipada*; praebentium, *omitela Bk.*
(15) *Bk.*; eo quod, *el cód.*
(16) *Bk.*; uniuscunque, *el cód.*
(17) domini, *el cód., y Bk.*
(18) *Bk.*: magnificentium. *el cód.*
(19) *Bk.*; spectabiliorum urbicelariorum, *el cód.*
(20) *Bk.*; compellere, *el cód.*
(21) *Bk.*: talia quedam, *el cód.*
(22) depositionem, *el cód., y Bk.*
(23) *Bk.*; quinque lecta, *el cód.*
(24) *Bk.*; de culpa, *el cód.*
(25) *Bk.*; eoque, *el cód.*

quod (1) nunc primum positum est, sed etiam quod priorem mensuram transcendit), sed omnia sub eodem sint (2) statuto atque fortuna, communisque sit per (3) omnes huiusmodi sacra nostra pragmatica sanctio (quam videlicet et legem appellare licet) (4), ut omnibus securitatem largiatur. Non enim aliquis dure habebit, nullum esse exceptum videns, nisi pro funeris defunctorum ratione mille centum ergasteria. Quae lex et communissima est, et (5) omnibus similiter explicata hominibus (6).

§ 2.—Si quis autem tentaverit (7) refutatione qualibet uti (8), et semetipsum levare (9) tributo, et aut non permittere inquilinos exigere suos, aut (10) patrocinium velle tribuere aut militare, aut civile, aut (11) ecclesiasticum, aut quodlibet aliud, cadet modis omnibus ergasterii dominio, et sit (12) hoc publicum, illi collegio assignandum (13). Sic enim paulatim in omnes extendentur, et (14) breve quidem erit, quod ab unoquoque datur, mediocre vero ac leve et portabile ac facile, quod infertur, quanto a pluribus collectum. Quid (15) enim ineptius erit, viros ex propriis operantes manibus, et pascentes uxores ac filios, et aliam vitae dispensationem hinc habere compulsos, molestare (16) maioribus tributis, et quanto amplius per eos, qui levantur (17), fit, tanto maiores inde effici passiones? et est (18) aliquod onus (19) infinitum, terminum nullum habere valens.

§ 3.—Haec omnia prohibentes hanc sacram ponimus pragmaticam formam, et casus interminantes poenam omnibus similiter subiectis (20), si prohibuerint uniuscuiusque collegii praepositos definita (21) et antiquitus ordinata tributa percipere, aut tentaverint (22) tributa mutare in pensiones, sed unusquisque (23) utatur quidem pensionum (24) illatione, concedat (25) autem ergasteria functionem dare consuetam atque legitimam. Sicut enim unusquisque sui providet, ita et nos necesse est quod commodum est et utile agere huic regiae defendere civitati; non enim aliter quae communiter utilia sunt procedunt, si non tali onere liberentur, qui hactenus illud ferre coacti (26) sunt.

Epilogus

Tua igitur gloria quae placuerunt nobis et per hanc sacram pragmaticam declarata sunt sanctionem illaesa (27) servabit, et qui post eandem administrationem susceperint, et obediens tibi officium nunc et in omne deinceps tempus.

Dat. Kal. Iunii, Constant., post cons. Belisarii V. C. [536.]

con algún nuevo tributo, (y será nuevo no sólo el que ahora se establece por primera vez, sino también el que excede de la primera cuantía), sino que todo permanezca en el mismo estado y forma, y sea común para todos esta sacra pragmática sanción nuestra, (que ciertamente es lícito llamar también ley), á fin de que á todos se les conceda seguridad. Porque nadie considerará duro esto, al ver que no está exceptuado nadie, sino los mil ciento obradores por razón de los funerales de los difuntos. Cuya ley es común para todos é igualmente aplicada para todos los hombres.

§ 2.—Mas si alguno hubiere intentado valerse de cualquier oposición, y eximirse á sí mismo del tributo, y ó no permitir que se les exija á sus inquilinos, ó querer prestarles patrocinio ya militar, ya civil, ya eclesiástico, ya otro cualquiera, perderá de todos modos el dominio del obrador, y éste será público, debiendo ser asignado á aquel colegio. Porque así los tributos se extenderán paulatinamente á todos, y será ciertamente exiguo lo que por cada uno se da, y moderado, ligero, soportable y fácil lo que se paga, cuanto de más sea recaudado. Pues ¿qué cosa habrá más necia que molestar con mayores tributos á los hombres que trabajan con sus propias manos, y mantienen á sus mujeres é hijos, y que se ven obligados á obtener de este modo las demás cosas necesarias para la vida, siendo así que cuanto más se hace por los que son eximidos tanto mayores se hacen los quebrantos que de aquí se originan? Y la carga sería en cierto modo ilimitada, no pudiendo tener limitación alguna.

§ 3.—Prohibiendo todas estas cosas damos esta sacra pragmática disposición, amenazando igualmente á todos los súbditos con la pena de la pérdida, si impidieren que los prepósitos de cada colegio perciban los tributos fijados y de antiguo ordenados, ó intentaren cambiar los tributos por pensiones, pues cada cual deberá ciertamente disfrutar del pago de las pensiones, pero permitirá que los obradores den el acostumbrado y legítimo tributo. Porque así como cada cual cuida de lo suyo, así también es necesario que nosotros defendamos para esta regia ciudad lo que es conveniente y útil hacer; porque no prosperarán de otro modo las cosas que son útiles al común, si no fuesen librados de tal carga los que hasta ahora se han visto constreñidos á soportarla.

Epílogo

Por tanto, guardarán ileso, ahora y en todo el tiempo futuro, lo que nos ha parecido bien y por esta sacra pragmática sanción ha sido declarado, tu gloria y los que después obtuvieren el mismo cargo, y los oficiales que te obedecen.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Junio, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

(1) *Bk.*: per, *el cód.*
(2) *Bk.*: sed dominia eodem sunt, *el cód.*
(3) *Bk.*: pro. *el cód.*
(4) *Bk.*; quoniam videlicet *(omitiendo* reliquam*)*, *el cód.*
(5) *Bk.*: et. *omitela el cód.*
(6) *Bk.*; omnibus, *el cód.*
(7) *Bk.*; temperaverit, *el cód.*
(8) *Bk.*: qualibet enim, *el cód.*
(9) *Bk.*: levigare, *el cód.*
(10) *Bk.*; aut, *omitela el cód.*
(11) *Bk.*; aut, *omitela el cód.*
(12) *Bk.*; dominii esset, *el cód.*
(13) *Bk.*; assignare dum, *el cód., faltando en el griego la cláusula que sigue.*
(14) *Bk.*; extenduntur *(omitiendo* et*)*, *el cód.*
(15) *Bk.*; Quod, *el cód.*
(16) *Bk.*: honestare, *el cód.*
(17) *Bk.*; levigantur, *el cód.*
(18) *Parece que mejor se leería* esset.
(19) *Bk.*; in, *adiciona el cód.*
(20) *Bk.*; omnes similiter subiectos, *el cód.*
(21) *Bk. el. estereotipada:* definita, *omitela Bk.*
(22) *Bk.*; autem putaverint, *el cód.*
(23) *Bk.*; sed unusquisque quidem in, *el cód.*
(24) *Bk.*; pensionibus, *el cód.*
(25) *Bk.*; cedat, *el cód.*
(26) *Bk.*; concta, *el cód.*
(27) *Bk.*; ipsa, *el cód.*

CONST. XLV (1)

DE TABELLIONIBUS ET UT PROTOCOLLA DIMITTANT IN CHARTIS
(Coll. IV. tit. 7.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *Praefecto praetorio iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Litem paulo ante audivimus praesenti legi praebentem occasionem. Ex persona quidem (2) mulieris cuiusdam ferebatur documentum, litteras quidem eius non habens (erat enim harum ignara), completum autem a tabellione et tabulario (3), subscriptionem habens eius (4), et testium ostendens praesentiam. Deinde dum quaedam dubitatio super eo fieret, muliere dicente, non esse a se delegata, quae charta loquebatur, qui litem audiebat quaerebat a tabellione cognoscere negotii veritatem, denique tabellionem deduxit. At ille litteras recognoscere dixit completionis tabellionis, non tamen nosse aliquid horum, quae secuta sunt; nec enim sibi ab initio penitus delegata, sed commisisse cuidam suorum hoc facere, neque postea venisse ad completionem, sed rursus alii hoc commisisse. Et is quidem, qui adfuit completioni, venit, nihil nec ipse dicens se nosse (etenim neque scriptor fuit documenti), sed solum docuit, quia praesente se hoc dimissum sit. Nec cui ab initio delegatum est inventus est, unde, nisi per testes iudex valuisset agnoscere causam, pure periculum patiebatur, undique cadendi (5) negotii notitia. Et illud quidem competentem meruit examinationem atque decretum.

Cap. I

Nos autem credimus oportere universis auxiliari, et communem in omnibus facere legem, quatenus praepositis operi tabellionum ipsis per se omnibus modis iniungatur documentum, et (6), dum dimittitur, intersit (7), et non aliter imponatur chartae completio, nisi haec gerantur, ut habeant, unde sciant negotium, et interrogati a iudicibus possint quae subsecuta sunt cognoscere, et respondere, maxime quando litteras sunt ignorantes, qui haec iniungunt, quibus facilis est et inconvincibilis denegatio horum, quae pro veritate secuta sunt.

§ 1.—Ut ergo omnia haec prohibeamus, propterea praesentem conscripsimus legem, et haec custodiri modis omnibus volumus a tabellionibus, sive in ipsa felicissima civitate, sive in provinciis sint; scientibus, quia, si praeter haec aliquid egerint, cadent omnino iis, quae vocantur stationibus, et qui ab eis dirigitur ad iniungendum documentum et interest, ipse dominus super stationis au-

(1) *El texto griego (Novela XLIV.) se halla en Hal. y Scrimg.—Bas. XXII. 2. 1.—Iulian. const. 40.—La versión latina es la de la glosa.*
(2) quoque, *el cód. Hamb., y Trid.*
(3) **a tabellario,** *Bk. ed. estereotipada, lo cual, suprimiéndole la coma, concuerda con el texto griego.*

CONSTITUCION XLV

DE LOS NOTARIOS, Y DE QUE DEJEN LOS PROTOCOLOS EN LOS INSTRUMENTOS
(Colección IV. título 7.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Hemos tenido, hace poco, conocimiento de un litigio, que da ocasión á la presente ley. Por parte de la persona de cierta mujer se presentaba un documento, que ciertamente no tenía letra suya (porque no sabía escribir), pero que había sido hecho por un notario y por un escribiente, teniendo la firma de ella, y mostrando la presencia de testigos. Después, habiéndose suscitado sobre él alguna duda, por decir la mujer que no había sido dispuesto por ella lo que decía el documento, el que oía el litigio trataba de conocer por medio del notario la verdad del negocio, y llamó al fin al notario. Mas éste dijo que reconocía la letra del complemento del notario, pero que no conocía cosa alguna de las que seguían; porque no se le habían encargado absolutamente á él desde el principio, sino que encargó á uno de los suyos que hiciera esto, y después no acudió para la conclusión, sino que á su vez esto lo encomendó á otro. Y compareció ciertamente el que estuvo presente á la conclusión, el cual dijo que tampoco él sabía nada, (porque él no había sido el escribiente del documento), y solamente manifestó éste que se terminó estando él presente. Y no se encontró aquel á quien desde el principio le fué encomendado, por lo cual, si el juez no hubiese podido conocer el caso por medio de los testigos, corría ciertamente peligro de perderse por completo el conocimiento del negocio. Y esto mereció, á la verdad, su competente examen y este decreto.

Capítulo I

Pues nosotros creemos que es conveniente auxiliar á todos, y hacer una ley común para todos los casos, á fin de que á los mismos que están al frente del trabajo de los notarios se les imponga de todos modos que formalicen por sí el documento, y que estén presentes hasta que se acabe, y no se ponga al documento la conclusión, de otra suerte, sino si se hubieran hecho estas cosas, á fin de que tengan medio para conocer el negocio, é interrogados por los jueces puedan saber lo que siguió, y responder, principalmente cuando no saben de letras los que encargan tales cosas, en quienes es fácil é incontrarrestable la negación de lo que verdaderamente se hizo.

§ 1.—Para prohibir, pues, todas estas cosas hemos escrito la presente ley, y queremos que de todos modos se guarden estas disposiciones por los notarios, ora estén en esta felicísima ciudad, ora en las provincias; teniendo entendido que, si contra esto hubieren hecho alguna cosa, perderán en absoluto las que se llaman plazas, y que el que por ellos es destinado para extender el documento, é in-

(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; etus habens, *Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb.*; undique negotii cadendi notitia, *Trid.*; undique cadente negotii notitia, *Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; ut, *Port., y Cont.*
(7) **interaint,** *Bk. ed. estereotipada.*

ctoritate erit, et mutabitur causa; et ille quidem de cetero hoc obtinebit officium in statione, quale qui in ea primatum tenebat, ille vero cadet ea, aut unus erit ministrantium illi. Quoniam ille quidem dedignatus est hoc agere, quod erat concessum ei, ille vero secundum illius voluntatem hoc egerit, propterea nos hanc intulimus eis poenam, ut optimi fiant circa documenta, et iusti, et cautiores, et non propter suam requiem et delicias corrumpant alienas vitas.

§ 2.—Si vero indignus sit forte potestatem in stationibus suscipere is, cui documentum extra ea, quae a nobis disposita sunt per praesentem legem, iniungitur, tabellio quidem cadat omnibus modis hac causa, alter vero pro eo constituatur; nihil omnino damnificando ex hoc stationis domino, quicunque fuerit extraneorum, et non ipse tabellio, neque cadente lucris exinde venientibus, sed illo solo, qui talia perpetravit, et dedignatus est suum complere opus, primatu cadente, omnibus quidem aliis super stationis iure integris dominis eius ab ipsis tabellionibus, qui talia peccaverunt, servandis.

§ 3.—Et non fingant tabelliones occasiones, per aegritudinem forte discedentes, aut occupationes huiusmodi; licebit enim eis, si quid tale fuerit, evocare (1) eos, qui contrahunt, et per se causam complere; proinde haec, quae contingunt raro, non impedimentum facient universis, eo quod nihil inter homines sic est indubitatum, ut non possit, licet aliquid sit valde iustissimum, tamen suscipere quandam sollicitam dubitationem; sed nec quaestus eorum minores fieri per hoc, propter contrahentium frequentiam occasionem habentes, quum melius sit pauca agere caute, quam multis interesse periculose.

§ 4.—Ut tamen non vehementer eis dura lex esse videatur, nos coniicientes humanam naturam, mediocres etiam eis leges nostras ponimus. Propter tales enim eorum forte dubitationes damus eis licentiam singulis unum ad hoc constituere, gestis apud clarissimum magistrum census felicissimae civitatis solenniter celebratis, et licentiam eis (2) dare, ut delegentur ei ab iis, qui veniunt ad eius stationem (3) documenta, et dimissis eis interesse, et nulli omnino alteri in statione exsistenti licentiam esse, ut aut delegetur ei initium, aut quum dimittuntur, intersit, nisi tabellioni, qui auctoritatem habet, aut qui ab eo ad hoc statutus est. Si vero praeter hoc fiat, et alter delegetur, tunc subiacebit (4) poenae tabellio, qui auctoritatem habet a nobis dudum definitam (5), ipsis tamen documentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis. Novimus enim, quia legis metu de cetero et ipsi custodient, quae a nobis decreta sunt, et documenta sub cautela facient.

terviene en él, será dueño de la plaza con propia autoridad, y se cambiará la condición; y él ciertamente obtendrá en lo sucesivo en la plaza el mismo cargo que el que en ella tenía la primacía, y éste saldrá de ella, ó será uno de los que á aquél le sirvan. Porque habiéndose ciertamente desdeñado él de hacer lo que á él se le había concedido, y habiéndolo hecho el otro por voluntad de él, les imponemos por eso nosotros esta pena, á fin de que respecto á los documentos se hagan ellos mismos excelentes, y justos, y más precavidos, y no perturben los intereses ajenos por su propio descanso y regalo.

§ 2.—Mas si acaso fuera indigno de recibir autoridad en la plaza aquel á quien contra lo que por nosotros ha sido dispuesto en la presente ley se le encomienda un documento, piérdala ciertamente de todos modos por esta causa el notario, y sea constituido otro en su lugar; sin que en nada absolutamente haya de ser perjudicado el dueño de la plaza, si hubiere sido uno cualquiera de los extraños, y no el mismo notario, y sin que haya de perder los lucros de aquí provenientes, sino perdiendo la primacía sólo el que perpetró tales cosas y se desdeñó de cumplir su cometido, debiéndoseles conservar ciertamente íntegro todo lo demás respecto al derecho de la plaza á los dueños de ella por los mismos notarios, que en tales cosas pecaron.

§ 3.—Y no finjan los notarios ocasiones para marcharse, acaso por enfermedad, ó por ocupaciones de tal naturaleza; porque, si alguna cosa tal aconteciere, les será lícito llamar á los que contratan, y desempeñar por sí mismos su cometido; porque las cosas que acontecen raras veces no causarán impedimento á la generalidad, pues nada hay entre los hombres que esté tan fuera de duda, que no pueda, aunque alguna cosa sea justísima, ser, sin embargo, objeto de alguna exorupulosa duda; pero tampoco se harán por esto menores sus ganancias, que tienen lugar por virtud de la frecuencia de los contratantes, porque es mejor hacer pocas cosas con seguridad, que intervenir en muchas con peligro.

§ 4.—Mas para que no parezca que esta ley es sumamente dura para ellos, nosotros, atendiendo á la naturaleza humana, establecemos leyes nuestras moderadas también para los mismos. Pues les damos licencia á cada uno de ellos para que con motivo acaso de tales dudas suyas nombren uno para esto, habiéndose hecho solemnemente actuaciones ante el muy esclarecido maestre del censo de esta felicísima ciudad, y les den permiso para que á él se le encomienden los documentos por los que van á la plaza del mismo, y para estar presente al ser terminados ellos, y sin que absolutamente otro alguno que haya en aquella plaza tenga licencia para que se le encomiende el comienzo, ó para que esté presente cuando se acaban, á no ser el notario que tiene la autoridad, ó el que por él ha sido constituido para esto. Mas si contra esto se hiciera alguna cosa, y fuese otro delegado, entonces quedará sujeto á pena el notario, que tiene la autoridad por nosotros antes definida, sin que, sin embargo, hayan de ser invalidados los documentos por razón de conveniencia de los contratantes. Porque sabemos que por miedo á la ley guardarán también ellos en lo sucesivo lo que por nosotros ha sido decretado, y harán con cautela los documentos.

(1) convocare, *Bk. ed. estereotipada.*
(2) *Trid., Port., y Cont.;* enim, *el cód. Hamb.;* ei, *se lee en Spang., y Bk.*
(3) *Bk. ed. estereotipada;* et *después de* stationem, *adicionan el cód. y las ed.*
(4) *El cód. Hamb.;* subiacet, *las ed.*
(5) definitae, *Bk. ed. estereotipada.*

Cap. II

Illud quoque praesenti adiicimus legi, ut tabelliones non in alia charta pura scribant documenta, nisi in illa, quae in initio (quod vocatur protocollum) per tempora gloriosissimi comitis sacrarum nostrarum largitionum habeat appellationem, et tempus, quo charta facta est, et quaecunque in talibus scribuntur, et ut protocollum non incidant, sed insertum relinquant. Novimus enim multas falsitates ex talibus chartis ostensas et prius et nunc, ideoque licet aliqua sit charta (nam et hoc scimus) (1) habens protocollum non ita conscriptum, sed aliam quandam scripturam gerens, neque illam suscipiant, tanquam adulteram et ad talia non opportunam, sed in sola tali charta, qualem dudum diximus, documenta scribant. Haec itaque, quae de qualitate talium chartarum a nobis decreta sunt, et de incisione eorum, quae vocantur protocolla, valere in hac felicissima solum civitate volumus, ubi plurima quidem contrahentium multitudo, multa quoque chartarum abundantia est. Et licet legali modo interesse negotiis, et non dare occasionem quibusdam falsitatem committere, cui se obnoxios exsistere demonstrabunt, qui praeter haec aliquid agere praesumserint.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis, et per hanc sanctam declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet.

Dat. XV. Kal. Septemb. Constantinop. post Belisarii V. C. cons. anno II. [537.]

CONST. LII (2)

UT NON LIBERENTUR CURIALI FORTUNA IUDAEI NEC SAMARITANI AUT HAERETICI OCCASIONE EORUM RELIGIONIS, SED CURIALIBUS QUIDEM FUNCTIONIBUS SUBIACEANT, PRIVILEGIIS VERO CURIALIUM NON FRUANTUR; POSSE VERO EOS CONTRA ORTHODOXOS, QUOD SUBIACEANT CURIALI FORTUNAE, TESTIMONIUM PERHIBERE, UT QUI ET PRO ORTHODOXA POLITIA RECTE TESTIMONIUM PERHIBEANT

Idem Imperator Ioanni *Pf. P. iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Verbum quoddam nobis tua retulit excellentia, quosdam inter curiales esse Iudaeos forte aut Samaritas, aut Montanistas, aut aliter respuendos homines, quos nondum hactenus recta et immaculata fides illuxit, sed et in tenebris sedent, animis vera non sentientes sacramenta, et quoniam haereticos odio habemus, putant per illam occasionem liberi curialium esse functionum, et quae competunt his declinare. Nos igitur mirati sumus, si sapientia et acumen tuum tales eorum pertulit rationes et non repente talia dicentes dilacerasti. Si enim homines quidam sunt, qui quidem putant

Capítulo II

También añadimos á la presente ley, que los notarios no escriban los documentos en papel en blanco, sino en el que al principio tenga, (lo que se llama protocolo), el nombre del que á la sazón sea gloriosísimo conde de nuestras sacras liberalidades, la fecha en que se hizo el documento, y lo que en tales hojas se escribe, y que no corten el protoculo, sino que lo dejen unido. Porque hemos sabido que en tales documentos se probaron antes y ahora muchas falsedades, y por lo tanto, aunque haya alguna hoja de papel, (porque también hemos sabido esto), que no tenga el protocolo escrito de este modo, sino que lleve otra cualquiera escritura, no la admitan, como adulterada y no apta para tales cosas, sino escriban los documentos solamente en hoja de papel tal, como antes hemos dicho. Así, pues, queremos que lo que por nosotros ha sido decretado sobre la cualidad de tales hojas de papel, y sobre la separación de lo que se llama protocolo, esté en vigor solamente en esta felicísima ciudad, donde es ciertamente grande la muchedumbre de contratantes, y hay mucha abundancia de hojas de papel. Y sea lícito intervenir en legal modo en los negocios, y no darles á algunos ocasión para cometer falsedad, de la cual demostrarán que son responsables los que contra esto se hubieren atrevido á hacer alguna cosa.

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu excelsitud á llevar á ejecución y efecto lo que nos ha parecido bien, y ha sido declarado por medio de esta santa ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, en el año segundo después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCIÓN LII

DE QUE NO SE LIBREN DE LA CONDICIÓN DE CURIAL LOS JUDÍOS, NI LOS SAMARITANOS Ó HEREGES CON OCASIÓN DE LA RELIGIÓN DE LOS MISMOS, SINO QUE ESTÉN CIERTAMENTE SUJETOS Á LAS FUNCIONES CURIALES, PERO NO DISFRUTEN DE LOS PRIVILEGIOS DE LOS CURIALES; Y DE QUE PUEDAN ELLOS PRESTAR TESTIMONIO CONTRA ORTODOXOS, PORQUE ESTÉN SUJETOS Á LA CONDICIÓN DE CURIALES, PUESTO QUE PRESTAN VÁLIDAMENTE TESTIMONIO TAMBIÉN EN FAVOR DE LA REPÚBLICA ORTODOXA

El mismo Emperador á Juan, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Tu excelencia nos ha hecho cierta indicación, de que entre los curiales hay algunos Judíos, ó acaso Samaritanos, ó Montanistas, ú hombres que por otro concepto deben ser rechazados, á quienes hasta ahora no ha iluminado todavía la recta é inmaculada fe, sino que se hallan en las tinieblas, que no han sentido en sus almas los verdaderos sacramentos, y que, como odiamos á los hereges, creen con tal motivo que están libres de las funciones curiales, y que pueden declinar lo que á éstas compete. Y nosotros nos hemos maravillado de que tu sabiduría y tu agudeza hayan soportado tales

(1) *El edd. Hamb.*; sancimus; *las ed.*

(2) *El texto griego de esta Novela (rúbrica XLV.) se halla en Hal. y Scrimg.—De está Novela, como si fuera la Novela 50., se hace mención y hay un breve epítome en Paratitlis ad Coll. cons. eccl. I. 5. 21.—Iulian. Const. 41.—Concio publicó en 1571 una antigua versión latina no glosada.*

propter novissimam absurditatem illa promereri se praemia, quae solis maximis dignitatibus reservavimus, quis non eorum habeat exosam invereundiam et stultitiam? Quapropter curiam exerceant huiusmodi omnes (1), et nimis ingemiscentes et curialibus subiaceant (2) functionibus, sicut etiam officialibus, ut dudum sancitum est, et nulla religio ab eiusmodi eos excipiat fortuna (horum enim nihil neque antiquorum qualibet legum, neque Novellarum dictum est), indigni tamen curiali sint honore. Et quoniam leges plurima curialibus praebent privilegia, et ut non caedantur, neque ad aliam ducantur provinciam, et alia plurima, horum nullo fruantur, sed si quid scriptum est de curialibus, quod non confert privilegium, hoc etiam in his valeat, et compleant corporalia et pecuniaria munera, et nulla ab his eripiat eos lex; honore vero fruantur nullo, sed sint in turpitudine fortunae, in qua et animam volunt esse. Sic igitur eis de hoc dispositum sit.

Cap. I

Illud quoque nuntiasti nobis (3) dignum quaestione tua natum. Quia enim haereticos testimonium perhibere prohibuimus, quando orthodoxi inter alterutros litigant, dantes eis per nostram constitutionem, si quidem inter alterutros misceantur illi et litigent, et uterque haereticus sit, actor et reus, posse testimonium perhibere, dignis adinvicem existentibus et litigantibus, et testimonium perhibentibus, si vero rursus haereticus sit et orthodoxus, contra haereticos quidem etiam valde dare testimonium orthodoxo, adversus orthodoxum autem nequaquam, orthodoxis quoque existentibus litigatoribus nullum esse penitus accessum illis ad testimonium perhibendum, docuisti igitur nos, quod quidam orthodoxi constituti refugiunt curialis esse fortunae, et necessitatem subire perhibendi testimonii eos, qui illis genere iuncti sunt, vel qui alias aliquo modo sciunt eorum fortunam; et quoniam lex eorum suspendit super orthodoxis testimonia, propterea iudices piguisse hoc (4) admittere, cumque (5) in vanum metuant invicem (6), qui huiusmodi dubitant recipere testimonium. Nam primum (7) quidem pro orthodoxis fiunt (hoc autem leges agere haereticos non prohibent), deinde si existentes curiales, postea contra fortunam reluctantes trahit quisquam ad curiam, et haereticos ad testimonium vocat, quomodo non hoc pro nostra agit republica? ut sit quidem respublica litigans orthodoxa, et maxime ex quo nos deus dedit imperare, qui autem super hoc testantur, pro orthodoxis perhibeant testimonium. Conversatio enim nostra recta est et plena orthodoxa fide, omni alia haeresi merito constituta sub odio.

Epilogus

Et hoc igitur tua eminentia custodiat, nostram cognoscens mentem, et quod reipublicae expedit

(1) *Bk. ed. estereotipada;* homines, *Cont.*
(2) *Bk.;* subiacesant, *omitela Cont.*
(3) *Bk.;* nobis, *omitela Cont.*
(4) *Mejor estaría* haec.

razones suyas, y de que inmediatamente no hayas castigado á los que tales cosas decían. Porque si hay algunos hombres, que ciertamente creen por virtud de grandísimo absurdo que ellos merecen los premios que hemos reservado solamente á las más grandes dignidades, ¿quién no tendrá por odiosa su desvergüenza y necedad? Por lo cual, desempeñen todos éstos los cargos curiales, y aunque se lamenten demasiado estén sujetos á las funciones curiales, así como también á las de los oficiales, según antes se dispuso, y ninguna religión los exima de tal condición, (porque nada de esto se dijo en alguna de las antiguas leyes, ni de las Novelas), pero sean indignos del honor curial. Y como las leyes conceden muchos privilegios á las curias, para que no sean azotados ni conducidos á otra provincia, y otros muchos más, no disfruten de ninguno de ellos, pero si respecto á los curiales se escribió algo, que no confiere privilegio, tenga ello validez también en cuanto á éstos, y desempeñen las cargas corporales y pecuniarias, y no los exima de ellas ninguna ley; mas no disfruten de ningún honor, sino estén en el estado torpe de su condición, en que quieren que también esté su alma. Y quede, pues, así dispuesto respecto á ellos sobre este particular.

Capítulo I

También nos denunciaste esto, que fué merecedor de consulta tuya. Porque como hemos prohibido que los hereges presten testimonio, cuando entre sí litigan ortodoxos, concediéndoles por una constitución nuestra, que si ellos ciertamente se mezclaran entre sí y litigaran, y ambos, el actor y el demandado, fueran hereges, pudiesen prestar testimonio, siendo dignos de litigar y de prestarse entre sí testimonio, y á su vez, si uno fuera herege y otro ortodoxo, pudiesen dar ciertamente testimonio á favor del ortodoxo contra los hereges, pero de ninguna contra el ortodoxo, sin que siendo ortodoxos los litigantes tengan áquéllos acceso alguno para prestar testimonio, nos hiciste saber que algunos que son ortodoxos rehuyen ser de la condición de los curiales, y tienen necesidad de prestar testimonio los que están unidos á ellos por parentesco, ó los que de algún otro modo saben la condición de los mismos; y como la ley prohibe los testimonios de ellos contra los ortodoxos, los jueces vacilan por ello en admitirlo, temiendo por su parte en vano los que dudan admitir tal testimonio. Porque en primer lugar se prestan ciertamente á favor de los ortodoxos, (pues las leyes no prohiben que los hereges hagan esto), y en segundo lugar porque si á los que son curiales y después se resisten contra su propia condición los trae alguno á la curia, y llama á hereges á prestar testimonio, ¿acaso no lo hace esto en favor de nuestra república, siendo ciertamente ortodoxa la república que litiga, y principalmente desde que Dios nos concedió ejercer el imperio, y prestando testimonio á favor de los ortodoxos los que sobre esto atestiguan? Porque nuestra manera de ser es recta y está impregnada por la fe ortodoxa, odiándose con razón toda otra heregía.

Epílogo

Por tanto, guarde también esto tu eminencia, conociendo nuestra intención y recordando lo que

(5) quum, *Bk.; quizá se debería leer* utique.
(6) invicem, *omitela Bk.; quizá el antiguo traductor escribió* in vanum metum incidunt.
(7) *Bk. ed. estereotipada;* Nam, *omitela Cont.*

commemorans, et sciens per omnia, quia illa nobis agere et sancire lege studii est, quaecunque nostrae prosunt reipublicae.

Datum XV. Kal. Septemb. Contantinop. post cons. Belisarii V. C. ann. II. [537.]

CONST. XLVI (1)

DE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM ALIENATIONE ET SOLUTIONE

(Coll. V. tit. I.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *gloriosissimo sacrorum per Orientem Praeteriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Et circa leges studium, et alia omnia a nobis ideo quotidie cum labore aguntur, ut utilitatem nostris subiectis inveniamus, quod effusum quidem et immensum (2) est removentes, quod autem optimum (3) et metitum subrogantes. Saepe quoque ex studio propter priorem immensitatem etiam ultra mensuram legem constriximus (4), ut quod primitus effluebat retinentes, ita aequalitatem de cetero introduceremus. Nuper igitur scripsimus legem sanctissimis (5) ecclesiis omnibus, et monasteriis, et reliquis venerabilibus domibus, nullam esse (6) eis rerum immobilium alienationis licentiam permittentem (7). Videbamus enim causam effusam, et paulatim ad alios ecclesiasticas migrantes possessiones, neque pretiis solutis dignis, neque opere inevitabili imminente alienatis, sed etiam contra positas iam leges decies millies circumventiones factas. Quocirca primam perimentes viam, omnibus similiter innaccessibilem contra eas facimus circumventionem (8). Sed hinc plerumque (9) quidem sanctissimarum ecclesiarum aliarumque venerabilium domuum utilitatem habuerunt possessiones, nullo has minuere praesumente. Occurrit tamen etiam aliquid difficile. Debita enim aut longo tempore constituta, aut etiam postea ex quadam necessitate, et maxime per fiscales occasiones eis accidentia ad alienationis necessitatem sacras perduxerunt domos. Mobili enim non exstante substantia sufficiente periclitabantur in novissimam venire necessitatem harum praesules, neque vendere potentes, neque unde debita solverent habentes. Sed pro talibus quidem debitis posse pro solutione creditoribus dari possessiones ecclesiasticas, tamen cum competente subtilitate et observatione facienda solutione, iam saepe permisimus, sicut neque palam hoc nostra prius permisimus (10) lege. Si vero non privatus aliquis est creditor, sed imminet (11) fiscus et exigit debita, est autem inopia pecuniarum, accipere vero immobilem possessionem impossibile est fiscum, hic relaxare aliquid subtilitati legis competere iudicavimus, et si qua

(1) *El texto griego se halla en Scrimg., y falta en Hal.— Esta Novela está en Coll. 87. capit. cap. 13, y en (Ioannis) Nomoc. App. XI.; hay epitomes de la misma en Coll. const. eccl. III. 2. 8., y los Paratitla ad const. eccl. I. 2. indican brevemente lo que en ella se dispone, pero refiriéndose á la Novela como si fuese la de número 11.— Iulian. const. 14.— La versión latina es la antigua de la glosa.*

(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; immensumque, *Cont.*

(3) *El cód. Hamb.*; et optimum, *las ed.*

(4) *El cód. Hamb., y Cont.*; construximus, *Trid., y Port.*

(5) *El cód. Hamb.*: de sanctissimis, *las ed.*

Tomo VI — 27

conviene á la república, y teniendo del todo sabido que tenemos empeño en hacer y sancionar en la ley lo que es provechoso á nuestra república.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, en el año segundo después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION XLVI

DE LA ENAJENACIÓN Y DEL PAGO DE LOS BIENES INMUEBLES ECLESIÁSTICOS

(Colección V. título I.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto del sacro Pretorio de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Diariamente se hacen con trabajo por nosotros el estudio de las leyes y todas las demás cosas, á fin de hallar utilidad para nuestros súbditos, rechazando lo que ciertamente es difuso y desmesurado, y subrogando en su lugar lo que es mejor y mesurado. Y también muchas veces restringimos de intento desmesuradamente la ley á causa de su anterior inmensidad, á fin de introducir así igualdad para lo sucesivo, reduciendo lo que en un principio era desmesurado. Así, pues, escribimos hace poco para todas las santísimas iglesias, monasterios, y demás venerables casas una ley, que no les permite facultad alguna para la enajenación de bienes inmuebles. Porque veíamos que la materia era difusa, y que paulatinamente pasaban á otros las posesiones eclesiásticas, sin haberse pagado el debido precio, ni haber sido enajenadas por apremiar inevitable necesidad, pero habiéndose cometido diez mil fraudes aun contra las leyes ya establecidas. Por lo cual, cerrando el primer camino, hicimos igualmente inaccesible para todos el fraude contra ellas. Mas por esto obtuvieron ciertamente en la mayoría de los casos utilidad las posesiones de las santísimas iglesias y de otras venerables casas, no atreviéndose nadie á disminuirlas. Pero ocurre también alguna dificultad, pues deudas contraídas ó desde largo tiempo, ó aun después por alguna necesidad, y que principalmente les sobrevenían con ocasión del fisco, llevaron á las sagradas casas á la necesidad de enajenar. Porque no existiendo suficientes bienes muebles se hallaban los que estaban al frente de aquellas en peligro de caer en extrema necesidad, no pudiendo vender, ni teniendo con que pagar las deudas. Mas ya muchas veces permitimos, como quiera que esto no lo concedimos antes claramente en nuestra ley, que, á la verdad, por tales deudas se les pudieran dar en pago á los acreedores posesiones eclesiásticas, bien que debiéndose hacer el pago con la correspondiente escrupulosidad y formalidad. Pero si el acreedor no es algún particular, sino que el fisco

(6) *El cód. Hamb., Trid., y Cont.*: esse, *omitela Port.*

(7) *El cód. Hamb., Port., y Cont.*; permittentes, *Trid.*

(8) *El cód. Hamb.*; inaccessibiles contra eas facimus circumventiones, *Trid., y Port.*; inaccesibilem contra earum facimus circumventiones, *Cont.*

(9) *El cód. Hamb., y Trid.*: plerique, *Port.*; pleraeque, *Cont.*

(10) *El cód. Hamb., Port., y Cont.*; permittimus. *Trid.*; *parece que se debería escribir* peremimus.

(11) praeminet, *el cód. Hamb., pero* praeimminet, *por segunda mano*; praeminet, *Trid., y Port.*

necessitas huiusmodi fiat, etiam alienationem sinere perspeximus.

Cap. I

Sancimus igitur, si sanctarum aliqua ecclesiarum aut reliquarum colendarum domuum fiscales debeat functiones, et unde faciat harum redditionem, non habeat, convenire omnes in unum et qui ex clero sunt, et deo amabilem episcopum eius civitatis, insuper et metropoleos, et sacris propositis eloquiis causam examinari, et si non apparuerit ullus quaestus citra alienationem immobilis rei, valens solvere fiscale debitum, tunc licentiam eis esse, sententia tali procedente, et decreto celebrato apud provinciae iudicem, etiam possessiones immobiles contingere, et eas alienare ad solutionem debiti, ementibus quidem in fiscum solventibus, et desuscepta inde percipientibus, et subeuntibus fiscale debitum, et cautelam inde habentibus, et nihil metuentibus primitus positam legem, (vendentibus vero sine culpa quoad legem) (1) constitutis, etiam fiscalibus desusceptis insinuatis inter monumenta gestorum, deponentibus iis, qui fecerunt ea, ut et apud sanctissimas ecclesias salventur clara (2) desuscepta, eo quod et (3) fiscalia soluta sint tributa, et omnia secundum nostram legem gesta sint; non potentibus aliquibus fingere fiscale debitum, et ita ad alienationes immobilium (4) accedere. Ideo enim et decreti factionem permisimus, ut et fiscale debitum testimonio pandatur, et ex quantis descendit temporibus, et quotiam non pecuniis solutum est, sed in necessitatem alienationis venit, ut veritas undique protestata sit; omnibus coram sacris evangeliis agendis, scientibus et episcopis, et clericis, et aliis omnibus, quia deus respiciet, quae geruntur ab eis, et si quid egerint per dolum, aut lucrum, aut machinationem, hoc in suis recipient animabus viventes ac morientes.

Cap. II

Si vero privatus aliquis creditor fuerit, possit secundum pro soluto schema accipere immobiles possessiones, hic quoque decreto faciendo, pro mensura vero eorum debitorum assignandis eis possessionibus; si vero fiscale debitum fuerit potentibus eis ad alienationem immobilium accedere secundum priorem observationem, ut nihil desit neque subtilitatis neque communis utilitatis.

Cap. III

His autem universis sanctissimam maiorem ecclesiam felicissimae huius urbis, et eius confinia, et orationum domos, quarum ipsa curam suscepit, omnibus excipimus modis, quae iam de hoc sancita sunt a nobis in sua virtute durantibus. Si autem et aliqua monasteria sub eadem sanctissima maiore ecclesia sint, ea sub praesentem facimus legem, forinsecus provinciis (5) eam constituentes solum,

(1) *Bk.*; vendentibus—legem, *omitenlas el cód. Hamb., y las ed.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; data, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*

apremia y exige débitos, y hay falta de dinero, y es imposible que el fisco reciba la posesión de un inmueble, en este caso hemos juzgado que era procedente suavizar algo la severidad de la ley, y hemos determinado permitir también la enajenación, si se presentara alguna semejante necesidad.

Capítulo I

Mandamos, pues, que si alguna de las santas iglesias ó de las demás venerables casas debiera contribuciones fiscales, y no tuviese con qué hacer su pago, se reunan todos los que son del clero, y el obispo de aquella ciudad, amante de Dios, y además el de la metrópoli, y teniendo á la vista las sagradas escrituras examinen el caso, y si prescindiéndose de la enajenación de algún inmueble no apareciere ninguna renta que pueda pagar la deuda fiscal, tengan entonces licencia, profiriéndose tal resolución, y acordándose decreto ante el juez de la provincia, para tocar también á las posesiones inmuebles, y enajenarlas para el pago de la deuda, pagándole ciertamente los compradores al fisco, recogiendo por ello los recibos, tomando la deuda fiscal, teniendo seguridad por esto, y no temiendo para nada la ley, primeramente establecida, (pero estando sin culpa en cuanto á la ley los vendedores), y siendo también insinuados los recibos fiscales en documentos de actuaciones, y depositándolos los que los hicieron, para que también se conserven en poder de las santísimas iglesias recibos expresivos de que se pagaron los tributos fiscales, y de que todo se hizo con arreglo á nuestra ley; no pudiendo nadie fingir una deuda al fisco, y llegar así á la venta de inmuebles. Porque hemos permitido que se haga un decreto, para que se haga patente por testimonio lo adeudado al fisco, de qué tiempo data, y por qué no ha sido pagado con dinero, sino que se ha llegado á la necesidad de la enajenación, á fin de que en todo se halle atestiguada la verdad; debiéndose hacer todo ante los sacros evangelios, y sabiendo los obispos, los clérigos, y todos los demás, que Dios verá lo que se hace por ellos, y que si hicieren alguna cosa por dolo, ó lucro, ó maquinación, lo llevarán sobre su alma en vida y al morir.

Capítulo II

Pero si el acreedor fuere algún particular, pueda recibir en pago posesiones inmuebles, haciéndose también en este caso decreto, pero debiéndoseles asignar á ellos posesiones con arreglo á la cuantía de lo que se les debe; mas si la deuda fuere al fisco, podrán ellos llegar á la enajenación de bienes inmuebles en la forma anterior, de suerte que no falte nada de escrupulosidad, ni de utilidad común.

Capítulo III

Mas de todas estas disposiciones exceptuamos en absoluto la santísima iglesia mayor de esta felicísima ciudad, su término, y las casas de oración, cuyo cuidado tomó la misma sobre sí, subsistiendo en su vigor lo que sobre esto ha sido ya sancionado por nosotros. Pero si también hubiera algunos monasterios dependientes de la misma santísima iglesia mayor, los ponemos bajo la presente ley, estable-

(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; rerum, *adicionan Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; forinsecis provinciis, *Port.*: forinsecis in provinciis, *Cont.*

in quibus multa quaedam (1) est inopia pecuniarum, per quam sanctissimae ecclesiae solvere per pecunias debita non valuerunt.

Epilogus

Tua igitur celsitudo quae placuerunt nobis cognoscens, secundum haec procedere super sacris rebus alienationes custodiat.

Dat. XIV. Kal. Sept. Contantinop. post cons. Belisarii V. C. anno secundo. [537.]

CONST. XLVIII (2)

UT PRAEPONATUR NOMEN IMPERATORIS DOCUMENTIS, ET UT LATINIS LITTERIS APERTIUS TEMPORA INSCRIBANTUR

(Coll. V. tit. 3.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *Praefecto praetorio iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Illud omnium esse (3) honestius putandum documentum, et gesta, et quod omnino pro temporis memoria hominibus adinventum est, quod ipsa quoque commemoratione ornatur imperii. Consules etenim, et indictiones, et quodcunque (4) indicium temporum omnino est apud nos, sunt quidem forsan et haec significativa horum, quae volunt, non tamen nos aliquod horum perimimus, sed maiorem adiectionem eis imponimus, ut ex maioribus et perfectioribus eis temporum designetur cursus. Si quis enim respexerit ad vetustissima omnium (5) et antiqua reipublicae, Aeneas nobis, Troianus rex, reipublicae princeps, et nos quidem Aeneade ab illo vocamur, sive quis etiam ad secunda principia respexerit, ex quo pure Romanorum nomen apud homines coruscavit, reges eam constituerunt Romulus et Numa, ille quidem civitatem aedificans, hic autem eam legibus ordinans et exornans, sive etiam tertia principia sumat quilibet imperii, Caesarem maximum et Augustum Pium, et ita rempublicam nobis inveniet hanc, quae nunc est, valentem, sitque immortalis ab illis procedens (6). Erit ergo absurdum in documentis et iis, quae in iudiciis aguntur, et absolute in omnibus, in quibus memoria quaedam fit temporum, non imperium his praeponi.

Cap. I

Unde sancimus, eos, quicunque gestis ministrant sive in iudiciis, sive ubicunque conficiuntur acta, et tabelliones, qui (7) omnino qualibet forma documenta conscribunt in hac magna civitate, sive in aliis gentibus omnibus, quibus nos praesidere dedit deus, hoc modo incipere in documentis: Imperii illius sacratissimi Augusti Imperatoris anno toto (8) et post illa inferre consulis appellationem,

(1) *El cód. Hamb.*: quidem, *las ed.*
(2) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.—Bas. XXII. 2. 2. Schol. f. g. — Iulian. const. 42. — La versión latina es la antigua de la glosa.*
(3) *El cód. Hamb.*; honestius esse, *las ed.*

ciéndola solamente para las provincias de fuera, en las que hay mucha escasez de dinero, por causa de la que no pudieron las santísimas iglesias pagar con dinero sus deudas.

Epílogo

Por tanto, conociendo tu excelsitud lo que nos ha parecido bien, cuide de que las enajenaciones de bienes sagrados se verifiquen con arreglo á ello.

Dada en Constantinopla á 14 de las Calendas de Septiembre, en el año segundo después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCIÓN XLVIII

DE QUE EN LOS DOCUMENTOS SE ANTEPONGA EL NOMBRE DEL EMPERADOR, Y DE QUE LAS FECHAS SE ESCRIBAN CON MÁS CLARIDAD CON LETRAS LATINAS

(Colección V. título 3.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Entre todos se ha de considerar más respetable el documento, el acta, y en general el instrumento que por los hombres se inventó para memoria de un tiempo, que está también decorado con la misma conmemoración del imperio. Porque los cónsules, las indicciones, y en general cualquier indicio de los tiempos, que utilizamos, son ciertamente también significativos acaso de lo que uno quiere, y no abolimos nosotros cosa alguna de estas, sino que les agregamos mayor aditamento, para que con otras de más entidad y más perfectas que ellas se designe el curso del tiempo. Porque si alguno echare una ojeada á los tiempos más remotos de todos y antiguos de la república, Eneas, rey Troyano, fué para nosotros el fundador de la república, y por él somos ciertamente llamados nosotros Eneades, y si alguien también se fijare en los segundos comienzos, desde que brilló con esplendor entre los hombres el nombre de los romanos, la constituyeron Rómulo y Numa, aquél ciertamente edificando la ciudad, y éste ordenándola y enalteciéndola con leyes; y si también tomase cualquiera los terceros comienzos del imperio, hallará al muy grande César y á Augusto Pío, y de este modo subsistiendo esta república, que ahora existe, y que sea inmortal, procediendo de ellos. Será, pues, absurdo que en los documentos y en las actuaciones que se hacen en los juicios, y absolutamente en todos aquellos instrumentos en que se hace alguna memoria del tiempo, no se anteponga el imperio.

Capítulo I

Por lo cual, mandamos, que los que prestan servicio en actuaciones, ya sea en los juicios, ya donde quiera que se hacen actas, y los notarios, y los que en general escriben documentos en una forma cualquiera en esta grande ciudad, ó en todas las demás regiones, sobre las que Dios nos concedió presidir, comiencen de este modo en los documentos: En el año tal del imperio de tal sacratísimo Augusto Em-

(4) et quod, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(5) *El cód. Hamb.*: hominum, *las ed.*
(6) procedentem, *Bk. ed. estereotipada.*
(7) et qui, *Bk.*
(8) tali, *el cód. Hamb.*; tertio, *Trid., y Port.*

qui in illo anno est, et tertio loco indictionem, mensem et diem. Sic enim per omnia tempus servabitur, et pro imperii memoria, atque consulatus ordine, et reliqua observatione interposita documentis inadulterata haec valde constituentur.

§ 1.—Si qua vero apud orientis habitatores aut alios homines observatio custodiatur in civitatum temporibus, neque huic invidemus, sed praescribatur quidem imperium, sequatur vero, sicut dictum est, consul, et indictio, atque mensis, et dies, secundum quam geruntur et conscribuntur quae aguntur, et tunc inferatur (1) etiam civitatis omnibus modis annus. Nos enim auferimus quidem priorum nihil, imperiali vero additamento causam augemus. Et inchoetur mox auctore deo a procedente (2) prima indictione, ita quodammodo eis scribentibus: Imperii Iustiniani sacratissimi Augusti et Imperatoris anno XI. (3), post consulatum Flavii Belisarii clarissimi viri anno II., die ante tot et tot Kalendas (4), sicque in omnibus nominentur imperii anni, et nostri, in quantum eos deus elongaverit, et de cetero Imperatorum. Palam namque est, quia nunc quidem annum XI. nostri scribunt imperii, inchoante vero Aprili mense, et prima die, in qua nos deus Romanorum superposuit rebus, XII. annum scribent, et ita de cetero, donec nostrum deus imperium extenderit, ut nobis etiam haec causa super leges et harum celebrationem continue maneat immortalis, dum memoria imperii omnibus simul interfuerit causis atque temporibus.

Cap. II

Illud quoque adiicimus, quoniam (5) hi, qui tempus in iudiciis designant, cum incertis illis et antiquis litteris haec declarant, observetur in omni iudicio, ut post illas litteras antiquitatis alias subdant, id est has communes et omnibus notas, et quae legi ab omnibus facile possint, et significare gestorum tempus, ut non fatigentur requirentes id tempus, deinde errantes exspectent, donec hominem quemcunque comperiant litteras illas pro veritate lecturum, sed si quidem reliqua etiam post praescriptionem incertarum litterarum sint graecae (6) vocis, graecis litteris subdi tempus, si vero latinus quidem totius chartae consistat ordo, latinis quidem perscribatur (7) tempus, interpositis illis incertis elementis, clariorem tamen ordinem habentibus litteris, quas liceat omnibus legere omnino syllabarum latinarum non (8) ignaris.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem et in hac maxima civitate, et in provinciis universis, quibus

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* inseratur, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* praecedente, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* XI., *omitela Cont.*
(4) anno II., IX. Kal., *el cód. Hamb., y Trid.;* anno II. IX. cal. Iunii, *Port.*
(5) quia *inserta antes de* quoniam, *Bk.*

perador, y después de esto escriban el nombre del consul, que hay en aquel año, y en tercer lugar la indicción, el mes y el día. Porque de este modo se conservará íntegramente la fecha, y con la memoria del imperio, y el orden del consulado, y las demás circunstancias consignadas en los documentos, se hará que éstos sean perfectamente inalterables.

§ 1.—Mas si entre los habitantes del Oriente ó entre otros hombres se guardara alguna observancia respecto á las fechas de las ciudades, tampoco la miraremos mal, con tal ciertamente que se escriba antes el imperio, y sigan, según se ha dicho, el consul, la indicción, el mes, y el día en que se hace y se escribe lo que se hace, y entonces se inserte de todos modos también el año de la ciudad. Porque nosotros no suprimimos ciertamente nada de lo anterior, sino que aumentamos la cosa con el aditamento del Emperador. Y comiéncese inmediatamente con el favor de Dios desde la corriente primera indicción, escribiéndose en cierto modo así: En el año undécimo del imperio del sacratísimo Augusto y Emperador Justiniano, segundo año después del consulado de Flavio Belisario, muy esclarecido varón, en el día tantos de tales Calendas, y así, en todos los documentos se nombrarán los años del imperio, así nuestro, en tanto que Dios los prolongare, como de los sucesivos Emperadores. Porque es manifiesto, que ahora ciertamente escriben undécimo año de nuestro imperio, pero que al comenzar el mes de Abril, y desde el día primero, en el que Dios nos puso al frente de la república de los romanos, escribirán año duodécimo, y así sucesivamente mientras Dios prolongare nuestro imperio, de suerte que también esto, además de las leyes y de su promulgación, subsista siempre duradero para nosotros, por cuanto en todos los negocios y tiempos se habrá hecho mención del imperio.

Capítulo II

También agregamos esto, que, como los que en los juicios designan la fecha la declaran con aquellas inciertas y antiguas letras, se observe en todo juicio que después de aquellas letras antiguas pongan otras, esto es, las comunes y de todos conocidas, y que fácilmente puedan ser leídas por todos, y significar la fecha de lo que se hizo, de suerte que no se fatiguen los que busquen esta fecha, y andando después errantes esperen encontrar un hombre cualquiera que con verdad haya de leer aquellas letras, pero que si verdaderamente después de la escritura de las letras inciertas lo demás también estuviera en lengua griega, se ponga á continuación la fecha en letras griegas, y si el contexto de todo el documento fuera ciertamente latino, escríbase la fecha en caracteres latinos, puestos á continuación de aquellos otros inciertos, pero teniendo un orden más claro las letras, las cuales sea posible que las lean todos los que no sean por completo desconocedores de las sílabas latinas.

Epílogo

Por tanto, haga manifiesto tu eminencia tanto en esta muy grande ciudad, como en todas las provincias en que preside, lo que nos ha parecido bien y ha

(6) *El cód. Hamb. por segunda mano;* si graecae sint, *Trid., Port., y Cont.;* litterarum graecae sint, *Bk.*
(7) *El cód. Hamb., y Cont.;* praescribatur, *Trid., y Port.;* subscribatur, *Bk.*
(8) non, *omitenla el cód. Hamb., Trid., y Port.*

praeest (1), manifesta constituat, ut nullus praesumat aliter numerare tempus, aut aliud agere, sed ita, sicut dudum decrevimus.

Datum prid. Kal. Sept. Constantinop., imperante IUSTINIANO perp. Augusto anno undecimo, post consulatum BELISARII V. C. anno secundo. [537.]

CONST. XLVII (2)

DE IUREIURANDO A MORIENTE PRAESTITO PROPTER MENSURAM SUAE SUBSTANTIAE

(Coll. V. tit. 2.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *Praefecto Praetorio iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Semper hanc unam habemus intentionem, dispositionea morientium esse firmas, nisi resultent legi, et aperte contrariae sint iis, quae illi placent. Scimus igitur (et in causis) (3) motum (4) et adnuntiatum nobis, quia, quum testaretur quidam, cum iureiurando suam substantiam omnem dixit, et quia hanc solam relinquit (5) suis heredibus, aliqui vero eorum heredum ad hoc resultant, non iuste facientes, quia substantiae quidem illius heredes fiunt, et in hoc acquiescunt iis, quae ab eo disposita sunt, quae vero dixit cum iureiurando, nequaquam haec rata manere, neque custodire ea secundum competentem modum volunt, quum utique nostris videtur legibus una quodammodo esse persona (6) heredis, et eius, qui in eum transmittit hereditatem, ideoque nullus eidem sibimet edicit reluctari, et quod dixit atque iuravit ratum esse, hoc nolle valere, sed contra proprios reluctari sermones.

Cap. I

Sancimus igitur, si quis descriptionem faciens sive propria manu, sive per alterius quidem scripturam, a se autem subscriptam, aut in suis testamentis substantiae suae mensuram faciat manifestam, heredibus forte aliis quidem absentibus, aliis vero praesentibus (7), aut etiam omnibus praesentibus, non licere heredibus contra hoc resultare, neque dicere, quia aliquis heredum celaverit res extra ea, quae dicta sunt a defuncto; sed si quidem iusiurandum moriens praebuerit, et iuraverit secundum sua testamenta, quia nihil est aliud ei praeter haec, hoc amplecti heredes, sive filii, sive etiam extranei sint, et neque tergiversari, neque calumniari suos coheredes, neque ob hoc servos quaerere ad tormenta deducere, et alia similia discutere et perscrutari, quae solius sunt contentionis, alterius autem penitus nullius, utpote dum substantia videatur esse tanta, quantam testator iurans et (8) hanc solam apud heredes inveniri voluit (9).

§ 1.—Sed haec quidem inter heredes, qui curiosi videntur in defuncti esse substantia, valere volu-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; praees, *Port., y Cont.*
(2) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.—Bas. XLI. 6, Schol. a.-Iulian. const. 43. — La versión latina es la antigua de la glosa.*
(3) et in causis, *suplió Bk., atendiendo al texto griego.*
(4) *El cód. Hamb., y Cont.*; notum, *Trid., y Port.*
(5) *El cód. Hamb.*; reliquit, *las ed.*

sido declarado por esta sacra ley, á fin de que nadie se atreva á contar el tiempo, ó á hacer lo demás, de otro modo, sino así como antes hemos decretado.

Dada en Constantinopla á 1 de las Calendas de Septiembre, en el año undécimo de ser Emperador JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION XLVII

DEL JURAMENTO PRESTADO CON MOTIVO DE LA CUANTÍA DE SUS BIENES POR EL QUE FALLECE

(Colección V. título 2.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Siempre tenemos esta única intención, la de que sean firmes las disposiciones de los que fallecen, si no se oponen á la ley, y no son manifiestamente contrarias á lo que á aquella le parece bien. Pero sabemos, cosa que se ha ventilado en litigios y que se nos ha denunciado, que cuando uno testa declara con juramento todos sus bienes, y que sólo estos deja á sus herederos, pero que algunos de estos herederos se vuelven contra ello, no obrando con justicia, porque ciertamente se hacen herederos de los bienes de aquel, y con esto prestan aquiescencia á lo que por él se dispuso, mas de ninguna manera quieren que lo que declaró con juramento sea válido, y guardarlo ellos en la forma que corresponde, á pesar de que á nuestras leyes les parece ciertamente que en algún modo es una sola la persona del heredero y la del que á él le transmite la herencia, y por esto nadie dice que lucha consigo mismo, y no quiere que sea válido lo que dijo y juró que era válido, sino que se vuelve contra sus propias manifestaciones.

Capítulo I

Así, pues, mandamos, que si alguno hiciera inventario ó por su propia mano, ó ciertamente por medio de escritura de otro, pero firmada por él, ó si en su testamento manifestara la cuantía de sus propios bienes, hallándose quizá ausentes unos herederos, y presentes otros, ó aun estando todos presentes, no les sea lícito á los herederos volverse contra esto, ni decir que alguno de los herederos ocultó bienes además de los que fueron declarados por el difunto; sino que si ciertamente hubiere prestado juramento el que fallece, y hubiere jurado en su testamento que no tiene nada más que aquello, acéptenlo los herederos, ya sean hijos, ya extraños, y no lo contrarien, ni calumnien á sus coherederos, ni pretendan por esto someter esclavos al tormento; ni discutir é investigar otras cosas semejantes, que tienen el solo objeto de contienda, pero absolutamente otro ninguno, puesto que se considera que los bienes son tantos cuantos el testador juró, y los únicos que quiso que tuviesen los herederos.

§ 1.—Mas esto ciertamente queremos que tenga validez entre los herederos, que parece que son in-

(6) *Bk.*; unam—personam, *el cód. Hamb., y las ed.*
(7) *El cód. Hamb.*: aliis vero praesentibus aliis quidem absentibus. *Trid.*; aliis quidem praesentibus aliis vero absentibus, *Port., y Cont.*
(8) et, *omítenla el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(9) venire voluerit, *el cód. Hamb.*; invenire voluit, *Trid.*

mus, non tamen hoc ratum esse et inter creditores, eo quod nostris declaratum est legibus, quaecunque quilibet pro se dixerit aut scripserit, haec nihil ei prodesse, neque creditoribus praeiudicare, sed illis licentia sit omnia perscrutari quo volunt modo, heredes autem contentos esse iis, quae a testatore dicta sunt. Sitque poena negotii inter heredes, ut qui adversatur iis, quae relicta sunt, eis non possit omnino frui, necessitate imminente aut obedire omnibus, aut universa contemnere, et non haec quidem eligere, his vero resultare, sed defuncti voluntatem ab eius successoribus ita servari, ut in nullo ei contradici praesumatur. His valentibus in reliquo tempore universo, et in omni negotio nondum moto in iudicio, neque iudiciali sententia aut interventione amicabili transacto.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem cognoscens, solenniter per programmata propria manifesta faciat universis.

Dat. XV. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Belisarii V. C. anno secundo. [537.]

CONST. LVIII (1)

DE HIS, QUI INGREDIUNTUR AD APPELLATIONEM, ET QUANDO PER SCRIPTURAM MANUS PROPRIAE FIAT COLLATIO LITTERARUM, ET DE IUREIURANDO DILATIONIS, ET UT CONIUGATUR IURIIURANDO CALUMNIAE

(Coll. V. tit. II.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *Praefecto Practorio iterum, Excousuli et Patricio.*

Praefatio

Volubile hoc et humanum, et quod manere idem nunquam valet, sed fit quidem semper, manet autem nunquam, et legislationibus introducit aliquem tumultum, et iis, quae videntur se habere recte et firme posita iudicantur. Sed et ea, quae subtili observatione cauta sunt, plerumque turbavit emergentium varietas causarum. Scimus enim, quia dudum correximus, quod male et dolose circa appellationes agebatur, quia hoc solo, ut cognitionem introducerent in iudicium, appellantes contenti, et personam facientes firmam aut per unam partem, aut etiam per cognitionem (hoc enim indifferens est), relinquebant causam, et victori omnino erat inexplicabilis victoria, non valenti neque iis, quae erant indicata, frui propter appellationem, neque appellationem examinari posse propter absentiam appellantis.

§ 1.—Haec nos dudum sancientes correximus, annum quidem deputantes appellationem offerenti, sive ipsi secundum se ingredienti, sive communiter, quatenus intra hunc litem exsequatur, et mereatur quae iusta sunt, et non relinquat ea sine

vestigadores de los bienes del difunto, pero no que sea válido también respecto á los acreedores, porque está declarado en nuestras leyes, que cualquiera cosa que á su favor hubiere uno dicho ó escrito, no le aprovecha á él en nada, ni les perjudica á los acreedores, sino que éstos tendrán facultad para investigarlo todo del modo que quieran, pero los herederos se contentarán con lo que se dijo por el testador. Y haya para los herederos la pena del negocio, de suerte que el que se opone á lo que se dejó, no pueda en absoluto disfrutar de ello, siendo para él apremiante la necesidad ó de acatarlo todo, ó de rechazarlo todo, y no pudiendo ciertamente elegir unas cosas, y oponerse á otras, sino que de tal modo se guarde por sus sucesores la voluntad del difunto, que ninguno se atreva á contradecirla en nada. Debiendo valer estas disposiciones en todo el restante tiempo, y en todo negocio todavía no llevado á juicio, ni transigido por sentencia judicial ó por amistosa intervención.

Epílogo

Por tanto, conociendo tu eminencia lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, hágalo manifiesto á todos en la forma acostumbrada por medio de edictos propios.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, en el año segundo después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION LVIII

DE LOS QUE INTERPONEN APELACIÓN, Y DE CUÁNDO SE HARÁ COTEJO DE LETRAS MEDIANTE ESCRITURA DE PROPIA MANO, DEL JURAMENTO DE DILACIÓN, Y DE QUE SE AÑADA AL JURAMENTO DE CALUMNIA

(Colección V. título II.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Lo voluble y lo humano, y lo que nunca puede subsistir siendo lo mismo, sino que ciertamente se hace siempre, pero nunca permanece, introduce alguna perturbación en la legislación y en lo que parece que se halla bien y se juzga que está firmamente establecido. Mas también muchas veces la variedad de casos que surgen perturba lo que fué dispuesto con escrupulosa observación. Porque sabemos que antes corregimos lo que mala y dolosamente se hacia en las apelaciones, pues los apelantes se contentaban con esto solo, con interponer en el juicio la apelación, y afianzando la personalidad ó por una sola parte, ó aun por medio del conocimiento de la apelación, (porque esto es indifete), abandonaban el litigio, y para el vencedor era absolutamente inexplicable su victoria, no pudiendo disfrutar de lo que se habia juzgado, á causa de la apelación, y no pudiéndose examinar la apelación por razón de la ausencia del apelante.

§ 1.—Hace poco que dando una disposición corregimos esto, señalándole ciertamente un año al que interpone la apelación, ya si él mismo compareciera solo en ella, ya si en común, á fin de que dentro de este año prosiga el litigio y obtenga lo que

(1) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.— Esta Novela se encuentra reproducida en las Bas. en diversos lugares de las mismas. — Iulian. const. 44. — La versión latina es la antigua de la glosa.*

provisione, deinde propter clementiam, si per occasionem iudicis appellatio prolongetur, aut per aliam quamlibet causam inevitabilem, etiam alium adiicientes annum, post quem, nisi litem compleverint, ratam manere victoris sententiam sancimus. Haec itaque placuerunt nobis, et communi lege conscripta sunt, et obtinere legem hanc volumus et observationem illius.

§ 2.—Sed plurimi interpellaverunt nos, dicentes, se quidem denuntiasse appellantibus, et voluisse litem examinari, non tamen ab ipsis iudicibus impetrare valuisse propter quasdam forsan inevitabiles occupationes. Alii vero etiam ventorum immensitatem accusaverunt, et quia navigare non licuisset de provincia, contrariis flantibus ventis, per terram vero venire non valentes propter inopiam, aut certe quia in insula commanentes aliter, nisi per mare, venire non poterant, et propterea non valuerunt examinare usque ad finem negotium neque secundo anno, et quidam tempestatum acerbitatem, alii languorem inevitabilem, quae omnia ex ipsis agnoscimus rebus nobis insinuatis. Unde nos haec iuste moverunt, et legem transcendere nolentes, et iis, qui per talem quandam fortunae circumventionem laeduntur, dare praesidium possibile cupientes.

Cap. I

Quid ergo agere oportebat, nisi ad legem aliam respicere, quae digne causam iuvaret? Observatio siquidem reliqua praedictae legis nostrae, sicuti praediximus, per omnia custodiatur. Si vero pro veritate inevitabile quid (1) evenerit, et qui appellationis litem exsequitur non observet, licet (2) ingressum ad (3) fatalem fecerit, non occurrat, et (4) periclitetur biennii compendio (5) tempus, tunc confirmari victoris sententiam (quod etiam prior nostra dicit lex), sed cum quadam subdivisione, quam praesenti (6) adiicimus. Quia enim victores iuvimus, immensitatem temporis figentes (7) iis, qui appellationem quidem et per fatalem ingrediuntur, non tamen ulterius examinationem subire volunt, aut etiam in mediis certaminibus relinquunt eam, propterea parvo quodam victores minuentes, consideravimus bene forte quod decet. Volumus etenim eum, qui vicit causam, si voluerit pro veritate firmari sententiam, non ex circumventione, nec ex tempore quodam, sed ex ipsa rerum veritate, etiam deserente eo, qui appellationem obtulit, ingredi, et hoc ipsum accusare, et quaerere desertorem, et sive invenire eum valuerit, sive ille non appareat, suas allegationes deducere ad medium, quippe biennio instante, ad finem tamen, ita ut unus forte supersit negotio mensis; et si quidem apparuerit superior, firmam esse sententiam, si vero inferior circa certamina, etiam eo, qui appellationem obtulit et fatalem ingressus est, non observante causam, suscipiat ex iure decretum; illo tantummodo adiecto, ut, sive obtineat causam is, qui etiam prius vicit, sive circa eam minor inveniatur, expensas ei modis omnibus post appellationis ingressum factas desertor praestet.

es justo, y no lo deje sin proveer, añadiendo después por razón de clemencia, si la apelación se prolongara por motivo del juez, ó por otra cualquiera causa inevitable, también otro año, después del cual, si no hubieren terminado el litigio, mandamos que permanezca firme la sentencia del vencedor. Y esto así nos pareció bien, y fué consignado en una ley general, cuya ley y su observancia queremos que estén en vigor.

§ 2.—Pero muchos se nos dirigieron, diciendo que ellos ciertamente hicieron la manifestación á los jueces de la apelación, y quisieron que se examinara el litigio, pero que no lo habian podido impetrar de los mismos jueces acaso por razón de algunas inevitables ocupaciones. Otros también alegaron la desmesurada fuerza de los vientos, y que no les había sido posible navegar desde su provincia por soplar vientos contrarios, y que no pudieron venir por tierra por su pobreza, ó ciertamente porque residiendo en una isla no podian venir de otro modo sino por mar, y que por esto no pudieron proseguir el negocio hasta su término ni aun en el segundo año; y algunos, la crudeza de las tempestades, y otros, inevitable enfermedad, todas cuyas cosas las reconocemos por los mismos hechos que nos han sido indicados. Por lo cual, con justicia nos movieron estas cosas, no queriendo infringir la ley, y deseando darles el posible auxilio á los que son perjudicados por tal accidente de la fortuna.

Capítulo I

¿Qué otra cosa, pues, era conveniente hacer, sino procurar otra ley, que dignamente auxiliara en este caso? Así, pues, guárdese íntegramente la restante observancia de nuestra susodicha ley, según antes dijimos. Pero si verdaderamente aconteciere alguna cosa inevitable, y el que prosigue el litigio de la apelación no observara las formalidades, y aunque hubiere hecho la presentación en el término fatal no compareciera, y corriera peligro el término en la totalidad del bienio, en este caso confírmese la sentencia del vencedor, (cosa que también dice nuestra anterior ley), pero con cierta limitación, que al presente añadimos. Porque como hemos favorecido á los vencedores, limitándoles lo desmesurado del término á los que ciertamente presentan la apelación dentro del término fatal, pero no quieren que siga adelante el examen, ó aun en medio de la discusión lo abandonan, por esto, menoscabando en alguna pequeña cosa á los vencedores, hemos considerado bien lo que acaso es conveniente. Porque queremos que el que venció en el litigio, si quisiere que sea confirmada la sentencia con arreglo á la verdad, no por virtud de engaño, ni por el transcurso de cierto tiempo, sino por la misma verdad de las cosas, comparezca, aun dejándola desierta el que interpuso la apelación, y acuse al mismo, y busque al desertor, y ya si hubiere podido encontrarlo, ya si aquél no apareciera, aduzca sus alegaciones, transcurriendo ciertamente el bienio, pero al fin del mismo, de suerte que acaso quede para el negocio sólo un mes; y si verdaderamente apareciere vencedor, sea firme la sentencia, y si vencido en la discusión, obtenga decreto con arreglo á derecho, aun no sosteniendo el litigio

(1) *El cód. Hamb.*; quoddam, *Trid.*; quiddam, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.*; et *antes de* licet, *las ed.*
(3) *Bk.*; et, *el cód. Hamb., y las ed. Acaso se debe escribir lo que más adelante se lee,* et per fatalem.
(4) et, *omitenla el cód. Hamb., y Trid.*
(5) compendiari. *Bk. ed. estereotipada.*
(6) *El cód. Hamb.*; in praesenti, *las ed.*
(7) *Bk. ed. estereotipada*; fingentes, *el cód. Hamb., y las ed.*

Sive namque obtineat causam occasione expensarum, secundum hoc ipsum, quod etiam vincit, recte iustum est etiam expensas accipere, sive minor inveniatur, eo quod omnino ille deseruit, et contigit (1) eum etiam deserentem vincere, expensas quidem praestet, sententia vero fruatur, gratias agens deo et praesenti legi ita iustitiam sibi servanti, et tantummodo in expensas damnificanti, quibus non lex, sed ipse absens se damnificavit. Si vero neuter occurrerit (2), neque victor neque victus, qui etiam secundum fatalem ingressus postea deseruit, sententia victoris maneat firma, omnibus reliquis super appellationibus scriptis legibus (3) exsistentibus et in spatiis temporum, et in aliis. Hanc enim legem specialiter super iis, qui post ingressum fatalis factum deserunt, ponimus, nihil aliarum legum aut temporum appellativorum neque perimentes, neque permutantes, firmas igitur eas etiam per hanc ponentes legem.

§ 1.—Illud quoque determinare optimum est, si quidem victores contigit (4) iam sententiam promereri firmas declarantem eorum victorias, his eos frui; nihil enim eorum, quae iam determinata sunt, commovemus; si vero hactenus pendent, biennio instante et nondum transacto, et nondum decreto firmatae, etiam istae eandem mereantur examinationem, et ita potiantur victores sententiis, si eas recte habere monstraverint.

Cap. II

Illud etiam iudicavimus huic oportere adiici legi. Quia enim dudum scripsimus legem, volentem ex propriae manus scriptura nullam fieri comparationem, sed ex solis documentis publice celebratis, videmus autem causarum experimentum egere competenti correctione in lege, et hoc ex ipso litigantium invenimus experimento, emendare eam secundum hoc volumus schema. Crebro namque proferens quidam cuiusdam manus documentum, et ex eo (5) faciens aut conventionem, aut suarum allegationum probationem, quum eiusdem manus adversa pars protulisset litteras, et legitimam probationem exinde vellet fieri, ex quibus ipse adversarius illud obtulerat, ille utebatur lege, quia oporteret ex publice confectis documentis fieri comparationem, et non ex aliis, quae a quoquam scribuntur.

§ 1.—Sancimus (6), si quando aliquid tale contigerit, et quispiam voluerit secundum eas, quae ab adversario prolatae sunt, litteras fieri examinationem, non accusetur hoc tamquam non recte sit factum. Cui enim ipse credidit, et quod protulit is, contra quem (7) et ex quo suas affirmat allegatio-

el que interpuso la apelación y la presentó en el término fatal; añadiéndose solamente esto, que, ya si ganara la causa el que también venció antes, ya si fuera considerado vencido en ella, le pague de todos modos el desertor los gastos hechos después de la presentación de la apelación. Porque si ganara la causa por lo que respecta á las costas, por lo mismo que fué también vencedor es también perfectamente justo que cobre las costas, y si fuera considerado vencido, por cuanto aquél dejó en absoluto desierta la apelación, y sucedió que aun siendo desertor vencía, pague ciertamente las costas, pero disfrute de la sentencia, dando gracias á Dios y á la presente ley, que así le conserva la justicia, condenándole solamente en las costas, en las que, no la ley, sino él mismo se perjudicó estando ausente. Pero si no compareciere ninguno de los dos, ni el vencedor ni el vencido, el cual habiendo hecho la presentación en el término fatal dejó después desierta la apelación, permanezca firme la sentencia del vencedor, subsistiendo todas las demás leyes escritas sobre las apelaciones, tanto en cuanto á la duración de los términos, como en cuanto á lo demás. Porque establecemos especialmente esta ley respecto á los que después de hecho el ingreso en el término fatal desiertan, no abrogando ni alterando nada de las demás leyes ó de los términos de las apelaciones, pues también las confirmamos por medio de esta ley.

§ 1.—También es muy conveniente determinar, que si verdaderamente acontece que los vencedores han obtenido ya sentencia que declara firme su victoria, disfruten ellos de ésta; pues no alteramos nada de lo que ya ha sido decidido; pero que si aun están pendientes, corriendo y aun no habiendo transcurrido el bienio, y no habiendo sido todavía confirmadas por decreto, obtengan también éstas el mismo examen, y disfruten así de las sentencias los vencedores, si hubieren demostrado que ellas eran rectas.

Capítulo II

También hemos juzgado que se añada esto á la presente ley. Pues como antes escribimos una ley que quiere que no se haga ningún cotejo sobre escrito de propia mano, sino sólo sobre documentos públicamente otorgados, pero vemos que la experiencia de los negocios requiere competente corrección en la ley, y esto lo hallamos en la misma experiencia de los litigantes, queremos enmendarla en esta forma. Porque muchas veces presentando alguien un documento de mano de cualquiera, y haciendo en virtud de él la demanda, ó la prueba de sus alegaciones, cuando la parte contraria había producido letra de la misma mano, y quería que se hiciera la prueba legítima en virtud de la de lo que el mismo adversario había presentado, aquél utilizaba la ley, porque el cotejo se debería hacer con documentos públicamente otorgados, y no con los que se escriben por cualquiera.

§ 1.—Mandamos, que si alguna vez aconteciere alguna tal cosa, y alguien hubiere querido que se haga el cotejo sobre la letra presentada por el adversario, no sea acusado esto como si no hubiera sido hecho con arreglo á derecho. Porque aquello á lo que uno mismo dió crédito, y lo que presentó

(1) *El cód. Hamb.*; contingit, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb.*; occurrit, *Port., y Cont.*
(3) ratis, *adiciona acertadamente Bk. en su ed. estereotipada.*
(4) *El cód. Hamb., y Port.*; contingit, *Trid., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb.*; ea, *las ed.*
(6) igitur, *adiciona Bk.*
(7) is, contra quem, *omitelas Bk.*

nes, hoc non accuset, neque prohibeat comparationem litterarum ad eum (1) fieri, licet contingat esse documentum manu cuiuscunque (2) conscriptum. Neque enim ipse sibi resistet (3), et quae affirmavit, haec accusabit.

§ 2.—Si vero etiam ex publicis archivis proferatur charta, velut desuscepto (4) mensae gloriosissimorum praefectorum (novimus enim etiam aliquid tale quaesitum), et quod ex publicis (5) profertur, et publicum habet testimonium, etiam susceptibile hoc esse ad collationes manuum ponimus. Ubique enim falsitatis peccatum odio habentes, et iusiurandum praebere discutientes exhibitas litteras sancivimus (6), et ex publicis solummodo documentis comparationem fieri (7) permisimus. Quapropter valeat per omnia lex illa praesente subdivisione delata ei, iureiurando tamen comparantium modis omnibus praebendo (8).

Cap. III

Quia igitur nos pro reverentia litigantium voluimus (9) mox in principio litis iurare litigantes, actores quidem, quia non calumniantes inferant lites, fugientes vero, quia credunt satisfactionem competenter se facere, et non causa contentionis, et hanc communem posuimus legem contra omnem personam, modis omnibus hoc nulli concedentes. Illud quoque adiicimus, ut, si quis probationem petierit quemquam (10) suorum sermonum aut litterarum, iuret prius, quia non dilationis causa hoc agit. Multi namque sola iniuriae causa, et maxime super nobilibus mulieribus, sive litterarum probatio obiiciatur, sive alia quaelibet causa, ad iusiurandum hoc concurrunt, ut in uno negotio frequenter iusiurandum praebeatur.

§ 1.—Sancimus igitur, hanc perimentes iniuriam, et nolentes crebro in eodem negotio iusiurandum praeberi, ut utraque pars, dum una quidem de calumnia sacramentum praebuerit, alia vero quia iustam putans reluctationem esse litis, adiiciat, quia in tota lite, sicubi quaesierit probationes adversarium suum, non per occasionem dilationis hoc faciat, sed pro veritate, necessariam sibi a suo adversario exhibendam putans probationem, et si hoc iuraverit sacramentum, nequaquam penitus, licet crebro requirendae sint probationes, ab alterutra parte expeti sacramentum, sed dari probationes, et non crebro cogi quendam (11) sacramenta subire, generaliter semel huiusmodi sacramento praebito (12).

Epilogus

Quae igitur visa sunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo omnibus faciat manifesta edictis a se directis, ut omnes agnoscant, quae nobis sunt placita.

(1) ad id, *Bk.*
(2) *Port., y Cont.*; cuiusque, *el cód. Hamb., y Trid.*
(3) *Bk.*; resistit, *el cód. Hamb., y las ed.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., y Porl.*; de suscepto descriptio, *Cont.* Desusceptum, *concordando más bien con el texto griego.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; archivis, *adicionan Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb.*; discutientes et eximentes litteras sancimus, *las ed.*

uno contra alguien y por virtud de lo que afirma sus alegaciones, no lo impugne, ni prohiba que respecto de él se haga el cotejo de letras, aunque acontezca que es documento escrito por mano de cualquiera. Pues uno no se volverá contra sí mismo, y no impugnará lo que afirmó.

§ 2.—Pero también si de archivos públicos se presentase un documento, como un recibo de la mesa de los gloriosísimos prefectos, (pues sabemos que también alguna cosa semejante ha sido discutida), y lo que se presenta de archivos públicos tiene público testimonio, establecemos que también esto sea á propósito para los cotejos. Porque odiando en todo el pecado de falsedad, hemos sancionado que presten juramento los que discuten las letras exhibidas, y hemos permitido que el cotejo se haga solamente con documentos públicos. Por lo cual, sea en todo válida aquella ley con la presente distinción agregada á ella, pero debiéndose prestar de todos modos el juramento de los que hacen el cotejo.

Capítulo III

Mas como para infundir miedo á los litigantes hemos querido nosotros que al principio del litigio juren los litigantes, los actores ciertamente, que no promueven por calumnia los litigios, y los demandados, que creen que ellos dan satisfacción por competerles, y no por causa de contienda, establecemos también esta ley común contra toda persona, no permitiéndole esto de ninguna manera á nadie. Y también añadimos, que, si alguien le hubiere pedido á otro la prueba de sus propias manifestaciones ó letra, jure antes que esto no lo hace por causa de dilación. Porque muchos solamente por causa de injuria, y mayormente tratándose de mujeres nobles, ya si se opusiera la prueba de letras, ya otra cualquiera causa, recurren á este juramento, de suerte que en un solo negocio se presta con frecuencia juramento.

§ 1.—Así, pues, mandamos, estirpando esta injuria, y no queriendo que en un mismo negocio se preste muchas veces juramento, que una y otra parte, luego ciertamente que la una hubiere prestado juramento de calumnia, y la otra, porque juzga que es justa su oposición al litigio, añadan que en todo el litigio, cuando requirieren pruebas de su adversario, no lo harán con ocasión de dilación, sino creyendo, en verdad, que le es necesaria la prueba que se le debe suministrar por su adversario, y si prestare este juramento, no se pida absolutamente de ninguna manera por la otra parte juramento, aunque muchas veces se hayan de requerir pruebas, sino suministrense las pruebas, y no sea uno obligado con frecuencia á prestar juramento, habiendo prestado en general una vez semejante juramento.

Epilogo

Por tanto, haga manifiesto á todos tu excelsitud por edictos expedidos por ella lo que nos ha parecido y por esta sacra ley ha sido declarado, á fin de que todos conozcan lo que bien nos ha parecido.

(7) fieri, *omitela el cód. Hamb.*
(8) prohibendo, *el cód. Hamb., y las ed.*; praestito, *Bk.*
(9) *El cód. Hamb.*; volumus, *las ed.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.*; quanquam, *Port., y Cont.*
(11) *El cód. Hamb.*; quemquam, *las ed.*
(12) *El cód. Hamb., y Trid.*; prohibito, *Port., y Cont.*

Dat. XV. Kal. Septemb. Constantinop. post cons. Belisarii V. C. ann. II. [537.]

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, en el año segundo después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONST. XLIX (1)

APPELLATIONES EX QUINQUE PROVINCIIS, CARIA ET CYPRO, CYCLADIBUS INSULIS, ET MYSIA, ET SCYTHIA, APUD QUEM OPORTEAT EXAMINARI

Imp. Iustinianus *Aug.* Bono, *Quaestori Iustiniani exercitus.*

Praefatio

Scimus pridem sacram facientes constitutionem, secundum quam tuae gloriae tradidimus quinque has provincias, Cariam (2), et Cyprum, et in circuitu positas insulas, insuper et Mysiam ac Scythiam, ad constituendum eas sub tua gloria, adiicientes (3), et sub appellatione factas causas per memoratas (4) provincias nequaquam ad gloriosissimos nostros praefectos, sed ad tuam remitti magnificentiam. Quia igitur multi adierunt nos ex Caria et Rhodo et Cypro, difficultatem patientes, et dicentes, cogi se (5) frequenter hiemis tempore venire ad Scythiam et Mysiam, ubi degis (6), et ibi (7) appellationes, forte neque pro magnis pecuniis, exercere (8), et periclitari, etiam maria transeuntes longa et venientes (9) ad provincias a barbaris inquietatas (10), propterea perspeximus hanc legem scribere ad tuam gloriam, ut (11) ex Scythia quidem et Mysia causas, tanquam ex vicinis existentes, tua celsitudo secundum se audiat, alias (12) vero, hoc est ex Caria, et praedictis insulis, et Cypro, si ab initio ipsae (13) apud gloriosissimos nostros praefectos exercebantur, ex sacra iussione nostra traditae provinciae iudici, si quidem ipse (14) adfueris huic regiae civitati, etiam eas apud te moveri et examinari una cum gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii in sacro auditorio, sicut de (15) appellationibus posita lex explanat.

§ 1.—Si autem ipse in Mysia et Scythia (16) commoraris, loco implenti tuum in hac felici civitate deferri appellationes; omnino tamen residentem eum (17) una cum (18) gloriosissimo nostro quaestore audire negotium secundum talium examinationum schema, et non homines sustinere praedictas difficultates, sed ab eis communiter (19), secundum quod prius a nobis edictum (20) est, iudicari, eo quod placuit nobis ita ordinare legem, ut cum plurima et maiore subtilitate et auctoritate negotia exerceantur.

§ 2.—Si vero ipse dederis iudicem in memoratis superius provinciis, qui locum obtineat tuum in civitate felicissima, audiet, secundum quod et gloriosissimis praefectis solitum (21) est. Si vero inchoari apud (22) tuam gloriam contingat litem, hic

CONSTITUCION XLIX

ANTE QUIÉN DEBERÁN SER EXAMINADAS LAS APELACIONES PROCEDENTES DE LAS CINCO PROVINCIAS DE CARIA Y DE CHIPRE, DE LAS ISLAS CICLADES, DE LA MISIA, Y DE LA ESCITIA

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Bueno, *Cuestor del ejército de Justiniano.*

Prefacio

Sabemos que ya antes hicimos una sacra constitución, por la que encomendamos á tu gloria estas cinco provincias, Caria, Chipre, las islas puestas en círculo, y además la Misia y la Escitia, para constituirlas bajo tu gloria, añadiendo que los litigios llevados á apelación en las mencionadas provincias no fueran de ninguna manera remitidos á nuestros gloriosísimos prefectos, sino á tu magnificencia. Mas como se nos han dirigido muchos de la Caria, y de Rodas y de Chipre, que tropiezan con dificultades, y dicen, que con frecuencia se ven obligados á ir en tiempo de invierno á la Escitia y á la Misia, donde moras, y á sostener allí sus apelaciones, acaso por no grandes cantidades, y á correr peligros cruzando también dilatados mares y dirigiéndose á provincias molestadas por los bárbaros, hemos determinado por ello dirigir esta ley á tu gloria, para que los litigios procedentes de la Escitia y de la Misia, como que son de provincias vecinas, los oiga tu excelsitud, pero los otros, esto es, los procedentes de la Caria, de las islas antes dichas, y de Chipre, si desde un principio eran ellos ventilados ante nuestros gloriosísimos prefectos, encomendados al juez de la provincia por virtud de sacra disposición nuestra, sean también, si verdaderamente estuvieres tú en esta real ciudad, promovidos ante tí y examinados en sacra audiencia juntamente con el gloriosísimo cuestor de nuestro sacro palacio, según lo expone la ley dada sobre las apelaciones.

§ 1.—Mas si tú morases en la Misia y en la Escitia, sean presentadas las apelaciones al que ocupe tu lugar en esta feliz ciudad; pero que oiga el negocio en la forma de tales exámenes, tomando en todo caso asiento juntamente con nuestro gloriosímo cuestor, y no soporten los hombres las dificultades antes dichas, sino sean juzgados en común por éstos, según lo que antes se dispuso por nosotros, porque nos plugo ordenar la ley de suerte, que con mucha y mayor escrupulosidad y autoridad se ventilaran los negocios.

§ 2.—Mas si tú mismo hubieres nombrado juez en las antes mencionadas provincias, lo oirá el que ocupe tu lugar en esta felicísima ciudad, conforme se acostumbró también respecto de los gloriosísimos prefectos. Pero si aconteciera que el litigio se incoa

(1) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg., los cuales dieron esta Novela, dos veces puesta en la colección griega, como si fuera la 41., y no quisieron repetirla en este lugar. Véase la nota 1. de la página 197*
(2) *Bk.;* Caria, *el cód.*
(3) *Cr.;* adtuentes, *el cód.;* addentes, *Bien.*
(4) *Bien.;* memoraturas, *el cód.*
(5) *Bien., y Cr.;* cogisse, *el cód.*
(6) *Bk.;* deges, *el cód.*
(7) *Bien.;* ubi, *el cód.*
(8) *Bien.;* exercere, *el cód.*
(9) *Bk.;* venire, *el cód.*
(10) *Bk.;* inquietas, *el cód.*
(11) *Bien.;* et, *el cód.*
(12) *Bk.;* aliarum, *el cód.*
(13) *Bien.;* ipsas, *el cód.*
(14) *Bk.;* ipse, *omitela el cód.*
(15) *Bien.;* de, *omitela el cód.*
(16) *Bk.;* in misiam et scyticham, *el cód.*
(17) *Bien.;* residente eo, *el cód.*
(18) *Bien.;* una (*omitiendo* cum), *el cód.*
(19) comiter, *el cód.*
(20) *El cód.;* dictum, *Bien.*
(21) *Bien.;* resolutum (?), *el cód.*
(22) *Bien.;* apud, *omitela el cód.*

forsan inventam, deinde in medio propter militares expensas proficisci, eam sine dilatione compleri apud eum, qui tuum obtinet locum, sicut eam ipse audiebas. Si autem ab initio non apud gloriosissimos praefectos appellatio ex aliquibus provinciis remittebatur, sed in aliud (1) forum, antiquitatem penitus non novamus.

Epilogus

Quae (2) igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua gloria operi effectuique tradere et in perpetuum servare festinet.

Dat. XV. Kal. Sept. Constantinop. Imp. IUSTINIANI P. P. Aug. anno XI., post BELISARII V. C. Cons. anno II. [537.]

CONST. L (3)

SCENICAS NON SOLUM SI FIDEIUSSORES PRAESTENT, SED ETIAM SI IUSIURANDUM DENT SINE PERICULO DISCEDERE

(Coll. V. tit. 4.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *Praefecto Praetorio iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Novimus pridem facientes legem, interdicentem nulli licentiam esse in scena detentas mulieres fideiussores exigere, quia observabunt et impiam complebunt operationem, poenitentiae tempus non habentes, et poenas interminantem novissimas his, qui tales fideiussores exigunt, insuper et ipsos fideiussores sine obligatione recedere, et nullam inferri eis necessitatem personarum harum praesentationis. Sed in praesenti comperimus crudelem quandam et importabilem calumniam contra studendam a nobis fieri castitatem. Quia enim eos fideiussores accipere prohibuimus, invenisse illos aliam viam ad impietatem ducentem (4) maiorem; iusiurandum enim eas exigere, quia nunquam ab impia illa et turpi operatione cessabunt, mulieres autem exsistentes miseras et sic male seductas pie agere se putare, si impie egerint, et ut custodiant iusiurandum, propterea suam prostituere castitatem, quum oporteret agnoscere, quia huiusmodi transgressiones magis placent deo, quam iusiurandi observationes. Non enim si quis ab aliquo iusiurandum acceperit, quia occidet forsitan, aut adulterabitur, aut aliquid aget tale illicitum, oportet servari iusiurandum, utpote quum sit ita turpe, et illicitum, et ad perditionem ducens. Ideoque liceat mulieri, licet huiusmodi iusiurandum iuraverit, recedere a iurisiurandi huius amaritudine, et caste vivere sine periculo periurii, magis autem deo amabiliter, poena periurii, si qua omnino est poena, contra eum, qui iusiurandum exigit, convertenda.

ante tu gloria, que acaso fué hallada aquí, y que después salió fuera por causa de los gastos militares, sea él llevado sin dilación á término ante el que ocupa tu lugar, en la forma que tú mismo lo oías. Mas si desde un principio era remitida la apelación desde algunas provincias, no á los gloriosísimos prefectos, sino á otro tribunal, no innovamos absolutamente en nada lo antiguo.

Epilogo

Por tanto, apresúrese tu gloria á llevar á ejecución y efecto, y á guardar perpétuamente, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, en el año undécimo del Emperador Justiniano, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION L

DE QUE LAS MUJERES DEDICADAS Á LA ESCENA PUEDAN SEPARARSE DE ELLA SIN RIESGO, NO SOLAMENTE SI PRESENTARAN FIADORES, SINO TAMBIÉN SI DIERAN JURAMENTO

(Colección V. título 4.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Sabemos que antes hicimos una ley, que prohibe que alguien tenga licencia para exigirles á las mujeres retenidas para la escena fiadores de que ejercerán y terminarán su impía ocupación, sin tener tiempo para arrepentirse, ley que amenaza con las más graves penas á los que exigen tales fiadores, y además con que los mismos fiadores se retiren exentos de obligación, y sin que les quede impuesta necesidad alguna de presentar estas personas. Pero al presente hemos descubierto que se comete cierta cruel é insoportable calumnia contra la castidad, que ha de ser defendida por nosotros. Porque como prohibimos que reciban aquellos fiadores, encontraron algunos otro camino que conduce á mayor impiedad; porque les exigen á ellas juramento de que nunca dejarán aquel impío y torpe trabajo, y las mujeres que son míseras, y que de este modo fueron malamente seducidas, juzgan obrar piadosamente, si obran con impiedad, y para guardar el juramento prostituyen su castidad, siendo así que convendría que supieran que á Dios le agradan tales transgresiones, más bien que la observancia del juramento. Porque tampoco, si alguno hubiere recibido de otro juramento, acaso de que matará, ó de que cometerá adulterio, ó de que hará alguna tal cosa ilícita, se deberá guardar el juramento, porque es de esta manera torpe é ilícito, y lleva á la perdición. Y por lo tanto, séale lícito á la mujer, aunque hubiere prestado tal juramento, apartarse de la amargura de este juramento, y vivir castamente sin peligro de perjurio, antes bien gratamente para Dios; debiéndose volver la pena del perjurio, si en todo caso hay alguna pena, contra el que exige tal juramento.

(1) *Bien.*; **altum**, *el cód.*
(2) *Bk.*; ut (?), *el cód.*
(3) *El texto griego se halla en Hal. y Sorimg.— Un epítome de esta Novela se halla en las Bas. LX. 38. 3. Schol. h. i. —Iulian. Const. 45.— La versión latina es la antigua de la glosa.*
(4) *El cód. Hamb.*; **deducentem**, *las ed.*

Cap. I

Unde etiam nos repente inferimus decem librarum auri poenam, exigentes eum, qui praesumserit omnino tale iusiurandum accipere. Et hanc scilicet quantitatem ipsi infelici dari mulieri sancimus ad reliquam bonae figurae vitam, exigendam per administrationem provincialem et dandam ei; sciente iudice, quia, si neglexerit, tenebitur ab ea deponens administrationem, heredesque eius, et successores, et eius substantia, eo quod actionem piam agere neglexerit.

§ 1.—Si autem ipse provinciae praeses iusiurandum exegerit, ipse etiam memoratam decem librarum auri poenam exigatur, si quidem militaris iudex sit in illa provincia, per illum dandam (1), sicut dictum est, mulieri; si vero non habeat militarem iudicem, metropoleos illius provinciae episcopus hoc provideat, causam etiam (2) ad nos, si probaverit, referens, et insuper ex vicinis maioribus cingulis, et undique hoc agentem, sive iudex, sive privatus sit, memorata castigari poena, et dari hanc ei, quae quantum ad illum neque caste vivere valeat ulterius; ut non videatur quasi periurasse.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per praesentem sacram declarata sunt legem, tua celsitudo praeceptionibus propriis omnibus faciat manifesta, ut cognoscant nostri imperii circa castitatem studium.

Dat. Kal. Septembr. Constantin. imp. DN. IUSTINIANI PP. A. anno XI., post BELISARII V. C. cons. anno secundo. [537.]

CONST. LI (3)

UT NON FIANT PIGNORATIONES PRO ALIIS PERSONIS, ET UT, SICUT PRINCIPUM DONATIONES NON EGENT GESTIS MONUMENTORUM, SIC NEC A PRIVATIS IMPERATORIBUS FACTAE DONATIONES INDIGEANT

(Coll. V. tit. 5.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Inhonestas pignorationes et odibiles super his exactiones plurimae quidem et aliae leges odio habent, praecipue autem a nobis positae, sed, nescimus quemadmodum, causa, licet tantis castigata legislationibus, adhuc praesumitur, et in republica est, et maiorem sui praebet virtutem, quam legum necessitas.

Cap. I

Propterea sancimus, nullam omnino pignoratio-

(1) *Trid.*; danda, *el odd. Hamb., Port., y Cont.*
(2) hanc provideat causam, etiam, *Bk.*

Capítulo I

Por lo cual, también nosotros imponemos desde luego la pena de diez libras de oro, exigiéndosela al que en cualquier caso se hubiere atrevido á recibir tal juramento. Y mandamos que esta cantidad le sea dada á la misma infeliz mujer para su restante vida de buen parecer, debiendo ser exigida y dada á ella por la administración provincial; teniendo entendido el juez, que, si hubiere desatendido esto, estará obligado á ella al cesar en su administración, y también sus herederos y sucesores, y sus bienes, por haber dejado de ejecutar esta piadosa acción.

§ 1.—Pero si el mismo presidente de la provincia hubiere exigido el juramento, exíjasele también á él la mencionada pena de las diez libras de oro, y si verdaderamente hubiera juez militar en aquella provincia, habrá de ser dada por medio de él á la mujer, según se ha dicho; pero si no hubiera juez militar, provea á esto el obispo de la metrópoli de aquella provincia, dándonos también á nosotros cuenta del caso, si bien le pareciere, y además, donde quiera que viva el que hace esto, ya sea juez, ya particular, sea castigado por los magistrados superiores de las cercanías con la mencionada pena, que será dada á aquélla, la cual no podrá ni vivir castamente en lo sucesivo con él, para que no parezca como que fué perjura.

Epílogo

Por tanto, haga tu excelsitud manifiesto á todos por medio de sus propios edictos lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por la presente sacra ley, á fin de que conozcan el empeño de nuestro imperio respecto á la castidad.

Dada en Constantinopla en las Calendas de Septiembre, año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION LI

DE QUE NO SE HAGAN PIGNORACIONES EN PRO DE OTRAS PERSONAS, Y DE QUE, ASÍ COMO NO NECESITAN LA EJECUCIÓN DE ACTUACIONES LAS DONACIONES DE LOS PRÍNCIPES, ASÍ TAMPOCO LA REQUIERAN LAS DONACIONES HECHAS Á LOS EMPERADORES POR LOS PARTICULARES

(Colección V. título 5.)

El Emperador JUSTINIANO; *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Ciertamente que también otras muchas leyes tienen en odiosidad las indecorosas pignoraciones y las odiosas exacciones relativas á ellas, y principalmente las establecidas por nosotros, pero no sabemos de qué modo se intenta todavía esta cosa, aunque castigada por tantas leyes, y subsiste en la república, y muestra mayor eficacia que la obligación de las leyes.

Capítulo I

Por lo cual, mandamos, que no tenga validez ab-

(3) *El texto griego se halla en Ital. y Scrimg.—Iulian. Const. 46.—La versión latina es la antigua de la glosa.*

nem in nostra republica praevalere, neque in mercatis (hoc quod maxime ibi praesumtum invenimus), neque in agris, neque in civitatibus, neque in vicis, neque in civibus, neque in vicaneis, neque in agricolis, neque alio omnium (1) quocunque modo vel tempore, sed praesumentem alium pro alio secundum pignorationis formam aurum aut aliquid aliud exigere, hoc reddere in quadruplum violentiam passo, et cadere etiam ab actione, quam habuit adversus eum, pro quo exactionem fecit. Non enim habet rationem, alium quidem esse debitorem, alium vero exigi, sed nec alteri molestum esse pro altero quodam, tanquam invasionem aut iniuriam committentem, et alium quasi vicaneum exsistentem (2) caedi aut iniuriam sustinere, et aliquid pati, quod omnino non competit, pro alio, et absque legitima occasione quamlibet perferre calumniam, et (3) supplicia sustinere in corpore a (4) praesidentibus gentium, scientibus quia, si non hoc (5) egerint, sed in provincia, cui (6) praesunt, pignorationes praesumantur (agere) (7), nihil erit tale, quod eos a nostris (8) eripiat manibus.

Cap. II

Illud quoque perspeximus huic adiicere legi, ut, sicut ab imperio in alios factae donationes non egent gestis monumentorum, sed ex hoc ipso habent virtutem, ita neque a privatis Imperatoribus factae, nisi (9) tantummodo pro veritate fiant in publico a tabellionibus completae, et (10) subscriptionem habentes et eius, qui fecit, et testium, et aliam donationum observationem, non egebunt (11) gestis monumentorum, cuiuscunque quantitatis sint; non enim consequens est, ut nec his fruatur imperium a privatis, quae ab eo praebentur illis. Haec autem inaequalitas facta est ex novitate, quam Zenonis piae memoriae introduxit constitutio, ut imperiales donationes non egeant monumentis. Quia igitur imperfectius causa prius apparuit, propterea nos perfectionem imponentes ei, ex utroque tenere hoc volumus, et in his donationibus, quae ab Imperatoribus in privatos fiunt, et quae a privatis in Imperatorem, ut ex aequalitate iustitia causae adiiciatur.

Epilogus

Tua igitur excellentia quae per hanc divinam nostram constitutionem sancita sunt praeceptis propriis solenniter manifesta facere studeat universis.

Dat. XV. Kal. Septemb. Const. imper. DN. IUSTINIANI PP. A. anno XI., post cons. BELISARII V. C. anno secundo. [537.]

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; omnino, *Port., y Cont.*
(2) quasi convicaneum ultus existentem, *Bk.*
(3) sed et, *Bk.*
(4) *Bk.*; corpora praesidentibus, *el cód. Hamb.*: corpore, praesidentibus, *Trid., Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb.*; haec, *las ed.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; provinciis, quibus, *Port., y Cont.*

solutamente ninguna pignoración en nuestra república, ni en los mercados, (cosa que hemos hallado que principalmente allí se hacía), ni en los campos, ni en las ciudades, ni en las aldeas, ni entre los ciudadanos, ni entre los aldeanos, ni entre los agricultores, ni en otro cualquier modo ó tiempo, sino que el que por otro se atreviese á exigir de alguien en forma de pignoración dinero ó alguna otra cosa, devuelva esto en el cuádruplo al que sufrió la violencia, y decaiga también de la acción que tuvo contra aquel por quien hizo la exacción. Porque no es de razón que uno ciertamente sea deudor, y se exija á otro, ni tampoco que se moleste á uno en lugar de otro cualquiera, como si hubiera cometido invasión ó injuria, y que otro como siendo aldeano sea golpeado ó soporte injuria, y sufra alguna cosa, que absolutamente no es procedente, por alguien, y sin legítimo motivo sufra alguna calumnia, y soporte en su cuerpo suplicios impuestos por los presidentes de las provincias, los cuales habrán de saber que si no hicieren esto, sino que se atrevieran á hacer pignoraciones en la provincia que preside, no habrá nada que á ellos los arranque de nuestras manos.

Capítulo II

También nos ha parecido añadir á esta ley, que, así como no necesitan la ejecución de actuaciones las donaciones hechas á otros por el imperio, sino que por esto mismo tienen fuerza, así tampoco las hechas á los Emperadores por particulares, sino que si solamente hubieran sido en verdad perfeccionadas en públiço por notarios, y tuvieran la firma del que las hizo y de los testigos, y las demás formalidades de las donaciones, no necesitarán la ejecución de actuaciones, de cualquier cantidad que sean; porque no es consiguiente que el imperio no disfrute por parte de los particulares de lo que por él se les concede á éstos. Mas esta desigualdad nació de la novedad que introdujo la constitución de Zenón, de piadosa memoria, para que las donaciones imperiales no necesitaran actuaciones. Pues como esta cosa apareció antes con más imperfección, por eso nosotros, dándole la perfección, queremos que esto tenga validez por ambas partes, así en las donaciones que por los Emperadores se hacen á particulares, como en las que por particulares al Emperador, para que con igualdad se aplique la justicia á la cosa.

Epílogo

Por lo tanto, procure tu excelencia hacer manifiesto á todos en la forma acostumbrada por medio de sus propios edictos lo que por esta divina constitución nuestra ha sido sancionado.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BELISARIO, varón muy esclarecido. [537.]

(7) *El cód. Hamb., y Trid.* (agere *ha sido puesta entre paréntesis como supérflua*); praesumi patiantur, *Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb.*; a nostris eos, *las ed.*
(9) si, *Bk.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omítenla Port., y Cont.*
(11) egeant, *Bk.*

CONST. LIII (1)

DE EXHIBENDIS ET INTRODUCENDIS REIS, ET UT HI, QUI CONVENIUNTUR, POST VICESIMUM DIEM PRAESENTENTUR IUDICIBUS, ET DE IIS, QUI IURATORIAM CAUTIONEM EXPONUNT, ET ANTE LITIS CONTESTATIONEM ABSENTES FIUNT, ET DE HYPOTHECIS, QUAE APPELLANTUR EX CASU, ET QUAE PERSONAE ET QUANDO HOC IUS HABENT, ET DE INDOTATIS UXORIBUS, UT HABEANT QUARTAM PARTEM IN SUBSTANTIA VIRI, ET IPSE VIR IN SUBSTANTIA UXORIS, QUANDO INOPS EST, QUI (2) RELINQUITUR

(Coll. V. tit. 6.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo Praetoriorum per Orientem Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Plurimi adeuntes docent nostram (3) potestatem, quia exhibentur ab aliquibus, aut etiam in alias protrahuntur (4) provincias aut (5) ex sacra nostra iussione aut ex (6) decretis iudicialibus, et ad miseriam quidem propter (7) hoc aguntur, coacti vero iussionibus aut decretis exhibentur. Proinde qui eos exhibent, etiam cautiones exigentes, quia intra certum tempus venient ad determinatum iudicium ii, qui ab eis conventi sunt, ipsi remanent in provincia, affligi in peregrinatione sumtibus exhibitum aut praesentatum relinquentes.

Cap. I

Hoc igitur miserantes sancimus, si quid fiat tale, et tempus impleatur, quod in cautione exhibitionis aut praesentationis ipse actor constituit, deinde ille quidem observet in iudicio, actor autem desit, et non intra dies decem (8), postquam reus venerit in provinciam, actor occurrerit, reum quidem ingredientem apud iudicem et hoc docentem repente dimitti; iureiurando autem eius iudicetur de omnibus expensis, quas pertulit circa viam et circa peregrinam habitationem, et his iudices addicant actorem convenientem frustra. Et quoniam mos est non aliter fieri exhibitiones aut praesentationes, nisi actores fideiussores ad certam quantitatem dederint, quia exsequentur causam et suscipient sententiam, hanc quidem quantitatem omnino eos exigi, et dari frustra calumniam passo. Si vero per iusiurandum etiam plus aliquid declaraverit, certa tamen quantitate definita a iudice, quam leges taxationem vocant, etiam hoc superexigi, ut cognoscant non ludere (9) vltas alienas, sed in provincia eligere iudices, et ibi contra suos adversarios litigare.

Cap. II

Quia vero ab actoribus fideiussiones plerumque novimus hic datas, tanquam in exhibendis perso-

(1) *El texto griego se halla en Hal. y Sorimg.—La mayor parte de esta Novela está en varios lugares de la Bas.—Iulian. Const. 47.—La versión latina es la antigua de la glosa.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.;* CUI, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.;* nostram docent, *las ed.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* pertrahuntur, *Port., y Cont.*

CONSTITUCION LIII

DE LA EXHIBICIÓN É INTRODUCCIÓN DE LOS DEMANDADOS; DE QUE LOS QUE SEAN DEMANDADOS SE PRESENTEN DESPUÉS DEL VIGÉSIMO DÍA Á LOS JUECES; DE LOS QUE PRESTAN CAUCIÓN JURATORIA Y SE AUSENTAN ANTES DE LA CONTESTACIÓN DE LA DEMANDA; DE LAS HIPOTECAS QUE SE LLAMAN POR OCCAIMIENTO, Y QUÉ PERSONAS Y CUÁNDO TIENEN ESTE DERECHO; Y DE QUE LAS MUJERES INDOTADAS TENGAN LA CUARTA PARTE EN LOS BIENES DEL MARIDO, Y EL MISMO MARIDO EN LOS BIENES DE LA MUJER, CUANDO ES POBRE EL QUE QUEDA

(Colección V. título 6.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Muchos que se nos dirigen manifiestan á nuestra potestad, que son exhibidos por algunos, ó que también son llevados á otras provincias por virtud ó de sacra orden nuestra ó de decretos judiciales, y son ciertamente reducidos por esto á la miseria, cuando obligados por órdenes ó decretos son exhibidos. Y como los que los exhiben exigen también cauciones de que dentro de cierto término comparecerán en determinado juicio los que por ellos son citados, permanecen ellos mismos en la provincia, dejando que el exhibido ó el presentado sea abrumado con gastos en el viaje.

Capítulo I

Así, pues, compadeciéndonos de esto mandamos, que, si se hiciera alguna cosa tal y se cumpliera el tiempo que el mismo actor estableció en la caución de exhibición ó de presentación, y después aquél compareciera ciertamente en el juicio, pero el actor faltara, y el actor no compareciere dentro de los diez días después que el demandado hubiere llegado á la provincia, el demandado que verdaderamente se presentare ante el juez y pruebe esto, sea dejado ir inmediatamente; mas se juzgará bajo juramento suyo sobre todos los gastos que soportó para el viaje y para su habitación en casa ajena, y los jueces se los impondrán al actor que demandó inútilmente. Y como es costumbre que no se hagan las exhibiciones ó presentaciones de otra suerte, sino si los actores hubieren dado hasta cierta cantidad fiadores de que proseguirán el litigio y obtendrán la sentencia, exíjaseles ciertamente en todo caso esta cantidad, y désele al que baldiamente sufrió la calumnia. Mas si mediante el juramento hubiere declarado también alguna cosa más, pero habiéndose fiado por el juez cierta cantidad, que las leyes llaman tasación, sea exigida también aquélla, para que aprendan á no jugar con los intereses ajenos, sino á elegir jueces en la provincia, y á litigar allí contra sus adversarios.

Capitulo II

Mas como sabemos que de ordinario se dan aquí por los actores fianzas, como por la exhibición de

(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* aut, *omitenla Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb.;* ex, *omitenla las ed.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.;* per, *Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* decem dies, *Port., y Cont.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.;* illudere, *Port., y Cont.*

nis, si vero in aliam deducantur provinciam, forte declinare hanc observationem, sancimus, hic iudicem aut gloriosissimum nostrum quaestorem (1) sacris nostris ministrantem litteris, si quid tale agere iubeatur, non aliter ad aliam exhiberi (2) provinciam reum, antequam fideiussorem praebeat actor in iudicio, in quod futurus est reum deducere, quia dabit secundum locorum spatium aurum, quantumcunque decretum fuerit, fugienti, si non exsequatur, aut exsequens non vincat causam, et ibi omnia agi, quaecunque in exhibitione decrevimus, definitum vero aurum a fideiussoribus exigendum, et dandum ei, qui deductus est, praebendo quoque ab illo etiam iureiurando usque ad taxationem, ut, si iuraverit se etiam amplius expendisse, et hoc recipiat, ut (3) undique videantur perfectae nostrae legislationes.

Cap. III

Illud quoque antiquitas quidem bene faciens disposuit, nunc autem studio machinantur, nostrarum legum clementiam occasionem facientes suarum calumniarum. Vetustate namque volente conventionis factae libellum suscipientem diebus aeque decem deliberationem habere, quo possit discutere causam, et forte etiam recognoscere et liberari, post decem autem dierum inducias, tunc et subscribere misso libello, et iudiciales implere cautiones, quidam vero respicientes ad nostras leges, quae post litis contestationem neque refutare iudicem, neque alium petere iudicem permittunt, causam arte machinantur, et maxime exsecutoribus talia dolose adinvenientibus, et mox ut oblata fuerit quaelibet admonitio, forte neque libello dato, neque iudiciali ulla cautione, deducunt hominem invitum ad iudicem datum, et nihil scientem compellunt facere litis contestationem, ut semel sub litis contestatione constitutus obligetur, et nullam habeat licentiam neque refutare iudicem, neque alium iudicem petere, quum forte suspectus iudex sit; et sic agunt quae volunt, et sub suis artibus hominem statuentes, quo volunt modo de eo agunt.

§ 1.—Sancimus igitur, dum admonitio oblata fuerit alicui, modis omnibus offerri libellum, et non secundum antiquitatem decem solummodo dierum habere eum, qui admonetur, inducias, sed duplices, hoc est viginti, ut, sive repudiare voluerit, sive etiam cum eo alium iudicem petere, licentiam habeat hoc facere, aut forte cognoscere (4) debitum, et liberare se ab adversarii sui contentione amicabiliter, et non per calumniam et circumventionem sub iudice constitui forsan suspecto, forsan (5) ingrato, plerumque autem aliquid etiam proprium contra reum (6) dispensante, et eo, qui litem sustinet, nullum habente tempus ad cognoscendum (7) ea, in quibus conventus occurrit.

§ 2.—Suscepto vero libello, sola personali fideiussione ab eo data, et sportulis secundum sacram nostram praebitis constitutionem, subscribere libel-

las personas, pero que si éstas son llevadas á otra provincia, á veces eluden esta formalidad, mandamos que aquí el juez ó nuestro gloriosísimo cuestor, que interviene en nuestras sacras cartas, si se mandara hacer alguna tal cosa, no haga que el reo sea exhibido en otra provincia, de otra suerte, sino si antes el actor diera en el tribunal, en que ha de presentar al reo, fiador de que le dará al demandado, con arreglo á la distancia, tanto dinero cuanto se hubiere decretado, si no prosiguiera el litigio, ó si prosiguiéndo'o no venciera en él, y que se haga allí todo lo que hemos decretado respecto á la exhibición, debiéndoseles exigir á los fiadores la cantidad fijada, y habiéndosele de dar al que fué presentado, prestándose también por este juramento hasta la cantidad de la tasación, de suerte que si jurare que también gastó más lo reciba igualmente, á fin de que en todo parezcan perfectas nuestras leyes.

Capítulo III

La antigüedad, obrando verdaderamente con acierto, dispuso también otra cosa, contra la que de intento maquinan ahora los que hacen de la clemencia de nuestras leyes ocasión para sus calumnias. Porque queriendo la antigüedad que el que recibe el libelo de la citación hecha tuviera derecho para deliberar justamente por espacio de diez días, á fin de que pudiera discutir el negocio, y acaso también reconocerlo y ser liberado, pero que después de la trégua de los diez días subscriba el libelo que se le envió y preste las cauciones judiciales, algunos atendiendo á nuestras leyes, que después de la contestación de la demanda no permiten recusar al juez, ni pedir otro juez, maquinan con artificio en el asunto, inventando principalmente los ejecutores con dolo tales cosas, y tan pronto como se ha presentado una citación cualquiera, acaso sin haberse dado libelo, ni caución alguna judicial, llevan al individuo contra su voluntad ante el juez nombrado, y lo compelen á que sin saber nada haga la contestación de la demanda, para que una vez constituído en el caso de haber contestado la demanda quede obligado, y no tenga facultad alguna ni para recusar al juez, ni para pedir otro juez, cuando quizá sea sospechoso el juez; y así hacen lo que quieren, y poniendo al individuo bajo sus artificios, obran respecto á él del modo que quieren.

§ 1.—Mandamos, pues, que cuando á alguno se le hubiere mandado citación se le entregue de todos modos el libelo, y que el que es citado no tenga como antiguamente solo el término de diez días, sino doble término, esto es, de veinte, para que, si quisiere recusar, ó también pedir juntamente con aquél otro juez, tenga facultad para hacer esto, ó acaso para reconocer la deuda, y librarse amistosamente de la contienda de su adversario, y para no constituirse mediante calumnia y engaño bajo juez acaso sospechoso, quizá ingrato, y que de ordinario dispone contra el reo aun alguna cosa propia, y sin que el que soporta el litigio tenga ningún tiempo para conocer las cosas por las que comparece citado.

§ 2.—Pero recibido el libelo, y prestada por él sola fianza personal, y pagadas las espórtulas conforme á nuestra sacra constitución, subscriba el li-

(1) *El cód. Hamb.*; quaestorem nostrum, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; exhibere, *Port., y Cont.*
(3) et, *Bk.*
(4) recognoscere, *Bk.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; et forsan, *Port., y Cont.*
(6) *In emend. Leunclav. Notat. II. 215.*; eum, *el códice, y las ed.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; agnoscendum, *Port., y Con*

lo, qui appellatur responsionis, et declarare etiam tempus, quo ei libellus datus est, ne etiam ob hoc ars quaedam fiat; cumque (1) futura est celebrari contestatio litis apud iudicem, interrogari fugientem, si viginti dies transierint deliberationis, et illum quidem dicere veritatem, ostendi (2) quoque illud etiam ex die et subscriptione libelli, et si dixerit transisse viginti dierum numerum, tunc fieri litis contestationem; in medio autem ei licentiam esse repudiare iudicem, et alium petere, aut etiam cum eo iudicem percipere, aut certe absolvi amicabiliter, nihil in medio neque damnificando, neque ab exsecutoribus conturbando, sed et iudiciariam cautionem exponentem, sicut qui de his iudicat perspexerit, et viginti dierum habentem deliberationem. Si vero haec non serventur, licet videatur quaedam fieri contestatio litis, pro nihilo eam esse, sed licentiam esse et post huiusmodi contestationem litis intra definitos viginti dies sic omnia agere, tanquam si neque ab initio facta sit quaedam contestatio litis.

belo, que se llama de respuesta, y declare también el tiempo en que se le dió el libelo, á fin de que tampoco con motivo de esto se cometa algún ardid; y cuando se haya de hacer ante el juez la contestación de la demanda, sea interrogado el demandado sobre si transcurrieron los veinte días de deliberación, y diga él ciertamente la verdad, y sea esta probada también por la fecha y la subscripción del libelo, y si hubiere dicho que transcurrió el número de los veinte días, hágase entonces la contestación de la demanda; pero en el intermedio tenga él facultad para recusar al juez, ó para pedir otro, ó aun para recibir juntamente con aquél otro juez, ó ciertamente para ser absuelto amistosamente, sin que en el intermedio haya de ser perjudicado en nada, ni molestado por los ejecutores, pero prestará la caución judiciaria, conforme viere el que juzga en el negocio, y tendrá veinte días para deliberar. Mas si no se observaran estas formalidades, aunque parezca que se dió alguna contestación á la demanda, sea ella nula, pero haya facultad, aun después de dada de este modo contestación á la demanda, para hacerlo todo dentro de los veinte días fijados, de la misma manera que si desde el principio no se hubiera dado contestación alguna á la demanda.

Cap. IV

Si vero semel repudians iudicem alium acceperit, non sinimus ei eum, qui petitus est, rursus repudiare. Sicut enim eius curam habemus, sic (3) etiam per dilationem agi aliquid adversus actorem modis omnibus aversamur. Si vero etiam quidam iuront, quia observant (4), et ante, quam contestatio litis fiat, ab hac maxima dispareant civitate, licentiam esse etiam non facta litis contestatione adire actorem statutum iudicem, et hoc denunciare, illum vero, si quidem administrator sit, iubere omnimodo exhiberi reum tanquam periurum, et paene sui accusatorem per fugam factum, si vero non administrat, sed datus sit a quodam iudice, sive ex sacra forte (5) forma aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore, ad illum nunciare (6), a quo datus est, ut deducatur ab illo, ne causa maneat actori undique desolata, iudice agere aliquid non valente, eo quod nondum apud eum facta sit contestatio litis (7), illo contemnente legem et iuramentum suum manifestatione sua, et actorem extra omne legitimum adiutorium relinquente.

Capítulo IV

Pero si el que una vez recusó al juez hubiere recibido otro, no le consentimos que de nuevo recuse al que fué pedido. Porque así como nos cuidamos de él, así también nos oponemos de todos modos á que por medio de dilación se haga alguna cosa contra el actor. Mas también si algunos jurasen que estarán presentes, y antes que se haga la contestación de la demanda desaparecieran de esta muy grande ciudad, tenga licencia el actor, aun no habiéndose dado la contestación á la demanda, para dirigirse al juez designado, y denunciarle esto, y él, si verdaderamente fuera administrador, mande que de todos modos sea exhibido el reo como perjuro, y como constituído casi en acusador de sí mismo con su fuga, pero si no administra, sino que hubiera sido nombrado por un juez cualquiera, ó acaso por virtud de sacra disposición ú orden, ó aun por algún administrador, denúncielo á aquel por quien fué nombrado para que por él sea presentado, á fin de que para el actor no quede del todo desamparada la causa, no pudiendo hacer otra cosa el juez, porque todavía no se dió ante él la contestación á la demanda, por menospreciar aquél la ley y su juramento con su manifestación, y dejar al actor sin todo legítimo auxilio.

§ 1.—Igitur ne latente eo et tardata exhibitione causa maneat suspensa, examinet ut potuerit iudex, in quam terram abiisse dicitur, et det inducias certas, ut, nisi intra eas occurrerit (liberam tamen huius rei fiduciam habens, si non forte studio actoris impediatur, aut venire prohibeatur), tunc secundum unam partem examinet negotium. Et in possessionem mittat actorem eius rerum (8) secundum mensuram declarati debiti (ipsumque in possessionem missum habere etiam res (9) debiti causa servandi) (10), et tunc, si ille occurrerit, omne ei prius solvet (11) damnum, et tunc reci-

§ 1.—Así, pues, á fin de que por ocultarse él y por retardarse la exhibición no permanezca en suspenso la causa, averigüe como pudiere el juez á qué tierra se dice que se marchó, y dé un plazo fijo, para que, si dentro de él no compareciere, (pero teniendo libre seguridad para ello, si es que acaso no se le impide, ó prohibe, de intento por el actor que comparezca), examine en este caso el negocio estando presente una sola parte. Y ponga al actor en posesión de bienes de aquél con arreglo á la cuantía de la deuda declarada, (y tenga también el que fué puesto en posesión los bienes para ase-

(1) quum vero, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; ostendit, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; sic, *omitela Cont.*
(4) *El cód. Hamb.*; observent, *Trid.*; observabunt, *Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb.*; forte, *omitenla las ed.*
(6) *El cód. Hamb. (por segunda mano* denunciare); renunciare, *las ed.*
(7) *El Hamb.*; litis contestatio, *las ed.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; rerum eius, *Port., y Cont.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; rem, *Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.*; servandi causa, *Port., y Cont.*
(11) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; salvet, *Cont.*

piens res et fideiussorem praestans prosequatur causam.

Cap. V

Optimum quoque est etiam hoc propter dubitationum quaestionem lege communi determinare. Primum namque fuerunt dubitationes multae (1), utrum oporteat militias sub hypothecae deduci vinculis, aut (2) his liberas esse. Sed hoc quidem iam definitum est lege, et certae consistunt militiae, quaecunque vendi aut obligari possunt. Nos autem ex maioribus causam considerantes scimus, quia ex antiquis temporibus non erat in militiis hypotheca, sed quaedam nomina omnino antiqua et deficientia in talibus ferebantur (3), paulatim vero Imperatores, interpellantium creditorum miserati, haec praebebant, quum utique omnis militia publica exsisteret, et (4) nullum quaestum omnino alium, quam ex imperiali munificentia habens.

§ 1.—Propterea igitur sancimus, ea, quae appellantur ex casu, non omnibus promte subiacere, nisi tamen creditor fuerit, qui ad hoc ipsum mutuavit, ut militia illi emeretur. Alioquin aliis creditoribus non promte damus hoc, sed si quidem filii fuerint aut uxor defuncti, istos omnibus praeponimus modis, ut adeant nos, et secundum iussionem nostram hoc habeant non tanquam paternam hereditatem, si in aliis inops sit, sed tanquam imperialem munificentiam, ut et substantiam relinquentibus, et non habentibus merito solatium praebeamus. Si vero nullus eis neque filius, neque uxor fuerit, neque creditor, qui ad ipsam militiam mutuavit, tunc et aliis creditoribus praebemus hoc, ne videamur inhumanum aliquid facere, et non propter piam et deo placentem actionem ponere legem; de militia quippe spectabilium silentiariorum proprie datis et largitis eis privilegiis in sua virtute manentibus.

Cap. VI

Quoniam vero ad clementiam omnis a nobis lex aptata est (5), videmus autem quosdam cohaerentes mulieribus indotatis, deinde morientes, et filios quidem ex lege vocatos ad paternam hereditatem, mulieres autem, licet decies millies in statu legitimae coniugis manserint, attamen eo, quod non sit facta neque dos, neque antenuptialis donatio, nihil habere valentes, sed in novissima viventes inopia, propterea sancimus providentiam fieri etiam harum, et in successione morientis et huiusmodi uxorem cum filiis vocari, et sicut scripsimus legem, volentem, si sine dote exsistentem uxorem vir dimiserit, quartam partem eius substantiae accipere eam, sic etiam hic, quoniam contingit forte paucos aut plures esse filios, quartam partem eius substantiae habere mulierem, sive plures, sive minus filii fuerint. Si tamen legatum aliquod reliquerit ei vir, minus autem (6) quarta parte, compleri hoc,

(1) *El cód. Hamb.*; plurimae, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; vinculis, an etiam, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*; deferebantur, *Trid.*; efferebantur, *Port., y Cont.*

gurar la deuda), y entonces, si aquél compareciere, páguele antes todos los daños, y recobrando en este caso los bienes y dando fiador prosiga el litigio.

Capítulo V

Es también muy conveniente determinar por una ley general asimismo esto por causa de dudas que se discuten. Porque primeramente hubo muchas dudas sobre si los cargos en la milicia podían quedar sujetos á los vínculos de hipoteca, ó si estaban libres de ellos. Pero esto está ya ciertamente determinado en la ley, y hay ciertas milicias, que pueden ser vendidas ú obligadas. Mas nosotros, considerando con más detenimiento el caso, sabemos, que en los tiempos antiguos no había hipoteca sobre los cargos en la milicia, sino que se imponían sobre ellos ciertos créditos verdaderamente antiguos y que se extinguieron, pero poco á poco los Emperadores, compadecidos de los acreedores que les hacían representaciones, concedían tales cosas, aunque ciertamente toda milicia fuese pública, y no tuviera absolutamente ninguna otra ganancia que la proveniente de la munificencia imperial.

§ 1.—Por esto, pues, mandamos que estas cosas, que se llaman provenientes de accidente, no estén desde luego obligadas á todos, sino si el acreedor fuere uno que dió en mútuo para esto mismo, para comprar para sí el cargo en la milicia. De otra suerte, no les concedemos esto desde luego á los demás acreedores, pero si hubiere ciertamente los hijos ó la mujer del difunto, los anteponemos de todos modos, para que se nos dirijan, y tengan esto por virtud de orden nuestra, no como herencia paterna, si para lo demás fuera pobre, sino como munificencia imperial, para darles nosotros merecidamente este consuelo así á los que dejan bienes, como á los que no los tienen. Pero si no tuvieren hijo alguno, ni mujer, ni acreedor, que haya prestado en mútuo para la misma milicia, en este caso les concedemos esto también á los demás acreedores, para que no parezca que hacemos alguna cosa inhumana, y que establecemos esta ley no por razón de una acción piadosa y grata á Dios; subsistiendo ciertamente en su vigor los privilegios de los espectables silenciarios especialmente á ellos dados y concedidos.

Capítulo VI

Mas como toda ley ha sido acomodada por nosotros á la clemencia, y vemos que algunos se unen á mujeres indotadas, y que después mueren, y que los hijos son llamados ciertamente por la ley á la herencia paterna, pero que las mujeres, aunque diez mil veces hayan permanecido en estado de cónyuge legítima, no pueden, sin embargo, tener nada, porque no se hizo ni dote, ni donación antenupcial, sino que viven en extrema pobreza, mandamos por esto que se tenga cuidado también de ellas, y que tal mujer sea llamada con sus hijos también á la sucesión del difunto, y así como escribimos una ley que quiere que si el marido hubiere repudiado á la mujer, que no tenía dote, reciba ella la cuarta parte de los bienes de aquél, así también en este caso, puesto que quizá acontece que hay pocos ó muchos hijos, tenga la mujer la cuarta parte de los bienes de aquél, ya si fueren muchos ó po-

(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb.*; aptata est lex, *las ed.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; autem, *omitenla Port., y Cont.*

ut, sicut laesas eas iuvamus, si forte dimissae fuerint a viris indotatae consistentes, ita vel si perduraverint semper cum eis, eadem fruantur providentia; scilicet omnibus secundum instar illius nostrae constitutionis, quae quartam decernit eis, etiam hic servandis similiter quidem in viris, similiter autem in mulieribus; communem namque etiam hanc super eis ponimus legem, sicut et praecedentem.

§ 1.—Si vero quasdam res proprias mulier in domo viri aut alibi repositas habuit, harum actionem et retentionem habeat omnibus modis imminutam, subiacere huiusmodi rebus viri creditoribus nullo modo valentibus, nisi forte secundum quod in illius iure ex hac lege heres exstiterit.

§ 2.—Haec itaque dicimus, si coniunctorum alter dotem aut antenuptialem donationem non faciens, inops aut vir aut mulier inveniatur, et moriens quidem aut vir aut mulier locuples sit, ille vero vel illa superstes pauper exsistat. Nam si aliunde forsan habeat, non offerentem dotem aut non dantem propter nuptias donationem non erit iustum gravare filios per successionem, quoniam lex alia est nostra dicens, dotem non offerentem non posse res viri acquirere per antenuptialem donationem. Quod etiam hic volumus (1) obtinere, nisi tamen ipse vir aut legatum ei aut aliquam partem institutionis reliquerit; fieri namque hoc nullo invidemus modo, ut omnibus modis concordantiae legum serventur, et inopia coniugis per divitias salvetur alterius.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo in omnibus valere effectuique contradere festinet, per praecepta a se conficienda universa faciens manifesta, quatenus ipsi secundum haec vivant etiam et conversentur.

Dat. X. Kal. Octobr. Constant. imper. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XI., post cons. Belisarii V. C. anno secundo. [537.]

CONST. LIV (2)

CONSTITUTIONEM, QUAE EX ADSCRIPTITIO ET LIBERA NATOS LIBEROS ESSE VULT, NON IIS, QUI ANTE CONSTITUTIONEM NATI SUNT SED QUI POST CONSTITUTIONEM, PRODESSE, ET UT (3) VENERABILES DOMUS COMMUTATIONES FACIANT ADINVICEM IMMOBILIUM RERUM (4), DECRETO PRIUS INTERPOSITO, EXCEPTA HAC MAIORI (5) ECCLESIA

(Cod. V. tit. 7.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *Praefecto Praetorio iterum, Exconsuli et Patricio* (6).

Praefatio

In quadam nostrarum constitutionum, nihil ob-

(1) *El cód. Hamb.*; etiam volumus hic, *las ed.*

(2) *El texto griego se halla en Scrimg., y falta en Hal.— Se hace mención de esta Novela, como siendo la 52., en Paratit. Coll. const. eccl. I. 2.— Iulian. Const. 48. — La versión latina es la antigua de la glosa.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; ut ne, *Port., y Cont.*

cos los hijos. Mas si el marido le hubiere dejado algún legado, pero menor que la cuarta parte, complétesele, á fin de que, así como las auxiliamos habiendo sido perjudicadas, si siendo indotadas hubieren sido acaso repudiadas por sus maridos, así también disfruten de esta misma providencia, si siempre hubieren permanecido con ellos; debiéndose observar, por supuesto, también en este caso todo según el tenor de aquella constitución nuestra, que les señala la cuarta parte, del mismo modo ciertamente tratándose de los varones, que de las mujeres; porque también establecemos respecto á ellos común esta ley, así como la anterior.

§ 1.—Pero si la mujer tuvo algunas cosas propias sitas en la casa de su marido ó en otra parte, tenga de todos modos sin menoscabo la acción y la retención de las mismas, no pudiendo de ningún modo tales bienes estar obligados á los acreedores del marido, sino acaso en cuanto por virtud de esta ley ella fuere heredera en derechos de aquél.

§ 2.—Así, pues, decimos esto, si no constituyendo uno de los cónyuges dote ó donación antenupcial se hallara que es pobre el marido ó la mujer, y que ciertamente el marido ó la mujer que fallece es rico, y que es pobre él ó la que sobrevive. Porque si acaso tuviera otros bienes, no será justo que la que no ofrece dote ó el que no da donación por causa de las nupcias grave á los hijos en la sucesión, porque hay otra ley nuestra que dice que la que no ofrece dote no puede admitir bienes del marido por donación antenupcial. Lo que queremos que también en este caso esté en vigor, á no ser, sin embargo, que el mismo marido le hubiere dejado un legado ó alguna parte de la institución; porque de ningún modo nos oponemos á que se haga esto, á fin de que de todas maneras se conserve la concordancia de las leyes, y la pobreza de un cónyuge se remedie con las riquezas del otro.

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu excelsitud á hacer valer en todo caso y á llevar á efecto lo que nos ha parecido bien, haciéndolo saber todo por medio de edictos por ella hacederos, á fin de que todos vivan y arreglen también su vida en conformidad á esto.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Octubre, en el año undécimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION LIV

DE QUE LA CONSTITUCIÓN, QUE QUIERE QUE SEAN LIBRES LOS NACIDOS DE ADSCRIPTICIO Y DE MUJER LIBRE, NO LES APROVECHE Á LOS QUE NACIERON ANTES DE LA CONSTITUCIÓN, SINO Á LOS QUE DESPUÉS DE ELLA, Y DE QUE LAS VENERABLES CASAS, EXCEPTUADA ESTA IGLESIA MAYOR, HAGAN RECÍPROCAMENTE CONMUTACIONES DE BIENES INMUEBLES, HABIÉNDOSE INTERPUESTO ANTES DECRETO

(Colección V. título 7.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Sobre alguna de nuestras constituciones, que no

(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; ecclesiasticarum, *adicionan Port., y Cont.*

(5) venerabili, *el cód. Hamb.*

(6) *Trid., Port., y Cont.*; Mennae archiepiscopo constantinopoleos, *el cód. Hamb.*

scuritatis habente, motae sunt quaestiones ab aliquibus ex studio et ad suam intentionem obscuritatem ei introducentibus. Quum enim libertatis amatores simus, nuper posuimus legem, ut non secundum antiquitatem, si ex adscriptitia et libera persona processerit soboles, omnino eam sequi adscriptitiam fortunam, sed (1) secundum servilis fortunae observationem, sic etiam super adscriptitiis putari, et secundum ventris statum eius etiam, qui nascitur, considerari fortunam. Ex libera namque matre procedere servilem partum, nostra benefaciens noluit lex, quoniam diximus in lege, si quidam (2) coniuncti sunt mulieribus, sive etiam coniuncti fuerunt, et filii procreantur, ita legem in iis, qui procreantur, valere. Quidam autem sic fatue aut callide interpretari ausi sunt legem, ut, etiam si ante constitutionem nati sunt aliqui, vel si valde sint senes, puteut eos liberari tanquam modo natos et non longe praecedentes legem, quum utique nos hunc habuerimus intellectum, ut, si cohaererent iam quidam (3) uxoribus, et post legem filii procreati essent, aut non cohaererent quidem, postea vero nuptiae fierent, post legem nati haberent ex lege datam libertatem.

tenía ninguna obscuridad, se han promovido cuestiones por algunos, que de intento y para su propósito han introducido en ella obscuridad. Porque como somos amantes de la libertad, establecimos hace poco una ley, para que, si de una persona adscripticia y de otra libre hubiere provenido prole, no siga esta en modo alguno, como en la antigüedad, la condición adscripticia, sino que, como se observa tratándose de la condición servil, así también se juzgue respecto á los adscripticios, y se considere asimismo la condición del que nace según el estado del vientre. Porque, disponiéndolo bien, no quiso nuestra ley que de una madre libre proviniera un parto esclavo, pues dijimos en la ley, que si algunos se unieron con mujeres, ó si también se hallaban unidos, y se procreaban hijos, tuviera validez la ley del mismo modo en cuanto á los que procrearan. Pero algunos se atrevieron á interpretar tan fátua ó astutamente la ley, que, aunque algunos hubieran nacido antes de la constitución, ó fueran muy ancianos, juzgaban que ellos habían sido hechos libres, como nacidos entonces, y no siendo muy anteriores á la ley, siendo así que ciertamente tuvimos esta intención, que, si algunos estaban ya unidos á mujeres, y después de la ley hubieren sido procreados hijos, ó si ciertamente no estaban unidos, pero después se celebraban nupcias, tuvieran los nacidos despues de la ley la libertad dada por la ley.

Cap. I

Ne igitur liceat artibus uti et malignari, et possessionum nocere dominis talibus interpretationibus, propterea sancimus omnes, qui nati sunt a tempore legis, hos solutos esse adscriptitia fortuna, si ex liberis nascantur matribus, omne praeteritum antiquae servando legi..

Capítulo I

Así, pues, para que no sea lícito valerse de artificios y tramar ardides, y perjudicar con tales interpretaciones á los dueños de las posesiones, mandamos que todos los que nacieron desde la fecha de la ley estén libres de la condición adscripticia, si nacieran de madres libres, reservándose todo lo pasado para la antigua ley.

Cap. II

Quia igitur (4) nuper scripsimus legem, medentes iis, quae de ecclesiasticis allenationibus fiunt, et volentes, si quidem publicum debitum sit, posse eas alienare cum omni subtilitate secundum legis observationem, si vero privatum debitum est, pro soluto dare rem immobilem, et in nullo videri offendere positam legem, quae omnem alienationem prohibet, etiam illud adiicimus, et (5) per quandam inevitabilem occasionem et utilem et (6) danti et accipienti venerandae domui, hoc est aut ecclesiae ad ecclesiam, aut ptochotrophio ad ptochotrophium, aut xenodochio ad xenodochium, aut simpliciter venerabili domui ad aliam reverendam domum, hoc est aut ecclesiae ad ptochotrophium, aut monasterio ad venerandam domum, aut xenodochio, aut nosocomio, aut illis ad ecclesiam, aut ad alterutrum, aut unum horum, quae prius a nobis sunt dinumerata, aut alteri cuilibet venerabili domui, licentiam damus praesulibus horum (7) per hanc legem commutationem facere, et hoc valere, et non solum imperium, sicuti prior dabat lex, licentiam habere commutare, sed etiam venerabiles domos, quae regi omnium deo dedicatae sunt, sic tamen, ut etiam decretum interponatur cum omni subtilitate et iureiurando. Et apud locorum metro-

Capítulo II

Mas como hace poco escribimos una ley, poniendo remedio á lo que se hace en las enajenaciones de bienes eclesiásticos, y queriendo que si verdaderamente hubiera una deuda pública pudieran enajenarlos con toda escrupulosidad con arreglo á la observancia de la ley, pero que si la deuda fuera privada, se diera en pago una cosa inmueble, y no se considerase que en nada se infringía la ley establecida, que prohibe toda enajenación, añadimos también esto, que también en cualquier ocasión inevitable y útil así para la venerable casa que da como para la que recibe, esto es, ó á una iglesia para otra iglesia, ó á un hospicio de pobres para otro hospicio de pobres, ó á un hospicio de peregrinos para otro hospicio de peregrinos, ó simplemente á una venerable casa para otra venerable casa, esto es, ó á una iglesia para un hospicio de pobres, ó á un monasterio para una venerable casa, ó á un hospital de peregrinos, ó á una enfermería de pobres, ó á ellos para una iglesia, ó para uno y otro, ó para uno solo de los que antes han sido enumerados por nosotros, ó para otra cualquiera venerable casa, les damos licencia por medio de esta ley á sus presidentes para hacer la conmutación y para que esto sea válido, y no sólo el imperio tenga, como le daba la anterior ley,

(1) *Bk.*; sed, *omittenla el cód. Hamb., Trid., y Cont.*; et secundum, *Port.*
(2) *Trid., y Port.*; si quidem, *el cód. Hamb., y Cont.*; sive quidam, *Bk.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; quidem, *Port., y Cont.*
(4) autem, *Bk.*
(5) ut, *Bk.*
(6) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*
(7) *El cód. Hamb.*; monasteriorum, *adicionan las ed.*

politam hoc considerari, et si revera probatum fuerit cum iureiurando, quia utile est utrique parti hoc agi, ratum esse et valere, et non egere neque speciali iussione, neque pragmatico divino typo: habentibus quippe iis, qui ad talia conveniunt, magni dei iudicium, si quid (1) praevaricati fuerint horum, quae competunt, aut quoddam colludium fit, aut aliquid praeter (2) utilitatem utriusque geratur partis. Nam etiam maledicta his omnium terribilia imminebunt, et quae inferunt eloquia divina peccantibus, et quae nunc (3) disposita sunt. Si quid autem praetermittatur, et postea demonstretur maligne factum, pro non facto erit.

§ 1.—Excipimus etiam (4) hac lege sanctissimam maiorem ecclesiam, sicut etiam priori; illam namque in priori prohibitione alienationum stare volumus, quoniam et hoc ipsis gubernatoribus eius sanctissimis viris videtur.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae nobis bene et sancte visa sunt, et per hanc sanctam declarata sunt legem, in omnibus gentibus, quibus praees, per praecepta propria soienniter faciat manifesta.

Dat. XV. Kalend. Septemb. CP. imper. DN. Iustiniani anno XI., post Belisarii V. C. cons. anno II. [537.]

CONST. LV (5)

UT DE CETERO COMMUTATIONES ECCLESIASTICARUM RERUM NON FICTE FIANT AD PIISSIMUM IMPERATOREM, ET HOC MODO AD ALIAS PERSONAS (6) TRANSEANT RES, SED HAEC TANTUMMODO FIANT AD IMPERIALEM DOMUM; ET UT LICEAT PERPETUAS EMPHYTEUSES AGI AB ORATORIIS IN ORATORIA, DECRETO VIDELICET INTERPOSITO, EXCEPTA HAC MAIORE ECCLESIA, NEC TAMEN IN PRIVATAM PERSONAM TRANSEAT EMPHYTEUSIS

(Coll. V. tit. 8.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Mennae, *Archiepiscopo Constantinopolitano.*

Praefatio

Legem scripsimus dudum ecclesiasticas quidem alienationes prohibentem, solam autem commutationem permittentem sanctissimis ecclesiis, nec non sanctissimae maiori ecclesiae huius felicissimae civitatis, dum imperium accipere aliquid ab aliqua venerabilium domuum voluerit. Postea si quidem aliam scripsimus legem, qua excepimus sanctissimam maiorem ecclesiam, permittentes quasdam alienationes, quas illa lex dicit. Quia vero cognovimus, quod (7) aliqui prioris constitutionis

licencia para permutar, sino también las venerables casas que están dedicadas á Dios, rey de todas las cosas, pero de suerte que también se interponga decreto con toda escrupulosidad y con juramento. Y sea esto examinado ante el metropolitano de las localidades, y si verdaderamente se hubiere probado con juramento, que para ambas partes es útil que se haga esto, sea ratificado y tenga validez, y no necesite de orden especial, ni de divina pragmática resolución; estando ciertamente sujetos al juicio de Dios grande los que para tales cosas se reunen, si hubieren infringido alguna de las disposiciones, que corresponden, ó si se hiciera alguna colusión, ó si se ejecutara algo prescindiendo de la utilidad de ambas partes. Porque caerán también sobre ellos terribles maldiciones, las que lanzan las divinas escrituras á los que pecan, y las que ahora han sido ordenadas. Mas si se hubiera omitido alguna cosa, y después se demostrara que esto se hizo con malicia, la cosa se tendrá por no hecha.

§ 1.—Exceptuamos también de esta ley, así como de la anterior, la santísima iglesia mayor; porque queremos que ella permanezca sujeta á la anterior prohibición de enajenaciones, porque también así les parece á los mismos santísimos varones gobernadores de ella.

Epílogo

Por tanto, haga tu eminencia manifiesto en la forma acostumbrada, por medio de edictos, á todas las gentes á quienes presides lo que bien y santamente nos ha parecido, y por medio de esta ley ha sido declarado.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, en el undécimo año del imperio del señor Justiniano, segundo después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION LV

DE QUE EN LO SUCESIVO NO SE HAGAN FICTICIAMENTE CON EL PIADOSÍSIMO EMPERADOR PERMUTAS DE BIENES ECLESIÁSTICOS, Y DE ESTE MODO PASEN LOS BIENES Á OTRAS PERSONAS, SINO QUE ELLAS SE HAGAN SOLAMENTE CON LA CASA IMPERIAL; Y DE QUE SEA LÍCITO QUE POR ORATORIOS SE HAGAN ENFITEUSIS PERPÉTUAS Á OTROS ORATORIOS, HABIÉNDOSE, Á LA VERDAD, INTERPUESTO DECRETO, EXCEPTUADA ESTA IGLESIA MAYOR, PERO SIN QUE LA ENFITEUSIS PASE Á UNA PERSONA PRIVADA

(Colección V. título 8)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Menna, *Arzobispo de Constantinopla.*

Prefacio

(4) indefessa egerere, *el cód.*; indefesse gerere, *Bk.*
(5) *Bien.*; ntunia deminutione, *el cód.*
(6) *Bien.*; hoc quae sua, *el cód.*
(7) *Bien.*; nostrum, *el cód.*
(8) *Bien.*; placult, *omitela el cód.*
(9) *Bk.*; trucinare, *el cód.*
(10) *Bk.*; et q est ad modum, *el cód.*; et quasi ad modum, *conjetura Bien.*
(11) *Bk.*; ulla, *el cód.*
(12) *Bk.*; colleguntur, *el cód.*
(13) *Bien.*; conscendentes, *el cód.*
(14) *Más acertado parece que sería* non a solis.
(15) *Bk.*; diascerendum, *el cód.*

nostri palatii proceres et gloriosissimos senatores quasi quaedam medietas sublimissima est praefectura (1), sancimus (2), praesulem quidem amplissimi senatus, secundum.... antiquissimae (3) series memoriae vindicatur, urbicariam (4) esse praefecturam, et primam sedem et dedicari, postea autem omnes eminentissimos senatores patricios numerari, videlicet ut, si qui (5) ex his et consulatus insignibus decorantur, secundum consulatus ordinem habeant inter se emergentem praerogativam; his procul dubio, qui in ipso actu consulatum gesserunt, aliis omnibus consularibus in suo ordine anteponendis. Quemadmodum enim inter proceres nostros moris est patriciatus infulas consulari fastigio anteponi, ei in amplissimo (6) senatu idem exemplum observandum est. Cetero omni post patricios consortio, tam consularium quam praefectoriae dignitatis, quibus etiam magistros militum connumeramus, nec non viros magnificos et (7) illustres, secundum suae dignitatis tempora in magnam curiam tam convenientibus, quam consedentibus et sententiam ferre habentibus licentiam. Si quem autem utentem cingulo (8) ex nostra iussione deponere cingulum contigerit, non ex hoc fieri eum deteriorem censemus vel ad inferiorem gradum deduci, sed suam tenere etiam in amplissimo senatu praerogativam, quam antea, quum cingulo uteretur, habuisse noscebatur; et siquidem altiore loco condonare voluerimus, hoc eum et in maxima curia beneficio perpotiri; quos enim honoratos vocamus (9), eos nullam iniuriam perpeti concedimus, ne, quod (10) eis pro labore per quietem praecipuum praemium indulgemus, hoc in deminutione (11) honoris eorum detrahatur. Gaudeat ita unusquisque sine aliqua laesione beneficio nostro, sive ut agat, sive ut requiescat fuerit in eum collatum, quum neque semper laborare, neque semper (12) vacare hominibus libitum esse videtur, sed permutatio et varietas et usus rarior mentes humanas delectant. Si qui autem illustri dignitate decorati sunt, liceat eis patriciatus (13) codicillos accipere, etsi non consulares vel praefectorii (14) exsistant, quod constitutio divae memoriae Zenonis indistincte (15) postulabat. Sufficit etenim in patriciatus honorem capiendum, si (16) tantummodo illustri dignitate quidem decoretur; sed etsi hoc iam in quibusdam (17) praetermissum est (18), nullum praeiudicium eis, qui provecti sunt, generare.

Sin vero dignitate donare quosdam voluerimus, illa tamen voluntate, ut illico in senatum eos transferamus, eos tantummodo tertiam partem sportularum praestare sancimus, ut et dignitate gaudeant, et magnum non sentiant detrimentum; aliis videlicet omnibus in provectionibus suis in solidum consuetudines praestantibus.

entre los muy brillantes próceres de nuestro palacio y los gloriosísimos senadores está como cierto término medio la sublimísima prefectura, mandamos que tenga ciertamente la presidencia del amplísimo senado, según lo reclama la continuación de antiquísima memoria, la prefectura de la ciudad, y que se le dedique también el primer asiento, y que después sigan en orden todos los eminentísimos senadores patricios, pero de suerte que, si algunos de ellos están decorados también con las insignias del consulado, tengan entre sí la prerogativa que resulta según el orden del consulado; debiéndose anteponer sin duda alguna en su propio orden á todos los otros consulares los que en la actualidad desempeñaren el consulado. Porque así como entre nuestros próceres es de costumbre que las ínfulas del patriciado se antepongan á la dignidad consular, también se ha de observar el mismo ejemplo en el amplísimo senado. Después de los patricios tendrá licencia así para reunirse en la grande curia, según la fecha de su dignidad, como para tomar asiento y pronunciar sentencia, todo el restante consorcio, tanto de los consulares como de los de dignidad prefectoria, con los que contamos también los maestres militares, y los varones magníficos ó ilustres. Mas si aconteciere que el que tiene cíngulo lo dejara por orden nuestra, mandamos que no por esto sea él hecho de peor categoría, ó reducido á inferior grado, sino que conserve también en el amplísimo senado su prerogativa, que se sabía que tuvo antes, cuando usaba el cíngulo; y si hubiéremos querido premiarle con más elevado puesto, disfrute él de este beneficio también en la curia máxima; porque no permitimos que los que llamamos honrados sufran ninguna injuria, á fin de que no se convierta en disminución del honor de ellos el premio especial que por medio del descanso les concedemos por su trabajo. Y así, disfrute cada cual de nuestro beneficio sin lesión alguna, ya si se le hubiere conferido para que esté en activo, ya si para que descanse, porque parece que á los hombres no les es lícito ni trabajar siempre, ni estar siempre ociosos, sino que el cambio, la variedad, y el ejercicio menos frecuente deleitan á las humanas inteligencias. Mas si algunos están decorados con dignidad ilustre, séales lícito recibir las credenciales del patriciado, aunque no sean consulares ó prefectorios según indistintamente requería la constitución de Zenón, de divina memoria. Porque basta para obtener el honor del patriciado, solamente si se estuviera ciertamente decorado con dignidad ilustre; mas aunque esto ha sido ya desatendido respecto á algunos, no les origina ningún prejuicio á los que son elevados.

Pero si hubiéremos querido hacer á algunos donación de dignidad, mas con la voluntad de llevarlos inmediatamente al senado, mandamos que éstos paguen solamente la tercera parte de las espórtulas, á fin de que disfruten de la dignidad, y no sufran grande quebranto; pagando, por supuesto, todos los demás en sus promociones íntegramente lo que es de costumbre.

(1) *Bien.*; sublima est praefecture, *el cód.*
(2) *Bk.*; sanctimus, *el cód.*
(3) secundum a antiquissime, *el cód.*; secundum instar, *conjetura Bien.*
(4) *Bien.*; bicariam, *el cód.*
(5) *Bien.*; quis, *el cód.*
(6) *Bk.*; amplissimos, *el cód.*
(7) *Bk.*; et, *omitela el cód.*
(8) *Bien.*; cingulum, *el cód.*
(9) *El cód.*, *véase Kriegel l. c.*; enim honoramus, *Sav., y Bien.*
(10) *Bien.*; neque, *el cód.*
(11) deminutionem, *Bien.*
(12) *Bien.*; semper labore semper neque, *el cód.*
(13) *Bien.*; patalas, *el cód.*
(14) *Bk.*; praefectorio, *el cód.*
(15) *Bien.*; in irrite, *el cód.*; *acaso se deba leer* non irr
(16) *Bk*; sit, *el cód.*; si sit—decoratus, *Bien.*
(17) *Bien.*; quibus, *el cód.*
(18) *Bien.*; et, *el cód.*

Epilogus

Quae igitur per hanc divinam legem nostra sanxit aeternitas, sublimitas tua, et tuae sedis successores, et officium tuum in omne aevum conservare festinent, poena quinquaginta librarum auri eis imminente (1), qui hoc violare tentaverint (2) vel a quoquam violari concesserint.

Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XI., post. consul. Belisarii V. C. ann. II. [537.]

CONST. LXVI (3)

DE NOVI OPERIS NUNCIATIONE MARITIMI ADSPECTUS

(Coll. V. tit. 15.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Longino, *huius almae urbis Praefecto.*

Praefatio

Causam, quae dolose fit in hac regia civitate circa domuum aedificia, cohibere et emendare iustum credimus. Quia enim certis mensuris distare domos abinvicem Zenonis piae memoriae constitutio dicit, sed et nos (4) aliquid tale sancivimus; sequitur autem in hac regia urbe non posse aliquid ultra centum pedes prohibere maris adspectum, rem gratissimam (5), oportebat quidem forsan et ex ampliore mensura adspectus eis parare (6), et non eos prohibere. Sed tamen hoc inopinabili quadam machinatur arte. Quidam enim centum pedum relinquentes mensuram, aut etiam parum (7) aliquid huic addentes, deinde aedificant nihil aliud habentes, sed tanquam aliquod velum tetenderint, et quum abstulerint maris adspectum per omnem potestatem, et non repugnantes legi propter centum pedum spatium, interim aedificant sine prohibitione, et dum quod quaerunt potiuntur, deponunt illud, quod propter utilitatem ab eis iniunctum (8) est, sed (9) ita schema circumvenientes omni voluptate (10) extraneas possessorum constituunt domos. Quod de cetero fieri nullo modo volumus (11).

Cap. I

Sed si quis voluerit tale aliquid excogitare et malignari, non taliter ludat, sed si hoc egerit pro veritate, domum totam aedificet, et usque ad spatium totum (centum dicimus pedum) tendat, aedificia faciens tanquam necessaria sibi et inevitabilia futura, non autem propter vicini laesionem construat parietes, et velut ex quadam pictura talem extendens machinationem, privationem adspectus arripiat. Sicut enim eis, qui aliena diripiunt, directe adversamur, et poena (12) dignos putamus, ita et haec molientes nihilo minores (13) in malitiam (14) eorum, qui alienas res abripiunt, existimamus (15).

(1) *Bien.*; imminenda, *el oód.*
(2) *Bk.*; temptaverit, *el oód.*
(3) *El texto griego, (Novela LXIII.) se halla en Hal. y Sorimg.—Iulian. Const. 57. La versión latina, mala y adulterada, no es ciertamente glosada, pero se halla en algunos códices y ediciones de la versión de la Vulgata. Falta en el oód. Hamb.*
(4) *Trid.*; nos etiam, *Port., y Cont.*
(5) *Port.*; rem gravissimam, *Trid.*; rem omnium gratissimam, *Cont.*
(6) *Bk.*; eis partem, *Trid.*; eius partem, *Cont.*

Epilogo

Por tanto, apresúrense tu sublimidad, y los sucesores en tu sede, y tus oficiales á conservar en todo tiempo lo que por esta divina ley ha sancionado nuestra eternidad, amenazando la pena de cincuenta libras de oro á los que hubieren intentado violarlo, ó consintieren que por cualquiera sea violado.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Enero, en el año undécimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, segundo del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCIÓN LXVI

DE LA DENUNCIA DE OBRA NUEVA QUE AFECTA Á LA VISTA DEL MAR

(Colección V. título 15.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Longino, *Prefecto de esta ilustre ciudad.*

Prefacio

Creemos que es justo reprimir y corregir lo que dolosamente se hace en esta real ciudad en la edificación de casas. Porque como una Constitución de Zenón, de piadosa memoria, dice que las casas disten entre sí cierta medida, y también nosotros dispusimos alguna cosa semejante, y se añade que en esta real ciudad no pueda cosa alguna impedir hasta más allá de cien pies la vista del mar, cosa gratísima, era menester ciertamente procurarles las vistas acaso aun desde mayor distancia, y no impedírselas. Pero, no obstante, se maquina contra esto con cierto inopinado artificio. Porque algunos, dejando la medida de cien pies, ó aun añadiendo á ella algún poco más, edifican después, sin tener ninguna otra cosa sino un como velo que hubieren tendido, y cuando han quitado la vista del mar con plena potestad, y no se oponen á la ley á causa del espacio de los cien pies, edifican sin prohibición en el intermedio, y cuando disfrutan de lo que buscaban, derriban lo que por su conveniencia fué levantado por ellos, y defraudando así el orden establecido hacen que las casas de los poseedores queden privadas de todo recreo. Lo que de ningún modo queremos que se haga en lo sucesivo.

Capítulo I

Pero si alguno hubiere querido imaginar alguna tal cosa y obrar con malicia, no defraude de tal modo, sino que si en verdad lo necesitare, edifique toda la casa, y aléjese todo este espacio, (nos referimos al de cien pies), haciendo los edificios como hubieran de ser necesarios é inevitables para él, pero no construya paredes para lesión del vecino, y, como si extendiera su ardid por virtud de cierta ficción, logre la privación de la vista. Porque así como derechamente nos oponemos á los que quitan las cosas ajenas, y los consideramos dignos de pena, así también estimamos que los que tales cosas ma-

(7) *Mejor estaría* parvum.
(8) inventum, *Port. al márgen*; eis *(omitiendo* ab) iniunctum, *Bk. ed. estereotipada.*
(9) et, *Bk.*
(10) *Bk.*; voluntate, *Trid., Port., y Cont.*
(11) *Trid., y Port.*; inventum, *adiolona Cont.*
(12) *Trid.*; poenis, *Port., y Cont.*
(13) *Bk.*; nihilominus, *Trid., Port., y Cont.*
(14) nihilo et malitiam, *Trid., y Port.*; in malitia, *Bk.*
(15) extimamus, *Trid.*; aestimavimus, *Port., y Cont.*; aestimamus, *Bk.*

Unde si parvam aliquam rem per modum abreptionis auferre praesumenti beneficio vi bonorum raptorum conquadruplatur poena, quomodo non hunc necesse est qui tale aliquid agit, et ut tollat cogere (1) quod ab eo factum est, et (2) alia maiori poena mulctari? hoc est decem librarum auri, inferendarum theatralibus tuae celsitudinis, ut non malus vicinus (hoc quod in sermone) constitutus evadat (3) deridens legem, tanquam non valentem eum propriis inhibere dispositionibus.

quinan no son en nada inferiores en malicia á los que roban las cosas ajenas. Por lo cual, si al que se atreve á quitar alguna pequeña cosa en forma de rapiña se le cuadruplica la pena por beneficio de la acción de bienes arrebatados con violencia, ¿cómo no habría de ser necesario obligar al que hace alguna tal cosa á que quite lo que por él se hizo, y que fuese castigado con otra pena mayor? Esto es, con la de diez libras de oro, que habrán de ser pagadas á los fondos teatrales de tu excelsitud, para que ninguno que sea mal vecino (según se dice en el lenguaje) evada la ley burlándose de ella, como si no fuera eficaz á ponerle á él obstáculo con sus propias disposiciones.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo in hac felicissima civitate operi terminoque contradere et in perpetuum una cum obediente officio servare festinet, eadem decem librarum imminente poena contra haec praevaricantes, aut praevaricari sinentes.

Dat. VII. Id. Mart. Constant. imper. DN. Iustiniani PP. Aug. Anno XI. Ioanne V. C. cons. [538.]

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu excelsitud á llevar á ejecución y á término en esta felicísima ciudad lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, y á guardarlo á perpetuidad juntamente con los oficiales que están á sus órdenes, amenazando la misma pena de diez libras á los que contra ello prevariquen, ó dejen que se prevarique.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Marzo, en el año undécimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Juan, varón muy esclarecido. [538.]

CONST. LXV (4)

DE HORTULANIS CONSTANTINOPOLITANIS

Idem Aug. Longino, *Pf. U. regiae Constantinopolis.*

Praefatio

Multae undique querelae ex tempore plurimo contra felicissimae huius urbis et eius suburbiorum (5) hortulanos deferuntur laborantium omnium adversus eorum (6) malitiam. Quae vero deferuntur, huiusmodi sunt.

Cap. I

Aiunt ex corpore hortulanorum et aestimatores hortorum plerumque esse, et (7) causam fieri pessimam. Dum enim horti dominus hunc tradit hortulano conductionem subeunti, nihil aliud, quam plantatum in eo olus aestimant, et huius aestimationem imponunt accipienti hortulano seu conductori; quum vero futurus est tradere post transactionem temporis conductor, fieri tunc demum ab eis scrupulosam oleris aestimationem, eam autem (8) in sextuplum et (9) multiplicem fieri, et si ei quinquaginta aureorum sit olus, non minus trecentorum, interdum autem et amplius hoc aestimari, et non usque hoc solum causae avaritiam stare, sed etiam maiorem tanto eam facere, dicentes, quia stercus immiserint terrae et alios quosdam (10) habeant labores, et ex hoc extendere in quantum voluerint pretium, et pro aestimatione insertarum forsan arborum alia augmenta facere, dum utique, quum perceperint a dominis (11), nulla

CONSTITUCION LXV

DE LOS HORTELANOS DE CONSTANTINOPLA

El mismo Augusto á Longino, *Prefecto de la real ciudad de Constantinopla.*

Prefacio

De todas partes se producen desde larguísimo tiempo muchas quejas contra los hortelanos de esta felicísima ciudad y de sus suburbios, por todos los que se defienden contra la maldad de los mismos. Y tales son las cosas que se delatan.

Capítulo I

Dicen que de ordinario los apreciadores de huertos son del cuerpo de los hortelanos, y que se hace una cosa muy mala. Porque cuando el dueño de un huerto lo entrega á un hortelano que toma su arrendamiento, no estiman ninguna otra hortaliza sino la que hay plantada en él, é imponen su estimación al hortelano que lo recibe ó toma en arrendamiento; pero cuando el arrendatario ha de devolverlo después de transcurrido el tiempo, se hace entonces por ellos una escrupulosa estimación de la hortaliza, y se eleva ésta al séxtuplo y á más, y si tuviera hortaliza por cincuenta áureos la estiman en no menos de trescientos, y á veces aun en más, y no se detiene en esto solo la avaricia del caso, sino que hacen también mucho mayor aquella valoración los que dicen que echaron estiércol á la tierra, y que tienen hechos algunos otros trabajos, y elevan por virtud de esto el precio á cuanto quieren, y hacen otros aumentos por la estimación de

(1) *Bk.*; agit et cogit, *Trid., Port., y Cont.*
(2) *Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(3) *Bk. ed. estereotipada*; *antes* vadat.
(4) *El texto griego (Novela LXIV.) se halla en Hal. y Scrimg. — Iulian. Const. 58.—Biener publicó, tomándola del cód. Vindob., una antigua versión latina no glosada.*
(5) *Bien.*; urbanorum, *el cód.*
(6) *Bien.*; eos, *el cód.*
(7) *Bien.*; et, *omitela el cód.*
(8) *Bk.*; aestimationem aut, *el cód.*
(9) *Bk.*; aut, *el cód.*
(10) *Bk.*; qui, *el cód.*
(11) *Bien.*; ad os, *el cód.*

talis penitus aestimatio facta sit, sed plerumque in pactis profiteantur hortulani, quia et plantatas servabunt (1) arbores et alias (2) plantabunt. Sed aestimator, et in semetipso similiter causam post paucum futuram (3) putans, merito pro se talem avaritiam infert, unde si (4) infelix patiatur dominus ex imperitia tanta (5) dare damnum et sua recipere, aliique (6) tradat hortum, et rursus in illo hoc patiatur, et ex tertio forte aut quarto similem patiatur (7) nimietatem, periclitabitur et ipso (8) penitus cadere horti dominio, et extraneus omnibus suis rebus fieri, facere quoque (9) eos agnovimus (10) et quandam maiorem absurditatis adiectionem. Si enim qui postea subierit (11) hortulanus adiiciat aliquid priori pensioni (12), et hac ipsa conductione completa exigit (13) aestimationem tanquam ex laboribus suis factam, quum utique non omnino augmentum ex illius diligentia (14) factum (15) sit, sed forte principio aut per proditionem (16) aestimantium, aut per negligentiam (17) in minus, quam debeat, traditio facta sit. Quae nobis omnia ultra omnem videntur esse calliditatem et asperitatem. Quam reprimi volumus a tua celsitudine hanc sacram nostram pragmaticam respiciente (18) legem, et sicut hortulanus suscipit hortum a possessore (19), ita eum et retradat (20), si quidem olus habet, quum hortulanus eum suscepit (21), et aestimatio huius fiat, similiter et in restitutione scrupulosam aestimationem oleris solius percipiat; si vero non habeat, sed purum percipiat hortum, sive habentem stercus, sive etiam non, sic etiam restitutionem (22) fieri, et simpliciter ita servari causae ordinem super tradente hortulano, qualis fuit, quum perceperat (23), nulla alia inferenda domino laesione (24); aestimationem vero olerum non solum ab hortulanis fieri (25), sed etiam ab iis, qui vocantur summarii, et qui talia noverint (26), quippe propositis sacris eloquiis. Non enim volumus possessoribus (27) inutiles esse possessiones (28) propter eorum (29), qui sortiuntur, nequitiam et avaritiam. Propterea igitur congregans eos determinabis et non sines iniuriam ullam inferri possessoribus, sed undique eos illaesos indemnesque servabis; volumus enim aequam mensuram et a dominis ad (30) hortulanos, et ab hortulanis ad dominos fieri, eo quod undique nobis aequitas curae sit, et ut neutra laedatur pars.

árboles quizá plantados, en tanto que cuando recibieron de sus dueños los huertos no se hizo en modo alguno tal estimación, bien que de ordinario prometen en los pactos los hortelanos que conservarán los árboles plantados y plantarán otros. Mas el apreciador, juzgando que el negocio habrá de volver después de poco igualmente á él mismo, con razón favorece en su provecho tal avaricia, por lo cual, si el infeliz dueño consintiera por tanta impericia satisfacer el daño y recobrar lo suyo, y le entregara el huerto á otro, y á su vez con éste tolerase lo mismo, y sufriese semejante minuciosidad acaso respecto de un tercero ó de un cuarto, correrá peligro de perder en absoluto aun el mismo dominio del huerto, y de hacerse ajeno á todos sus propios bienes, y aún reconocemos que aquéllos agregarán otro cualquier absurdo mayor. Porque si el hortelano que después sucediere añadiese alguna cosa á la primera pensión, y concluído este mismo arrendamiento exige la estimación como hecha por virtud de sus labores, cuando ciertamente no se realizó absolutamente ningún aumento por virtud de cuidado del mismo, sino que quizá al principio se hizo la entrega por menos de lo que se debía ó por traición de los estimadores, ó por negligencia. Todo lo que nos parece que supera á toda astucia é inconveniencia. La cual queremos que sea reprimida por tu excelsitud, atendiendo á esta sacra ley nuestra, y así como el hortelano recibe de su poseedor el huerto, así también lo devuelva, y si ciertamente tiene hortaliza cuando el hortelano lo recibió, y se hiciera la estimación de ella, perciba también del mismo modo al restituirlo la escrupulosa estimación de la hortaliza sola; pero si no la tuviera, sino que recibiese escuétamente el huerto, ya teniendo estiércol, ya también no teniéndolo, hágase también así la restitución, y sencillamente, guárdese en este negocio al hacer la devolución el hortelano el orden que se observó cuando recibió el huerto, sin que se haya de causar al dueño ninguna otra lesión; pero la estimación de las hortalizas sea hecha no solamente por hortelanos, sino también por los que son llamados contadores, y por los que conozcan tales cosas, teniendo ciertamente á la vista las sagradas escrituras. Porque no queremos que sean inútiles para los poseedores sus posesiones por la maldad y la avaricia de los que les tocan en suerte. Por lo cual, pues, determinarás congregándolos, y no dejarás que se infiera injuria alguna á los poseedores, sino que los mantendrás de todo punto ilesos é indemnes; porque queremos que se haga igual medida así por los dueños para los hortelanos, como por los hortelanos para los dueños, pues en todo cuidamos de la equidad, y de que no sea lesionada ni una ni otra parte.

Cap. II

Si vero aliquis incultam (31) terram tradat, ille

Capítulo II

Pero si alguno entregase una tierra inculta, y

(1) *Bien.;* servant, *el cód.*
(2) *Bien.;* alios, *el cód.*
(3) *Bk.;* futurum, *el cód.*
(4) *Bk.;* si, *omitela el cód.*
(5) tantum, *concordaría con el texto griego.*
(6) *Bk.;* alioque, *el cód.;* hortulano, *parece haber desaparecido.*
(7) *Bk.;* et ex—patiatur, *omitelas el cód.*
(8) *Bien.;* impo, *el cód.*
(9) *El cód., véase Kriegel Symb. crit. p. 9.;* vero, *Bk.*
(10) *El cód , véase Kriegel l. c.;* agnovissem, *Bien.*
(11) *El cód., véase Kriegel l. c.;* subitat, *el có·l. según Bien. el cual conjetura* subit; subintrat, *Bk.*
(12) *Bien.;* po, *el cód.*
(13) *Bk.;* exigi, *el cód.*
(14) *Bk.;* diligentiam, *el cód.*
(15) *Bk. ed. estereotipada;* facta, *el cód.*
(16) *Bk.;* proditiones, *el cód.*
(17) *Bk.;* dum, *adiciona el cód., por lo que Bien. conjetura* dominorum.
(18) *Bien.;* respicientem, *el cód.*
(19) *Bien.;* hortulanus possessorem, *el cód.*
(20) *Bk ;* eum recontradat, *el cód.*
(21) *Bk.;* suscipit, *el cód.*
(22) *Bk ;* restitutione, *el cód.*
(23) *Bien.;* perciulet et, *el cód.*
(24) *Bien.;* inserenda dominio laesionem, *el cód.*
(25) *Bien.;* fierot, *el cód.*
(26) *Bk.;* noverit, *el cód.*
(27) *Bien.;* possessores, *el cód.*
(28) *Bk.;* usus, *el cód.*
(29) *Bien.;* eos, *el cód.*
(30) *Bien.;* ad, *omitela el cód.*
(31) *Bien.;* in cultura, *el cód.*

vero eam (1) colat, pro cultura percipiat mercedem et existentis in eo oleris aestimationem, et ita sine lite discedat, nulla avaritia neque maligna ante nec super hoc facienda (2), quatenus per hanc sacram nostram pragmaticam legem et futuram super ea (3) dispositionem per tuam celsitudinem (4) de cetero maneamus pro talibus non inquietati, nec etiam (5) reliquis nostris pro republica curis tales quaedam subeant sollicitudines, eo quod non parva, non grandis nostrae reipublicae pars (6) absque nostra sollicitudine est, dum cuncta (7) circumeamus mentis oculis, et nihil incompositum, nihil inordinatum neque dubium relinquere velimus. Interminabis autem etiam poenam (8) quinque librarum auri contra eos, qui de cetero tale quid egerint aut agere permiserint.

Dat. XV. Kal. Febr. Constant. imp. DN. Iustiniano PP. A. ann. XI., Ioanne V. C. cons. [538.]

otro la cultivara, perciba merced por el cultivo y la estimación de la hortaliza allí existente, y márchese así sin litigio, sin que en esto se haya de hacer antes ningún acto de avaricia ni maligno, á fin de que por virtud de esta nuestra sacra pragmática ley y de la disposición que sobre esto se haya de tomar por tu excelsitud permanezcamos en lo sucesivo sin ser molestados por tales cosas, y sin que tampoco á los demás cuidados nuestros por la república se agreguen algunas preocupaciones como estas, porque ni pequeña ni grande parte de nuestra república está privada de nuestra solicitud, pues todo lo recorremos con los ojos de la mente, y nada queremos dejar desarreglado, ni desordenado, ni dudoso. Pero conminarás también con la pena de cinco libras de oro á los que en lo sucesivo hicieren ó permitieren hacer alguna tal cosa.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Febrero, en el año undécimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Juan, varón muy esclarecido. [538.]

NOVELLA LXV (9)

DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIAE MYSIAE RELICTARUM PRO CAPTIVORUM REDEMTIONE ET PAUPERUM ALIMENTIS

(Authent. const. LXVII.)

Idem A. Iustiniano, *Vicerectori Mysiae* (10).

Scimus antea legem promulgasse, per quam omnes alienationes ecclesiasticas inhibuimus. Sed postea alia lege prospeximus, quatenus liceat pro soluto res ecclesiasticas (11), vel alias, quae piis domibus deputatae (12) sunt, persolvere. Sed etiam hoc in nostram venit memoriam (13), quod Martino viro sanctissimo, episcopo Clissinatae (14) civitatis, formam (15) et ante legem nostram dedimus, prohibentem eum ecclesiasticas res vendere, ne qui (16) ex potentioribus ei necessitatem imponant secundum suum propositum res ecclesiasticas alienare. Sed etiam in nostram venit memoriam (17) alia res, quam pro divinis fecimus vasis, pro quibus omnibus abdicavimus, ne cui liceat sacrosancta vasa vel venumdare vel obligare, nisi tantummodo in redemtionem captivorum, quia animae redemtio (18) aliis omnibus rebus pretiosior est. Sed haec quidem antea subsecuta (19) sunt. Quae narratio necessaria nobis fuit ad praesentis specialis (20) legis memoriam. Venit etenim in praesenti memoratus sanctissimus vir in hanc sanctissimam civitatem, et edocuit nos, multos terras sine certo (21) reditu vel domunculas vel vineas relinquere ad redemtionem captivorum vel pauperum alimonias, et alienatione prohibita, memoratos actus, licet pissimi sint, attamen inhiberi, competens, sibi permitti per legem hoc facere. Sancimus itaque, si quis reliquerit ad redemtionem captivorum (22) vel

(1) *Bk.*; ille ea, *el cód.*
(2) *Bien.*; faciendi, *el cód.*
(3) *Bk.*; eam, *el cód.*
(4) *Bk.*; celsitudine, *el cód.*
(5) et nec etiam, *el cód., véase Kriegel l. c. p. 10.*; et neutiquam, *Bk.*
(6) *Bk.*; pars, *omitela el cód.*
(7) *Bien.*; culta, *el cód.*
(8) *Bk.*; pena, *el cód.*
(9) *Esta Novela publicada en latín no está entre las glosadas. La dió á luz primero Pith. después de Coll. Ll. Mos. et. Rom. (1573), y después Bien. tomándola del cód. Vindob. —Hay un epítome en Coll. const. eccl. III. 2. 10.— Respecto á otros epítomes griegos y latinos véase Bien. l. c. página 453. —Julian. Const. 59.*

(10) *En Pith. no se lee la inscripción.*
(11) *El cód.*; pro solutione ecclesiae, *Pith.*
(12) *Pith.*; de potestate, *el cód.*
(13) *El cód.*; sed et hoc in nostra venit memoria, *Pith.*
(14) *El cód.*; Olinate, *Pith.*
(15) *Pith.*; forma, *el cód.*
(16) *Pith.*; neque, *el cód.*
(17) *El cód., véase Kriegel Symb. crit. p. 10.*; nostra—memoria, *Pith.*
(18) *Pith*; redemtio, *omitela el cód.*
(19) ante absecuta, *el cód.*; antea. Subsecuta sunt quae nam ratione, *Pith.*
(20) *El cód.*; specialis, *omitela Pith.*
(21) *El cód.*; certo, *omitela el cód.*
(22) *Pith.*; vel pauperum—captivorum, *omitelas el cód.*

NUEVA CONSTITUCION LXV

DE LA ENAJENACIÓN DE LOS BIENES DEJADOS Á LA IGLESIA DE MISIA PARA LA REDENCIÓN DE CAUTIVOS Y PARA ALIMENTOS DE POBRES

(Constitución auténtica LXVII.)

El mismo Augusto á Justiniano, *Vicegobernador de la Misia.*

Sabemos que antes promulgamos una ley por la cual prohibimos todas las enajenaciones eclesiásticas. Pero después proveímos por otra ley, para que fuera lícito dar en pago bienes eclesiásticos, ú otros que fueron destinados á las piadosas casas. Pero también acude á nuestra memoria que aun antes de nuestra ley dimos una disposición para Martín, santísimo varón, obispo de la ciudad de Clisinata, prohibiéndole que vendiera bienes eclesiásticos, á fin de que algunos de los poderosos no le impusieran la necesidad de enajenar según su propósito los bienes eclesiásticos. Mas igualmente nos viene á la memoria otra cosa, que hicimos en pro de los divinos vasos, respecto á todos los que prohibimos que no le fuera lícito á nadie vender ú obligar los sacrosantos vasos, sino solamente para la redención de cautivos, porque la redención de un alma es de más precio que todas las demás cosas. Pero estas cosas tuvieron lugar ciertamente antes. Y esta exposición nos ha sido necesaria para recordación de la presente ley especial. Porque vino al presente el mencionado santísimo varón á esta santísima ciudad, y nos hizo saber que algunos dejaban para la redención de cautivos ó para alimento de los pobres tierras sin renta cierta, ó casitas, ó viñas, y estando prohibida la enajenación, quedaban, sin embargo, impedidos los mencionados actos, aunque fueran muy piadosos, siendo

sustentationem pauperum (1) res immobiles, si quidem certus reditus est ex relictis rebus colligendus, manere legatum vel hereditatem vel donationem nulla alienatione mutilanda, quum possit ex reditibus redemtio vel sustentatio fieri. Sin (2) autem vel certus reditus non est, vel domus paene diruta et longe ab ecclesia posita, vel vineae, quarum fructus (3) non semper similes, sed varii (4) colliguntur, et incursionibus forsitan barbaricis dediti, in his tantummodo speciebus permittimus et (5) venditionem (6) hac speciali lege in memorata provincia fieri, si tamen domus (7) intra fines ecclesiae vel vineae iuxta muros civitatis minime positae sint, ita ut in venditionis instrumento (8) ipsa verba testatoris exprimantur, ut ei placuerit (9) venditionem fieri, et redemtionem ex his captivorum vel alimonias pauperum celebrari. Et si hoc ita subsecutum fuerit, habeat venditio firmitatem, et (10) liceat sine metu alterius legis et oeconomis ecclesiasticis et sanctissimo episcopo vendere, et emtoribus habere easdem res firmo iure. Habebunt autem dei omnipotentis crimen oeconomi ecclesiae, si pretia, quae acceperint, in aliam causam consumserint, licet piissima sit, et non in praedictas duas tantummodo causas, ad imitationem legis, quae super sacrosanctis vasis alienandis lata est. Sic etenim et (11) venditio necessaria procedat, et (12) actus piissimi non defraudentur (13), et animae hominum non depereant (14), quum et terrarum possessio et rerum mobilium (15) non talem habeat curam, nec ita sit necessaria (16), ut captivorum redemtio et vita egentium, quae et animas salvant, et deo omnipotenti placabiles sunt.

Gravitas itaque tua quae per hanc specialem legem nostra decrevit aeternitas tam effectui (17) mancipare quam observare procuret.

Dat. Kal. Apr. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. A. ann. XI., IOANNE V. C. Cons. [538.]

lo procedente que se le permitiera por la ley ejecutarlos. Así, pues, mandamos, que si alguno hubiere dejado para la redención de cautivos ó para substento de los pobres bienes inmuebles, y de los bienes dejados se hubiera de percibir ciertamente determinada renta, subsista el legado ó la herencia ó la donación, sin que se haya de mutilar con ninguna enajenación, puesto que se pueden hacer con las rentas la redención ó la alimentación. Mas si ó la renta no es cierta, ó la casa está casi derruida ó sita lejos de la iglesia, ó si se tratara de viñas, de las que no siempre se recogen iguales frutos, sino variables, y acaso expuestos á las incursiones de los bárbaros, solamente en estos casos permitimos por esta ley especial que se haga también la venta en la mencionada provincia, si, no obstante, las casas no estuvieran sitas dentro de los límites de la iglesia, ni las viñas junto á los muros de la ciudad, de suerte que en el instrumento de la venta se expresen las mismas palabras del testador, por las que le hubiere parecido bien que se efectuara la venta, y que con ella se realizara la redención de cautivos ó la alimentación de pobres. Y si esto se hubiere hecho así, tenga validez la venta, y séales lícito tanto á los ecónomos eclesiásticos como al santísimo obispo vender sin temor á la otra ley, y á los compradores, tener con firme derecho los mismos bienes. Mas cometerán crimen contra Dios omnipotente los ecónomos de la iglesia, si los precios que hubieren recibido los hubieren consumido en otra cosa aunque sea muy piadosa, y no solamente en las dos susodichas causas, á semejanza de lo dispuesto en la ley que se promulgó sobre la enajenación de los vasos sacrosantos. Porque de este modo tendrá lugar la venta necesaria, y no quedarán defraudados los actos muy piadosos, y no perecerán las almas de los hombres, pues no tiene otro objeto la posesión de tierras y de bienes inmuebles, y no es tan necesaria como la redención de cautivos y la vida de los indigentes, cuyas cosas salvan almas, y aplacan á Dios omnipotente.

Por tanto, procure tu gravedad así llevar á efecto como observar lo que por medio de esta ley especial ha decretado nuestra eternidad.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Abril, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de JUAN, varón muy esclarecido. [538.]

(1) *El cód.*; pauperum alimonias, *Pith.*
(2) *El cód.*; Si, *Pith.*
(3) *Pith.*; se, *adiciona el cód.*; sui, *adiciona Bk.*
(4) *Pith.*; in, *adiciona el cód.*
(5) *El cód.*; et, *omitela Pith.*
(6) *Pith.*; venditione, *el cód.*
(7) *Pith.*; domos, *el cód.*
(8) *Pith.*; instrumenta, *el cód.*
(9) *Bk.*; placuit, *el cód., y Pith.*
(10) *El cód.*; et, *omitela Pith.*
(11) *El cód.*; et, *omitela Pith.*
(12) *El cód.*; ne, *Pith.*
(13) *El cód.*; piissimi exinde frandantur, *Pith.*
(14) *El cód.*; homioum inde pereant, *Pith.*
(15) *El cód.*; immobilium, *Pith.*
(16) *Pith.*; necessaria, *el cód.*
(17) *El cód.*; effectu, *Pith.*

CONST. LXVIII (1)

UT FACTAE NOVAE CONSTITUTIONES POST INSINUATIONES EARUM POST DUOS MENSES VALEANT. PARCIT AUTEM NON CUSTODIENTIBUS SUBTILITATEM CONSTITUTIONUM SUPER TESTAMENTIS IN RELINQUENDO QUADRANTE, AUT NON SUBSCRIBENDO NOMEN HEREDIS, AUT NON DICENDO

(Coll. V. tit. 16.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo sacrorum per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Semper legum nobis occasiones motorum negotiorum praebuerunt causae. Pluribus enim nobis aditionibus factis occasione nostrarum constitutionum, quas super successionibus scripsimus (quale est, ut oporteat testatorem propria manu heredis scribere nomen, et ex quantis unciis reputari oporteat Falcidiam, quam filiis parentes relinquunt, sive ex tribus, sive ex quatuor, sive etiam ex pluribus), et multis propter hoc periclitantibus testamentis cadere, ne complerentur quae in eis scripta sunt, quia, licet factae sint leges, tamen non sunt cognitae aut provincialibus, aut etiam hic nondum forte propositae nullique manifestatae, necessarium existimavimus talia lege brevi corrigere.

Cap. I

Sancimus igitur, ex illo nostras constitutiones, quae pro testamentis sunt, valere, ex quo in commune factae sunt manifestae, et tempus exinde iis computari, id est hic quidem, ex quo omnibus fuerunt vel factae sunt manifestae (2), in provinciis autem, ex quo directae (3) per metropolitas palam factae sunt vel postea factae fuerint, ne legum ignorantia, secundum quod dudum tenuit, testamenta homines facientes videantur praevaricari legem. Ut autem apertius adhuc causa declaretur, sancimus, si scripta fuerit huiusmodi lex, hanc post duos menses dati ei temporis valere et in republica tractari, sive in hac felicissima civitate, sive in provinciis, post insinuationem sufficiente hoc tempore omnibus manifestam eam constituere, et tabellionibus eius cognoscentibus virtutem, et subiectis agnoscentibus legemque servantibus. Sic nulli omnino erit declinatio, ut nostram custodiat legem. Non enim volumus deficientium infringi voluntates, omnibus siquidem studemus modis ratas eas constituere. Cur enim culpabimus eos, qui positas nostras ignoraverint constitutiones, vel si post paululum forte, quam scripta lex est, et adhuc ignorata, decesserint testatores, et propterea in testamentis aut non scripserint propria manu heredum nomina, aut etiam tres uncias solum reliquerint filio, et non quatuor, in quo legem aut non positam esse contigit, aut positam, et eo, quod nondum proposita fuerit, iuste ignoratam?

(1) *El texto griego (Novela LXVI.) se halla en Hal. y Scrimg.—Iulian. Cons. 60.—La versión latina es la antigua de la glosa.*

(2) et tempus—sunt manifestae, *omitenlas el cód. Hamb., y las ed., pero las suplió Bk.*

CONSTITUCION LXVIII

DE QUE LAS NUEVAS CONSTITUCIONES HECHAS TENGAN VALIDEZ DOS MESES DESPUÉS DE SU INSINUACIÓN. CONCEDE, SIN EMBARGO, DISPENSA Á LOS QUE NO GUARDAN LA ESCRUPULOSIDAD DE LAS CONSTITUCIONES RELATIVAS Á LOS TESTAMENTOS AL DEJAR LA CUARTA PARTE, Ó NO SUBSCRIBIENDO, Ó NO DICIENDO, EL NOMBRE DEL HEREDERO

(Colección V. título 16.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Siempre las causas de los negocios promovidos nos dieron ocasiones para leyes. Porque habiéndosenos hecho muchas representaciones con ocasión de nuestras constituciones, que sobre las sucesiones hemos escrito, (como es la de que es menester que el testador escriba de su propia mano el nombre del heredero, y de cuántas onzas debe reputarse la Falcidia, que los padres dejan á los hijos, si de tres, ó de cuatro, ó aun de más), y corriendo por esto muchos testamentos peligro de quedar invalidados, sin que se cumpla lo que en ellos se escribió, porque, aunque se hayan hecho leyes, no son, sin embargo, conocidas de los provincianos, ó quizá tampoco han sido expuestas aquí todavía ni sido hechas manifiestas á ninguno, hemos estimado necesario corregir con una breve ley tales cosas.

Capítulo I

Así, pues, mandamos, que nuestras constituciones, que se refieren á los testamentos, estén en vigor desde que en general hayan sido hechas manifiestas, y que desde entonces se compute para ellas el tiempo, esto es, aquí, desde que á todos hayan sido ó sean hechas manifiestas, y en las provincias, desde que enviadas hayan sido hechas conocer en las metrópolis, ó lo hubieren sido después, á fin de que no parezca que por ignorancia de las leyes, según antes sucedió, los hombres infringen la ley al hacer sus testamentos. Mas para que la cosa quede todavía más terminantemente declarada, mandamos, que si se hubiere escrito una tal ley, tenga ella validez y sea aplicada en la república después de dos meses del tiempo dado para ella, ya en esta felicisima ciudad, ya en las provincias, bastando después de la insinuación este tiempo para hacerla manifiesta á todos, y para que los notarios conozzan su fuerza, y para que los súbditos reconozcan y observen la ley. Así, nadie absolutamente tendrá excusa para no guardar nuestra ley. Porque no queremos que se infrinjan las voluntades de los que fallecen, puesto que de todos modos procuramos hacerlas firmes. Pues ¿cómo culparemos á los que hubieren ignorado nuestras constituciones establecidas, si acaso poco después de haber sido escrita la ley, y siendo ignorada todavía, hubieren fallecido los testadores, y por esto ó no escribieron de su propia mano en los testamentos los nombres de los herederos, ó hubieren también dejado á su hijo solamente tres onzas, y no cuatro, porque acontece ó que la ley no fué dada, ó que, habiendo sido dada, fué justamente ignorada, porque todavía no hubiere sido expuesta?

(3) *Port.;* discretae, *el cód. Hamb., Trid., y Cont.*

§ 1.—Igitur etiam hactenus, licet antiqua constitutio sit, et in cognominis nostri posita constitutionum codice, quae scribi propria manu heredis nomen disposuit, tamen plurimi praeter eius testati sunt virtutem, ignorantes eius legis lationem, et hactenus talia praetermissa denuntiantur nostrae potestati. Et omnibus semper talia poscentibus veniam dedimus, quoniam nondum fieri has manifestas venerat, et sacras super his fecimus formas, iustam eis largientes veniam. Ne igitur importunitatem patiamur de his per singulos dies, et formas scribere cogamur, propterea sancimus, sicuti dictum est, seniorem quidem in Iustinianeo positam codice legem valere, hic quidem, ex quo insinuata est, in provinciis autem, ex quo directa et palam facta est in unaquaque metropoli aut alia civitate; tempore namque plurimo transeunte, et nostro codice ubique directo, non recte ignorabitur.

§ 2.—Alteram vero novellam, quae inter constitutiones post codicem posita est, decernentem quid (1) filiis relinquatur, valere et in hac felicissima civitate, et in provinciis post duos menses insinuationis, sicuti praediximus, eo quod factis a nobis uniformibus constitutionibus de mensura institutionis filiorum, alia quidem Graecorum lingua conscripta propter multitudinis frequentiam, alia vero latina, quae etiam firmissima propter reipublicae figuram est; illa quidem Kalendarum Martiarum habet conscriptionis tunc diem, non autem tunc insinuata est, alia vero est latina voce conscripta ad Salomonem (2) gloriosissimum apud Afros sacrum praesulem tunc praetoriorum Kalendis Aprilis.

§ 3.—Quia vero neque graeca lingua conscripta mox palam facta est et directa, donec Romanorum posita lingua facta est et directa (3), denique etiam quae hic ad gloriosissimos praefectos sacrorum nostrorum praetoriorum conscripta est, id est graeca lingua, Maio mense insinuata est in eadem sede atque directa, ideo sancimus, oportere eius legis lationem, quae de mensura institutionis filiorum eloquitur, valere hic quidem ex Kalendis Maiis, ut duos menses ei servemus, in provinciis autem, ex quo haec palam facta est, etiam ibi duobus mensibus post insinuationem servandis. Si vero nondum hactenus in omnibus provinciis destinata est, velociter et eam, et alias, quae forte non missae sunt adhuc, aut etiam postea comitante deo a nobis faciendas mitti nunc vel mittendas esse, quatenus nostrae constitutiones in metropolitanis civitatibus fiant vel faciendae sint manifestae, provinciarum vero praesides ipsos mittere eas et missuros esse per omnes civitates sub unaquaque provincia constitutas, ut nullus de cetero occasionem sumat cuiuslibet ignorationis.

§ 4.—Unde praeteritum omne iustam habeat veniam, valeantque defunctorum dispositiones (4), vel si nuper factae sunt, sicut eas illi fecerunt, vel si secundum prius tenentem legislationem litteris

§ 1.—Así, pues, hasta hoy, aunque sea antigua, y esté incluída en el Código de las constituciones, que lleva nuestro nombre, la constitución que dispuso que el nombre del heredero fuese escrito de propia mano, sin embargo, muchos testaron prescindiendo de su eficacia, ignorando el establecimiento de esta ley, y aun hoy son denunciadas á nuestra potestad tales omisiones. Y siempre les concedimos dispensa á todos los que por tales cosas nos suplicaron, porque había acontecido que todavía no habían sido hechas manifiestas aquéllas, y dimos sobre tales cosas sacras disposiciones, concediéndoles justa dispensa. Así, pues, para que cada día no suframos importunidad, y nos veamos precisados á escribir disposiciones, mandamos, que, según se ha dicho, tenga ciertamente validez la antigua ley incluída en el Código Justinianeo, aquí, á la verdad, desde que fué insinuada, pero en las provincias, desde que fué enviada, y hecha pública en cada metrópoli ó en otra ciudad; porque transcurriendo mucho tiempo, y habiéndose enviado á todas partes nuestro Código, no será con razón ignorada.

§ 2.—Mas la otra nueva constitución, que después del Código fué incluída entre las constituciones, y que determina lo que se les ha de dejar á los hijos, esté en vigor así en esta felicísima ciudad, como en las provincias, desde dos meses después de la insinuación, según antes hemos dicho, porque habiéndose hecho por nosotros constituciones uniformes sobre la cuantía de la institución de los hijos, una ciertamente escrita en la lengua de los griegos por razón del frecuente uso de la multitud, y otra en latín, que también es muy válida por virtud de la forma de la república, aquélla tiene ciertamente la fecha de haber sido escrita en las Calendas de Marzo, pero no fué insinuada entonces, y la otra fué escrita en lengua latina en las Calendas de Abril á Salomón, entonces gloriosísimo sacro Prefecto de los Pretorios entre los Africanos.

§ 3.—Mas como ni la escrita en lengua griega fué inmediatamente hecha pública y enviada, hasta que fué hecha y enviada la compuesta en la lengua de los romanos, y finalmente la que aquí fué escrita á los gloriosísimos prefectos de nuestros sacros pretorios, esto es, en lengua griega, fué insinuada en el mes de mayo en la misma sede y expedida, por ello mandamos, que la promulgación de esta ley, que habla de la cuantía de la institución de los hijos, valga aquí ciertamente desde las Calendas de Mayo, de suerte que le conservemos los dos meses, pero en las provincias, desde que ella fué hecha manifiesta, debiéndose guardar también allí los dos meses después de la insinuación. Pero si aun no hubiera sido enviada á todas las provincias, envíense ahora rápidamente así esta, como las demás que acaso no han sido enviadas todavía, y á su tiempo también las que con el auxilio de Dios hayan de ser hechas después por nosotros, á fin de que se hagan ó se hayan de hacer manifiestas nuestras constituciones en las ciudades metropolitanas, debiendo los mismos presidentes de las provincias enviarlas á todas las ciudades sitas en cada provincia, para que en lo sucesivo ninguno tome pretexto de cualquier ignorancia.

§ 4.—Por lo cual tenga justa dispensa todo lo pasado, y sean válidas las disposiciones de los fallecidos, ya si fueron hechas recientemente, según aquéllos las hicieron, ya si conforme á la legisla-

(1) *El cód. Hamb., y Trid*; quod, *en lugar de* quid, *se lee en Port., y Cont.*

(2) *Trid., y Cont.*; Salonem, *el cód. Hamb., y Cont. al márgen*; Solonitum, *Port.*

(3) donec—directa, *omitenlas el cód. Hamb., y las ed., pero las suplió Bk.*

(4) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*: defunctorum voluntates et dispositiones, *Cont.*

propriis non scripserunt heredum appellationes, aut testibus eas non fecerunt manifestas, aut tres uncias et non amplius reliquerunt filiis. Non enim infringi, sicuti praediximus, defunctorum volumus dispositiones, sed ratas eas (1) per omnia declaramus, ut, si vel proxime scripta sunt (2) testamenta post positionem legis, nondum vero contigerat (3) constitutiones factas innotuisse, et superviventibus forte testatoribus non sunt mutata, maneant etiam sic institutiones, quae ab initio secundum tunc certas (4) exstantes factae sunt leges, propriam virtutem habentes, et non accusandae eo, quod tempore, quo supervixerunt illi, eas non mutaverunt. Non enim omnia sunt in nobis, nec semper quibusdam tempus fit testandi, et repente plerumque incidunt (5) hominibus mortes, testandi eis potestatem auferentes. Quamobrem ab initio factum recte eo, quod non fuerit mutatum, non arbitramur postea mutari aut aliquo modo infringi, sed immutilatam manere, quae tunc placuit testatoribus, sententiam, valideque servari. Erit namque absurdum, ut, quod factum est recte, ex eo, quod tunc non erat factum, postea mutetur.

§ 5.—Collective igitur dicendum, percipiant filii relictas sibi, si ita contigerit, a patribus tres uncias ex testamentis ita factis aut ante legis positionem, aut post positionem legis, antequam haec tamen apud iudices innotesceret (6). Si vero adiectum sit testamentis, oportere quod reliquum est eis impleri secundum quod tunc legibus debebatur, hoc percipiendum secundum antiquas leges, ut, si quid deest tribus unciis, secundum illas supplementum fiat, non in quadriuncio, quod postea quidem sancitum est, nondum tamen tunc agnitum.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, praeceptis propriis tua eminentia omnibus faciat manifesta, et qui in hac maxima civitate, et qui foris inhabitant, quatenus omnibus fiant palam, quae a nobis pro omnium cautela sancita sunt.

Dat. Kal. Maii, Constantinop. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XI., IOANNE V. C. Cons. [538.]

(1) *El cód. Hamb.;* esse, *adicionan las ed.*
(2) *El cód. Hamb.;* sint, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* contigerit, *Cont.*
(4) manifestas, *enmienda Bk.*

ción antes en vigor no escribieron de propia letra los nombres de los herederos, ó no se los hicieron manifiestos á los testigos, ó les dejaron á los hijos tres onzas y no más. Porque no queremos, según antes hemos dicho, que sean infringidas las disposiciones de los difuntos, sino que las declaramos en un todo válidas, de suerte que, si próximamente se han escrito testamentos después del establecimiento de la ley, pero hubiera acontecido que todavía no se hubiesen dado á conocer las constituciones hechas, y no fueron cambiados sobreviviendo acaso los testadores, subsistan también así las instituciones, que fueron en un principio hechas con arreglo á las leyes ciertas entonces existentes, teniendo propia eficacia, y no debiendo ser acusadas porque aquéllos no las cambiaron durante el tiempo que sobrevivieron. Porque no todo está en nuestra mano, ni siempre uno tiene tiempo para testar, y muchas veces sobreviene repentinamente á los hombres la muerte, privándoles de la posibilidad de estar. Por lo cual, no juzgamos que el que en un principio fué hecho con arreglo á derecho haya de ser después cambiado ó infringido de algún modo, sino permanezca sin mutilación, y consérvese válidamente, la disposición que entonces les plugo á los testadores. Porque sería absurdo, que lo que se hizo con arreglo á derecho fuese alterado después por virtud de lo que entonces no se había hecho.

§ 5.—Así, pues, se ha de decir en general, que reciban los hijos, si así aconteciere, las tres onzas que se les dejaron por sus padres en testamentos de este modo hechos ó antes del establecimiento de la ley, ó después del establecimiento de la ley, pero antes que ésta haya sido hecha conocer á los jueces. Pero si se hubiera añadido en los testamentos, que se les ha de completar el resto que entonces se les debía con arreglo á las leyes, se ha de percibir éste conforme á las leyes antiguas, de suerte que, si faltara alguna cosa á las tres onzas, se haga el suplemento con sujeción á aquéllas, no hasta las cuatro onzas, que después fueron ciertamente sancionadas, pero que entonces no estaban todavía admitidas.

Epílogo

Por tanto, haga tu eminencia manifiesto á todos por propios edictos lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley, así á los que habitan en esta muy grande ciudad, como á los que fuera de ella, á fin de que por todos sea conocido lo que para seguridad de todos ha sido sancionado por nosotros.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Mayo, en el año undécimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de JUAN, varón muy esclarecido. [538.]

(5) *Port.;* testandi, repente plerumque incidunt, *el cód. Hamb., y Trid.;* testandi repente, plerumque enim incidunt, *Cont.*
(6) *El cód. Hamb.;* innotesceret, *las ed.*

CONST. LXIX (1)

UT NULLUS FABRICET ORATORII DOMOS PRAETER VOLUNTATEM EPISCOPI, ET UT DEPUTET PRIUS, QUAE CIRCA DILIGENTIAM ET STATUM FABRICATI ORATORII SUFFICIANT, ET UT EPISCOPI NON DESINT SUIS ECCLESIIS, ET DE ALIENATIONE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM

(Coll. V. tit. 17.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* MENNAE, *sanctissimo et beatissimo Archiepiscopo Constantinopolitano, et universi eius tractus Patriarchae.*

Praefatio

Ea, quae de sanctissimis ecclesiis sunt, multis comprehendentes legibus, adhuc etiam alia lege egemus ad exorta negotia et rursus emergentia sufficiente. Plurimi namque nominis causa (2) ad opus sanctarum ecclesiarum accedunt, deinde eas aedificantes nequaquam curam ponunt, ut expensas quoque eis deponant decentes et ad luminaria, et ad observantium alimenta, et ad sacrum ministerium (3), sed deserunt eas etiam in nudis aedificiis constitutas, et aut destruendas, aut omnino sacro ministerio defraudandas.

Cap. I

Sancimus igitur, prae omnibus quidem illud fieri, et nulli licentiam esse neque monasterium, neque ecclesiam, neque orationis domum incipere aedificare, antequam civitatis deo amabilis episcopus orationem in loco faciat, et crucem figat, publicum processum ibi faciens, et causam manifestam omnibus statuens. Multi enim simulantes fabricare quasi orationis domos suis medentur languoribus, non orthodoxarum ecclesiarum aedificatores facti, sed speluncarum illicitarum.

Cap. II

Deinde non aliter quempiam ecclesiam ex novo aedificare, priusquam loquatur ad deo amabilem episcopum, et definiat mensuram, quam deputat et ad luminaria, et ad sacrum ministerium, et ad incorrumpendae domus custodiam, et observantium alimenta. Et si sufficienter habere videtur, faciat prius donationem eorum, quae futura sunt deputari, et ita domus aedificetur. Si autem non sufficiat quidem aliquis ad hoc, nomen forte vero habere (4) desiderans, quo et ipse fabricator ecclesiae vocetur, et vult aliquid tale facere, multae (5) et in hac regia civitate, et in provinciis ecclesiae sunt, in quibus competente quidem administratur modo, periculum vero ruinae patiuntur per vetustatem, aut etiam parvae constitutae sunt, et inordinatae secundum desiderium eorum, qui in eis deputati sunt, licebit ei unam talium ecclesiarum accipienti hanc aedificare, et hic voluntate deo amabilis orthodoxorum episcopi res agenda est; sic enim poterit et sacrae domus fabricator vocari,

(1) *El texto griego (Novela LXVII.) se halla en Hal. y Scrimg.—El proemio y los dos primeros capítulos de esta Novela se hallan en Coll. 87. capitul. c. 27., y en (Ionnis) Nomoc. Ap. 17.—Un epítome de toda la Novela hay en Coll. const. eccl. III. 1. 7.—Iulian. Const. 61.—La versión latina es la antigua de la glosa.*

CONSTITUCION LXIX

DE QUE NINGUNO FABRIQUE CASAS DE ORATORIO SIN LA VOLUNTAD DEL OBISPO; DE QUE DESIGNE ANTES LO QUE SEA SUFICIENTE PARA EL CUIDADO Y CONSERVACIÓN DEL ORATORIO EDIFICADO; DE QUE LOS OBISPOS NO SE AUSENTEN DE SUS IGLESIAS; Y DE LA ENAJENACIÓN DE LOS BIENES INMUEBLES ECLESIÁSTICOS

(Colección V. título 17.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *santísimo y beatísimo Arzobispo de Constantinopla, y Patriarca de todo su territorio.*

Prefacio

Habiendo comprendido en muchas leyes lo que á las santísimas iglesias se refiere, necesitamos todavía otra ley que sea suficiente para negocios que se han originado y para los que de nuevo surjan. Porque por causa de renombre acometen muchos la edificación de santas iglesias, y después que las edifican no cuidan en manera alguna de asignarles los gastos convenientes para el alumbrado, para los alimentos de sus servidores, y para el sagrado ministerio, sino que las dejan constituídas en los desnudos edificios, y para que ó se hayan de destruir, ó hayan de quedar en absoluto privadas del sagrado ministerio.

Capítulo I

Así, pues, mandamos, que ante todo se haga ciertamente aquéllo, y que nadie tenga licencia para comenzar á edificar ni monasterio, ni iglesia, ni casa de oración, antes que el obispo de la ciudad, amante de Dios, haga oración en aquel lugar, y fije la cruz, haciendo allí procesión pública, y manifestando á todos la causa. Porque muchos, simulando fabricar así como casas de oración, dan satisfacción á sus propias enfermedades, haciéndose edificadores no de iglesias ortodoxas, sino de antros ilícitos.

Capítulo II

Además, no edifique nadie de nuevo una iglesia de otra suerte, sin que antes hable al obispo, amante de Dios, y determine la cuantía que destina así para el alumbrado, como para el sagrado ministerio, y para cuidar de que no se arruine el edificio, y para los alimentos de sus servidores. Y si parece que tiene lo suficiente, haga antes donación de lo que á ello ha de ser destinado, y así se edifique la casa. Mas si alguien no tuviera, á la verdad, lo suficiente para esto, pero acaso deseara tener el renombre de ser también él llamado constructor de una iglesia, y quiere hacer alguna cosa semejante, hay muchas iglesias en esta real ciudad y en las provincias, en las que ciertamente se celebra de la manera que corresponde, pero que corren peligro de ruina por su antigüedad, ó que también fueron hechas pequeñas, y no se hallan dispuestas según el deseo de los que á ellas fueron destinados, y le será lícito, encargándose de una de tales iglesias, edificarla, debiéndose hacer esto también en este

(2) *El cód. Hamb.;* causa non, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb.;* sacrarum ministerium, *Trid.;* sacra ministeria, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb.;* vero habere, *omiten las ed.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* enim, *adicionan Port., y Cont.*

et nihil de suo superexpendere, deputatis iam circa hoc expensis oblatis ab eis, qui etiam prius has expendebant.

caso con la voluntad del obispo de los ortodoxos, amante de Dios; porque de este modo podrá ser llamado también constructor de una sagrada casa, y no excederse en nada al gastar de lo suyo, habiendo sido ya designadas las expensas ofrecidas para esto por los que también antes las suministraban.

Cap. III

Illud quoque sancimus, quatenus secundum iam a nobis prolatam legem deo amabiles episcopi in suis ecclesiis maneant, et non relinquant quidem eas, tempus vero multum hic morentur, et cogant per provincias oeconomos expensas sibi transmittere ex sanctissima ecclesia, sed expendant quidem ipsi inde eique observare non patiantur (1). Sancimus igitur iam a nobis positam legem in sua manere virtute. Si vero defuerit deo amabilis episcopus ecclesiae suae amplius tempus, nullam ei mitti expensam de provincia, sed illam quidem circa actus pios et sanctissimam ecclesiam expendi, ipsum vero hic errantem non expensis sanctissimam ecclesiam praegravare, quum certum sit, quod, si plurimo tempore defuerit, quae iam a nobis super eisdem sancita sunt valebunt.

Capítulo III

También mandamos, que conforme á la ley ya promulgada por nosotros permanezcan en sus iglesias los obispos, amantes de Dios, y no las abandonen, y moren aquí mucho tiempo, y obliguen á los ecónomos en las provincias á enviarles fondos de la santísima iglesia, sino consúmanlos ellos allí, y no consientan que así se haga respecto á ella. Mandamos, pues, que subsista en su vigor la ley ya establecida por nosotros. Pero si el obispo, amante de Dios, estuviere ausente de su iglesia más tiempo, no se le envíen de la provincia ningunos fondos, sino inviértanse éstos ciertamente en actos piadosos y en la santísima iglesia, sin que él andando errante por aquí grave con gastos á la santísima iglesia, pues es lo cierto que si estuviere ausente largo tiempo, tendrá validez lo que ya respecto á esto mismo ha sido sancionado por nosotros.

Cap. IV

Quoniam vero contigit iam nos sanxisse, ut, si qua in provinciis alienatio rei immobilis ecclesiasticae facienda est, secundum decretum hanc procedere, sicuti dudum prolata a nobis constitutio dicit, agi vero decretum non solum praesente deo amabili episcopo civitatis eiusque clero, sed etiam metropoleos episcopo, nec non et (2) illud insuper est sancitum, ut, si metropoleos sanctissimus episcopus futurus est venundare, sive eius ecclesiae sanctissimi oeconomi, quid oporteat fieri, etiam hoc adiicimus, ut duo ex synodo, quae sub eo est, deo amabilium episcoporum, quoscunque elegerit, ipsi intersint, et alia omni observatione custodita, quae iam sancita est, praesentia duorum deo amabilium episcoporum adiiciatur, ut secundum se videatur cum sua synodo rem agere, et sicut ipse rem facit credibilem et sufficientem ei, qui sub eo constitutus est, dum praesens est, ita et ipsi quae sub eo est synodus praesens per duos deo amabilium episcoporum videbitur rem praebere cautissimam, sumentem ex huiusmodi synodo testimonium.

Capítulo IV

Mas como acontece que ya nosotros mandamos, que, si en las provincias se hubiera de hacer alguna enajenación de bienes inmuebles, se verifique ésta mediante decreto, como dice la constitución promulgada antes por nosotros, pero que el decreto se haga estando presentes no solamente el obispo de la ciudad, amante de Dios, y su clero, sino también el obispo de la metrópoli, y no se mandó además qué es lo que se debería hacer si el santísimo obispo de la metrópoli, ó los santísimos ecónomos de su iglesia hubieran de hacer la venta, añadimos también, que intervengan dos de los obispos, amantes de Dios, que él hubiere elegido, del sínodo que está bajo su dependencia, y guardadas todas las demás formalidades, que ya han sido dispuestas, se agregue la presencia de los dos obispos, amantes de Dios, para que parezca que él hace por sí el negocio juntamente con su sínodo, y así como él mismo, estando presente, da crédito y eficacia al negocio á favor del que está constituído bajo él, así también se considerará que estando presente el sínodo, que se halla bajo su dependencia, le da á él mismo por medio de los dos obispos, amantes de Dios, grandísima seguridad para el negocio, que recibirá testimonio de tal sínodo.

Epilogus

Hanc itaque nostram legem et ad sedem tuae beatitudinis, et ad ceteros sanctissimos patriarchas missam ipsi per litteras proprias sub vobis (3) metropolitis facietis manifestam, et illi palam facient (4) sub se constitutis episcopis, ut nullum lateant, quae a nobis constituta sunt.

Epílogo

Por tanto, enviada esta ley nuestra así á la sede de tu beatitud como á los demás santísimos patriarcas, la haréis vosotros mismos manifiesta por medio de cartas propias á los metropolitanos que de vosotros dependen, y éstos la harán conocer á los obispos bajo ellos constituídos, á fin de que á ninguno se oculte lo que por nosotros ha sido establecido.

---

(1) **transmittere et sanctissima ecclesia expendat quidem** et ipse inde eique ipse ei quae inde, *Trid.)* observare non patiatur, *el cód. Hamb., y Trid.*: transmittere et sanctissima ecclesia expendat quod et ipse inde ei observare non patiatur, *Port., y Cont.*; transmittere ex sanctissima ecclesia, sed expendant quidem ipsi ibi, ei vero observare non patiantur, *Bk. ed. estereotipada.*

(2) nec tamen, *Bk. ed. estereotipada.*

(3) *Bk. ed. estereotipada;* vos sub, *el cód. Hamb.;* subditis metropolitis, *Trid.;* sub vos, *Port., y Cont.*

(4) *El cód. Hamb.;* ut—faciant, *las ed.*

Dat. Kal. Maii Constant., imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Dada en Constantinopla el dia de las Calendas de Mayo, en el duodécimo año del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Juan, varón muy esclarecido. [538.]

CONST. LXX (1)

UT CONSTITUTIO PISSIMI IMPERATORIS, QUAE IN SUCCESSIONIBUS LUCRORUM NUPTIALIUM, SI LIBERI NON EXSTENT, LUCRA INTRODUCIT, IN IIS FACTIS OBTINEAT, QUAE POST CONSTITUTIONEM ACCIDERUNT, IN ILLIS AUTEM, QUAE ANTE EAM CONTIGERUNT, LEONIS CONSTITUTIO LOCUM HABEAT (2)

Idem Aug. Ioanni, *Pf. P. II., Excons. ordinario.*

Praefatio

Novimus Leonis piae memoriae constitutionem (3) scriptam super his (4), qui ad secundas veniunt nuptias sive viris sive mulieribus, ex illo matrimonio (5) lucrum ex illis nuptiis filiis venerande servantem, et (6) solius ususfructus eum qui lucratur dominum facientem, dominium autem illis (7) servantem, si filii et (8) nepotes moriantur, non existente iam ullo (9), propter quem is, qui ad secunda vota pervenit, proprietate privabitur, manere volentem inavulsibilem (10) ac totam apud eum, qui lucratur, et proprietatis (11) utilitatem.

Cap. I

Hanc nos nuper (12) correximus, alia disponentes et volentes, heredes morientium filiorum aut nepotum, sive parentes sint sive alii quidam, habere inde solatium, solo pacto, quod ex morte filiis non existentibus contrahitur, manente etiam secundum proprietatem apud lucrantem, reliquis autem ad heredes deficientium filiorum aut nepotum venientibus, in nullo a nobis ususfructus ratione novata.

§ 1.—Haec igitur et nunc et (13) in omne tempus valere volumus, nisi tamen (14) contigit filios, antequam poneretur nostra constitutio, mori. Si enim contigit quidem lucrum totum ante nuptias iam factum eius, qui ad secunda vota migravit, filiis ante legem defunctis, nequaquam (15) nostra lex illas perscrutabitur, quas praecedens lex Leonis piae memoriae sua (16) constituit potestate, quapropter non solum filiis aut nepotibus non existentibus, secure habebunt, quae lucrati sunt, sed etiam vel si quid horum apud alios est, secundum modum competentem dominis vindicabunt.

§ 2.—Haec igitur brevi lege comprehendentes

CONSTITUCION LXX

DE QUE LA CONSTITUCIÓN DEL PIADOSÍSIMO EMPERADOR, QUE INTRODUCE LUCROS EN LAS SUCESIONES DE LOS LUCROS NUPCIALES, SI NO EXISTEN HIJOS, TENGA APLICACIÓN EN LOS CASOS QUE ACONTECIERON DESPUÉS DE LA CONSTITUCIÓN, PERO QUE EN LOS QUE SUCEDIERON ANTES DE ELLA TENGA LUGAR LA CONSTITUCIÓN DE LEON

El mismo Augusto á Juan, *segunda vez Prefecto del Pretorio, Exconsul ordinario.*

Prefacio

Conocemos la constitución de Leon, de piadosa memoria, escrita sobre los que, hombres ó mujeres, pasan á segundas nupcias, la cual conserva con respeto el lucro proveniente de un matrimonio para los hijos de aquellas nupcias, y hace al que se lucra dueño de sólo el usufructo, pero reserva el dominio para aquéllos, y quiere, que, si murieran los hijos y los nietos, no existiendo ya ninguno por razón del cual sea privado de la propiedad el que pasó á segundas nupcias, permanezca irrevocable é íntegra también la utilidad de la propiedad en poder del que obtuvo el lucro.

Capítulo I

Hace poco la corregimos, disponiendo otras cosas y queriendo que los herederos de los hijos ó nietos que fallecen, ya sean los padres, ya otros cualesquiera, tengan por esto algún consuelo, quedando también en cuanto á la propiedad á favor del que obtiene el lucro el solo pacto que se contrata para el caso de muerte no existiendo hijos, pero pasando lo demás á los herederos de los hijos ó nietos fallecidos, sin que en nada sea innovada por nosotros la cuenta del usufructo.

§ 1.—Así, pues, queremos que esto tenga validez ahora y en todo tiempo, á no ser, sin embargo, que acontezca que los hijos hayan muerto antes que se diese nuestra constitución. Porque si verdaderamente acontece que antes de las nupcias todo el lucro se hizo ya del que pasó á segundas nupcias, habiendo fallecido los hijos antes de la ley, de ninguna manera hará nuestra ley investigaciones en las que la anterior ley de León, de piadosa memoria, constituyó bajo su potestad, por lo que no solamente no existiendo hijos ó nietos tendrán con seguridad lo que lucraron, sino que también si alguna de estas cosas se halla en poder de otros la reivindicarán en el modo que compete á los dueños.

§ 2.—Comprendiendo, pues, estas disposiciones

(1) *El texto griego se halla (Novela LXVIII.) en Scrimg., y falta en Hal. — Iulian. Const. 62. — Biener fué el primero que publicó una antigua versión latina, no glosada, tomándola del cód. Vindob.*

(2) *En el texto latino, que reproducimos, no tiene rúbrica alguna esta Constitución, y la suplimos aplicándole la que hallamos en otra versión hecha directamente del griego, de la Novela LXVIII.—N. del Tr.*

(3) Novimus pie Leoni memoriae constitutione, *el cód.*

(4) super his, *omitela el cód.*

(5) *Bien.*; matri omnino, *el cód.*

(6) et, *omitela el cód.*

(7) *Bien.*; illius, *el cód.*

(8) *Bien.*; et, *omitela el cód.*

(9) *Bien.*; illo, *el cód.*

(10) inaulsibilem, *el cód.*

(11) *El cód., véase Kriegel Symb. p. 10.*; ap etatis, *según Bien.*

(12) *Bien.*; super, *el cód.*

(13) et, *omitela el cód.*

(14) *El cód., véase Kriegel l. c.*; non tamen, *según Bien.*

(15) neque quia, *el cód.*

(16) *Parece que se debe leer* sub sua.

tales dubitationes perimimus, ut non assidue ab interpellantibus (1) molestemur, sed lege haec statuentes communi, importunitatibus huiusmodi liberamur, figuram, quae ante nostram legislationem erat posita, servari volentes ei, qui ante eam beneficium meruit.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae secundum hunc nobis placuerint modum, omnibus manifesta propriis edictis ac praeceptis efficiat.

Dat. VIII. Kal. Iun. Constant., DN. Iust. PP. Aug. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

CONST. LXXIII (2)

UT OMNES OBEDIANT IUDICIBUS PROVINCIARUM ET IN CRIMINALIBUS, ET IN PECUNIARIIS CAUSIS (3) ET IBI NEGOTIA EXAMINENTUR, NULLO EXCEPTO PER PRIVILEGIUM, NEC HUC CONVENTI DEDUCANTUR, NISI SACRA PRAGMATICA FORMA EXHIBERI QUEMPIAM IUSSERIT

(Coll. V. tit. 20.)

Imp. Iustinianus *Aug. Constantinopolitanis.*

Praefatio

Unam quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus, quae iura omnibus distribuit, haec est ex causa cognominata iustitia. Etenim unamquamque aliarum virtutum nisi subsequantur huius bona, fiet nihil horum, quae competunt, itaque nec fortitudinem, quae non est cum iustitia, laudabimus, quum scilicet patria lingua fortitudinem in armis virtutem appellet solum, et si quis ab ea iustitiam subtrahat, delictorum solummodo, non quorundam bonorum fiet occasio. Quam in nostris provinciis intuentes contemni, lege placente deo eam corroborare et ad fortitudinem decentem deducere (4) iudicavimus oportere. Plurimorum namque alii quidem litteras sacras, alii privilegia, alii pragmaticas formas, alii praecepta iudicum, quidam alias ex aliis adinvenientes occasiones sibi peragunt peccandi quidem (5) in provinciis, et (6) extra eas litigare simulant (7). Qui enim in quolibet loco male patitur, aut aliquod suorum amittit, aut de terminis terrae litigat, aut de proprietate, aut de possessione, aut de hypotheca, aut de alio quocunque, quomodo valebit in alio loco probationes horum, quae pertulit, exhibere? haec enim agentes, ostendentesque potentiam solam et fortitudinem, ita iuste (8) credentes talia machinantur, et haec homines perpetrant, tanquam perpetuam virtutem habituros se confidentes, et non respiciunt ad multa (9) et decies millia exempla, quia sero tandem et in personis numerabilibus ex potentibus videmus potentes procedere et ex divitibus divites, in omne autem aevum paen esta breve ley disipamos tales dudas, para que asiduamente no seamos molestados por los que se nos dirigen, sino que estableciendo esto en una ley general nos libremos de tales importunidades, queriendo que se le reserve la disposición, que se hallaba dada antes de nuestra ley, al que antes de ella obtuvo beneficio.

Epilogo

Por tanto, haga tu eminencia manifiesto á todos por propios edictos y preceptos lo que de este modo nos ha parecido bien.

Dada en Constantinopla á 8 de las Calendas de Junio en el año duodécimo del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Juan, varón muy esclarecido. [538.]

CONSTITUCION LXXIII

DE QUE TODOS OBEDEZCAN Á LOS JUECES DE LAS PROVINCIAS ASI EN LAS CAUSAS CRIMINALES COMO EN LAS PECUNIARIAS, Y SE EXAMINEN ALLÍ LOS NEGOCIOS, SIN SER EXCEPTUADO NADIE POR PRIVILEGIO, Y DE QUE LOS CITADOS NO SEAN TRAÍDOS AQUÍ, Á NO SER QUE UNA PRAGMÁTICA DISPOSICIÓN MANDARE QUE ALGUIEN SEA EXHIBIDO

(Colección V. título 20.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á los habitantes de Constantinopla.*

Prefacio

Una se ha de considerar ciertamente entre los hombres que es la virtud más perfecta de todas, la que á todos distribuye los derechos, *(ius)*, y tal es la llamada con razón justicia. Porque si á cada una de las otras virtudes no le siguen los beneficios de ésta, no se hará nada de lo que es procedente, y así no loaremos la fortaleza, que no está unida con la justicia, pues aunque la pátria lengua llame virtud solamente á la fortaleza en las armas, si alguien separase de esta la justicia, habrá ocasión solamente para delitos, no para bien alguno. Y viendo que es menospreciada en nuestras provincias, hemos juzgado que era conveniente robustecerla con una ley grata á Dios, y llevarla al estado de fortaleza conveniente. Porque muchos, hallando unos ciertamente cartas sacras, otros privilegios, otros pragmáticas disposiciones, otros mandatos judiciales, y otros otras cosas diferentes, se proporcionan ocasiones para delinquir, á la verdad, en las provincias, y pretenden litigar fuera de ellas. Pues el que en alguna localidad sufre algún perjuicio, ó pierde algo de lo suyo, ó litiga sobre los límites de un terreno, ó sobre la propiedad, ó sobre la posesión, ó sobre hipoteca, ó sobre otra cosa cualquiera, ¿cómo podrá exhibir en otra localidad las pruebas de lo que sufrió? Porque los que hacen estas cosas, y hacen ostentación de su solo poderío y fortaleza, maquinan así tales cosas creyéndolas justas, y los hombres las perpetran, como confiando que habrán de tener ellos valimiento perpétuo, y no atienden á muchos é innumerables ejemplos, porque tardía-

(1) *Bien.*; ad interpellationes, *el cód.*
(2) *El texto griego se halla en Hal.* (*Novela LXVIII.*) *y Scrimg.* (*Novela LXIX.*)—*Iulian. Const. 63.*—*La versión latina es la antigua glosada.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; causis, *omitela Cont.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; reducere, *Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; peccandi: quidam, *Port., y Cont.*
(6) sed, *Bk.*
(7) simulandi, *Bk.*
(8) non iusto, *Bk.*
(9) *Trid.*; milia, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*

ne ex potentibus processerunt inanes, ex divitibus autem pauperes, dum patrum iniustitia sobolem (1) est secuta, et non cogitant neque reputant, quoniam, quod ipsi quasi per se machinantur potestatibus utentes, hoc forsan contra eos, qui ex eis procreantur, agunt, non eadem potentia sequente sobolem, quae illos (2).

Cap. I

Haec considerantes praesentem ponere legem existimavimus oportere. Et praecipimus omnibus in provinciis iudicibus, quicunque nostris obediunt sceptris in universa ditione, et quae adscendentem videt, et quae occidentem solem, et quae ex utroque est latere, ut unusquisque, in qua provincia delinquit (3), aut in qua pecuniarum aut criminum reus fit, sive de terra et de terminis, sive de proprietate, sive de possessione, aut hypotheca, vel de qualibet alia occasione, illic etiam iuri subiaceat (hoc enim apud legislatores praecedentes varie quidem dictum est, licet non pure, et sicut nos illud consideravimus), et ultra terminos litigare non quaerat.

§ 1.—Sive enim magna delicta sint, sive contractus consistant, oportet omnibus modis super eis et conventiones esse, et scripturam, si opus fuerit, et examinationem provincialem propter facilem probationem; sive (4) in parvo quispiam similiter delinquat, maius (5) adhuc peccatum fiat, quale est, si nec in parvis iure potiatur, sed exspectet venire in extraneae terrae provinciam, ibique eum convenire et de talibus litigare, quem neque praesentem, neque in provincia forsan, propter virtutem illius aut infirmitatem suam, convenire poterat competenter. Quid enim erit durius, quam laesum forsan (6) circa sublationem bovis, aut equi, aut iumentorum alicuius, aut pecudum, aut (ut exiguum dicamus) domesticae gallinae, hunc cogi non in qua aufertur provincia litigare, sed alibi currere, et ibi probationes horum, quae pertulit, exigi, et aut plures expensas pati, quam rei aestimatio est, aut inopiam ingemiscentem ferre? Hinc nobis multitudo plurima est interpellantium quotidie, et crebro in talibus causis inquietamur parvarum gratia occasionum, et ipsi multas sustinentes importunitates, et videntes plurimam quidem multitudinem virorum, plurimamque mulierum ex propriis locis agitatas et ad hanc venientes felicissimam civitatem, quorum plurimi etiam mendicantes et afflicti hoc (7) agunt, interdum quoque hic moriuntur.

Cap. II

Si igitur fuerint ambo in provincia, et actor et reus, nequaquam ad aliam provinciam causa trahatur, neque ad hanc felicissimam civitatem, neque ex privilegio cuiuspiam neque ex iussione, sed illic decidatur. Si vero alter quidem adest, alter

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; iniustitiam soboles, *Cont.*
(2) *El cód. Hamb.*; sequitur, *adicionan las ed.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; deliquit, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; quidem, *adicionan Port., y Cont.*

mente vemos al fin, aun tratándose de personas que pueden enumerarse, que de poderosos proceden poderosos, y de ricos, ricos, pero, en casi todo tiempo, que de poderosos procedieron desvalidos, y de ricos pobres, siguiendo la injusticia de los padres á su descendencia, y no piensan ni tienen en cuenta, que lo que ellos mismos maquinan como por sí sirviéndose de su poderío, lo hacen quizá contra los que de ellos son procreados, si á su descendencia no le acompaña el mismo poderío que á ellos.

Capítulo I

Considerando estas cosas hemos estimado que era conveniente establecer la presente ley. Y mandamos á todos los jueces de las provincias, que obedecen á nuestro cetro en toda parte del imperio, así la que ve nacer, como la que ve ponerse, el sol, como las que se extienden á uno y otro lado, que en la provincia en que uno delinque, ó en la que es constituído reo en negocio civil ó criminal, ó en cuestión sobre terrenos y límites, ó de propiedad, ó de posesión, ó de hipoteca, ó con otra cualquiera ocasión, allí también esté cada cual sujeto al derecho, (pues esto se halla dicho ciertamente varias veces por los anteriores legisladores, aunque no con claridad, y según nosotros lo consideramos), y no pretenda litigar fuera de aquel término.

§ 1.—Porque ya si se tratara de grandes delitos, ya si hubiera contratos, es menester que de todos modos las citaciones respecto á ellos, y los escritos, si de ellos hubiere necesidad, y el examen se hagan en la provincia para facilitar la prueba; y si alguien delinquiera del mismo modo en cosa pequeña, se cometerá todavía mayor delito, cual es, si no obtuviera derecho ni en las cosas pequeñas, sino que esperase llegar á provincia de extraño territorio, y allí demandase, y litigase sobre tales cosas, al que ni está presente, ni quizá en la provincia podía demandar convenientemente, por razón del poderío de aquél ó de su propia debilidad. Porque ¿qué cosa más dura habrá, que el lesionado acaso por habérsele quitado un buey, ó un caballo, ó alguna caballería, ó ganado, ó (para decir cosa mínima) una gallina doméstica, sea obligado no á litigar en la provincia en que se le quita, sino á correr á otra, y allí se le exijan las pruebas de lo que sufrió, y ó sufra más gastos de cuanta es la estimación de la cosa, ó lamentándose soporte la privación? De aquí la grande multitud de los que diariamente nos hacen representaciones, y que frecuentemente seamos molestados en tales causas con motivo de cosas de poca entidad, soportando nosotros mismos muchas importunidades, viendo ciertamente grandísima multitud de hombres y de mujeres que salen de sus propias localidades y vienen á esta felicísima ciudad, muchos de los que hacen esto aun mendigando y en la aflicción, y á veces también mueren aquí.

Capítulo II

Si, pues, ambos estuvieren en la provincia, así el actor como el reo, no sea de ningún modo llevada á otra provincia la causa, ni á esta felicísima ciudad, ni por virtud de privilegio de cualquiera, ni por mandato, sino sea allí decidida. Pero si uno, á

(5) *Bk.*; sive maius, *el cód. Hamb., y las ed.*
(6) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; forsan, *omitela Cont.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; hic, *Port., y Cont.*

autem abest, qui vero praesens est ex domo absentis iniustitiam patiatur, conveniatur omnibus modis ipse, qui iniustitiam egit, sive curator, sive conductor, sive quicunque sit eius, et liceat ei secundum provinciae spatium et secundum legem communem antiquitus positam inducias accipientem nuntiare, quae de his gesta sunt, illi, ad quem causa refertur.

§ 1.—Sed si quidem vicina provincia est, in qua hoc agitur, una aut duabus mansionibus in medio provinciarum constitutis, quatuor ei mensium dare inducias; si vero maius sit spatium, sex. Si vero ex Palaestina forsan, aut ex Aegypto, aut ex spatio gentium longinquarum, menses octo ad hoc sufficient. Si vero ex hesperiis gentibus, aut septentrionalibus, aut in (1) Libya, tunc, quod etiam praecedentibus legislatoribus sufficiens visum est esse, tempus determinetur (2), hoc est novem mensium, ut ille (3), si quidem ipsi nuncianti credat, litem illi eam committat; si vero aliquid aliud de illo sapit, alium dirigat suscepturum modis omnibus actionem, et completurum omnino, quae decernenda sunt, nisi appellatio fuerit subsecuta, sive in maiore, sive in minore causa. Si autem ille quidem nunciet, ille vero non ordinet, et statutum transeat tempus, tanquam firme agentem eum, qui conventus est et pro absente persona, etiam invitum praesentet (4) negotii iudex apud suum tribunal, et causam examinans praesente eo, qui conventionem suscepit, condemnet etiam eum, in quo obnoxius apparuerit, et insuper illum, post huiusmodi admonitionem mittere in provinciam non volentem, si tamen omnino obnoxius apparuerit. Et si quidem locuples sit, ipse exigatur, quae decreta sunt, si vero minus sit, quod habet, aut (5) non sufficiat in ista condemnatione, tunc et de absentis rebus compleatur victori damnum huiusmodi.

Cap. III

Si vero neque ipse apparuerit, qui dominum litis praesentare iussus est, aut qui pro eo legitime cogatur, tunc vocetur quidem legitima voce, non autem obediens condemnetur et absens secundum schema, quod appellatur eremodicium, id est desertae causae. Nam qui per contumaciam deserit, in nullo minor praesente putabitur. Si vero ille quidem forsan advenerit, aut miserit quempiam, accusator autem desit, tunc et absolvere eum, et damna eius mederi calumniatorem cogat. Sic erunt temperatiores, sic peccare cessabunt, sic non putabunt potentiam divitiarum iustitiae praevalere.

§ 1.—Nec latet nos, quia forsan nec sufficiat hoc ad perfectissimam causae medelam, quum iudicantes potentioribus magis, quam iustiora volentibus et ad provincias venientibus praestent. Sed tamen novimus plurima iniustitiarum curata ab hac legislatione, magis autem, quantum ad nos est, totum erit sanatum. Namque non aliter tradimus cingula, nisi prius iusiurandum subierint haec accila verdad, está presente, y otro ausente, y el que está presente sufriera la injusticia por la casa del ausente, sea de todos modos citado el que cometió la injusticia, ó su curador, ó su arrendatario, ú otro cualquiera que sea de él, y séale lícito, recibiendo un término con arreglo á la distancia de la provincia y conforme á la ley general antiguamente establecida, poner en conocimiento de aquel, á quien se refiere la causa, lo que sobre el particular se hizo.

§ 1.—Mas si verdaderamente está próxima la provincia en que se hace esto, habiendo entre las dos provincias una ó dos de ellas, dénsele cuatro meses de término; y si fuera mayor la distancia, seis. Mas si se tratara acaso de la Palestina, ó del Egipto, ó de región de gentes lejanas, basten para esto ocho meses. Y si de gentes de la Hesperia, ó del septentrión, ó de la Libia, entonces señálese el término que también á los anteriores legisladores pareció que era suficiente, esto es, el de nueve meses, á fin de que él, si verdaderamente da crédito al mismo que le da la noticia, le encomiende á éste el litigio; pero si de él tiene otra opinión, envíe otro que de todos modos se haya de encargar de la acción, y de cumplir en todo caso lo que se haya de determinar, á no ser que se hubiere interpuesto apelación, ya sea en negocio de mayor ó de menor cuantía. Pero si aquél verdaderamente le diere la noticia, pero él no dispusiera, y transcurriese el tiempo establecido, haga comparecer el juez del negocio ante su tribunal, como si en firme actuara, aun contra la voluntad de éste, al que fué citado en lugar de la persona del ausente, y examinando el negocio estando presente el que se hizo cargo de la citación, condénelo también en lo que apareciere culpable, y además al que después de tal admonición no quiso enviar á alguien á la provincia, si, no obstante, apareciere absolutamente culpable. Y si verdaderamente fuera rico, exíjasele al mismo lo que se decretó, y si fuera menos lo que tiene, ó no fuese suficiente para esta condenación, en este caso complétesele al vencedor el resarcimiento de tal daño también con bienes del ausente.

Capitulo III

Mas si ni compareciere el mismo á quien se le mandó que presentara al dueño del litigio, ó al que legalmente fuera obligado en lugar de él, sea entonces ciertamente llamado por los llamamientos legales, pero no obedeciendo sea condenado aun ausente en la forma que se llama en rebeldía, esto es, de causa desierta. Porque el que por contumacia la deja desierta, en nada será considerado inferior al que está presente. Pero si él acaso compareciere, ó hubiere enviado á alguien, pero el acusador no se presentara, en este caso absuélvalo, y obligue al calumniador á resarcirle los daños. Así serán más moderados, así dejarán de delinquir, y así no juzgarán que el poderío de las riquezas prevalece sobre la justicia.

§ 1.—Y no se nos oculta que acaso no sea esto suficiente para completo remedio del caso, cuando los juzgadores favorezcan más bien á los poderosos que á los que quieren lo más justo y van á las provincias. Sin embargo, conocemos que muchas injusticias se remediarán con esta ley, más aun, que en cuanto depende de nosotros todo quedará remediado. Porque no conferimos de otra suerte los cín-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; a, *Port., y Cont.*
(2) *Bk.*; determinatum, *el cód., y las ed.*
(3) *Bk.*; mensium utile et, *el cód., y las ed.*
(4) *El cód. Hamb.*; representet, *las ed.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; ut, *Port., y Cont.*

pientes, iuste omnibus iudicare, et puras servare manus; non, ut puto (1), post praesentem legem altero quolibet egebimus augmento, si illi quidem iuste iudicent, ad legem simul et iusiurandum respicientes.

Cap. IV

Abripiat autem nullus provincialibus cingulis violentos, nullo utens privilegio, aut potestate, aut forma, nisi forte sacra nostra pragmatica forma occasione publicae causae procedens (2) exhibitum hic quempiam inferri praecipiat, aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus, licet etiam hoc ex multa parte curavimus, plurimos maiorum iudicum in provinciis appellationum constituentes, ut apud illos magis appellatio, quando non de maximo negotio fuerit quaestio, quam in hac examinetur maxima civitate.

§ 1.—Hanc dicantes (3) iustitiae legem, adhuc potius faciemus eam iustiorem, si nulli permittamus habere contra eam quaedam privilegia, neque excipi ab hac lege quolibet privilegio, nec si cuilibet sanctarum ecclesiarum largitum sit, aut alicui venerabilium xenodochiorum, aut aliis reverendissimis (4) domibus, aut alii cuilibet ipsarum domuum imperialium, aut sacro patrimonio, aut sacris privatis, quae merito post supernum honorem secundo loco sunt posita, nec si aliquibus ex iudicibus, aut in potentatu positis, aut omnino sub nos constitutis hominibus, sed obediant omnes legi, et succumbentes iustitiae sanctioni honorent eam et per omnia habeant fortem (5), non solum in semetipsos respicientes, sed etiam in futuras successiones, et scientes, quia nihil paene in semetipso manet, sed currit natura semper multas evolvens mutationes, quas neque praevidere facile est, neque praedicere, solummodo deo et Imperatore sequente deum haec gubernare mediocriter et mansuete valente.

§ 2.—Si vero quispiam (6) utatur aliquibus sacris formis, sive pragmaticis, sive aliis de tali quodam (7) sibi largitis, erunt omnino infirmae, iudicibus maximam solventibus poenam, si omnino susceperint. Et non hoc (8), quod fit, solummodo medebimur (9), sed quod etiam faciendum est. Etenim si posthac tale aliquid impetretur ab aliquibus nostrorum subiectorum, aut ab alio quolibet, quibus prius interdiximus, inter quos complectimur, sicut dictum est, ecclesias, et venerabilia monasteria, et sacras nostras domos, et sacra privata, et sacrum patrimonium, neque hoc omnino valebit. Erit autem haec lex ubique suam iuste extendens virtutem, et simul quidem futura caute constituens, simul autem quod praeteriit curans.

§ 3.—Scitote igitur omnes subiecti, quos deus nostris progenitoribus et nobis donavit, quoniam

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; ut, *omitenla Port., y Cont.*.
(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; praecedens, *Cont.*
(3) *Bk.*; dicentes, *el cód. Hamb., y Trid.*; dicens, *Port.*
(4) *El cód. Hamb.*; venerabilibus, *las ed.*
(5) *Bk*; sortem, *el cód. Hamb., y las ed.*
(6) *Trid.*; quisquam, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*

guios, sino si antes prestaren juramento los que los reciben, de que en todo juzgarán con justicia y conservarán manos limpias; y, á lo que creo, después de la presente ley no necesitaremos agregar ninguna otra cosa, si ellos ciertamente juzgaran con justicia, atendiendo al mismo tiempo á la ley y al juramento.

Capítulo IV

Mas á los que cometen violencias nadie los arranque de los magistrados provinciales valiéndose de privilegio alguno, ó de poderío, ó de disposición, á no ser acaso que una sacra pragmática resolución, que emane con motivo de causa pública, preceptúe que alguien sea presentado aquí exhibido, ó esto lo haga por virtud de la ley, como sucede en las apelaciones, aunque esto también lo hemos remediado en gran parte, constituyendo en las provincias muchos jueces superiores para las apelaciones, á fin de que, cuando la apelación no fuere en un negocio muy grande, sea examinada ante ellos, más bien que en esta grandísima ciudad.

§ 1.—Al dedicar esta ley á la justicia todavía la haremos mucho más justa, si á nadie le permitimos tener algunos privilegios contra ella, ni que sea eximido de esta ley por un privilegio cualquiera, ni aunque haya sido concedido á cualquiera de las santas iglesias, ó á alguno de los venerables hospicios de peregrinos, ó á otras reverendísimas casas, ó á una cualquiera de las mismas casas imperiales, ó al sacro patrimonio, ó á los sacros bienes privados, cuyas cosas con razón están puestas en segundo lugar después del supremo honor, ni tampoco si á algunos de los jueces, ó de los que gozan de poderío, ó, en general, de los hombres constituídos bajo nuestra dependencia, sino que todos obedezcan á la ley, y sucumbiendo á la sanción de la justicia la honren, y la consideren siempre firme, atendiendo no solamente á sí mismos, sino también á sus futuras sucesiones, y teniendo sabido que casi nada permanece en su propio estado, sino que la naturaleza corre haciendo siempre muchos cambios, que no es fácil ni preveer, ni predecir, pudiendo solamente Dios y después de Dios el Emperador gobernar estas cosas moderadas y apaciblemente.

§ 2.—Pero si alguien se valiere de algunas sacras disposiciones, ó pragmáticas, ú otras cosas concedidas á él sobre algo semejante, serán de todo punto nulas, sufriendo los jueces muy grande pena, si en algún caso las aceptaren. Y no solamente pondremos remedio á lo que se hace, sino también á lo que se haya de hacer. Porque si después de esto se impetrase alguna tal cosa por algunos de nuestros súbditos, ó por otro cualquiera de aquellos á quienes antes se lo hemos prohibido, entre los cuales comprendemos, según se ha dicho, las iglesias, los venerables monasterios, nuestras sacras casas, los sagrados bienes privados, y el sacro patrimonio, tampoco ella tendrá validez en modo alguno. Mas esta ley subsistirá extendiendo á todas partes justamente su vigor, estableciendo ciertamente con seguridad lo futuro al mismo tiempo que cuidando de lo pasado.

§ 3.—Sabed, pues, todos los súbditos, que Dios concedió á nuestros progenitores y á nosotros, que

(7) *El cód. Hamb.*; de tali modo quodam, *Trid.*; de tali modo quodammodo, *Port., y Cont.*
(8) huic, *Bk.*
(9) *Bk.*; medebuntur, *el cód. Hamb.*; meditabuntur, *Trid., Port., y Cont.*

hanc vobis (1) damus legislationem, omnem vobis cautelam conferentes, et neque itinere fatigabimini longiore, neque adversus maximos lacrimabitis, neque nos culpabitis, tanquam haec non corrigentes, sed unusquisque de proximo respiciens poenam, in quibus forte damnificabitur atque laedetur (2), et hanc curam videns, magnum et bonum laudabit deum, qui haec nos sancire bene et iuste illuminavit. Sit ergo poena talia committentibus aut suscipientibus iudicibus et cinguli casus, et decem librarum auri damnum.

os damos esta ley, procurándoos toda seguridad, para que no os fatiguéis con largos caminos, ni os lamentéis contra los poderosos, ni nos culpéis, como por no corregir esto, pero viendo cada uno de cerca la pena por aquellas cosas en que acaso fuere perjudicado ó lesionado, y viendo este remedio, alabará á Dios grande y bueno, que nos iluminó para sancionar bien y justamente estas disposiciones. Tengan, pues, los jueces que cometen ó admiten tales cosas la pena, así de la pérdida del cíngulo, como de la multa de diez libras de oro.

Epilogus

Gloriosissimi igitur praefecti nostrorum sacrorum praetoriorum, qui per omnem subiectam terram consistunt, legem hanc cognoscentes proponant et per dioeceses sub se constitutas, et in omni Italia, et Libya, et insulis, et Oriente, et quodcunque in Illyrico est, et sciant (3) omnes, quomodo eorum curam habemus, deo, qui tanta nobis contulit, offerentes legem, qui magnam nobis pro eis recompensationem dabit, dum talia pro causa subiectorum salutis sanciverimus. Proponatur Constantinopolitanis civibus nostris.

Dat. Kal. Iun. Constantinop., imp. Iustiniani PP. A. anno XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Epílogo

Por tanto, al conocer esta ley los gloriosísimos prefectos de nuestros sacros pretorios, que se hallan establecidos en toda la tierra sometida, publíquen así en las diócesis puestas bajo su dependencia, como en toda Italia, y en la Libia, y en las islas, y en Oriente, y en toda la parte que hay de Iliria, y sepan todos como nos cuidamos de ellos, ofreciendo esta ley á Dios, que nos concedió tantas cosas, y que nos dará grande recompensa por haber sancionado tales disposiciones por causa de la salud de nuestros súbditos. Promúlguese para nuestros ciudadanos de Constantinopla.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Junio, en el año duodécimo del imperio de Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Juan, varón muy esclarecido. [538.]

CONST. LXXII (4)

UT ORDINARIAE PRAEFECTURAE URBANAE, ET PRAETORIANAE DUAE, ET PRAEFECTURAE (5), QUAE IN CINGULO ET QUAE IN ACTU SUNT, SOLAE, NON ETIAM HONORARIAE LIBERENT A CURIALI FORTUNA

(Coll. V. tit. 19.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Plurima horum, quae olim sancita sunt, neglecta et non facile in republica tractata, omnino visa sunt absque lege et sine legislatione consistere. Novimus enim, quia antiquitus erat quaedam praefecturae figura, quam honorariam vocabant, codicillis ab imperio super ea collatis. Hanc autem ita nominabant, ut nihil aliud, nisi purum honorem iis, quibus praebebatur, conferret, quae curiales non liberabat a fortuna curiali, nisi quis eam ipso opere ministrasset. Et sicut de gloriosissimis magistris militum videmus (6), quia nullus ex magisterio armorum eripitur fortuna curiali, nisi cum opere gesserit (nam et magisterium militiae praefecturam esse nostrae dicunt leges, puri vero magistrorum militiae codicilli solam praebent dignitatem, fortuna non liberantes), sic etiam in ipsa praefectura, si futurus sit aliquis liber huiusmodi fieri fortuna, necesse est in ipso cingulo designatum ab ea curiae vinculis liberari.

CONSTITUCION LXXII

DE QUE LAS PREFECTURAS URBANAS ORDINARIAS, Y LAS DOS PRETORIANAS, Y LAS PREFECTURAS QUE TENGAN CÍNGULO Y ESTÉN EN EJERCICIO, Y NO TAMBIÉN LAS HONORARIAS, SEAN LAS SOLAS QUE EXIMAN DE LA CONDICIÓN CURIAL

(Colección V. título 19.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Muchas de las cosas, que en otro tiempo se sancionaron, parecieron, por haber sido desatendidas y no ser fácilmente aplicadas en la república, que se hallan absolutamente sin ley y sin legislación. Porque sabemos que antiguamente había cierta especie de prefectura, que llamaban honoraria, habiéndose concedido respecto á ella las credenciales por el Emperador. Mas la llamaban así, porque no confería, á aquellos á quienes se les daba, ninguna otra cosa sino el puro honor, y ella no eximía de la condición curial á los curiales, á no ser que uno la hubiese desempeñado efectivamente. Y así como respecto á los gloriosísimos maestres militarer vemos que ningún maestre militar es eximido de la condición curial, sino si en realidad hubiere desempeñado el cargo, (porque nuestras leyes dicen que también el maestrazgo militar es prefectura, pero que las meras credenciales del maestrazgo militar dan solamente la dignidad, pero no libran de condición), así también, tratándose de la misma prefectura, si alguno se hubiera de librar de tal condición, es necesario que el nombrado sea por aquella librado de los vínculos de la curia estando en la misma magistratura.

(1) nobis *dice el texto, sin duda por errata, que hemos corregido atendiendo al ὑμῖν del texto griego y á su correspondiente* vobis *de otras ediciones.—N. del Tr.*
(2) *El cód. Hamb.;* damnificatur—laeditur, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb.;* et scient, *Trid.;* ut sciant, *Port., y Cont.*
(4) *El texto griego se halla en Hal. (Novela LXIX.) y en Scrimg. (Novela LXX.);—Iulian. Const. 51.—La versión latina es la antigua glosada.*

(5) Ut ordinariae praefecturae urbanae duae et praetorianae praefecturae, *etc., estaría mejor.*
(6) *Bk.;* videbimus, *el cód. Hamb., y las ed.*

Cap. I

§ 2.—Pero si falleció el notario, y á su escritura se le prestara testimonio por virtud de otro cotejo, y también en este caso vivieran el que escribió el instrumento y el contador, comparezcan también éstos, si estuvieran presentes, y haga fe la escritura por virtud del cotejo de los escritos complementarios, y por virtud de los testigos. Mas si no hubiera ninguno de éstos, en tal caso hágase ciertamente el cotejo de los escritos complementarios, pero no baste éste solo para ello, sino examínese la escritura de los demás que acaso subscribieron ó la de los contratantes, á fin de que por virtud de muchos cotejos así de los escritos complementarios, como de los que quizá subscriban, ó aun de los contratantes, se recoja de todas partes y se forme una sola verdad acreditada.

§ 3.—Mas si no se hallara ninguna otra cosa, sino el cotejo de los instrumentos, hágase lo que hasta ahora estuvo en vigor, de suerte que el que presenta para el cotejo un documento preste solemnemente juramento. Mas para que en todo caso quede favorecida la cosa en cuanto al mayor crédito del negocio, jure también el mismo que pide que se haga esto, que no teniendo otro medio abonado de prueba llegó al cotejo de los instrumentos, y que no hizo ó maquinó respecto á él cosa alguna, que acaso pueda ocultar la verdad. De lo que les será lícito á los contratantes librarse, si ambos hubieren consentido en esto, en insinuar los instrumentos, y los mismos contratantes los consignaran en actuaciones, á fin de que queden á salvo de maldad, de corrupción, y de falsedades, y de otros cualesquiera males para cuya corrección promulgamos la presente ley. Subsistiendo en su vigor lo que por nosotros fué sancionado antes respecto al cotejo de las escrituras hechas por propia mano, y teniendo sin duda alguna su propia fuerza también respecto á los que no saben de letras lo que ya tiene validez en los juicios, puesto que, á la verdad, estas cosas sufrieron por la resolución judicial el examen competente.

(4) iam, *Bk. ed. estereotipada.*

Cap. VIII

Oportet vero in iis, qui litteras nesciunt, et testes et omnino (1) tabularios adhiberi, in quibus locis sunt tabularii, maxime autem testes non ignotos contrahentibus, ut quidam scribant pro illiterato aut paucas litteras sciente, alii vero attestentur, quia etiam praesentibus eis haec gesta sunt, et scierunt eum, et ita talium instrumentorum suscipiatur fides; manifestum exsistens, quia non minus, quam quinque testes in his talibus adhibendi sunt, inter quos erit et qui scribit pro contrahente aut totum, aut quae (2) post paucas litteras illius posita sunt, quatenus nihil omittatur de summa subtilitate. Et haec dicimus super instrumentis ex scripto confectis. Nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit, hoc manifestum est, quia aut per testes, aut per iusiurandum fidem percipiet, actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicuti iudex negotium disposuerit. Ut autem nihil sit neque horum inemendatum, illud quoque adiicere legi bonum est, ut, si usque ad unam auri libram fuerit contractus, huiusmodi observationem in hoc minime custodiri, sed secundum hoc, quod tunc actum est, causam fieri, ut non de rebus exiguis maximas attritiones homines sustineant.

Cap. IX

Haec autem omnia tenere in civitatibus volumus; nam in agris, ubi multa simplicitas est, et neque scribentium aut testium multorum copia est, quae hactenus apud eos valuerunt et nunc sint (3) firma. Hoc enim et in ipsis testamentis, quibus maxime studemus, iam a nobis sancitum est. Valeat itaque lex in omnibus, quae post haec facienda sunt, instrumentis et contractibus; quod enim iam transivit, cur quispiam sanciat? Hanc autem legem peperit contentionum multitudo factarum quidem in litibus, apud nos autem introductarum, quatenus quotidie inter sese contendere homines compescamus, praeauferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem.

Epilogus

Quapropter convenit tuam eminentiam haec cognoscentem manifesta omnibus facere subiectis, et qui hic sunt, et qui in gentibus. Etenim ad alios gloriosissimos praefectos, et qui in Hesperia sunt, et in Libya, et qui in septentrionalibus (dicimus autem in Illyrico) scripsimus, ut omnis nobis respublica plena fiat hac lege subiectorum medente concussionibus.

Dat. prid. Non. Iun. Constant., impер. DN. Iustiniani PP. A. ann. XII., Ioanne V. C. Cons. [538.]

Capítulo VIII

Mas es conveniente, tratándose de los que no saben de letras, que se valgan de testigos y en todo caso de tabularios, en las localidades en que hay tabularios, pero principalmente de testigos no desconocidos para los contratantes, de suerte que algunos escriban por el que no sabe, ó sabe poco, de letras, y los otros atestigüen que aquello se hizo estando también ellos presentes, y que ellos conocieron á aquél, y de este modo se adquiera la veracidad de tales instrumentos; siendo manifiesto que en tales casos se han de emplear no menos de cinco testigos, entre los que estará el que escribe por el contratante, ó la totalidad, ó lo que se consignó después de pocas letras del mismo, á fin de que no se omita nada de la más estricta escrupulosidad. Y esto lo decimos respecto á los instrumentos hechos por escrito. Porque si alguien hubiere querido hacer algún contrato no por escrito, es manifiesto que obtendrá crédito ó por medio de testigos, ó de juramento, presentando ciertamente el actor los testigos, pero prestando juramento ó contradefiriéndolo el demandado, según hubiere dispuesto el juez el negocio. Mas para que nada de esto quede sin enmienda, es bueno añadir á la ley, que, si el contrato fuere hasta una sola libra de oro, no se observe de ningún modo en esto tal formalidad, sino hágase la cosa conforme á lo que hasta entonces se hizo, á fin de que por exiguos negocios no sufran muy grandes quebrantos los hombres.

Capítulo IX

Mas queremos que todo esto esté en vigor en las ciudades; porque en los campos, donde hay mucha sencillez, y no hay facilidad de hallar escribientes ó muchos testigos, subsistirán firmes también ahora las disposiciones que hasta hoy estuvieron vigentes en ellos. Porque esto ha sido ya sancionado por nosotros también en cuanto á los mismos testamentos, por los que nos preocupamos muy principalmente. Y así, sea válida esta ley para todos los instrumentos y contratos, que desde ahora se hayan de hacer; porque respecto á lo que ya pasó, ¿cómo dispondría alguien? Mas la multitud de contiendas nacidas ciertamente en los litigios, pero presentadas á nosotros, dió origen á esta ley, á fin de evitar nosotros que diariamente contiendan entre sí los hombres, quitándoles por adelantado altercados por medio de la escrupulosidad de la legislación.

Epílogo

Por tanto, es conveniente que tu eminencia, al conocer estas disposiciones, las haga manifiestas á todos los súbditos, así á los que hay aquí, como á los que en las regiones. Porque hemos escrito á los otros gloriosísimos prefectos, tanto á los que hay en la Hesperia, cuanto á los que en la Libia, y en el septentrión, (nos referimos á la Iliria), para que en toda nuestra república se divulgue esta ley qde pone remedio á las concusiones de los súbditos.

Dada en Constantinopla á 1 de las Nonas de Junio, en el año duodécimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Juan, varón muy esclarecido. [538.]

(1) *Las ed.*; et testes omnino et, *el cód. Hamb.*
(2) *Bk.*; totum aut postea quae, *el cód. Hamb., y las ed.*
(3) *El cód. Hamb.*; etiam, *adicionan las ed.*

CONST. LXXIV (1)

QUIBUS MODIS NATURALES FILII EFFICIANTUR LEGITIMI ET SUI SUPRA ILLOS MODOS, QUI IN SUPERIORIBUS CONSTITUTIONIBUS CONTINENTUR

(Coll. VI. tit. I.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.*

Praefatio

Recte dictum est a praedecessoribus nostris, et ante omnes a Iuliano sapientissimo, quia nulla lex neque senatusconsultum prolatum in republica Romanorum videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum, sed multa indigere correctione, ut ad naturae varietatem et eius machinationes sufficiat. Igitur de iis, qui ex naturalibus ad suorum ius perveniunt, et multas et varias conscripsimus leges, ex his autem, quae a natura rerum per singula moliuntur, invenientes aliquid deesse iis, quae iam statuta sunt, hoc in praesenti corrigimus. Sancitum namque est, ut, si quis habens mulierem puro sibi affectu compertam (2), deinde filios procreaverit, et postea ei (3) etiam nuptialia fecerit instrumenta, et legitimos ex ea procreaverit filios, neque ii, qui prius nati sunt, maneant naturales, sed et illi connumerentur suis, eo quod occasio omnino eis sunt nasci legitimis (4). Sed habuit etiam ista lex correctionem; nam quia secundi et post dotem nati mortui sunt, ideo volebant quidam nequaquam priores a non existentibus adiuvari. Et hoc emendavimus, et dedimus eis etiam sic, vel si mortui sunt ii, qui secundi fuerunt fratres, habere iura legitima, illud quoque adiicientes, quoniam et hoc dubitatum est, ut, vel si aliqui filii post dotalia non nascantur, attamen praecedentes, licet ante dotalia nati sunt, inter suos adscribi, patre quippe ad hoc festinante.

§ 1.—Sed et aliud quiddam tale occurrit. Ex huiusmodi namque consuetudine nati filii erant alicui, at ille eos volebat a nobis adinvento modo facere suos, nuptialium confectione documentorum; deliberante autem hoc patre, mortua est mulier, et constitutionis eum deseruit modus. Non enim erat, ad quam oporteret nuptiale confici documentum, et naturales manebant filii invito patre. Et quiddam etiam secundum tale exortum est apud viros neque nobis cognitos (5). Procreavit etenim quidam filios non legitime, et filios quidem ultra quam diligebat, et legitimos sibi fieri secundum legem volebat. Ea autem, quae sunt mulieris, non erant omnino sine peccato, neque dignam eam existimavit legitimo quodam nomine, quae etiam semetipsam iniuriaverat (sufficit enim hoc tantum dicere). Quapropter secundus iste modus est, qui

(1) *El texto griego (Novela LXXIV) se halla en Scrimg.; en Hal. hay solamente la rúbrica y la inscripción.—Iulian. Cons. 67.—La versión latina es la antigua de la glosa.*

(2) *El cód. Hamb.*; consternatam, *en lugar de* compertam, *se lee en las ed.*

(3) *El cód. Hamb.*; ei, *omítenla las ed.*

CONSTITUCION LXXIV

DE QUÉ MODOS SE HACEN LEGÍTIMOS Y SUYOS LOS HIJOS NATURALES, ADEMÁS DE LAS MANERAS QUE SE CONTIENEN EN LAS ANTERIORES CONSTITUCIONES

(Colección VI. título I.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.*

Prefacio

Con razón se dijo por nuestros predecesores, y antes de todos por el sapientísimo Juliano, que no se considera que ninguna ley ó senadoconsulto dado en la república de los romanos se promulgó siendo desde un principio suficiente para todo, sino que necesita muchas correcciones, para que baste para la variedad de la naturaleza y para sus maquinaciones. Así, pues, escribimos muchas y variadas constituciones respecto á los que de la condición de de naturales pasan al derecho de suyos, pero hallando, por lo que por la naturaleza de las cosas se urde en cada caso, que falta algo á lo que ya ha sido establecido, lo corregimos al presente. Porque se dispuso, que si alguno, teniendo mujer, por él reconocida por el solo afecto, hubiere después procreado de ella hijos, y luego le hubiere hecho también instrumentos nupciales, y hubiere procreado de ella hijos legítimos, no permanecieran siendo naturales los que nacieron antes, sino que también ellos se contasen entre los suyos, porque en todo caso les dieron á los legítimos ocasión para nacer. Pero también esta ley tuvo corrección; porque como murieron los segundos y nacidos después de la dote, querían por lo mismo algunos que de ninguna manera fuesen favorecidos los primeros por los que no existían. Y enmendamos esto, y les concedimos, que, aun habiendo muerto los que fueron segundos hermanos, tuvieran los derechos legítimos, añadiendo además, porque también esto fué puesto en duda, que, aun cuando después de los instrumentos dotales no nacieran algunos hijos, se contaran, sin embargo, entre los suyos los anteriores, aunque nacieron antes de los instrumentos dotales, por haberse el padre apresurado á ello.

§ 1.—Pero también ocurre alguna otra tal cosa. Porque de semejantes relaciones de trato le habían nacido hijos á alguien, y éste quería hacerlos suyos por el modo inventado por nosotros, con la confección de documentos nupciales; pero estando el padre deliberando sobre esto, murió la mujer, y le desamparó el modo de la constitución. Porque no existía la mujer para la cual fuese menester que se hiciera el documento nupcial, y los hijos permanecían siendo naturales contra la voluntad del padre. Y alguna cosa parecida ocurrió también entre individuos que no nos son conocidos. Pues uno procreó hijos, no legítimamente, y amaba, á la verdad, extraordinariamente á los hijos, y quería que con arreglo á la ley fuesen hechos legítimos de él. Mas las condiciones que se referían á la mujer no estaban absolutamente exentas de pecado, y no es-

(4) *El cód. Hamb., Port., y Cont.*; eis sit nasci legitimos, *Trid. Bien vió Spang. que la palabra* legitimis *fué agregada antiguamente para explicar la anterior* eis, *y que por ello pasó á ser del texto.*

(5) Incognitos, *Bk.*

filios gravat, in priore quidem per (1) mortem matris, in secundo vero per id, quod illa peccavit.

§ 2.—Novimus autem etiam quendam tertium modum. Pater namque volebat legitimos facere filios, et ad ea, quae de dotibus sancita sunt a nobis, respiciebat, filii vero sentientes, quoniam quaedam inopinate venissent (2) ad matrem eorum (licet uxorem non legitimam exsistentem) a quodam cognato divite, maligne simul et dolose agentes matrem occultaverunt, ne eos facere legitimos esset patri possibile, et moriente forte matre maternarum rerum frueretur (3) usufructu, hoc quod patribus dat benefaciens lex. Talibus itaque resistere artibus legis est proprium subtilis, quam in praesenti sancimus.

Cap. I

Si quis ergo (4) non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipsos quidem suos facere voluerit, mulierem vero aut non habet penitus, aut quae non sine delicto sit, aut quae non appareat, habeat, aut (5) secundum quandam legem ad matrimonium praepeditam, damus ei fiduciam nova quadam et nunc adinventa a nobis via ad legitimorum ius perducere naturales, proculdubio suis in talibus casibus non exsistentibus (6). Sicut enim est (7) quidam a praecedentibus nos adinventus modus, qui libertos ad ingenuitatem deduclt, praemandans (8) quidem eos alio quodam actu, et dans eis aureorum ius annulorum, postea vero ad ipsam deducens naturam, quae servum et liberum ab initio non discrevit, sed liberam hominis fecit prolem, sic et nos hunc modum adinvenimus causae. Et licebit id patri ut in iis, qui dudum a nobis dicti sunt, modis, vel etiam si quis alter occurrerit talis; multae namque, sicut praediximus, naturae sunt novitates. Liceat igitur, sicut diximus (9), patri, si legitimam non habeat soboIem, filios restituere naturae et antiquae ingenuitati, si ex libera ei fiant, et suos de cetero, et sub potestate habere. Neque enim a principio, quando sola natura sanciebat, hominis (10), antequam scriptae provenirent leges, fuit quaedam differentia naturalis atque legitimi, sed antiquis parentibus antiqui filii mox ut procedebant, fiebant legitimi, et sicut in liberis natura quidem liberos fecit omnes, bella vero servitutem adinvenerunt, sic etiam hinc natura quidem legitimas produxit soboles, attamen ad concupiscentiam diversio naturales eis immiscuit. Tanquam ergo similibus passionIbus factis, oportet etiam medelam ex aequalitatibus (11) inveniri, illam quidem a praedecessoribus nostris, hanc vero a nobis.

timó digna de cierto nombre legítimo á la que se había injuriado á sí misma, (pues basta decir solamente esto). Por lo cual, hay este segundo modo, que es gravoso para los hijos, el primero ciertamente por la muerte de la madre, el segundo, por haber ella pecado.

§ 2.—Pero aun conocemos otro tercer modo. Porque un padre quería legitimar á sus hijos, y se fijaba en lo que respecto á las dotes fué sancionado por nosotros, pero los hijos, sintiéndolo porque de cierto cognado rico habían pasado inopinadamente algunos bienes á la madre de ellos, (aunque no era mujer legítima), obrando maliciosa y al mismo tiempo dolosamente, ocultaron á la madre, para que no le fuese posible al padre legitimarlos, y no disfrutase, al morir acaso la madre, del usufructo de los bienes maternos, cosa que una ley bienhechora da á los padres. Y así, es propio de la ley minuciosa, que al presente sancionamos, oponerse á tales artificios.

Capítulo I

Así, pues, si alguien, no teniendo hijos legítimos, sino solamente naturales, quisiere ciertamente hacerlos suyos, pero ó no tiene en modo alguno la mujer, ó tuviera una que no está exenta de delito, ó que no parece, ó respecto de la que hay por cierta ley prohibición para el matrimonio, le damos seguridad para llevar, por cierta vía nueva y ahora inventada por nosotros, á los naturales al derecho de legítimos, si indudablemente en tales casos no existieran otros suyos. Porque así como por nuestros predecesores se inventó cierto modo, que lleva á los libertos al estado de ingenuidad, purgándolos, á la verdad, antes con cierto acto, y dándoles el derecho de anillos de oro, y llevándolos después á la misma naturaleza, que desde un principio no distinguió al esclavo y al libre, sino que hizo libre á la prole del hombre, así también nosotros hallamos este modo para el caso. Y esto le será lícito al padre como en los modos que antes fueron dichos por nosotros, ó también si ocurriere algún otro semejante; porque son muchas, según antes hemos dicho, las innovaciones de la naturaleza. Así, pues, séale lícito al padre, según hemos dicho, si no tuviera prole legítima, restituir los hijos á la naturaza y á la antigua ingenuidad, si le hubiesen nacido de mujer libre, y tenerlos en lo sucesivo como suyos y bajo su potestad. Porque en un principio, cuando sola la naturaleza dictaba disposiciones, antes que viniesen las leyes escritas, no hubo diferencia alguna entre hombre natural y legítimo, sino que los hijos antiguos se hacían legítimos, tan pronto como nacían, para los antiguos padres, y así como tratándose de los hijos la naturaleza los hizo ciertamente libres á todos, pero las guerras inventaron la esclavitud, así también en este caso la naturaleza produjo ciertamente prole legítima, pero la inclinación á la concupiscencia mezcló con ellos los naturales. Así, pues, habiéndose hecho semejantes las pasiones, es también menester que por iguales modos se halle el remedio, aquél ciertamente por nuestros predecesores, pero éste por nosotros.

---

(1) *El cód. Hamb.*; post, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb.*; inopinata evenissent, *Trid.*; inopinate evenissent, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; fruerentur, *en lugar de* frueretur, *Cont.*
(4) *El cód. Hamb.*; vero, *Trid.*; sane, *Port., y Cont.*
(5) *Bk.*; autem, *el cód. Hamb., y las ed.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; filiis, *adicionan Port., y Cont.*
(7) *El cód. Hamb.*; est, *después de* modus, *se halla en las ed.*
(8) praemundans, *conjeturan acertadamente Heral. y Homb.*
(9) *El cód. Hamb.*; praediximus, *las ed.*
(11) hominibus, *propuso Hamb.*
(10) *Conjetura Spang.*; qualitatibus, *en vez de* aequalitatibus, *el cód., y las ed.*

Cap. II

Sit igitur licentia patri matrem in priori statu relinquenti, si ex veritate aliquid circa thorum aparuerit deliquisse (aliter namque fieri hoc in talibus casibus non permittimus), sed et si quadam circumventione (1) aut non est, aut latet, aut aliquid etiam aliud fiat circa eam, quod (2) prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia, etiam sic providere filiis, et offerre Imperatori precem hoc ipsum dicentem, quia vult naturales suos filios restituere naturae, et antiquae ingenuitati, et legitimorum iuri, ut sub potestate eius consistant, nihil a legitimis filiis differentes, et hoc facto exinde filios frui tali solatio, et neque fraudare posse patrem, et celantes matrem (3) ius legitimorum abiicere. Uno enim hoc modo omnibus huiusmodi naturae excessibus et adinventionibus in iis, qui legitimos non habent filios, medemur, ita brevi solatio tantum naturae impetum corrigentes.

§ 1.—Si vero solummodo naturalium filiorum pater hoc quidem propter quasdam fortuitas circumstantias non agat, moriens vero sub quodam praedictorum casuum scripserit in (4) testamento, velle sibi eos legitimos esse filios et (5) successores, etiam huius rei damus licentiam; supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, et hoc dicentibus, et ostendentibus patris testamentum, et heredibus exsistentibus, in quantum pater eos scripserit, et ab imperio hoc percipientibus, ut in uno eodemque hoc, quod agitur, sit donum patris et principis, idem est (6) dicere, naturae simul et legis. Et hoc dicimus nullum anteriorem legitimum perimentes modum, sed etiam hunc addentes, in quibus illos accipere non licet. Omnino enim suis exsistentibus, deinde naturalibus procreatis, aut primitus natis, nequaquam legitimorum ius eis adicitur, nisi forsitan per constitutiones nostras, quae dotalium instrumentorum introduxerunt modum.

Cap. III

Et nos non latuit, quia etiam adoptionis modus erat antiquitus ab aliquibus (7) ante nos Imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabilis existimatus, sed aeque piae memoriae noster pater, et constitutio ab illo prolata talia reprehendit. Manere ergo et illam in suis terminis volumus, quoniam castitatem diligenter consideravit, et incompetens est, quae bene exclusa sunt, rursus ad rempublicam revocare.

Cap. IV

Illud quoque melius arbitramur constituere competenter, quod ex plurimo causarum experimento cognovimus; multae quidem et continuae litis nuntiatae nostrae maiestati ad opus nos deduxerunt

(1) *El cód. Hamb.*; permittimus et si quaedam conventio est, *las ed.*
(2) *Bk.*; aut quod, *el cód. Hamb., y las ed.*
(3) *Bk.*; matrem et, *el cód. Hamb., y las ed.*
(4) *El cód. Hamb., y Port.*; in, *omitenla Trid., y Cont.*

Capítulo II

Tenga, pues, licencia el padre, dejando á la madre en su anterior estado, si verdaderamente apareciere que delinquió en algo con relación al tálamo, (porque de otra suerte no permitimos que se haga esto en tales casos), ó si por alguna circunstancia no existe, ó se oculta, ó también si respecto de ella aconteciera alguna otra cosa que prohiba entrar en la vía que conduce á los instrumentos dotales, para proveer también así en favor de los hijos, y presentarle al Emperador súplica que diga esto mismo, que quiere restituir sus hijos naturales á la naturaleza, y á la antigua ingenuidad, y al derecho de los legítimos, para que estén bajo la potestad de él, no diferenciándose en nada de los hijos legítimos, y hecho esto disfruten por ello de tal beneficio los hijos, y no puedan defraudar al padre, ni rechazar el derecho de legítimos ocultando á la madre. Porque de este solo modo ponemos remedio á todos estos excesos de la naturaleza y á las invenciones de los que no tienen hijos legítimos, corrigiendo con tan pequeño auxilio tan grande ímpetu de la naturaleza.

§ 1.—Mas si el padre de solos hijos naturales no hiciera esto, á la verdad, por algunas circunstancias fortuitas, pero al morir en cualquiera de los susodichos casos hubiere escrito en su testamento que quería que aquéllos fuesen hijos legítimos suyos y sucesores, también le damos licencia para ello; pero suplicando también en este caso los hijos después de la muerte del padre, y diciendo esto, y mostrando el testamento del padre, y siendo herederos de cuanto el padre les hubiere instituído, y recibiendo esto del imperio, de suerte que en esta sola cosa que se hace haya donativo del padre y del príncipe, ó, lo mismo es decir, conjuntamente de la naturaleza y de la ley. Y decimos esto no suprimiendo ningún legítimo modo anterior, sino añadiendo también este, para los casos en que no es lícito aceptarlos. Porque existiendo hijos suyos, y habiendo sido procreados después los naturales, ó habiendo nacido antes, de ningún modo se les conceda á éstos el derecho de legítimos, á no ser acaso por medio de nuestras constituciones, que introdujeron el modo de los instrumentos dotales.

Capítulo III

Y no se nos ha ocultado que también había antiguamente un modo de adopción estimado por algunos Emperadores anteriores á nosotros como no inadmisible para hacer legítimos á los hijos naturales, pero con justicia reprendieron tales cosas nuestro padre, de piadosa memoria, y la contitución promulgada por él. Queremos, pues, que también ella subsista en sus propios términos, porque tomó la castidad en escrupulosa consideración, y es improcedente llamar de nuevo á la república lo que acertadamente fué rechazado.

Capítulo IV

También consideramos que es mejor establecer convenientemente lo que por muchas experiencias de negocios hemos conocido; pues muchos y continuos litigios denunciados á nuestra majestad nos

(5) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*
(6) *Bk.*; id est, *el cód. Hamb. (?), y las ed.*
(7) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; ab aliquibus, *omitenlas los cód.*

huius legis. Quia enim et antiquis promulgatum est legibus, et a nobis ipsis sunt haec eadem constituta, ut etiam nuptiae extra dotalia documenta ex solo affectu valeant et ratae sint, sed falsatis contractibus nostra ex hoc est completa respublica (nam introeunt (1) testes sine periculo mentientes, quia vir vocabat dominam cohaerentem, et ista illum similiter nominabat, et sic eis finguntur matrimonia, non pro veritate confecta), hoc existimavimus oportere secundum naturales definire leges. Novimus etenim, etsi castitatis sumus amatores, et hoc nostris sancimus subiectis, sed nihil esse furore amoris vehementius, quem retinere philosophiae est perfectae, monentis et (2) insilientem atque inhaerentem concupiscentiam refrenantis, unde (3) ii, qui hoc tali detinentur, quo se (4) abstinebunt sermone ad eas, quas amant, quem (5) eis non per blandimenta conferunt? Denique in tantum etiam ante nos legislatores tales scierunt animorum affectus, ut etiam donationes constante matrimonio prohiberent, ut non concupiscentiae magnitudine victi, latenter paulatim coniuges semetipsos privarent sua substantia. Haec ergo casta lege sancire bene se habere credidimus.

§ 1.—In maioribus itaque dignitatibus, et quaecunque usque ad nostros est senatores et magnificentissimos illustres, neque (6) fieri haec omnino patimur, sed sit omnino et dos, et antenuptialis donatio, et alia (7) omnia, quae honestiora decet nomina. Quantum vero in militiis honestioribus, et negotiis, et omnino professionibus dignioribus est, si voluerit legitime uxori copulari, et non facere nuptialia documenta, non sic quomodocunque, et sine cautela effuse, et sine probatione hoc agat, sed veniat ad quandam orationis domum, et fateatur sanctissimae illius ecclesiae defensori, ille autem, adhibens tres aut quatuor exinde reverendissimorum clericorum, attestationem conficiat, declarantem, quia sub illa indictione, illo mense, illa die mensis, illo imperii nostri nostri anno, consule illo venerunt apud eum in illam orationis domum ille et illa, et coniuncti sunt alterutri; et huiusmodi protestationem, si quidem accipere volunt aut ambo convenientes, aut alteruter eorum, et hoc agant, et subscribant ei et sanctissimae ecclesiae defensor, et reliqui tres aut quantoscunque voluerint, non tamen minus trium, litteris hoc significantibus.

§ 2.—Si vero etiam hoc illi non egerint, ille tamen talem reponat chartam venerabilis illius ecclesiae defensor in eiusdem sanctissimae ecclesiae archivis, hoc est ubi venerabilia vasa servantur, praedictas subscriptiones habentem, ut reconditum sit hominibus (8) ex hoc munimen, et non aliter videatur nuptiali affectu eosdem convenisse, nisi tale aliquid agatur, et omnino ex litteris causa testimonium habeat; his ita gestis et nuptias, et ex eis sobolem esse legitimam. Haec autem dicimus, ubi non dotis aut antenuptialis donationis fit documen-

han llevado á la necesidad de esta ley. Porque como en las leyes antiguas se promulgó, y lo mismo ha sido establecido por nosotros, que también por el solo afecto tengan validez y sean firmes las nupcias sin documentos dotales, pero por esto se ha llenado de contratos falsos nuestra república (porque intervienen testigos, que mienten sin riesgo, diciendo que el hombre llamaba señora á aquella con quien estaba unido, y que ella lo llamaba á él del mismo modo, y así se fingen matrimonios entre ellos, no realizados en verdad), hemos estimado que era menester determinar esto según las leyes naturales. Porque conocemos, aunque seamos amantes de la castidad, y sancionemos esto para nuestros súbditos, que no hay, sin embargo, nada más vehemente que el furor del amor, que de una perfecta filosofía es propio reprimir, la cual reprende y refrena la lascivia acometedora é inherente; por lo cual, los que están poseídos por él ¿de qué palabras se abstendrán respecto á las que ellos aman, que no les digan mediante caricias? Por último, en tanto conocieron los legisladores anteriores á nosotros tales afectos del alma, que hasta prohibieron las donaciones durante el matrimonio, para que, vencidos por la magnitud de su concupiscencia no los priven sus mujeres oculta y paulatinamente de sus bienes. Así, pues, hemos creído que era conveniente sancionar estas cosas por medio de una ley casta.

§ 1.—Y así, tratándose de las dignidades mayores, y de cualquiera que llegue hasta la de nuestros senadores y la de los muy magníficos ilustres, no consentimos de ningún modo que se haga esto, sino haya en todo caso dote y donación antenupcial, y todo lo demás que conviene á los nombres más honorables. Pero en cuanto á las milicias más honrosas, á los cargos, y en general á las profesiones más dignas, si uno quisiere unirse legítimamente con su mujer, y no hacer documentos nupciales, no haga esto de cualquier manera, é inconsideradamente sin garantía, y sin prueba, sino vaya á cualquier casa de oración, y manifiésteselo al defensor de aquella santísima iglesia, y éste, presentando tres ó cuatro de los reverendísimos clérigos de ella, haga un atestado que declare que en tal indicción, en tal mes, en tal día del mes, en tal año de nuestro imperio, bajo tal consulado, comparecieron ante él en aquella casa de oración él y ella, y se unieron uno y otra; y si verdaderamente quieren ó ambos comparecientes, ó uno de ellos aceptar esta manifestación, háganlo, y subscriban en ella el defensor de la santísima iglesia, y los otros tres ó cuantos ellos quisieren, pero no menos de tres, significándolo esto por escrito.

§ 2.—Mas aun si ellos no hubieren hecho esto, deposite, sin embargo, el defensor de aquella venerable iglesia tal documento, que tiene las susodichas suscripciones, en los archivos de la misma santísima iglesia, esto es, donde se guardan los venerables vasos, á fin de que esté conservado para los hombres el resguardo de aquí proveniente, y no se considere que los mismos se unieron con afecto nupcial de otra suerte, sino si se hiciera alguna tal cosa, y el caso tuviera indefectiblemente testimonio por escrito; y hecho esto así, sean legítimas las

(1) *Bk.*; introeuntes, *en lugar de* introeunt, *se les en el cód. Hamb., y las ed.*
(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; monentis etiam et, *Cont.*
(3) *El cód. Hamb. (?)*; ut, *las ed.*
(4) detinentur si, *las ed.*; detinentur se, *el cód. Hamb.*; detinentur quo, *Bk.*
(5) que, *el cód. Hamb., y Trid.*; quas, *Port., y Cont.*
(6) ad nos est senatores et, *el cód. Hamb., y Trid.*; ad nos et senatores et magnificentissimos illustres sunt neque, *Port.*; ad nos et senatores et magnificentissimos illustres neque, *Cont.*; ad nostros sunt senatores etc., *Cont. al márgen, y Bk.*
(7) *Bk.*; ad, *el cód. Hamb., y las ed.*
(8) *Bk. ed. estereotipada*; omnibus, *en lugar de* hominibus, *el cód. Hamb., y las ed.*

mentum; fidem enim in solis testibus suspectam habentes, ad praesentem venimus dispositionem.

§ 3.—Quisquis autem in abiecta degit vita, parvae quidem substantiae dominus consistens, in novissima vero vitae parte iacens, habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas, aut milites armatos (1), quos lex caligatos appellat, hoc est viliores et obscuriores, perscrutamur (2), quibus civilium causarum ignorantia est, et solius circa terram operationis et circa bella concupiscentiae causa est studiosa et iuste laudabilis, sic ut in vilibus personis, et in militibus armatis obscuris, et agricolis licentia sit eis et ex non scripto convenire, et matrimonia celebrare inter alterutros (3), sintque filii legitimi, qui patrum mediocritatem, aut militares vel rusticas occupationes et ignorantias adiuvent.

Cap. V

Quoniam autem interpellationibus, quae nobis fiunt semper, omnium tamen assidue mulieres audivimus ingemiscentes, et dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti ducant eas in domibus suis, sacra tangentes eloquia, aut in orationis domibus iurantes, habituros se eas legitimas uxores, taliter eas habentes tempore multo, et forte suscipientes filios, deinde dum se satiaverint earum desiderio, aut extra filios, aut cum filiis eas proiicientes de suis domibus, iudicavimus etiam hoc oportere sancire, ut, si mulier ostendere potuerit modis legitimis, quia secundum hanc figuram vir eam acceperit domi, ut (4) uxorem legitimam haberet, et filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam esse ei hanc de domo praeter ordinem legis expellere, sed habere eam legitimam, et filios suos esse ei; et illam, si quidem indotata sit, nostrae constitutionis uti bonis, quartam substantiae viri percipientem, sive expellatur, sive prius moriatur vir, non perscrutantibus nobis, sive repudio utens dimittat eam, sive etiam sine hoc; neque enim verisimile est eum mittere repudium, qui et ipsas nuptias denegat. Sed si eam irrationabiliter expellat de domo, hoc ipsum sit adversus virum iusta causatio, et mulier hoc facto repudium ei mittat, et exigat quartam, si uxor ostensa fuerit exsistisse, licet extra dotem convenerit, iuriiurando credens. Quid enim agat aliud, quae ad dotem non est idonea, quam ut semetipsam pro (5) omni dote contradat?

§ 1.—Sit autem et soboles legitima etiam invito patre. Qui enim ad hoc nuptias fecit et filios procreavit, ut mulier legitimorum ei filiorum fieret mater, non potest ex tali natos germine rursus ut naturales abiicere, neque quasdam postea forte nuptias post mortem uxoris aut repudium contrahens, eos, qui ex illis nascuntur nuptiis, velle solos esse (6) legitimos, nisi eis etiam illi priores fuerint copulati, quorum similiter pater est, teste exsistente nuptiarum priorum quidem deo, secundarum

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; armatos et, *Port., y Cont.*
(2) non perscrutamur, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) utrosque, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*

nupcias y la prole proveniente de ellas. Mas esto lo decimos para el caso en que no se hace el documento de dote ó de donación antenupcial; porque considerando sospechosa la fe de testigos solos, hemos venido á dar la presente disposición.

§ 3.—Mas cualquiera que vive vida abyecta, siendo, á la verdad, dueño de exíguos bienes, y hallándose en el último rango de la vida, tenga también licencia para esto. Pero tampoco investigamos si son agricultores, ó soldados armados, á quienes la ley llama soldados rasos, esto es, los más bajos y obscuros, quienes ignoran las cosas civiles, y para quienes solamente es interesante y con justicia loable lo que se refiere á las labores de la tierra, y á los afanes de la guerra, de suerte que tratándose de personas viles y de obscuros soldados armados, y de agricultores, tengan ellos licencia para convenirse aunque no sea por escrito y para celebrar entre sí matrimonios, y sean legítimos los hijos que ayuden á sus padres en su medianía ó en sus ocupaciones é ignorancia, ya militares ya rústicas.

Capítulo V

Mas como en representaciones, que siempre se nos hacen, hemos oído con muchísima frecuencia mujeres que gemían y decían, que algunos, poseídos ciertamente de concupiscencia respecto á ellas, las llevaban á sus propias casas, poniendo la mano sobre las sagradas escrituras, ó jurando en casas de oración, que ellos las tomarán por legítimas mujeres, teniéndolas de este modo mucho tiempo, y acaso procreando en ellas hijos, y luego cuando se sacian del deseo de ellas las arrojaban de sus casas ó sin hijos, ó con hijos, hemos juzgado que también era menester disponer sobre esto, para que si la mujer pudiere probar por modos legítimos, que el hombre la había recibido de este modo en su casa, para tenerla como mujer legítima, y como madre de hijos legítimos, no tenga él absolutamente de ninguna manera licencia para echarla de la casa prescindiendo de lo ordenado en la ley, sino téngala como legítima, y tenga como suyos los hijos; y ella, si verdaderamente estuviera indotada, disfrute de los beneficios de nuestra constitución, percibiendo la cuarta parte de los bienes del marido, ya si fuera echada de la casa, ya si antes muriese el marido, no investigando nosotros si la echó utilizando el repudio, ó si aun sin éste; porque no es verosímil que enviase el repudio el que deniega hasta las mismas nupcias. Pero si sin razón la echara de la casa, sea esto mismo justo motivo contra el varón, y por este hecho envíele la mujer el repudio, y exíjale la cuarta, si se hubiere probado que ella fué su mujer, aunque se hubiere unido sin dote, dando crédito al juramento. Porque ¿qué otra cosa hará la que no tiene para dotarse, que entregarse ella misma por toda dote?

§ 1.—Mas sea legítima también la prole aun contra la voluntad del padre. Porque el que para esto contrajo nupcias y procreó hijos, para que la mujer se hiciera madre de hijos legítimos de él, no puede luego rechazar como naturales á los nacidos de tal gérmen, ni, contrayendo posteriormente acaso otras nupcias después de la muerte ó del repudio de la mujer, querer que sean legítimos solos los que nacen de aquellas nupcias, sino si también á ellos se hubieren unido los primeros, de

(4) *El cód. Hamb.*; ut eam, *las ed.*
(5) sub, *el cód. Hamb.*; cum, *Trid., y Port.*
(6) *El cód. Hamb.*; velle habere eos solos esse, *las ed.*

autem lege. Eadem nobis lex pro cautela sit nuptias contrahentium promulgata (1), et si filii quidem ex talibus processerint nuptiis, erunt sui, et his legibus, quae sunt de suis positae, fruentur.

Cap VI

Si quid autem praeter (2) haec fiat, non tamen ex conscripta procedat (3) copulatione, erunt naturales, et quae a nobis largita sunt naturalibus, sive ex testamento sive ab intestato, potientur. Eos enim, qui semel ex odibilibus nobis et propterea prohibitis nuptiis procedunt, neque naturales vocari, neque participanda eis ulla clementia est, sed sit supplicium etiam hoc patrum, ut agnoscant, quia neque quidquam peccatricis concupiscentiae eorum habebunt filii.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis, et ad hominum medelam et naturae plenitudinem per hanc legem statuta sunt, tua celsitudo manifesta faciat universis, programmatibus propositis, per quae omnibus lex erit aperta, cognoscentibus, secundum quem circa talia conversentur modum, et nostram considerantibus (4) providentiam, quia omni occupationi alteri eorum utilitatem praeponimus.

Dat. prid. Non. Iun. Constantinop., imper. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XII., Ioannis V. C. Cons. Indict. I. [538.]

NOVELLA LXXV (5)

DE PRAETORE SICILIAE

Idem A. Tribuniano, *Quaestori sacri palatii.*

Tua cognoscit sublimitas, utpote operi quaestorio praeposita, et nostri consilii particeps constituta, quod Siciliae provinciae secundum instar antiquitatis praetorem praefecimus, eius ut gubernatione omnia privata peragantur et militares expensae procurentur. Nam publicas (6) eiusdem insulae functiones sub iurisdictione viri excellentissimi comitis sacri patrimonii (7) per Italiam esse antiqua consuetudo tradidit, cuius auctoritate tam exactio quam iliatio earum procederet. Sed quia lites (8) in tanta provincia moveri necesse est, volumus, ut, si quando appellatum fuerit vel a praetore, vel a duce, vel ab aliquo iudice eiusdem insulae, appellationes omnes ad tuum fastigium tuamque sedem remittantur, et ipse merita earum (9) more consultationis (10) discutias et ad nostram referas scientiam, quatenus tua nobis cognita dispositione ex nostra auctoritate lis dirimatur, neque ad anteriorem Romam, neque ad alium

(1) promulgata, *omitela el cód. Hamb.*
(2) post, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) proscripta procedant, *conjetura Herald.*
(4) consideravimus, *el cód. Hamb., y Trid.*; considerantes, *Port.*
(5) *Esta Novela que el Emperador expidió en latín se halla repetida más adelante con el número 104.—El primero que la publicó fué Savigny, tomándola del cód. Vindob., y la reprodujo Bien. añadiéndole correcciones.—En Hal. hay la laguna correspondiente á esta Novela, y en Scrimg. el mismo resumen griego que en las Bas. IX. 2. 5.—Iulian. Cons. 68. y 97.*
(6) *Bk.*; publicas, *el cód.*
(7) *Bien.*; patromonii, *el cód.*
(8) *Bien.*; qualitates, *el cód.*
(9) *Bk.*; eorum, *el cód.*
(10) *Bien.*; consulatione, *el cód.*

los que es igualmente padre, siendo, á la verdad, testigo de las primeras nupcias Dios, y de las segundas la ley. Quede para nosotros promulgada esta misma ley para seguridad de los que contraen nupcias, y si verdaderamente provinieren hijos de tales nupcias, serán suyos, y disfrutarán de las leyes que hay establecidas respecto á los que son suyos.

Capítulo VI

Pero si contra esto se hiciera alguna cosa, pero esta no proviniera de unión prohibida, los hijos serán naturales, y disfrutarán de lo que por nosotros ha sido concedido á los naturales, ya en virtud de testamento, ya abintestato. Porque los que proceden de nupcias una vez odiosas para nosotros, y por lo tanto prohibidas, ni serán llamados naturales, ni á ellos se les ha de conceder clemencia alguna, sino que esto será suplicio para los padres, á fin de sepan que los hijos de su delincuente concupiscencia no tendrán cosa alguna.

Epílogo

Por tanto, haga manifiesto tu excelsitud á todos lo que nos ha parecido bien y por esta ley ha sido establecido para remedio de los hombres y complemento de la naturaleza, exponiendo edictos por los que para todos será manifiesta la ley, y conocerán de qué modo vivirán respecto á tales particulares, y tendrán en consideración nuestra previsión, porque anteponemos la utilidad de ellos á toda otra ocupación.

Dada en Constantinopla á 1 de las Nonas de Junio, en el duodécimo año del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Juan, varón muy esclarecido, Indicción primera. [538.]

NUEVA CONSTITUCION LXXV

DEL PRETOR DE SICILIA

El mismo Augusto á Tribuniano, *Cuestor del sacro palacio.*

Sabe tu sublimidad, como encargada de las funciones de cuestor, y hecha partícipe de nuestro consejo, que conforme á la manera de la antigüedad pusimos al frente de la provincia de Sicilia un pretor, para que con su gobierno se ejecutaran todas las cosas privadas y se procurasen los gastos militares. Porque una antigua costumbre dice que las contribuciones públicas de la misma isla estaban bajo la jurisdicción del excelentísimo varón, conde del sacro patrimonio en Italia, por cuya autoridad se verificaban tanto la exacción como el pago de aquellas. Mas como es de necesidad que en tan grande provincia se promuevan litigios, queremos, que, si alguna vez se hubiere apelado ó del pretor, ó del duque, ó de algún juez de la misma isla, todas las apelaciones sean remitidas á tu autoridad y á tu sede, y tú mismo discutas sus méritos en la forma de consulta, y los pongas en nuestro conocimiento, á fin de que conocida por nosotros

iudicem huius regiae civitatis eatur, sed ipse vice sacri cognitoris audias (1) et litem dirimas. Et non solum haec tuam iurisdictionem respicere decernimus, sed etiam si quid aliud (2) civile ordinatur (3), quod confirmatione indigeat, id est pro defensoribus vel patribus civitatum decretum, id (4) quoque ad tuam sedem remitti, ut per tuam sententiam nostramque auctoritatem roboretur, quia semper Sicilia quasi peculiare aliquid commodum Imperatoribus accessit, et oportet res civiles, cum aliquam habuerint dubitationem, nostri quaestoris iudicio dirimi, quod (5) accipere a tua sublimitate censemus, quam (6) nos provexímus, quam legitimo operi praeposuimus, cuius opere atque industria omnis legum ambiguitas, omnis latitudo (7) in praesentem concordiam et pulchram brevitatem pervenit.

Quae igitur per hanc divinam legem nostra decrevit (8) aeternitas, tua sublimitas sciens praeceptionibus suis admoneat Sicilienses iudices, quatenus sciant, cui debeant causas appellatione suspensas proferre (9), ut per tuas tuorumque successorum suggestiones omnia nobis manifestentur, et videamur per nosmet (10) ipsos easdem causas peragere. Esse enim non indignum putavimus, ut (11) Siciliam, nostrum quodammodo peculium constitutum, nostrorum particeps consiliorum quaestor sub iurisdictione sua suscipiat.

Dat. m. Dec. imp. Iustiniani A. ann. XI., post. Belisarii V. C. consul. ann. II. (12) [537.]

CONST. LXXVII (13)

HAEC CONSTITUTIO INTERPRETATUR PRIOREM CONSTITUTIONEM DE IIS, QUI INGREDIUNTUR IN (14) MONASTERIUM, ET DE SUBSTANTIIS EORUM, ET EX QUO TEMPORE OPORTEAT EAM VALERE

(Coll. VI. tit. 4.)

Idem Aug. Ioanni, *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Causa talis ad nos pervenit, quam existimavimus oportere competente uti a nobis interpretatione simul et adiutorio. Cognovimus etenim, quia mulier quaedam, habens filium sibi ex nuptiis legitimis procreatum, voluit quidem segregare se a communi ista conversatione, et in quodam mulierum monasterio commanere, plurima bona faciens mulieribus reverendissimis ibidem congregatis. Et quoniam nostrae pietatis lex vult, eos, qui se monasteriis dederint, seu viros seu mulieres, ante, quam ingrediantur monasterium, eo, quo voluerint, modo quae sua sunt disponere, nec posse,

(1) *Bien.*; audiat, *el cód.*
(2) *Bk.*; quid aliquid, *el cód.*
(3) *Bien.*; ornatur, *el cód.*
(4) *Bien.*; nam id, *el cód.*
(5) *Bien.*; quam, *el cód.*
(6) *Bien.*; qua, *el cód.*
(7) *Bien.*; altitudo, *el cód.*
(8) *Bk.*; decernit, *el cód.*
(9) *Bk.*; praeferre, *el cód.*; referre, *Bien.*

tu disposición sea dirimido el litigio en virtud de nuestra autoridad, y no se recurra ni á la antigua Roma, ni á otro juez de esta real ciudad, sino que tú mismo oigas y dirimas el litigio haciendo la veces de sacro conocedor del mismo. Y decretamos no solamente que esto corresponda á tu jurisdicción, sino además, que si se ordena alguna otra cosa civil, que necesite confirmación, esto es, un decreto relativo á defensores ó padres de las ciudades, sea también este remitido á tu sede, para que sea corroborado por sentencia tuya y por nuestra autoridad, porque siempre la Sicilia estuvo unida á los Emperadores como algún provecho peculiar, y es conveniente que los negocios civiles, cuando ofrecieren alguna duda, sean dirimidos á juicio de nuestro cuestor, que hemos determinado recibir de tu sublimidad, á la que hemos elevado, y puesto al frente del trabajo relativo á las leyes, y por cuyo trabajo é industria han llegado á la presente concordia y pulcra brevedad toda la ambigüedad y toda la desmesurada extensión de las leyes.

Por tanto, conociendo tu sublimidad lo que por esta divina ley ha decretado nuestra eternidad, prevenga con sus edictos á los jueces sicilianos, á fin de que sepan á quién deben elevar las causas pendientes de apelación, para que por medio de tus representaciones y de las de tus sucesores todo se nos haga manifiesto, y se considere que por nosotros mismos terminan las mismas causas. Porque hemos juzgado que no es indigno que á Sicilia, que en cierto modo está constituida como peculio nuestro, la reciba bajo su jurisdicción el cuestor, que es partícipe de nuestros consejos.

Dada en el mes de Diciembre, en el año undécimo del imperio de Justiniano, Augusto, segundo después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [537.]

CONSTITUCION LXXVII

ESTA CONSTITUCIÓN INTERPRETA LA ANTERIOR CONSTITUCIÓN RELATIVA Á LOS QUE INGRESAN EN UN MONASTERIO, Y Á SUS BIENES, Y FIJA DESDE QUÉ TIEMPO DEBE ELLA ESTAR EN VIGOR

(Colección VI. título 4.)

El mismo Augusto á Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Ha llegado á nuestro conocimiento un caso, tal, que hemos estimado que debía recibir de nosotros competente interpretación al mismo tiempo que auxilio. Pues hemos sabido que cierta mujer, que tenía un hijo procreado de legítimas nupcias suyas, quiso separarse de esta común manera de vivir, y quedarse en cierto monasterio de mujeres, aportando muchos bienes á las reverendísimas mujeres allí congregadas. Y como una ley de nuestra piedad quiere que los que se hubieren consagrado á monasterios, ó varones ó mujeres, dispongan, antes que ingresen en el monasterio, del modo que

(10) *Bien.*; videamus per semet, *el cód.*
(11) *Bien.*; ut, *omitela el cód.*
(12) *Bk. añadió la subscripción tomándola de Athanas. Scholast.*
(13) *El texto griego (Novela LXXVI.) se halla en Scrimg. —En Hal. no hay sino la rúbrica y la inscripción.—Hay un epítome en Coll. Cons. eccl. III. 1. 16.—Iulian. Const. 70.—La versión latina es la antigua glosada.*
(14) [*El cód. Hamb., y Trid.*; in, *omitenla Port., y Cont.*

postquam ingrediuntur monasterium, uiterius agere quidquam de propriis, utpote domini rerum non exsistentes ulterius, eo quod sanciverimus nos, huiusmodi viros et mulieres cum corpore et anima ipso ingressu ad monasterium dedicare se suasque substantias, et si quidem discesserint, manere etiam sic eorum substantias in monasterium (1), eo quod domini harum ulterius non exsistunt, hinc autem metuere, ne forte, quamvis nostra constitutio multo posterior sit, quam quod (2) in praedictam venerabilem domum ingressa est, aliqui prohiberent eam prospicere suo filio, et oportere propter praedictum metum haec interpretari et lege nostra fieri manifesta, quia nihil laesa sit aut ipsa, aut filius (3) circa eius successionem ex memorata constitutione.

Cap. I

Propterea sancimus, si quis monasterium habitaverit vir aut mulier ante praedictam nostram constitutionem, aut hactenus habitat, et maxime filiis exsistentibus, nullam habere necessitatem nunc eorum substantiam in monasterium (inducere) (4), sed filio aut filiae transmittere aut totam, aut etiam partem suae substantiae, aut etiam quo voluerit modo res suas disponere, utpote primam illam legem alia nostra hac constitutione interpretante (eos enim, qui semel ante memoratam dudum nostram legem monasteria intraverint, in nullo postea posita lex contristatura est, aut ablatura (5) eorum, quae prius eis ut liceat data sunt), neque prius nostrae legis (6) impedimentum penitus faciente, eo quod neque possibile sit hoc fieri, ut (7) oportuisset prius disponere, et ita ingredi in monasterium. Si vero nulla tunc tali lege posita in monasterium ingressa est, quomodo fieri potuerit converti ordinem legis, et exigere eos, qui prius ingressi sunt in (8) monasterium, illa facere, quae prius ignorata, postea per sacram nostram constitutionem sunt innovata? Sed unumquemque competit secundum sua tempora exspectare, et ea quidem, quae post legem sunt, ita quaerere fieri, sicut lex vult, si quid autem ante legem subsecutum est, hoc non commovere neque perscrutari, sed in priore figura relinquere.

§ 1.—Haec igitur lex pro interpretatione utili posita sit prioris nostrae illius constitutionis, ut illa in posterioribus temporibus, ex quo facta est, locum habeat, et iis, qui postea convertentur, viris ac mulieribus, posita sit, sibique potestatem in illis custodiat, nihil horum, quae antea fuerint, perscrutando, quum licentia sit prioribus viris ac mulieribus, qui habitaverunt aut etiam hactenus habitant in monasteriis, et maxime filiis exsistentibus, suas res quo volunt disponere modo.

Epilogus

Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et

(1) monasterio, *Bk.*
(2) quod, *omitela Bk.*
(3) *El cód. Hamb.*; eius, *adicionan las ed.*
(4) inducere, *indicó Spang. que se debe añadir, pero falta en el cód. Hamb., y en las ed.*
(5) aliquid, *adiciona Bk.*

quisieren de lo que sea suyo, y que no puedan, después que ingresen en el monasterio, hacer ya cosa alguna de sus propios bienes, por no ser ya dueños de los bienes, porque habíamos declarado que tales hombres y mujeres se consagraban en cuerpo y alma y con sus propios bienes al monasterio por su mismo ingreso en él, y que, si salieren, también en este caso quedasen sus bienes en el monasterio, porque ya no son dueños de ellos, de aquí que temiese, que, aunque nuestra constitución sea muy posterior á cuando ingresó en la susodicha venerable casa, no le prohibieran acaso algunos que ella mirase por su hijo, y que por causa del susodicho temor sea menester interpretar esto y hacerlo manifiesto por una ley nuestra, porque en nada fué lesionada ella misma, ó su hijo respecto á la sucesión de ella, por virtud de la mencionada constitución.

Capítulo I

Por esto mandamos, que si alguien, hombre ó mujer, hubiere habitado en un monasterio antes de nuestra susodicha constitución, ó si todavía habita, principalmente existiendo hijos, no tenga ahora ninguna necesidad de conferir sus bienes al monasterio, sino transmita ó la totalidad, ó aun parte, de sus bienes á su hijo ó á su hija, ó disponga también de sus bienes del modo que quisiere, pues esta otra constitución nuestra interpreta aquella primera ley, (porque á los que una vez ingresaron en monasterios antes de nuestra ley ha poco mencionada, en nada los ha de contristar la ley establecida después, ni les ha de privar de nada de lo que antes se concedió que les fuera lícito), y no crea de ningún modo el anterior impedimento de nuestra ley, porque no sería posible que se hiciera esto, como quiera que habría sido menester disponer antes, y que de este modo ingresara en el monasterio. Pero si no hallándose entonces establecida ninguna tal ley ingresó en el monasterio, ¿cómo se podría hacer que se invirtiese el orden de la ley, y que se les exija á los que antes ingresaron en el monasterio que hagan lo que, siendo antes ignorado, fué innovado después por nuestra sacra constitución? Compete, por el contrario, considerar á cada cual con arreglo á su tiempo, y procurar que las cosas que ciertamente son posteriores á la ley se hagan como quiere la ley, pero que si antes de la ley se ejecutó alguna cosa, no sea esta perturbada ni investigada, sino que se la deje en su primitivo estado.

§ 1.—Quede, pues, establecida esta ley para útil interpretación de aquella nuestra anterior constitución, á fin de que aquella tenga lugar en los tiempos posteriores á cuando fué hecha, y se halle establecida para los que, hombres ó mujeres, después se conviertan, y guarde su poder sobre ellos, sin que se haya de investigar nada de lo que antes haya sucedido, teniendo licencia los hombres y mujeres que antes habitaron, ó que también todavía habitan, en los monasterios, y principalmente existiendo hijos, para disponer de sus bienes del modo que quieran.

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu eminencia á hacer ma-

(6) *El cód. Hamb*; prius nostrae legis, *las ed.*; priore nostra lege, *Bk.*
(7) utpote, *Bk. Según el texto griego se debería escribir* nam *en lugar de* ut.
(8) *El cód. Hamb.*; in, *omitenla las ed.*

per hanc sacram declarata sunt legem solenniter per programmata sua omnibus facere manifesta festinet.

Dat. Idib. Octob. Constant., imp. DN. IUSTINIANI PP. A. ann. XII., IOANNE V. C. Cons. [538.]

CONST. LXXVIII (1)

UT NON LUXURIETUR (2) CONTRA NATURAM, NEC IURETUR (3) PER CAPILLOS DEI AUT ALIQUID HUIUSMODI, NEQUE BLASPHEMETUR IN DEUM

(Coll. VI. tit. 5.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug. Constantinopolitanis.*

Praefatio

Omnibus hominibus, qui recte sapiunt, manifestum esse putamus, quia omne nobis est studium et oratio, ut crediti nobis a domino deo bene vivant, et eius inveniant placationem, quoniam et dei misericordia non perditionem, sed conversionem et salutem vult, et delinquentes, qui corriguntur, suscipit deus. Propter quod nos omnes invitamus dei timorem in sensibus accipere, et invocare eius placationem, et novimus, quia omnes, qui deum (4) diligunt et misericordiam eius sustinent, hoc faciunt.

Cap. I

Igitur quoniam quidam diabolica instigatione comprehensi et gravissimis luxuriis semetipsos inseruerunt (5), et ipsi naturae contraria agunt, et (6) istis iniungimus in sensibus accipere dei timorem et futurum iudicium, et abstinere ab huiusmodi diabolicis et illicitis luxuriis, ut non propter huiusmodi impios actus ab ira dei iusta (7) inveniantur, et civitates cum habitatoribus earum pereant. Docemur enim a divinis scripturis, quia ex huiusmodi impiis actibus et civitates cum hominibus pariter perierunt.

§ 1.—Et quoniam quidam ad haec, quae diximus, et blasphema verba et sacramenta de deo iurant, deum ad iracundiam provocantes, et (8) istis iniungimus abstinere ab huiusmodi et aliis blasphemis verbis, et iurare (9) per capillos, et caput, et his proxima verba. Si enim contra homines factae blasphemiae impunitae non relinquuntur, multo magis qui ipsum deum blasphemat dignus est (10) supplicia sustinere. Propterea igitur omnibus hominibus huiusmodi praecipimus a praedictis delictis abstinere, et dei timorem in corde accipere, et sequi eos, qui bene vivunt. Propter talia enim delicta et fames, et terrae motus, et pestilentiae fiunt, et propterea admonemus abstinere ab huiusmodi praedictis illicitis, ut non suas perdant animas. Sin autem et post huiusmodi nostram admonitionem inveniantur aliqui in talibus permanentes delictis, primum quidem indignos semetipsos fa-

(1) *El texto griego (Novela LXXVII.) se halla en Hal. y Scrimg.—Iulian. Const. 71.—La versión latina es la antigua glosada.*
(2) *El cód. Hamb.;* luxurientur, *Trid.;* luxurientur homines, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.;* iurent, *las ed.*
(4) *El cód. Hamb.;* dominum, *las ed.*

nifiesto á todos en la forma acostumbrada por medio de sus edictos lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley.

Dada en Constantinopla el día de los Idus de Octubre, en el año duodécimo del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de JUAN, varón muy esclarecido. [538.]

CONSTITUCION LXXVIII

DE QUE NO SE SEA LUJURIOSO CONTRA LA NATURALEZA, NI SE JURE POR LOS CABELLOS DE DIOS Ó POR ALGUNA COSA SEMEJANTE, NI SE BLASFEME CONTRA DIOS

(Colección VI. título 5.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á los habitantes de Constantinopla.*

Prefacio

Creemos que es manifiesto á todos los hombres que están bien instruídos, que todo nuestro empeño y deseo están en que los que por el señor Dios nos han sido confiados vivan bien y alcancen aplacarlo, porque también la misericordia de Dios quiere no la perdición, sino la conversión y la salvación, y Dios acoge á los delincuentes, que se corrigen. Por lo cual nosotros invitamos á todos á que abriguen en sus sentidos el temor de Dios, é invoquen su aplacamiento, y sabemos que todos los que aman á Dios y mantienen su misericordia hacen esto.

Capítulo I

Así, pues, como algunos compelidos por diabólica instigación se entregaron ellos mismos á gravísimas lujurias, y hacen cosas contrarias á la naturaleza, imponemos también á éstos que abriguen en sus sentidos el temor de Dios y su futuro juicio, y que se abstengan de tales diabólicas é ilícitas lujurias, á fin de que no sean alcanzados por causa de semejantes impíos actos por la justa ira de Dios, y perezcan las ciudades con sus habitantes. Porque se nos enseña por las divinas escrituras, que por causa de semejantes actos impíos perecieron ciudades juntamente con sus habitantes.

§ 1.—Y como además de esto, que hemos dicho, algunos pronuncian palabras blasfemas y juramentos relativos á Dios, provocando á Dios á la ira, les intimamos también á éstos á que se abstengan de tales palabras blasfemas y de otras, y de jurar por los cabellos, y por la cabeza, y por otras palabras análogas á estas. Porque si no se dejan impunes las blasfemias proferidas contra los hombres, con mucha más razón es digno de sufrir suplicios el que blasfema contra el mismo Dios. Por esto, pues, les mandamos á todos estos hombres que se abstengan de los susodichos delitos, y que abriguen en su corazón el temor de Dios, é imiten á los que viven bien. Pues por causa de tales delitos se originan hambres, terremotos, y pestes, y por ello los amonestamos para que se abstengan de las susodichas cosas ilícitas de esta naturaleza, para que no pierdan sus almas. Mas si aun después de esta amo-

(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* inserunt, *Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.:* et, *omitenla Port., y Cont.*
(7) iusti, *el cód. Hamb., y Trid.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omitenla Port., y Cont.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.;* non iurare, *Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb.; pero* blasphemant digni sunt, *se les en las ed.*

ciunt dei misericordia, post haec autem et legibus constitutis subiiciuntur (1) tormentis.

§ 2.—Praecipimus enim gloriosissimo praefecto regiae civitatis permanentes in praedictis illicitis et impiis actibus et (2) post hanc admonitionem nostram comprehendere et ultimis subdere suppliciis, ut non ex contemtu talium inveniatur et civitas et respublica per hos impios actus laedi. Si enim et post hanc nostram suasionem quidam tales invenientes, hos subtercelaverint, similiter a domino deo condemnabuntur. Ipse etenim gloriosissimus praefectus, si invenerit quosdam tale aliquid delinquentes, et vindictam in eos non intulerit secundum nostras leges, primum quidem obligatus erit dei iudicio, post haec autem et nostram indignationem sustinebit.

CONST. LXXIX (3)

UT LIBERTI DE CETERO AUREO NON INDIGEANT ANNULO, ET UT PRISTINIS RESTITUANTUR NATALIBUS; ET DE CELEBRATIONE DOTALIUM INSTRUMENTORUM IN LIBERTIS MULIERIBUS FACTA, ET HOC IPSO ETIAM NUPTIAS LEGITIMAS FIERI ET FILIOS SUOS; SI NUPER ETIAM ANCILLA FUERIT, ET IPSAM LIBERAM ESSE CELEBRATIONE DOTIS, ET NUPTIAS LEGITIMAS, ET QUI EX EA PROCESSERINT, FILIOS SUOS

(Coll. VI. tit. 6.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* IOANNI, *gloriosissimo per Orientem Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Perfectis nobis (4) omnibus bonis a magno deo datis, existimavimus oportere et ipsas servorum libertates, quum a priore conditione a dominis liberantur, eis omnino (5) puras et infucatas et perfectas efficere. Et propterea etiam dedititiorum iniuria liberavimus libertates, et latinitates velut imperfectas exclusimus, et iterationes superfluas demonstravimus, et Iuniam (6) legem et Largianum odivimus senatusconsultum, utpote in initio inaniter introductum, et recte postmodum reprobatum, solamque valere romanam civitatem in libertatibus voluimus, non locis, non aetatibus, non alio quodam causam discernentes. Quoniam autem semper aliquid melius de nostris subiectis tractamus, etiam ipsum, quod perfectius datum est a maioribus, existimavimus (7) oportere adiectionibus ampliare.

Cap. I

Propterea sancimus, si quis manumittens servum aut ancillam suam, cives denuntiaverit romanos (neque enim aliter licet), sciat ex hac lege, quia qui libertatem acceperit, habebit subsequens

(1) subiicientur, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(3) *El texto griego (Novela LXXVIII.) se halla en Hal. y Sarimg.—Iulian. Const. 72 — La versión latina es la antigua glosada.*

nestación nuestra se hallara que algunos perseveran en tales delitos, en primer lugar se harán ellos mismos ciertamente indignos de la misericordia de Dios, pero además quedarán también sujetos á los tormentos establecidos por las leyes.

§ 2.—Mandamos, pues, al gloriosísimo prefecto de esta real ciudad que prenda á los que perseveran en los susodichos ilícitos é impíos actos aun después de esta amonestación nuestra, y los someta á los últimos suplicios, para que no se vea que por el menosprecio de tales cosas son perjudicadas la ciudad y la república con estos actos impíos. Porque, si encontrando algunos aun después de esta exhortación nuestra tales hombres, los ocultaren, serán del mismo modo condenados por el señor Dios. Así, pues, el mismo gloriosísimo prefecto, si hallare que algunos delinquen en alguna cosa semejante, y no les aplicare la vindicta con arreglo á nuestras leyes, en primer lugar quedará ciertamente obligado al juicio de Dios, pero además de esto sufrirá también nuestra indignación.

CONSTITUCION LXXIX

DE QUE LOS LIBERTOS NO NECESITEN EN LO SUCESIVO ANILLO DE ORO, Y SEAN RESTITUÍDOS Á SU PRIMITIVA CONDICIÓN NATAL; DE LA OTORGACIÓN DE INSTRUMENTOS DOTALES HECHA Á FAVOR DE MUJERES LIBERTAS, Y DE QUE POR ESTO MISMO SE HAGAN TAMBIÉN LEGÍTIMAS LAS NUPCIAS Y SUYOS LOS HIJOS; Y DE QUE AUN CUANDO POCO ANTES FUERE ESCLAVA, ELLA MISMA SE HAGA LIBRE CON LA OTORGACIÓN DE LA DOTE, Y LEGÍTIMAS LAS NUPCIAS, Y SUYOS LOS HIJOS, QUE DE ELLA PROCEDIEREN.

(Colección VI. título 6.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Habiéndosenos dado perfectos por Dios grande todos los bienes, hemos estimado que era menester hacerles enteramente pura, sin barniz y perfecta la misma libertad á los esclavos, cuando por sus dueños son librados de su anterior condición. Y por esto eximimos á la libertad de la injuria de los dediticios, rechazamos como imperfectas las condiciones de latinos, hemos demostrado que eran supérfluas las reiteraciones, odiamos la ley Junia y el senadoconsulto Largiano, como introducido inútilmente en un principio, y reprobado con razón después, y quisimos que en las manumisiones tuviera validez la sola ciudadanía romana, no distinguiendo en el caso ni por los lugares, ni por las edades, ni por otra cosa cualquiera. Mas como siempre procuramos alguna cosa mejor para nuestros súbditos, hemos estimado que era conveniente ampliar con adiciones aun lo mismo que más perfectamente fué dado por nuestros mayores.

Capítulo I

Por ello mandamos, que si alguien, al manumitir á su esclavo ó esclava, los hubiere proclamado ciudadanos romanos, (porque de otro modo no es lícito), sepa por virtud de esta ley, que el que hu-

(4) nobis, *omitenla el cód. Hamb., Trid, y Port.*
(5) omnino ipsas, *el cód. Hamb.*; omnino eas, *Trid.*
(6) Iuliam, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(7) *Mas correctamente se leería* est, maioribus existimavimus.

mox et aureorum annulorum et regenerationis ius, et non iam ex necessitate hoc a principibus postulabit, neque indigebit omnino ulla scrupulositate, sed libertatis virtute haec omnia subsequentur (1), hac nostra lege ex praesente die inchoante. Non enim aliquid horum, quae prius facta sunt, perscrutamur; firmamus igitur omnia praecedentia, ut valeant secundum eos, per quos facta sunt, modos. Sed haec quidem sic habere sancimus.

biere recibido la libertad tendrá desde luego como consiguiente el derecho así de anillos de oro como de regeneración, y no lo solicitará ya, por necesidad, de los príncipes, ni necesitará absolutamente de ninguna minuciosidad, sino que todas estas cosas serán consiguientes por virtud de la libertad, comenzando á regir esta nuestra ley desde el presente día. Porque no investigamos cosa alguna de lo que antes se hizo; confirmamos, pues, todo lo anterior, de suerte que sea válido según los modos como se hizo. Y mandamos que esto ciertamente quede así.

Cap. II

Illud vero adiicimus, ut nihil neque post hanc legem nostram laedantur patronatus iura, illa vero (2), quae nos sancivimus (3), in quibuscunque omnino haec personis servavimus (4), nisi tamen etiam ab his libertum qui libertatem donavit absolverit, aut per fideicommissum hoc relinquens, aut in ipsa libertate hoc adiiciens. Nam si hoc dederit (5), omnino qui manumittitur absolvetur etiam a patronatus iure, eo quod ille hoc expresserit. Habeant itaque haec omnia qui libertatem meruerunt, veruntamen servent etiam post hanc nostram constitutionem eis, qui ad talem eos perduxerunt honorem, omnem reverentiam, et hoc, quod vocatur obsequium, et reverentiam recte legibus introductam; quin etiam abstineant aut manibus, aut insidiis, aut aliis, ex quibus liberti tale aliquid agentes rursus et servitutem sustinent secundum de his scriptas leges, et restituuntur priori conditioni. Nam si nullum penitus ingratum esse circa donatorem permisimus, licet fuerit bene natus, sed donationes infirmas pronuntiavimus in iis, quae dudum a nobis scriptae sunt, legibus, et in iis, quae a nobis quotidie praecipiuntur, quomodo patiemur manumissorem, qui aequalis patri circa libertum factus est, ab eo aliquid pati malignum, aut iniurias forsitan asperas et indecentes, seu plagas, aut maxime intolerabilia sustinere dispendia? Sed si quid horum legitimis probationibus convicerit passum se, qui libertatem dedit, vel eius filios, post praedictas probationes libertum in priore restituemus (6) habitu, nominum quidem perscrutatione et propter hoc dispendiis omnes eripientes, iustitiam autem ubique et aequitatem, et quod legislationem decet, et quod placet deo et liberto, et dudum domino conservantes.

Capítulo II

Pero añadimos esto, que ni después de esta ley nuestra sean en nada lesionados los derechos del patronato, pues los que hemos sancionado los conservamos absolutamente respecto á cualesquiera personas, á no ser, sin embargo, que el que donó la libertad hubiere eximido de ellos al liberto, ó dejándole esto por fideicomiso, ó añadiendo esto en la misma manumisión. Porque si le hubiere dado esto, el que es manumitido quedará absolutamente eximido aun del derecho de patronato, por haberlo aquél expresado así. Tengan, pues, todas estas cosas los que obtuvieron la libertad, pero guárdenles también después de nuestra constitución á los que los llevaron á tal honor toda reverencia, y lo que se llama obsequio, y el respeto con razón establecido en las leyes; y aun más, absténganse de emplear las manos, ó de asechanzas, ó de las otras cosas por virtud de las que los libertos que hacen algo semejante soportan de nuevo la esclavitud con arreglo á las leyes escritas sobre esto, y son restituídos á su primera condición. Porque si no permitimos que absolutamente nadie sea ingrato para el donante, aunque fuere bien nacido, sino que declaramos invalidadas las donaciones en las leyes que antes fueron escritas por nosotros, y en las que diariamente son dispuestas por nosotros, ¿cómo consentiremos que el manumisor, que respecto al liberto se hizo igual á un padre, sufra alguna maldad por parte de éste, ó acaso injurias graves é indecentes, ó heridas, ó que soporte dispendios muy intolerables? Pero si el que dió la libertad hubiere probado con legítimas pruebas que él, ó sus hijos, sufrieron alguna de estas cosas, después de las susodichas pruebas restituiremos al liberto á su anterior estado, librando á todos ciertamente de la investigación de nombres y de los dispendios á esto consiguientes, pero conservando en todo la justicia y la equidad, lo que cuadra al legislador, y lo que corresponde á Dios, al liberto, y á su antiguo señor.

§ 1. — Quapropter sint quidem et liberti et ingenui, sive ii, qui dudum manumissi sunt, et (7) evidenter eis hoc largitum est, sive illi, qui post hanc legem nostram ad ingenuitatem venientes, tanquam bene nati iam facti vivant, et debitum honorem manumissoribus reddant, ut non denuo et libertate et benenatione cadant, tanquam indevoti ingratique convicti, et a lege damnati. Erunt namque ita perpetue liberi et ingenui, si manumissoribus eorumque filiis inconfusam et liberam suam venerationem et reverentiam devotionemque servaverint, quibus videlicet observatis (8) nunquam ad priorem relabentur fortunam.

§ 1.—Por lo cual sean ciertamente libertos é ingénuos tanto los que antes fueron manumitidos, si evidentemente se les concedió esto, como los que entrando en la ingenuidad después de esta ley nuestra vivieran cual si ya hubieran sido hechos bien nacidos y rindieran á sus manumisores la consideración debida, para no perder de nuevo la libertad y el buen nacimiento, como convictos de desafectos y de ingratos, y como condenados por la ley. Porque serán perpétuamente libres é ingénuos, si á sus manumisores y á los hijos de éstos les guardaren su sincera y libre veneración, reverencia y devoción, pues guardándoles estas cosas nunca volverán á caer en su anterior condición.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; subsequenter, *Port.*; subsequetur, *Cont.*
(2) vero, *omitela Bk. ed. estereotipada.*
(3) *Bk. ed. estereotipada; antes* sancimus.
(4) *Bk. ed. estereotipada; antes* servabimus.
(5) *El cód. Hamb.*; ille dederit, *las ed.*
(6) *Bk.*; restituimus, *el cód. Hamb., y las ed.*
(7) si, *Bk.*
(8) *El cód. Hamb.*; conservatis, *las ed.*

Cap. III

Si quis autem libertam ducere voluerit, aut (1) legitimam facere coniugem, cuiuslibet dignitatis exsistens, nuptialia conficiat documenta; hanc enim solam post manumissionem observationem adiicimus. Et sint etiam praecedentes filii, sicut et qui post dotalia nati sunt, liberi et ingenui, et sui et patri (2) successores, et a postulatione annulorum aureorum et pristinorum (3) natalium iure (4) liberati, nullamque penitus habentes differentiam ad cetera ingenuorum matrimonia. Libertas enim matris, et insuper documentum nuptiale sobolem liberam et ingenuam et patri succedentem demonstrabunt.

Capítulo III

Mas si alguno, de cualquier dignidad que sea, hubiere querido tomar por mujer una liberta, ó hacerla su cónyuge legítima, otorgue documentos nupciales; porque añadimos esta sola formalidad después de la manumisión. Y sean los hijos, tanto los que nacieron antes, como los que después, de los instrumentos dotales, libres é ingénuos, y suyos, y sucesores de su padre, y estén exentos de la solicitud de los anillos de oro y del derecho de su primera condición natal, no teniendo absolutamente ninguna diferencia respecto á los demás matrimonios de los ingénuos. Porque la libertad de la madre, y además el documento nupcial demostrarán que la descendencia es libre é ingénua y sucesora del padre.

Cap. IV

Et ita rebus et veritate toti efficimur (5), ut, si cui etiam ex serviente muliere procreentur filii, et voluerit ille postea mulierem manumittere, et dotalia conficere documenta, mox cum ipsa dotis inscriptione (6) et filiis competet libertatis simul et suorum ius, non requirentibus nobis specialem libertatem in filiis fieri, et simul manumitti cum matre, aut postea vel ante eam forte libertatem accipere, sed conscriptione (7) nuptialium documentorum mox eis etiam libertatem donamus. Quod enim maius utique ostensurus est pater libertatis filiorum indicium, quam uxorem ostendere liberamque simul et legitimam nuptialium documentorum conscriptione? Si enim miles, relinquens legatum alicui suorum servorum (8), ipsa donatione legati et libertatem dare videatur, quomodo non multo magis pater, si documentum nuptiale conscripserit, habebit proprios filios ex hoc solo et liberos et legitimos successores? Neque enim quilibet eum putaturus erit voluisse filiorum quidem matrem legitimam esse, et hoc tam magnum ei donasse opus libidinis, proprios autem filios ex suo natos semine adhuc relinquere servituros.

Capítulo IV

Y de tal manera nos hacemos entero cargo de las cosas y de la verdad, que, si á alguno le nacieren hijos aun de una mujer esclava, y él hubiere querido después manumitir á la mujer, y hacer documentos dotales, desde luego con el mismo otorgamiento de la dote les competerá á los hijos simultáneamente el derecho de libertad y de ser suyos, no requiriendo nosotros que especialmente se les dé á los hijos la libertad, y que sean manumitidos juntamente con la madre, ó que reciban después ó acaso antes que ella la libertad, sino que por el otorgamiento de los documentos dotales les damos desde luego á ellos también la libertad. Porque, ¿qué mayor indicio de la libertad de sus hijos ha de mostrar ciertamente el padre, que demostrar con el otorgamiento de documentos nupciales que su mujer es libre y legítima? Pues si se considerara que un militar, al dejarle á uno de sus esclavos un legado, le da con la misma donación del legado también la libertad, ¿cómo, si el padre hubiere otorgado el documento nupcial, no tendrá con mucha más razón por esto solo á sus hijos como propios y libres y como legítimos sucesores? Porque nadie juzgará que él quiso que la madre fuese ciertamente legítima de los hijos, y darle éste tan grande trabajo de liviandad, pero dejar que sus propios hijos nacidos de su propio gérmen aun hubiesen de ser esclavos.

§ 1.—Hoc similiter quidem pro manumissoribus, similiter autem (9) pro manumissis sancimus. Nam si ea, quae in praecedentibus dicta sunt, manumissoribus non servamus, segniores forsan homines circa libertatis largitatem efficiemus. Nobis autem omne exstat studium subsistere libertates atque valere, et in nostra florere et augeri republica. Et enim huius causae desiderio et in Libya, et in Hesperia tanta suscepimus bella, et pro recta ad (10) deum religione, et pro subiectorum pariter libertate.

§ 1.—Y esto lo sancionamos, á la verdad, del mismo modo respecto á los manumisores que en cuanto á los manumitidos. Porque si no guardáramos respecto á los manumisores lo que en cuanto á los anteriores se ha dicho, haríamos que los hombres fuesen acaso más remisos para dar la libertad. Mas todo nuestro empeño consiste en que subsistan y sean válidas las libertades, y en que florezcan y se aumenten en nuestra república. Porque por este deseo hemos emprendido tantas guerras así en la Libia como en la Hesperia, tanto en pro de la recta religión de Dios, como al mismo tiempo por la libertad de los súbditos.

Cap. V

Facimus autem novum nihil, sed egregios ante

Capítulo V

Mas no hacemos nada nuevo, sino que seguimos

(1) et, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb.*; et sui et patris, *Trid., Port., y Cont.*; et sui patris, *Bk.*
(3) pristinum, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(4) *El cód. Hamb., por segunda mano, y Trid.*; iure, *omitenla Port., y Cont.*
(5) et ita—tuti efficiuntur (efficiantur, *el Cód.*) *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(6) *Parece que se debería escribir* dotalium conscriptione *ó* dotalium scriptione, *que consignó Bk.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; conscriptione sola, *Port., y Cont.*
(8) suarum ancillarum, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *adicionan Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; bella pro recta scilicet ad, *Cont.*

nos (1) Imperatores sequimur. Sicut enim Antoninus Pius cognominatus, (ex quo etiam ad nos appellatio haec pervenit), ius romanae civitatis prius ab unoquoque subiectorum petitus (2), et taliter ex iis, qui vocantur peregrini, ad romanam ingenuitatem deducens, hoc ille omnibus in commune subiectis donavit, et Theodosius iunior post Constantinum, maxjmum sanctissimae huius civitatis conditorem, filiorum prius ius petitum in commune dedit subiectis, sic etiam nos hoc videlicet regenerationis et aureorum annulorum ius, uniculque petentium datum, et damni et scrupulositatis praebens occasionem, et manumissorum indigens auctoritate, omnibus similiter subiectis ex hac lege damus. Restituimus enim naturae ingenuitate dignos non per singulos de cetero, sed omnes deinceps, qui libertatem a dominis meruerint, ut hanc magnam quandam et generalem largitatem nostris subiectis adiiciamus.

Epilogus

Quae igitur pro indulgentia subiectorum nostrae placuerunt clementiae per hanc legem, haec tua celsitudo cognoscens nostris subiectis faciat manifesta per programmata propria et hic et in provinciis, ut discant, quia nostrorum subiectorum per omnia curam habemus, ea, quae pro utilitate eorum sunt, sancientes. Valebit autem haec lex in subsequentibus omnibus, et eis, qui post eam (3) emerserint, casibus; quod enim recessit, non perscrutamur.

Datum XV. Kal. Febr. Constant., imper. DN. IUSTINIANI PP. A. anno XII., APIONE V. C. Cons. [539.]

CONST. LXXX (4)

APUD QUOS OPORTEAT CAUSAS DICERE MONACHOS ET ASCETRIAS

(Coll. VI. tit. 7.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* MENNAE, *Archiepiscopo Constantinopolitano et universali Patriarchae* (5).

Praefatio

Rem cognoscentes non rectam fieri in hac regia civitate, communi lege existimavimus hoc iuederi, inchoantes quidem ab hac felicissima civitate, in omnia vero loca ea, quae subiecta sunt (6), distendentes. Quidam enim volentes corrumpere orthodoxae fidei honestatem, siquidem (7) litem habuerint quasi cum monachis aut ascetriis (8), civiles iudices interpellant, at illi mittunt exsecutores, praesumentes accedere intra loca sancta, et monachos trahere, atque monastrias vel ascetrias inquietare, forsan etiam eas, quae non videntur, et hinc iniuriam et confusionem non parvam adorabilibus fieri locis.

(1) anteriores, *el cód. Hamb., y Trid.*
(2) petitum, *Cont. al márgen, y Bk.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; postea, *Port., y Cont.*
(4) *El texto griego (Novela LXXIX.) se halla en Scrimg.; En Hal. hay solamente la rúbrica y la inscripción.—Hay un epítome en Coll. const. eccl. III. 1. 15.—Indican brevísimamente su argumento Paratitla Coll. const. eccl. I. 4.—Julian Const. 78.—La versión latina es glosada.*

CONSTITUCION LXXX

ANTE QUIÉNES DEBERÁN DEFENDER SUS CAUSAS LOS MONJES Y LAS ASCETAS

(Colección VI. título 7.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Prefacio

Habiendo tenido conocimiento de que en esta real ciudad se hace una cosa que no es recta, hemos estimado poner á ello remedio por una ley común, comenzando ciertamente por esta felicísima ciudad, pero extendiendo lo que sigue á todas las localidades. Porque algunos, queriendo quebrantar la respetabilidad de la fe ortodoxa, si tuvieren un litigio con monjes ó con ascetas, se dirigen á los jueces civiles, pero otros envían ejecutores, que se atreven á penetrar en los lugares santos, á sacar de ellos á los monjes, á molestar á monjas ó ascetas, acaso también á las que no se ven, y á causar de este modo no pequeña injuria y perturbación á los adorables lugares.

(5) Mennae beatissimo archiepiscopo et generali patriarchae, *el cód. Hamb., y Trid.*
(6) in omni vero ea quae subiecta sunt, *el cód. Hamb., y Trid.*
(7) si quandam, *Bk.*
(8) assistertis, *el cód. Hamb., y Trid., como también en otros casos se les en ellos.*

Cap. I

Propterea igitur sancimus, si quis quamcunque habuerit causam cum aliquibus venerabilibus sanctimonialibus, aut sacris virginibus, aut mulieribus omnino in monasteriis consistentibus, deo amabilem civitatis illius episcopum interpellet, ille vero mittat, et cum omni honestate quae sunt de personarum praesentia disponat, sive oportet per abbates, sive per responsales, sive per alios quoslibet hoc fieri; ipse vero cum omni veneratione sacerdotali causam examinet et iudicet (1), et civiles non sint penitus eis iudices, neque confundant eorum honestatem, quum idonei sint deo amabiles singularum civitatum episcopi et quae de lite sunt, et de cautela iudiciorum disponere, et iudicare honeste atque sacerdotaliter et secundum leges nostras, et sacratissimas regulas. Sic enim et qui aliquam rationem habere putantur, merebuntur iustitiam, et honestas sacratorum inviolata integraque servabitur.

Cap. II

Communis igitur sit lex, habeatque custodiam et a gloriosissimis praefectis, qui per cunctas exsistunt dioeceses, et Illyrici dicimus, et Libyae, Italiaeque, et Occidentis totius, et a gloriosissimis praefectis utriusque Romae, et magnificentissimo praetore populorum, et iudicibus gentium eorumque officiis, et (2) nulla eius fiat omnino corruptio, sed integra ad honorem reverendissimorum monachorum custodiatur. Haec autem etiam tua beatitudo (3) cognoscens, et ipsa custodiat in hac felicissima civitate et eius confiniis, litteris utatur autem ad deo amabiles civitatum metropolitanos (4), quorum ipse suscepisti ordinationem, proponens propriis litteris hanc nostram sacram legem. Verum illi sub se constitutis episcopis haec nuncient, ut ex paucis litteris una continuatio legis ad omnem perveniat ditionem. Sed etiam accelerari lites sancimus monachis illatas, ut non mens eorum occupetur circa litis sollicitudinem, sed velociter liberati, sacris operibus obsecundent.

Cap. III

Sciant igitur, qui praeter haec aliquid egerit (5), si quidem iudex sit, qui talem proferre sententiam praesumserit, quia ab administratione repelletur, tanquam divinitati contumeliam faciens, et poena decem librarum auri una cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro danda aerario, exsecutores autem praesumentes offerre omnino admonitionem, ab ipsis deo amabilibus episcopis prohibeantur et retrudantur in locis, quae decanica (6) nuncupantur, poenas competentes passuri, exactionem nullam de cetero agere permittendi.

(1) *El odd. Hamb., y Trid.*; ipsi—examinent et iudicent, *Port., y Cont.*
(2) *Mejor estaria* ut.
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; cetsitudo, *Cont.*
(4) *Bk.*; confinia utatur ad deo—metropolitas, *el oddice Hamb.*; confinia utatur: a deo amabiles civitatum metropolitas, *Trid.*; confinils, utatur ad deo amabiles civitatum metropolitas, *Port.*; confinils, utatur autem ad Deo amabiles civitatum metropolitanos, *Cont.*
(5) *El cód. Hamb.*; egerint, *en lugar de* egerit, *se lee en las ed.*
(6) *El odd. Hamb., y Cont. al márgen*; decaneca, *Trid.*; decaneta, *Port., y Cont.*

Capitulo I

Por esto, pues, mandamos, que si alguien tuviere un litigio cualquiera con algunas venerables monjas, ó sagradas vírgenes, ó en general, con mujeres que se hallen en los monasterios, se dirija al obispo de aquella ciudad, amante de Dios, y aquél envie, y con todo respeto disponga, lo que se refiere á la presencia de las personas, ya si es menester que esto se haga por medio de los abades, ya si por los apocrisiarios, ya si por otros cualesquiera; mas examine él y juzgue con toda la veneración sacerdotal la causa, y no tengan aquéllos en manera alguna jueces civiles, ni ofendan la respetabilidad de los mismos, porque los obispos, amantes de Dios, de cada una de las ciudades son idóneos para disponer lo que corresponde á los litigios y á la seguridad de los juicios, y para juzgar honesta y sacerdotalmente y con arreglo á nuestras leyes y a las sacratísimas regias. Porque así obtendrán justicia también los que creen tener alguna razón, y se conservará inviolada é íntegra la respetabilidad de las personas sagradas.

Capitulo II

Sea, pues, general esta ley, y sea guardada tanto por los gloriosísimos prefectos, que hay en todas las diócesis, queremos decir de la Iliria, de la Libia, de Italia y de todo el Occidente, como por los gloriosísimos prefectos de una y de otra Roma, y por el muy magnífico pretor del pueblo, y por los jueces de las regiones y por sus oficiales, y no se introduzca de ningún modo alteración en ella, sino guárdese íntegra en honor de los reverendísimos monjes. Mas conociendo también tu beatitud estas disposiciones, guárdelas ella misma en esta felicísima ciudad y en su territorio, pero envíe cartas á los metropolitanos de las ciudades, amantes de Dios, de cuya ordenación estuviste tú mismo encargado, publicando con sus propias cartas esta nuestra sacra ley. Mas ellos se las harán conocer á los obispos constituídos bajo su dependencia, de suerte que con pocas cartas llegue un solo contenido de la ley á todo el imperio. Pero también mandamos que se aceleren los litigios promovidos á los monjes, para que la mente de ellos no esté ocupada en el cuidado de los pleitos, sino que quedando pronto libres se dediquen á sus sagrados trabajos.

Capitulo III

Sepa, pues, el que contra esto hubiere hecho alguna cosa, si verdaderamente fuera juez el que se hubiere atrevido á proferir tal sentencia, que será removido de la magistratura, como por hacer afrenta á la divinidad, y que será castigado juntamente con sus oficiales con la pena de diez libras de oro, que se habrán de dar á nuestro sacratísimo erario, y á los ejecutores que se atrevan á presentar de algún modo una citación prohíbaseles por los mismos obispos, amantes de Dios, y sean ellos recluídos en los lugares que se llaman decánicos para sufrir las penas correspondientes, sin que en lo sucesivo se les haya de permitir que hagan ninguna ejecución.

Epilogus

Hac valente lege, si quis cum aliquo reverendissimorum monachorum, aut virginum, aut mulierum omnino sacrarum et in venerabilibus monasteriis habitantium habuerit causam. De clericis etenim et ordine conventionis eorum iam leges conscripsimus, quas valere et firmas esse omni volumus modo.

Scriptum exemplar (1) viro clarissimo Ioanni, praefecto sacrorum Orientis praetoriorum (2) iterum, exconsuli ordinario et patricio. Scriptum exemplar Basilidi, gloriosissimo magistro sacrorum officiorum. Scriptum exemplar Longino, gloriosissimo praefecto urbis (3).

Dat. VI. Id. Mart. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epilogo

Esta ley estará en vigor si alguien tuviere litigio con alguno de los reverendísimos monjes, ó vírgenes, ó mujeres de algún modo sagradas y habitantes en venerables monasterios. Porque respecto á los clérigos y al orden para la citación de los mismos hemos ya escrito leyes, que de todos modos queremos que valgan y sean firmes.

Se escribió un ejemplar para Juan, muy esclarecido varón, segunda vez prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, exconsul ordinario y patricio. Se escribió otro ejemplar para Basílides, gloriosísimo maestre de los sacros oficios. Y se escribió otro ejemplar para Longino, gloriosísimo prefecto de la ciudad.

Dada en Constantinopla á 6 de los Idus de Marzo, en el año duodécimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apion, varón muy esclarecido. [539.]

CONST. LXXXI (4)

DE QUAESTORE
(Coll. VI. tit. 8.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *gloriosissimo sacrorum Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

Semper cum dei auxilio omnem facimus providentiam, ut subiecti, ab eius clementia traditi nobis, iliaesi serventur. Itaque et leges ponimus, omnem eis curantes iustitiam, et quod paulatim labitur reparare festinamus, insuper etiam administrationes invenimus, quae castigantes, quod inhonoratum (5) est, mediocria faciunt delicta. Quale videlicet aliquid praetores populi in hac fecimus magna urbe (6), utilissimo ex ipso rerum experimento omnibus regiam hanc civitatem nostram habitantibus approbatum. Ex hoc igitur experimento et aliud quiddam medela egens moliri et adinvenire, legi et cingulo lustum existimavimus. Invenimus enim, quia paulatim provinciae quidem suis habitatoribus spoliantur, magna vero haec civitas nostra populosa est turbis diversorum hominum, et maxime agricolarum suas civitates et cultura (7) relinquentium.

Cap. I

Haec ad praesentem legem nos respicere procuraverunt, et ad cingulum, quod nunc a nobis paene novatum est, cui non piget nos de publico et annonas dare, et sufficiens etiam officium (8) constituere, et ex negligentia eius periculum relevare. Cingulo etenim et hoc accipienti quaestoris imponimus nomen; sic enim et in initio eum invenientes (dicimus autem priscis temporibus), inquisito-

CONSTITUCION LXXXI

DEL CUESTOR
(Colección VI. título 8.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Siempre ponemos con el auxilio de Dios todo cuidado para que se conserven ilesos los súbditos confiados á nosotros por su clemencia. Y así establecemos leyes, procurándoles toda justicia, nos apresuramos á reparar lo que paulatinamente cae en desuso, y creamos además magistraturas, que castigando lo que es indecoroso hacen que sean menos los delitos. Alguna cosa así hicimos que fueran los pretores del pueblo en esta grande ciudad, cosa sprobada por virtud de la misma utilísima experiencia de las cosas por todos los que habitan esta nuestra real ciudad. Por virtud, pues, de este experimento hemos estimado justo para la ley y la magistratura que discurriésemos y halláramos también remedio para algo que lo necesita. Porque hallamos que paulatinamente van, á la verdad, despoblándose de sus habitantes las provincias, pero que esta grande ciudad nuestra se halla poblada por turbas de diversos hombres, y principalmente de agricultores que abandonan sus ciudades y su cultivo.

Capítulo I

Esto nos ha movido á poner la vista en la presente ley, y en la magistratura, que ahora ha sido casi renovada por nosotros, para la cual no nos pesa dar también annonas de los fondos públicos, crear además una oficialidad suficiente, é imponer responsabilidad por su negligencia. Porque á esta magistratura y al que la obtenga les damos el nombre de cuestor; pues así también en un principio

---

(1) Scripta exemplaria, *el cód. Hamb., y Trid., y así también después.*
(2) *El cód. Hamb.;* praetorio, *las ed.*
(3) praefecto urbi, *Port.;* praefecto urbis, *omitenlas el cód. Hamb., y Trid.*
(4) *El texto griego (Novela LXXX.) se halla en Hal. y Scrimg.—Exceptuando el proemio y el epílogo, toda la Novela se halla en las Bas. VI. 6. 5.-12.—Iulian. Const. 74.—La versión latina es glosada.*
(5) ignoratum, *el cód. Hamb. Parece que se debería leer* inornatum.
(6) *Bk.;* in hanc felicissimam magnam urbem, *el códice Hamb.;* in hac fecimus felicissima magna urbe, *Trid.;* in hac felicissima magna urbe, *Port., y Cont.*
(7) *Trid.;* cultura, *en lugar de* culturam, *el cód. Hamb.;* culturas, *Port., y Cont.*
(8) et ad sufficiens officium constituere, *el cód. Hamb., y Trid.*

res vocabant (1) ad hoc venientes officium. Volumus autem cingulum habentes hoc, respicientes ad deum, nostrumque timorem, et legem, requirere ad magnam hanc civitatem venientes, ex quacunque provincia sint, viros (2), sive mulieres, aut clericos, seu monachos, vel monachas, sive externarum civitatum advocatos, aut alterius cuiuscunque fortunae vel dignitatis exsistant, et perscrutari, qui sint, aut unde venerint, et in (3) qua occasione, et si quidem agricolae sint, intendere, quibus nostrorum iudicum horum competunt lites, et his imminere, velociterque eos eripere difficultatibus, propter quas huc venerunt, et festinanter unde venerunt eos remittere, competentia (4) fruentes.

los que inventaron esta magistratura, (nos referimos á los antiguos tiempos), llamaban inquisidores á los que llegaban á este cargo. Pero queremos que los que tengan esta magistratura inquieran, considerando á Dios, y temiéndonos á nosotros y á la ley, quiénes vienen á esta grande ciudad, de cualquier provincia que sean, varones ó mujeres, ó clérigos, ó monjes, ó monjas, ó abogados de ciudades de fuera, ó de otra cualquiera condición ó dignidad que sean, é investiguen quiénes son, ó de donde han venido, y con qué motivo, y, si verdaderamente fueran agricultores, los dirijan á aquellos de nuestros jueces á quienes competen sus litigios, y apremien á éstos, para que rápidamente los libren de las dificultades por las que vinieron aquí, y los remitan apresuradamente á allí de donde vinieron, disfrutando de lo que les competa.

Cap. II

Si vero aliqui sint agricolae constituti sub dominis, et egentes eis ad hanc venerunt regiam civitatem, praeparare possessores citius eas discernere, pro quibus venerunt, causas, et remittere, merentes mox quae iusta sunt. Si vero forsitam ad resultationem possessorum venerunt, et adversus eos dicant causas, si quidem multitudo sit, plures quidem remittere continuo ad provinciam, duobus aut tribus relictis, qui secundum collitigantium schema litem exerceant, et ita eum imminere litis auditori, et procurare citius incidi (5) negotia, ut non longitudo eis fiat temporis, et maxime agricolis, quorum et hic praesentia superflua, et agriculturae vacatio (6) damnum et ipsis et possessoribus facit.

Capitulo II

Mas si algunos fueran agricultores constituidos bajo la dependencia de sus amos, y necesitando de éstos vinieron á esta real ciudad, procuren que los poseedores resuelvan pronto los negocios por que vinieron, y los remitan tan luego como obtengan lo que es justo. Pero si acaso vinieron para contender con los poseedores, y contra éstos defendieran litigios, si verdaderamente fueren una multitud, envíe inmediatamente á los más á la provincia, dejando dos ó tres, que sostengan el litigio en representación de sus coligantes, y apremie él al que oiga el litigio, y procure que los negocios sean decididos rápidamente, para que no se les haga permanecer largo tiempo, y principalmente siendo agricultores; cuya presencia es aquí supérflua, y cuya ausencia en el cultivo les causa daño á ellos mismos y á los poseedores.

Cap. III

Si vero neque agricolarum sit advenions multitudo, sed quidam forsitan alii, aut etiam litigaturi adversus alios, et hic tardent, non quiescere, sed cum omni instantia iudices urgere cum festinatione eos contentionibus absolvere, et litibus liberatos remittere, suas (7) civitates et provincias habitare. Si vero forsan, quum institerint auditores litis aut agricolarum domini (8), qui a nobis sunt iudices statuti, ut litigantes aut observantes liberent, ipsi ad hoc (9) differant, et non citius eos a litis observatione liberaverint, tunc ipsum, qui a nobis in hoc cingulo constitutus est, deducere ad se litigantes aut egentes (10) aliquo iure a possessoribus, proinde non merentes, examinare (11), et citius disponere, pro quibus illi huic magnae observant civitati, ad suas remittere patrias, aut omnino ex quibus venerunt locis, omnibus peremto ad hoc privilegio et fori praescriptione.

Capitulo III

Pero si la muchedumbre que viene no fuera de agricultores, sino quizá otros cualesquiera, ó aun quienes hayan de litigar contra otros, y aquí se demorasen, no lo consienta, sino apremie con toda insistencia á los jueces para que con rapidez los eximan de las contiendas, y libres de litigios los remitan á habitar sus ciudades y provincias. Mas si acaso habiendo instado á los auditores del litigio ó á los amos de agricultores, que por nosotros fueron constituídos jueces, para que dejen libres á los que litigan ó esperan, ellos lo defirieran, y no los dejaran pronto libres de las formalidades del litigio, entonces el mismo que por nosotros fué constituído en esta magistratura llame á sí á los litigantes ó á los que reclamaron de los poseedores algún derecho, y no lo consiguieron, examine el negocio, y resuelva pronto sobre aquello por lo que permanecen ellos en esta grande ciudad, remítalos á sus pátrias, ó en todo caso á los lugares de donde vinieron, extinguiéndose para todos sobre esto el priviligio y la prescripción de fuero.

Cap. IV

Si vero vitae occasionem (12) aliqui aut lites (13)

Capitulo IV

Mas si algunos están en esta ciudad para bus-

(1) *El cód. Hamb.*; temporibus vocabant inquisitores, *Trid.*; temporibus, in quibus vocabant inquisitores, *Port.*; temporibus, Ereunadas vocabant inquisitores, *Cont.*
(2) sive viros, *Bk.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; in, *omitenla Port., y Cont.*
(4) competentibus, *Bk.*
(5) decidi, *Bk.*
(6) evacuatio, *el cód. Hamb., y Trid.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; remittere in suas, *Port., y Cont.*
(8) auditoribus litis aut agricolarum dominis, *Bk.*
(9) *El cód. Hamb.*; ipsi et hoc, *Trid.*; ipsi adhuc, *Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.*; agentes, *Port., y Cont.*
(11) et examinare, *Bk.*
(12) *Trid., y Cont.*; occasione, *el cód. Hamb., y Port.*
(13) litis, *Bk.*

non habentes in hac sunt nostra civitate, ut propter victum aut eo quod hoc (1) ad eorum desideria non sufficiat, iam etiam peccent, corporum eorum statum, qualis quis est inspicere, et si quidem valent eis corpora, potentes autem sufficere ad laborem sunt, si quidem servitia (2) quorum (3) fuerint, cognoscere quorum sunt, et hos etiam invitos possessoribus transmittere. Si vero liberi fortuna, et ex aliquibus civitatibus aut provinciis orti, hos transmittere ad provincias, ex quibus sunt (4).

carse la vida ó sin tener litigios, de suerte que por razón de su sustento ó porque ello no baste para sus deseos también delincan, inspeccione cuál sea el estado del cuerpo de los mismos, y si verdaderamente tienen sano el cuerpo y pueden bastarse para el trabajo, y algunos de ellos fueren esclavos, averigüe de quiénes son, y envíeselos aun contra la voluntad de los mismos á los poseedores. Pero si son libres por su condición, y oriundos de algunas ciudades ó provincias, envíelos á las provincias de que son.

Cap. V

Si vero huius terrae fuerint, et corporibus quidem validis utantur, vitae autem eis decens non est occasio, hos non frustra esse terrae onus permittere, sed tradere citius eos et (5) operum publicorum artificibus (6) ad ministerium, et praepositis panificantium stationum, et hortos operantibus, aliisque diversis artibus aut operibus, in quibus valent simul quidem laborare, simul autem alí, et segnem ita ad meliorem mutare vitam.

§ 1.—Si vero aliqui noluerint observare (7) operibus, quibus traditi sunt, hos sectari hac regia civitate. Parcentes enim eis, hoc sancimus, ut non segnitie eos ad illicitos actus impellente, leges eos abripiant ad poenas, nostris tradentes iudicibus. Laesos autem aut laesas corpore, aut canitie graves, hos sine molestia esse iubemus in hac nostra (8) civitate, aut (9) pie agere volentibus adscribendos (10), et aliorum singulos interrogare, qua venerint gratia, et inquisitis, quae digna sunt super eis agere, ut non pigri hic sedeant, sed competentia agentes ad proprias revertantur provincias.

Capítulo V

Pero si fueren de esta tierra, y ciertamente tuvieran robusto el cuerpo, pero no tienen medio decoroso de ganarse la vida, no permita que éstos sean inútil carga para la tierra, sino entréguelos inmediatamente para que les ayuden á los operarios de las obras públicas, y á los encargados de las panaderías, y á los que labran los huertos, y á otras diversas artes ú oficios, en que al mismo tiempo que puedan trabajar se alimenten, y de este modo cambien su vida ociosa en otra mejor.

§ 1.—Mas si algunos no quisieren cumplir en los trabajos á que fueron destinados, sean ellos expulsados de esta real ciudad. Pues mandamos esto guardándoles consideración, para que no impeliéndolos la ociosidad á actos ilícitos, no se apoderen de ellos para imponerles penas las leyes, entregándolos á nuestros jueces. Pero en cuanto á los lesionados ó á las lesionadas en el cuerpo, ó á los abrumados por la vejez, mandamos que sin ser molestados permanezcan en nuestra ciudad, ó que hayan de ser encomendados á los que quieran obrar piadosamente; pero á cada uno de los otros interrógueles por el motivo por que hayan venido, y, averiguado, haga respecto á ellos lo que sea conveniente, para que no residan aquí los perezosos, sino que haciendo lo que les corresponda regresen á sus propias provincias.

Cap. VI

Si vero aliqui aut in hac habitantium civitate, aut etiam de foris venientium, incuipent alíquos tanquam ab eis damnificati per occassionem forte eorum, quae dicuntur sportulae, aut etiam ex hoc laesionum, et dicant, eos aut praevaricari pro his nostras leges, aut etiam sine iudiciali praecepto admonitionem eis offere, quaerere subtiliter haec delinquentes, cuiuscunque fuerint dignitatis aut militiae, et sub quo constituti sint (11) cingulo, eosque simul quidem comprehendere, simul autem post probationes interminatas secundum nostras leges exigere poenas, nullo competentium eis iudicum defendere eos valente, et tam illaesos servare eos, qui iniustitiam passi sunt, recipientes, quae contra legem exacti sunt, quam poenas nostris definitas constitutionibus superexigere, ac de eis referre, ubi perspeximus dandas.

Capítulo VI

Mas si algunos de los que habitan en esta ciudad ó también de los que vienen de fuera, acusaren á otros como por haber sido perjudicados por ellos con ocasión quizá de lo que se dice espórtulas, ó también de lesiones de aquí provenientes, y dijeran que ellos infringieron nuestras leyes sobre el particular, ó también que les presentaron citación sin mandato judicial, busque diligentemente á los que en esto delincan, de cualquier dignidad ó milicia que fueren, y bajo cualquier magistratura que se hallen constituídos, y prendalos, á la verdad, inmediatamente y exíjales al mismo tiempo después de las pruebas las penas conminadas con arreglo á nuestras leyes, sin que pueda defenderlos ninguno de los jueces que les competan, y conserve ilesos á los que sufrieron la injusticia, los cuales reciban lo que contra ley se les exigió, y reclame además las penas fijadas en nuestras constituciones, y dénos cuenta de ellas, en los casos en que hemos considerado que se deben satisfacer.

(1) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; hic. *Cont.*; ut propter victum aut mendicent aut eo quod hoc, *Bk.*
(2) *Bk.*: servilia, *el cód. Hamb., y las ed.*
(3) *El cód Hamb., y Trid.*; quorum, *omitela Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; orti sunt, *Port., y Cont.*
(5) ut, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*; et, *omitela Cont.*
(6) *Bk.*; publicorum attinet artibus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*; publicorum attinet artificibus, *Cont.*
(7) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; observire, *Cont.*
(8) bona, *el cód. Hamb., y Trid.*
(9) aut, *omitela Bk. Quizá el antiguo traductor latino escribió* et.
(10) alendos, *Bk.*
(11) *Bk.*; sunt, *el cód. Hamb., y las ed.*

Cap. VII

Super hoc autem quicunque querelam suscipiunt falsitatis seu quae vocatur falsa scriptura, in quocunque negotio (1), hoc requirere, et qui super his denunciantur comprehendere, et post inscriptiones et probationes punire; sic enim huiusmodi audientiae damus potestatem ei. Si vero aliquis taliter laesorum adierit ordinatum secundum praesentem legem iudicem, et non iustam impetraverit providentiam, ut cogatur ad nos et ad semper imperium hoc denunciare, sciat aperte, qui cingulum hoc assumit, quia ipse de suo reddet ea ei, qui ab eo neglectus est male, quae decuerat eum a delinquente accipere, insuper et maiorem indignationem nostram experietur iuste, utpote nostras iussiones trancendere praesumens.

Cap. VIII

Maxime autem omnium qui hanc administrationem habet et perpetue hoc ponet studium, puris manibus omnia agere, et administratores habere non sordidos neque turpi acceptioni (2) paratos, sed pure et libere administrare, et si tale aliquid super ministris peccatum invenerit, hoc etiam punire, et ex ipsis prius ostendere suam firmitatem simul et castitatem. Propterea enim et decem libras auri occasione expensarum decernimus ei, et eius consiliario solidos centum, et ministrantibus ad expensarum causam solidos trecentos triginta damus annonae. Quorum etiam descriptionem huic legi apponi praecipimus, ut de (3) fisci largitate contenti alienis abstineant; eruntque dei et nostri subtiles cultores, et e caelo hanc nostram fruentes providentiam et administrationis (4) causis facilius et legalius utentes.

Cap. IX

Damus autem administrationem habenti fiduciam et iudicibus insistere, et ad nos referre, et ex se agere competentia, ut neque infirmitate, neque alio omnino culpatus, nostro super eo iudicio minor appareat. Licentiam vero similiter ei damus publicis epistolis uti ad provinciarum praesides, ut eos (5), qui remittuntur ab eo, mittant ad suas provincias sine lite ibi ducturos, et si quo egent legitimo auxilio, hoc percepturos. Illud maxime providere, non (6) de iisdem secundo molestari, quod saepe, eos qui hic vane commorantur, deinde transmissos ab eo, rursus remeare (7), et mox reversos secundarum ei causarum praebere (8) occasiones. Si enim denuo in hac felicissima civitate inveniat quosdam nidificantes frustra, qui liberati et ad propriam provinciam transmissi sunt, his et castigationem imponat decentem, et vehementius iterum transmittat. Sic nobis etiam foris civitates habitabuntur, et magna civitas haec confusione liberabitur. Si vero aliquos perspexerit sui officii in transmarinis partibus (9) collocare, qui etiam de foris convenientes inquirant, et hinc destinatos susci-

Capítulo VII

Pero además, inquiera quiénes reciben en cualquier negocio querella de falsedad ó la que se llama de falsa escritura, y prenda á los que por esto son denunciados, y castíguelos después de las acusaciones y de las pruebas; porque de este modo le damos potestad para conocer de esto. Pero si alguno de los así lesionados se hubiere dirigido al juez ordenado por la presente ley, y no hubiere impetrado providencia justa, de suerte que se vea obligado á denunciar esto á nosotros y al imperio que siempre exista, sepa claramente el que aceptó esta magistratura que él restituirá de lo suyo al que por él fué malamente desatendido lo que aquél habría debido recibir del delincuente, y además experimentará justamente mayor indignación nuestra, por haberse atrevido á infringir nuestros mandatos.

Capítulo VIII

Pero el que tiene esta magistratura pondrá principalísima y perpétuamente empeño en hacerlo todo con manos limpias, y en tener servidores ni sórdidos ni dispuestos á torpe ganancia, y desempeñará su cargo con pureza y libremente, y si hallare que por sus servidores se pecó en alguna tal cosa, castíguela también, y muestre antes por esto mismo su firmeza y honradez. Porque por esto le fijamos á título de expensa diez libras de oro, y á su asesor cien sueldos, y les damos por razón de expensas á los ministros trescientos treinta sueldos de annonas. Cuya fijación mandamos que se ponga también al pie de esta ley, á fin de que contentándose con la liberalidad del fisco se abstengan de lo ajeno; y rendirán escrupulosamente culto á Dios y á nosotros, disfrutando de esta providencia nuestra emanada del cielo, y sirviéndose con más facilidad y legalidad de las atribuciones de su cargo.

Capítulo IX

Mas le damos al que tenga esta magistratura facultad para apremiar á los jueces, para darnos cuenta, y hacer por sí lo que corresponda, de suerte que no siendo culpado de debilidad, ni absolutamente de otra cosa, no aparezca inferior á nuestro juicio sobre él. Pero le damos igualmente licencia para servirse de cartas públicas para los presidentes de las provincias, para que á los que por él son remitidos los envíen á sus provincias, debiéndolos conducir á ellas sin litigio, y, si aquéllos necesitaren de algún legítimo auxilio, habiéndolo de recibir. Provea principalmente para no ser molestado segunda vez por las mismas cosas, porque muchas veces los que residen aquí sin motivo, después de remitidos por él, vuelven de nuevo, y tan pronto como regresaron le dan ocasiones para segundas causas. Porque si nuevamente hallaran en esta felicísima ciudad á algunos que sin objeto anidan en ella, los cuales fueron enviados libres á su propia provincia, impóngales el castigo conveniente, y envíelos segunda vez con mayor severidad. Así se nos habitarán también las ciudades de fuera, y se

---

(1) *Leunclav. Notat. II. 244.*; collegio, *el cód. Hamb., y las ed.*
(2) turpis acceptionis, *en lugar de* turpi acceptioni, *se lee en el cód. Hamb., y Trid.*
(3) de, *omítela Bk.*
(4) *El cód. Hamb.*; administrationem, *por* administrationis, *se halla en las ed.*
(5) *Trid.*; ii, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*
(6) quia non, *Bk.*
(7) *Bk. ed. estereotipada; antes* remanere.
(8) praebent, *en vez de* praebere, *se lee en el cód. Hamb., y Trid.*
(9) *Es de presumir que acaso el antiguo traductor latino escribió* portibus.

pientes ad provincias dirigant, et hoc agat, quod utile est reipublicae per omnia venatus.

Cap. X

Haec omnia sancimus nostrorum subiectorum curam habentes, ut non suas provincias deserentes hic atterantur et moriantur forsan propriis privati, et neque paternis fruentes sepulturis, eo quod et ante nos ponentibus leges et rempublicam constituentibus haec non transitorio studio fuerunt, sed et pigritiae fuit quaedam scriptura, et peregrinos omnes perscrutabantur. Et neque novum, neque leve hoc causis studium, sed (1) bonum quidem et antiquum, neglectum vero in medio ab universa laedentia negligentia, paulatim periclitatum est corrumpi et perimi, donec nos prodesse hoc et utilissimum invenientes, rursus in rempublicam introducimus. Sicut enim praebemus (2) incorruptum eum et eius officium esse volumus, et nihil extra quae a nobis dicta sunt accipere, ita et indemnes eos servari iubemus, ut neque occasione codicillorum, neque per occasionem annonarum, neque per aliam quamlibet causam (3) aut in sacrum nostrum palatium, aut in forum tuae celsitudinis occasione codicillorum aut praeceptorum aliquid dare nunc ant in futuro tempore mensae (4) tuae celsitudinis occasione emolumentorum, quae per eos impenduntur (5) ei aut consiliario aut eius officio, sed undique eis pura servari, quae nostra largitate dantur; sufficiet enim omnibus pro medela decente, germane eum gubernantem cingulum universis utilissimum esse.

Epilogus

Quae igitur nostrae placuerunt potestati cognoscens tua celsitupo, omnia ad effectum perducere festinet, approbetque nostram providentiam, quia et novum cingulum adiecimus, et nostrorum subiectorum per omnia curam habemus.

Dat. VII. Id. Maii, Constantinop., Imper. DN. Iustiniani PP. A. ann. XII., Apione V. C. Cons. [539.]

CONST. LXXXII (6)

CONSTITUTIO, QUAE DIGNITATIBUS ET EPISCOPATU FILIUM (7) LIBERAT A PATRIA POTESTATE

(Coll. VI. tit. 8.)

Imperator Iustinianus *Aug. sacro senatui huius regiae civitatis.*

Praefatio

Quidquid ad utilitatem et ornatum respicit a deo librará de confusión esta gran ciudad. Mas si bien le pareciere situar á algunos de sus oficiales en puntos del otro lado del mar, para que también averigüen quiénes vienen de fuera, y recogiendo á los que de aquí fueron remitidos los dirijan á las provincias, hágalo también, persiguiendo por todos los medios lo que es útil á la república.

Capítulo X

Todo esto lo mandamos procurando por nuestros súbditos, para que abandonando sus provincias no se arruinen aquí y mueran privados de sus propios bienes, y no disfruten del sepulcro de sus padres, porque tampoco para los que antes de nosotros dictaron leyes y constituyeron la república fueron de pasajero empeño estas cosas, sino que se escribió algo también sobre la holgazanería, y hacían investigaciones respecto á todos los viajeros. Y no siendo nuevo este cuidado, ni fútil para los negocios, sino ciertamente bueno y antiguo, desatendido, sin embargo, en el tiempo intermedio por la negligencia que á todo perjudica, corrió peligro de irse alterando paulatinamente y de desaparecer, hasta que hallando nosotros que era conveniente y utilísimo, lo restablecimos de nuevo en la república. Pero así como á él lo presentamos incorruptible y queremos que lo sean también sus oficiales, y que no reciban nada además de lo que se ha dicho por nosotros, así también mandamos que sean ellos mantenidos indemnes, de suerte que ni con ocasión de las credenciales, ni con motivo de las annonas, ni por otra cualquiera causa, dé cosa alguna ahora ó en el tiempo futuro en nuestro sacro palacio ó en el foro de tu excelsitud por razón de las credenciales ó de los mandatos á los de la mesa de tu excelsitud con ocasión de los emolumentos que por ellos se les pagan á él ó á su asesor ó á sus oficiales, sino consérveseles siempre íntegro lo que se les da por nuestra liberalidad; porque les bastará á todos para alivio conveniente, que él, desempeñando legalmente su magistratura, les sea muy útil á todos.

Epílogo

Por tanto, conociendo tu excelsitud lo que le ha parecido bien á nuestra potestad, apresúrese á llevarlo todo á efecto, y apruebe nuestra providencia, porque hemos agregado una nueva magistratura y en todo procuramos por nuestros súbditos.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Mayo, en el año duodécimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apion, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCION LXXXII

CONSTITUCIÓN QUE POR LAS DIGNIDADES Y EL EPISCOPADO LIBRA DE LA PATRIA POTESTAD AL HIJO

(Colección VI. título 8.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, al sacro Senado de esta real ciudad.*

Prefacio

Meditando siempre sobre cualquiera cosa que

(1) *Bk.*; sed, *faltaba antes.*
(2) praebemus, *omítela Bk. Mejor estaría* praemitis.
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; causarum, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb.*; immensae, *las ed.*; tempore, aut praesidentibus in mensa, *Bk.*
(5) expendantur, *el cód. Hamb., y Trid.*

(6) *El texto griego (Novela LXXXI.) se halla en Hal. y Soring.—Tienen un breve resumen los Paratitla ad Coll. const. eccl. I. 3. y Phot. Nomoc. I. 36.— Iulian. Const. 75 — La versión latina es la antigua glosada.*
(7) filium, *omítela el cód. Hamb., y la pone Cont. entre paréntesis.*

traditae nobis reipublicae, hoc semper cogitantes, ad effectum deducere festinamus. Igitur etiam dudum legem scripsimus super gloriosissimis nostris patriciis, quae liberos eos dignitatis collatione paterna potestate demonstrat. Non enim decens putavimus, ut hos (1), quos nos in officio (2) patrum provehimus nostrorum, hi sub aliena sint potestate. Nam si emancipationis actio, dudum quidem (3) per eas, quae nuncupantur legis actiones, facta, cum iniuriis et alapis liberabat eos huiusmodi vinculis, quomodo futuri essent codicilli omnium honestissimi dati a praesidente universis imperio non eos posse paterna potestate liberare? Nunc autem clementius aut etiam honestius in republica (4) cogitantes et (5) super gloriosissimis consulibus, qui proprium nomen tempori (6) post imperium praebent, et (7) solis consularibus codicillis honorantur, et super cingulis, quae liberare a curia possunt, hoc est praefecturae et magisterii militum (8) (dicimus autem in ipsis sedibus et operibus agnitis) hoc ipsum sancimus esse, ut omnis talis dignitas aut etiam cingulum huiusmodi acquisitum aliquibus, quoscunque nos probaverimus, quod eos liberet a curia, hoc valeat et ut potestate eos liberet (9) patrum aut (10) avorum. Nam si sancivimus, ut, si quis servus sciente domino mereatur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiscatur, repente ab imperio liberetur, et in ipsam rapiatur ingenuitatem, quomodo non est iustum, tantos promerentem codicillos non etiam paterna potestate liberum fieri?

afecta á la utilidad y al ornato de la república, que nos fué confiada por Dios, nos apresuramos á llevarla á efecto. Así, pues, escribimos también hace poco sobre nuestros gloriosísimos patricios una ley, que los declara libres de la potestad paterna por la colación de una dignidad. Porque no hemos juzgado decoroso que aquellos á quienes hemos elevado al cargo de padres nuestros estén sujetos á ajena potestad. Pues si el acto de la emancipación ejecutado ciertamente en otro tiempo por medio de las que se llaman acciones de la ley los libraba con injurias y bofetones de tales vínculos, ¿cómo habría de suceder que no pudieran librarlos de la potestad paterna las más honrosas credenciales de todas dadas por el que á todos preside en el imperio? Mas ahora, pensando otra cosa más clemente ó aun más honrosa para la república, mandamos que esto mismo suceda también en cuanto á los muy gloriosos cónsules, quienes después del Emperador dan su propio nombre al tiempo, y á los que son honrados con las solas credenciales de cónsules, y á las magistraturas que pueden librar de la curia, esto es, la prefectura y el maestrazgo militar, (pero nos referimos á los que son reconocidos en las propias sedes y en funciones), de suerte que toda tal dignidad, ó semejante cíngulo obtenido por algunos, respecto de quienes nosotros hubiéremos aprobado que los libre de la curia, tenga eficacia también para esto, para librarlos de la potestad de los padres ó de los abuelos. Porque si hemos sancionado, que, si sabiéndolo su señor obtuviera un esclavo la milicia, ó alcanzara cualquier dignidad, fuese hecho libre inmediatamente por el imperio, y fuese llevado á la misma ingenuidad, ¿cómo no sería justo que el que merece tan altas credenciales no se libre también de la potestad paterna?

Cap. I

Propterea igitur hac honestissima utentes lege sancimus, et ordinarios consules, si sub potestate consistant, una cum ipso verbo, quo hoc his donatur officium, suae potestatis fieri, nec non et iis, qui honorantur ab imperio per consulares codicillos, si sub patris sunt manu, fieri codicillos eorum suae potestatis occasionem. Et si quos nos per universas dioeceses gloriosissimos praefectos sacrorum nostrorum praetoriorum instituamus, aut in praefectura civitatis utriusque Romae provexerimus, aut in quolibet magisterio militari, hos repente etiam suae potestatis fieri. Eum namque, qui tantorum iudex est et tantis iubet manere sub potestate alterius, et non inter eos, qui suae potestatis sunt, scribi, nostrarum indignum indicavimus legum simul et temporum.

§ 1.—Generaliter autem, sicuti dictum est, sancimus, ut omnis dignitas et omne cingulum a curia liberare valens, hoc etiam suae potestatis praemium honoratis praestet, et nobiliores adhuc patres ostendat, si (11) ab imperio sic honoratorum sint (12) patres. Quodsi (13) non hoc esset, non etiam ipsi (14)

Capítulo I

Por esto, pues, mandamos, valiéndonos de esta muy respetable ley, que también los cónsules ordinarios, si se hallaran bajo potestad, se hagan de propia potestad inmediatamente por virtud de la misma palabra con que se les confiere este cargo, y asimismo que para los que por el imperio son honrados con credenciales consulares, si se hallan bajo la potestad del padre, sean sus credenciales ocasión de su propia potestad. Y si nosotros nombraramos á algunos en todas las diócesis gloriosísimos prefectos de nuestros sacros pretorios, ó los elevàramos á la prefectura de la ciudad de una y de otra Roma, ó á cualquier maestrazgo militar, háganse también ellos inmediatamente de propia potestad. Porque hemos juzgado indigno de nuestras leyes y también de nuestro tiempo que el que es juez de tantas cosas y manda á tantos permanezca bajo la potestad de otro, y no sea inscrito entre los que son de propia potestad.

§ 1.—Pero en general mandamos, según se ha dicho, que toda dignidad y todo cíngulo que tengan eficacia para librar de la curia den también á los honrados con ellos este premio de hacerse de propia potestad, y presenten aun más ennoblecidos á los padres, si fueran padres de los honrados así por

(1) hi, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; officium, *Port., y Cont.*
(3) *Bk.*; et, *adicionan el cód. Hamb, y las ed.*
(4) rempublicam, *Trid.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; sed, *Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb.*; ipsi, *las ed.*
(7) et qui, *Bk.*
(8) *Bk. ed. estereotipada*; magistri militum, *el códice Hamb., y Cont.*; magistri militatus, *Trid., y Port.*

(9) *El cód. Hamb., Port., y Cont.*; ut et—liberet, *Trid.*; et—liberare, *Bk.*
(10) *El cód. Hamb*; atque, *las ed.*
(11) *Bk.*; ostendat. Si ergo, *el cód. Hamb., y las ed.*
(12) *El cód. Hamb., y Trid.*; aliqui sint, *Port., y Cont.*
(13) *Bk.*; quia etsi, *el cód. Hamb.*; qui etiam si, *Trid.*; qui si, *Port., y Cont.*
(14) etiam ipsi, *el cód. Hamb., y las ed.*; non ipsi, *Bk.*

pariter studerent imperium pro istis petentes. Quapropter sive est aliquis nunc quidem sub potestate, iis fruens honoribus aut cingulis, quos in primis enumeravimus, sive postea erit, etiam hos (1) ius potestatis suae sequatur, et peculium eis (2) donans et arbitrii liberi esse praebens, ac digne agere honore et iudicio super his ab imperio habito; hoc enim multo maior patribus laus erit, et laetitiae occasionem praebebit magnae.

el imperio. Pero si así no fuese, no se empeñarían con el imperio también ellos mismos pidiendo por aquéllos. Por lo cual, ya si en la actualidad hay alguno ciertamente bajo potestad, disfrutando de los honores ó cíngulos, que primeramente hemos enumerado, ya si los hubiere después, acompáñeles á éstos el derecho de su propia potestad, que les dona peculio y les concede ser de libre albedrío, y obrar dignamente conforme al honor y al juicio tenido respecto á ellos por el imperio; porque esto será de mucha mayor loa para los padres, y les dará ocasión para grande alegría.

Cap. II

Illud quoque lege cavemus, ut (3) non has tales suas potestates similia praebere, qualia aliae, quae per emancipationes fiunt, sed praecipuum quoddam praemium imperium conferre talibus suis potestatibus. Non enim volumus eum, qui ita suae potestatis fit, perdere aliquod legitimorum ius, sed sint et generi ad eos, et ipsis ad genus intacta legitima et ex natura servata iura, et filii eorum post mortem avorum sub eorum recidant potestatem, ac si contigisset eorum parentes morte suorum patrum, et non ex praesente lege suae potestatis fieri, et merito filios post mortem suorum patrum sub potestate habere, ut nihil horum, quae ab imperio conferuntur, eis deesse videatur, quoniam omne bonum, quod (4) sive a deo acquiritur hominibus, sive ab imperio, sequente deum, decet esse mansurum, et omnis malitiae ac deminutionis extraneum.

Capítulo II

También disponemos por esta ley, que esta tal potestad de sí mismo no conceda lo mismo que la que se crea por la emancipación, sino que el imperio confiere cierto premio especial á tal potestad de sí mismo. Porque no queremos que el que así se hace de propia potestad pierda algún derecho de los legítimos, sino que tanto á la familia respecto á ellos, como á ellos respecto á su familia les queden conservados intactos los derechos legítimos y naturales, y sus hijos caigan después de la muerte de los abuelos bajo la potestad de ellos, como si hubiese acontecido que los padres de aquéllos se hubiesen hecho de propia potestad por muerte de sus propios padres, y no por virtud de la presente ley, y después de la muerte de sus propios padres tuvieran con razón bajo su potestad á los hijos, de suerte que no parezca que se les quita nada de lo que por el imperio se les confiere, porque corresponde que todo bien que para los hombres se adquiere de Dios, ó del imperio, que sigue á Dios, haya de permanecer extraño á toda malicia y menoscabo.

Cap. III

Palam vero est, nullum esse, qui nesciat, prae omnibus sanctissimis episcopis ipsa ordinatione etiam suam potestatem acquiri. Qui enim omnium sunt spirituales patres, quomodo sub aliorum potestate consistant? Sed convenit etiam eos huiusmodi potiri honore, et hoc (5) ex hac nostra legislatione frui.

Capítulo III

Mas es evidente que no hay nadie que ignore, que ante todo se adquiere para los santísimos obispos también su propia potestad por virtud de su misma ordenación. Porque los que son padres espirituales de todos, ¿cómo estarán bajo la potestad de otros? Mas es conveniente que también ellos disfruten de este honor, y que gocen de él por virtud de esta nuestra legislación.

Epilogus

Quae igitur nobis visa sunt ad vestram reverentiam et honorem, o colendissimi patres, volumus in perpetuum splendere nostrae reipublicae, tam ad nostrum (6) ornatum, quam ad nostrae largitatis probationem, quam nostris patribus et consulibus sacerdotibusque contulimus.

Dat. XV. Kal. April. Constant., imp. DN. Iustiniani PP. A. ann. XII., Apione V. C. Cons. [539.]

Epílogo

Por tanto, queremos ¡oh respetabilísimos padres! que lo que nos ha parecido bien para vuestra reverencia y honor brille perpétuamente en nuestra república, tanto para nuestro ornato, como para prueba de nuestra liberalidad, que hemos concedido á nuestros padres, cónsules, y sacerdotes.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, en el año duodécimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apion, varón muy esclarecido. [539.]

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; hunc, *Port., y Cont.*
(2) *Trid., y Port.*; ei, *el cód. Hamb., y Cont.*
(3) ut, *omitela Bk.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; quod, *omitenla Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; etiam, *adiciona Cont.*
(6) vestrum, *Bk., y según anota Cont. al márgen se halla en todos los mms.*

CONST. LXXXIII (1)

DE IUDICIBUS, ET UT NULLATENUS CUM IUREIURANDO ELIGATUR ALIQUIS IUDEX, QUOD PERMANEAT EI; ET UT APPELLATIONES ACCIPIANT MODIS OMNIBUS IUDICES; ET UT IN MEDIA LITE FACTAE FORMAE, QUO MODO OPORTEAT DECIDI COGNITIONEM, NON ATTENDANT IUDICES

(Coll. VI. tit. 18.)

Idem Imperator Aug. IOANNI, *gloriosissimo Praetoriorum Orientis Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio.*

Praefatio

A Zenone piae memoriae scripta est iex de iudiciorum ordine, multas quidem mutationes subsequentibus suscipiens temporibus, ad hoc autem pervenit, ut paulatim paene omnino caderet. Nam et qui in ea conscripti sunt pedanei iudices, humanam omnes reliquerunt vitam, et plurima definiti iuris tacita sunt, et certam non meruerunt memoriam, sed usus haec percipiens in aliam transtulit figuram. Nos igitur videntes omnino confusum iudicum schema, existimavimus oportere haec (2) iege determinare, quae decentem ordinem imponat causae. Non enim existimavimus oportere habere iudicum quosdam (3) nomina, maxime legum ineruditos, deinde neque causarum habentes (4) experimentum. Nostris enim administratoribus adsunt modis omnibus etiam assessores, et ea, quae iegum sunt explicantes, et occupationes adimplentes eorum, quoniam multis (5) detenti curis, quas apud nos habent, merito iudiciorum complent partem per suorum praesentiam assessorum. Hli autem neque cingulum habentes, neque nobis ministrantes, nisi potuerint per se nosse, quod iustum est, sed aliunde emendicare iudicandi honestatem, quo modo non maximum vitium erit reipublicae, non eis, qui ex se quod agendum sit sciant, lites tradere, sed sinere eos quaerere alios, a quibus liceat discere, quae ipsos in iudicando eloqui decet? Haec nos merito ad praesentem legem (6) erexerunt, nostrorum subiectorum curam agentes, et volentes eis etiam quae de iudiciis sunt in promtu esse atque facilia, et absque omni dilatione transigenda.

Cap. I

Vetus igitur schema Zenonis constitutionis (7) piae memoriae, quae unicuique praetorio certos definivit iudices, omnino perimimus, eligere vero perspeximus (8) in rebus utilibus habentes attestationem, qui communes omnium erunt iudices, tanquam undique electi. Et hoc quidem gestum est, et electi sunt a nobis iudices Anatolius vir spectabilis iam advocatione dudum completa, et inter spectabiles fisci advocatos deputatus, ac Flavianus, qui

(1) *El texto griego (Novela LXXXII.) se halla en Hal. y Scrimg. — La mayor parte de la Novela está en las Bas. — Iulian. Const. 76. — La versión latina es la antigua glosada.*
(2) *Port.*; hac, *el cód. Hamb., Trid., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; quorundam, *Port., y Cont.*
(4) *Bk.*; ineruditorum—habentium, *el cód. Hamb., y las ed.*

CONSTITUCION LXXXIII

DE LOS JUECES, Y DE QUE DE NINGUNA MANERA SEA ALGUIEN ELEGIDO JUEZ CON JURAMENTO DE ESTARSE Á ÉL; DE QUE DE TODOS MODOS ADMITAN LOS JUECES LAS APELACIONES; Y DE QUE NO ATIENDAN LOS JUECES Á DISPOSICIÓN DADA Á LA MITAD DEL LITIGIO SOBRE EL MODO CÓMO DEBE DECIDIRSE EL CONOCIMIENTO

(Colección VI. título 18.)

El mismo Emperador, Augusto, á JUAN, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Por Zenón, de piadosa memoria, se escribió sobre el orden de los juicios una ley, que recibió ciertamente muchas alteraciones en los tiempos subsiguientes, pero que ha llegado al punto de caer paulatinamente casi en completo desuso. Porque han fallecido todos los jueces pedáneos que en ella fueron establecidos, y han pasado en silencio muchas de las cosas del derecho establecido, y no han merecido memoria cierta, sino que apoderándose de ellas el uso les ha dado otra forma. Así, pues, nosotros viendo enteramente confundido el orden de los jueces, hemos estimado que era menester determinar sobre estas cosas por una ley, que ponga en la materia el orden conveniente. Porque hemos juzgado que no convenía que tengan el nombre de jueces algunos, principalmente los que son imperitos en las leyes, y en segundo lugar los que no tienen experiencia en los negocios. Pues á nuestros administradores les asisten en todos los casos también asesores, explicando lo que se refiere á las leyes, y supliéndoles en sus ocupaciones, porque retenidos por muchos cuidados que cerca de nosotros tienen, con razón suplen sus funciones en los juicios con la presencia de sus asesores. Mas no teniendo aquéllos cíngulo, ni prestándonos servicio, si no pudieren conocer por sí lo que es justo, sino que debieran mendigar en otra parte respetabilidad para juzgar, ¿cómo no resultaría grandísimo daño á la república de no confiar los litigios á los que por sí sepan lo que se ha de hacer, sino de dejar que ellos busquen otros, de quienes les sea lícito aprender lo que es conveniente que ellos mismos pronuncien al juzgar? Con razón nos movieron estas cosas á dictar la presente ley, procurando por nuestros súbditos, y queriendo que tengan también expedito y fácil lo que se refiere á los juicios, y que estos se terminen sin ninguna dilación.

Capítulo I

Así, pues, suprimimos en absoluto el antiguo orden de la constitución de Zenón, de piadosa memoria, que estableció ciertos jueces para cada pretorio, y hemos determinado elegir á los que tengan reputación en cosas útiles, los cuales serán jueces comunes de todos, como elegidos de todas partes. Y esto es ciertamente lo que se ha hecho, y han sido elegidos jueces por nosotros Anatolio, varón espectable, que hace ya tiempo acabó la abogacía,

(5) *Trid., y el cód. Hamb., por segunda mano*; multi, *el cód. Hamb., Port, y Cont.*
(6) *Bk.*; legem, *omitenla el cód. Hamb., y las ed.*
(7) *El cód. Hamb.*; Zenonis constitutionis, *las ed.*
(8) iudices, *adiciona Bk.*

nunc advocatus fisci consistit, et Alexander, et Stephanus, et Mennas, eloquentissimi advocati et pedanei iudices tui fori, et Alexander alter, quem pedaneum iudicem esse praetorii gloriosissimi magistri sacrorum officiorum cognovimus, et duo subsequentes alii advocati tui fori, Victor, et qui ex Quizico est Theodorus (1). Ex advocatis itaque isti iudices praeponantur.

§ 1.—Quia vero competens est, esse etiam maiores iudices aliquos dignitate provectos experimento causarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos magnis cingulis, aut multitudine horum exercitatos, qui etiam nostrae observent pietati, ideo perspeximus ex gloriosissimis quidem patriciis Platonem gloriosissimum patricium, longum qui (2) in urbana praefectura obtinuit tempus, et secundo in illis sedibus constitutus est, et Victorem gloriosissimum et ipsum, qui tam in magna Hellada (3), quam in nobili Alexandrinorum civitate administravit, et praefecturae urbanae tenuit praesulatum, et neque legum inexpertum, et Focam gloriosissimum inter nostros annumerandum (4) iudices; virum quemque tua sedes novit laudabiliter (5) sibi praestantem, insuper et quae legum sunt scientem, inter hos Marcellum quoque magnificentissimum, semper quidem eum nobis praesentem et circa iustitiae miramur (6) observationem, et ab omnibus paene nos adeuntibus propter hoc petitum scimus (7), et consiliario utentem laudabili, quatenus disponere quae ex legibus sunt possit, id est Appione viro spectabili, et fisci advocato, et in aliis habente testimonium optimum tam apud alios, quam a nobis ipsis.

Cap. II

Iudices itaque post nostros administratores hos esse volumus, et his omnibus negotia secundum quod nobis visum fuerit delegamus. Si quis autem nostrorum iudicum deputare voluerit causas, iis, qui definiti sunt a nobis, pedaneis iudicibus tradat, et alteri omnino nulli, nisi consiliariis suis commiserit particulares examinationes, ipse pro omni negotio iudicium portaturus.

Cap. III

Sedebunt autem hi pedanei iudices continue et nunc in regia basilica, in quibus et nunc domunculis iudicant, matutino mox et meridie et vespere audientes causas, non solum quae post legem novendae sunt apud eos, sed etiam alias (8), quaecunque apud illos quidem sunt secundum antiquum motae schema, nunc autem a nobis ad eos mutari praeceptae sunt.

y ha sido comprendido entre los espectables abogados del fisco; y Flaviano, que en la actualidad es abogado del fisco, y Alejandro, y Estéban, y Mennas, elocuentísimos abogados y jueces pedáneos de tu foro, y otro Alejandro, que sabemos que es juez pedáneo del pretorio del gloriosísimo maestre de los sacros oficios, y los otros dos siguientes abogados de tu foro, Víctor, y el llamado Teodoro de Quizico. Así, pues, de los abogados sean estos nombrados jueces.

§ 1.—Pero como es conveniente que haya también algunos jueces superiores en dignidad, elevados por su experiencia de muchas causas, ó ejercitados mucho tiempo en grandes magistraturas, ó adiestrados por la multitud de estas, los cuales sean también afectos á nuestra piedad, por ello hemos, á la verdad, fijado nuestra atención, entre los gloriosísimos patricios, en Platón, muy glorioso patricio, que estuvo largo tiempo en la prefectura de la ciudad, y que por segunda vez se halla en aquella sede; en Víctor, también él gloriosísimo, que gobernó tanto en la grande Grecia, como en la noble ciudad de Alejandría, y ejerció la gefatura de la prefectura de la ciudad, y no es inexperto en las leyes; en Foca, gloriosísimo, que ha de ser contado entre nuestros jueces, varón á quien tu sede conoció sirviéndola loablemente, conocedor además de lo que se refiere á las leyes; y entre éstos, también en el muy magnífico Marcelo, á quien ciertamente siempre tuvimos presente y de cuyo culto á la justicia nos admiramos, y que sabemos fué por esto pedido por casi todos los que se dirigieron á nosotros, y que se sirve de un loable consejero, á fin de poder disponer lo que corresponde por las leyes, esto es, de Apión, varón espectable, y abogado del fisco, y que en otras cosas tiene muy buena reputación tanto para los demás como para nosotros mismos.

Capítulo II

Así, pues, queremos que éstos sean jueces después de nuestros administradores, y á todos ellos les delegamos los negocios según lo que nos pareciere. Mas si alguno de nuestros jueces quisiere delegar causas, encomiéndeselas á estos jueces pedáneos que han sido establecidos por nosotros, y de ningún modo á otro alguno, á no ser que encomendare particulares exámenes á sus propios consejeros, pero debiendo él proferir la sentencia respecto á la totalidad del negocio.

Capítulo III

Mas estos jueces pedáneos se sentarán en tribunal ahora y siempre en la real basílica, en las salas en que también ahora juzgan, oyendo las causas desde la mañana, al mediodía y por la tarde, no solamente las que después de esta ley se hayan de promover ante ellos, sino también las que han sido promovidas ante otros con arreglo al antiguo orden, pero que ahora se ha mandado por nosotros que pasen á ellos.

---

(1) *Trid.*; et qui ex quisito est Theodorus, *el cód. Hamb.*; et ex Quisico Theodorus, *Port., y Cont.*

(2) *Spang.*; gloriosissimum patricium qui, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*; gloriosissimum [patricium] Longum, qui, *Cont.*

(3) *El cód Hamb., y Trid., y así dice Cont. al márgen que se halla en todos los mms.*; Hellade, *Port., y Cont.*

(4) annumerandum, *omítela el cód.*; adnumerandos, *Trid., y Port.*

(5) *Cont. al márgen, donde también propuso que en lugar de* praestantem *se leyera* praesidentem; *á su vez* virum quaecunque sedes noverit laudatum quam, *se lee en el cód. Hamb., y las ed.*

(6) miratum, *Bk.*

(7) scimus, *omítela Bk.*

(8) *El cód. Hamb.*; ut, *adicionan las ed.*

Cap. IV

Illo custodiendo, ut, si sub appellatione a pedaneis iudicibus aut gloriosissimis viris fiant causae, et ipsae si quidem (1) a nobis ipsis delegatae sint, secundum quantitatem aut in commune apud gloriosissimos iudices nostros examinabuntur, aut aliis secundum consuetudinem sacrarum consultationum delegabuntur. Si qui tamen gloriosissimorum nostrorum iudicum causas eis delegaverint, ad eos, qui hos miserunt eis audientibus, appellatio remeabit, ab illis autem rursus secundum praedictum modum talia iudicabuntur.

Cap. V

Audient igitur omnes quidem litem usque ad trecentos solidos exsistentem sub schemate annotationis. Sic enim velocius lites iudicabuntur, et circulis cognitionalibus ac temporis contritione omnes litigantes liberabuntur. Palam vero est, quia, etsi per annotationem audient causas, veruntamen dabunt terminum per scripturam, qui eorum manifestet sententiam; appellationibus in his nulli penitus perimendis, nisi forte tertio appellare voluerit, aut per contumaciam defuerit; talibus enim etiam appellationum perimitur ratio.

Cap VI

Appellationes autem ex hac magna civitate a pedaneis iudicibus non ultra duos menses habere inducias in cursu fatalium volumus, post quos necesse est fatales suum inchoare cursum, ea, quae vocatur a legibus reparatio (2), locum in his nullum habente.

Cap. VII

Nulloque (3) praesumente transcendere, quae in sportulis aut in litis expensis a nobis disposita sunt, sed omnibus his contentis, et formidantibus poenam, quam in talibus sacra nostra constitutio terminavit.

§ 1.—His, qui causas praeparant, sic exsistentibus, sicut et militiae figura hactenus definivit, unoquoque tamen iudice duobus quidem exceptoribus utente, et duobus causas praeparantibus et complentibus, non valentibus eis (4) pluribus, quam duobus omnino ministrare iudicibus. Hos autem omnino locupletes et probatos esse, ut neque ab eis aliquid peccetur, neque prodatur, neque maligne agatur, sed periculo officiorum, aut scholarum, aut scriniorum praebentium eis super eos electionem simul et ministerium (5), et vel si quid ab eis peccatur, ad illos, qui deputant eos, referri exinde periculum, qui omne damnum eorum causa factum iis, qui ab eis laesi sunt, curabunt. Necessitatem habentibus etiam competentibus iudicibus, si eis interpellatio fiat, praeparare modis omnibus, eos, qui ex officiis suis aut scholis aut scriniis eligunt ministrantes, hinc laesis damnum curare. Si vero iudex aliquam senserit malignitatem ab aliquo ministrantium fieri, expellat quidem auditorio suo

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; quidem, *Port., y Cont.*
(2) reparatione, *Bk.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; nullo quoque, *Port., y Cont.*

Capitulo IV

Habiéndose de observar, que, si las causas se constituyeran en apelación de los jueces pedáneos ó de gloriosísimos varones, si ellas ciertamente hubieran sido delegadas por nosotros mismos, ó serán examinadas, según su cuantía, en común ante nuestros gloriosísimos jueces, ó serán delegadas á otros conforme á la costumbre de las sacras consultas. Mas si algunos de nuestros gloriosísimos jueces les hubieren delegado causas, la apelación volverá á los que los enviaron para que las oyeran, pero tales negocios serán juzgados de nuevo por ellos en el modo antes dicho.

Capitulo V

Todos, pues, oirán ciertamente el litigio que llegue hasta trescientos sueldos en la forma de anotación. Porque así serán juzgados más rápidamente los litigios, y todos los litigantes se librarán de los rodeos del conocimiento y de las dilaciones de los términos. Mas es evidente, que, aunque oigan las causas en la forma de anotación, les pondrán, sin embargo, término por escrito, que manifieste su sentencia; no debiéndosele denegar á nadie en ellas las apelaciones, á no ser que quisiere apelar tercera vez, ó hubiere estado ausente por contumacia; porque para los tales su suprime el recurso de las apelaciones.

Capitulo VI

Mas queremos que las apelaciones de los jueces pedáneos de esta grande ciudad no tengan más término que el de dos meses para el curso de los días fatales, después de los que es necesario que los días fatales comiencen su curso, sin que en ellas tenga lugar alguno la que por las leyes se llama reparación.

Capitulo VII

Y no se atreva nadie á infringir lo que respecto á las espórtulas ó á las expensas de litigio ha sido dispuesto por nosotros, sino conténtense todos con aquello, temiendo la pena que en tales casos estableció nuestra constitución.

§ 1.—Los que preparan las causas existirán en la forma que hasta ahora determinó el orden de su cargo, sirviéndose cada juez de dos escribanos, y de dos que preparen y completen las causas, sin que puedan ellos en ningún caso servir á más de dos jueces. Mas sean ellos en absoluto abonados y probados, de suerte que en nada se delinca por ellos, ni se haga traición, ni se obre malamente, sino que graven respecto á ellos la elección al mismo tiempo que el cargo á riesgo de los oficios, ó de las escuelas, ó de las secretarías que se los dieron, y si en algo se delinquiera por ellos, la responsabilidad de esto sea atribuída á los que los nombran, los cuales resarcirán todo el daño hecho por causa de ellos á los que por ellos fueron lesionados. Teniendo también los jueces competentes necesidad, si se les hiciera alguna reclamación, de disponer de todos modos, que los que entre sus oficiales, escuelas ó secretarías eligen servidores auxiliares indemnicen á los lesionados el daño de aquí proveniente.

(4) eisdem, *Bk. ad. estereotipada.*
(5) esse, *adiciona Bk.*

eos, qui non cum utili opinione causis utuntur, alios autem instituat sententia et electione eorum, quibus hoc, sicuti praediximus, periculi est.

Pero si el juez hubiere sabido que por algunos de los servidores auxiliares se cometía alguna maldad, expulse ciertamente de su audiencia á los que no sirven en las causas con buena reputación, y nombre á otros por dictamen y elección de aquellos á cuya responsabilidad está esto, según antes hemos dicho.

Cap. VIII

Si quis autem aut gloriosissimorum aut eloquentissimorum iudicum removeatur iudicare pro qualibet causa vel necessitate, non aliter alter in eius succedat auditorio (1), nisi hoc nos decernentes, alii tradiderimus pro eo causarum examinationem.

Capítulo VIII

Mas si alguno de los gloriosísimos ó elocuentísimos jueces fuera por alguna causa ó necesidad separado de juzgar, no le suceda otro en su audiencia de otra suerte, sino si decretándolo nosotros le hubiéremos encomendado á otro en lugar de aquél el conocimiento de las causas.

Cap. IX

Ne autem circa haec labor sine mercede nostris fiat pedaneis, sancimus, eos in unaquaque dicta apud eos causa, vel si divinitus fuerit deputata, duos quidem aureos ab utráque parte in contestatione litis accipere, et duos in fine negotii, et ultra hoc nihil, quod etiam praedecessores nostri definierunt, sed his contentos esse solis, privilegiis quippe, quae in deminutione sumtuum quibusdam concessa sunt, omnibus integris secundum suum ordinem conservandis. Hoc autem dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum. Si enim usque ad hoc mensura fuerit litium, nihil eos audientiae causa volumus exigi; qui enim ita parvae quantitatis exactionem facit, pro maxima parte victoria sic pauperem fraudat. Et neque in hoc solummodo stamus, sed etiam de proprio ipsis largimur. Volumus enim unumquemque istiusmodi pedaneorum (2) annis singulis a mensa tuae celsitudinis percipere duas libras auri, et his esse contentum solis, et neque redimi, et aurum omnino despicere. Propterea enim eligimus fiscum minuere, quatenus horum unusquisque contentus nostra largitate et quaternis aureis puras deo et nobis et legi custodiat manus, cogitans, quae a prioribus legislatoribus de his definita sunt.

Capítulo IX

Mas para que el trabajo sobre esto no resulte sin retribución para nuestros pedáneos, mandamos que en cualquiera causa ventilada ante ellos, ó que les hubiere sido encomendada por la divinidad imperial, reciban ellos ciertamente dos áureos de ambas partes al ser contestada la demanda, y otros dos al final del negocio, y nada más que esto, cosa que también dispusieron nuestros predecesores, sino conténtense con esto sólo, debiéndose conservar conforme á su orden íntegros todos los privilegios, que respecto á la disminución de los gastos fueron concedidos á algunos. Mas esto lo decimos en cuanto á los litigios que exceden de la cuantía de cien áureos. Porque si la cuantía de los litigios llegara hasta aquí, queremos que nada se exija para ellos por causa de la audiencia; pues el que de tan pequeña cantidad hace exacción, defrauda de la mayor parte de su victoria al que de esta manera es pobre. Y no nos limitamos solamente á esto, sino que también les hacemos liberalidad con lo nuestro propio. Porque queremos que cada uno de estos pedáneos perciba cada año de la mesa de tu excelsitud dos libras de oro, y se contente con ellas solas, y no sea sobornado, y desprecie en absoluto el dinero. Pues por esto preferimos gravar el fisco, á fin de que contentándose cada uno de éstos con nuestra liberalidad y con los cuatro áureos conserve limpias las manos para Dios, para nosotros y la ley, teniendo presente lo que por los anteriores legisladores ha sido determinado sobre esto.

Cap. X

Oportet autem expensarum rationem iudices omnino examinare, et quia hoc bene Zenonis piae memoriae decrevit sententia (3) et nos non dedignati sumus partem etiam hoc nostrarum facere dispositionum. Maneat ergo etiam nunc in eodem schemate custoditum, illo solo adiecto, si iusiurandum intulerit de expensis iudex victori, scilicet cum quantitate, quae visa erit ei recte se habere, quam taxationem vocant leges, deinde ille iuraverit, non habere licentiam iudicem in (4) minus, quam iuratum est, condemnare, neque videri clementiorem lege, quae haec disponit. Si tamen perspexerit neutrum sumtuum subdere rationi, et propter (5) negotii forte varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia. Omnibus aliis super appella-

Capítulo X

garan á las clases populares, no luchando por muy grandes lucros no provocarán entre sí sediciones, y no llegarán hasta las mútuas heridas, que con palos, espadas y piedras se causaron con frecuencia, cosa de todo punto odiosa para nosotros. Porque veíamos que ellos ciertamente contendían, y que unos á otros se abrumaban con innumerables males con ocasión de las cosas arrojadas y por ellos arrebatadas, pero que no llevaban absolutamente nada á su casa, sino que todo lo gastaban aquel día en embriaguez y en orgías. Pero si acaso aconteciere que con la esperanza de un lucro mayor hizo también gastos anticipados, y después no alcanzara nada, ó alcanzara menos, tendrá también un quebranto y una deuda, y se verá obligado á incurrir en contusiones y heridas y en los males de esto provenientes. Mas si fuera cosa moderada lo que se arroja, ni lucharán con vehemencia, ni esperando abundancia de lucro se causarán unos á otros heridas y contusiones desmesuradas. Y por ello introducimos por medio de esta ley una disposición general también para el orden común de la república, á fin de que las fechas lleven después del imperio también la perpétua memoria y el nombre del consul tratándose de nuestros gloriosísimos jueces y de los que provienen de la curia máxima, porque nos place honrar á los dignos que no gastan desmesuradamente, y damos decoroso consuelo así á nuestro pueblo, como á todos los demás, aunque ya desesperaban de esto, precisamente suprimiendo lo que es supérfluo, para hacer imperecedero el consulado en la república.

§ 4.—Vaya, pues, á continuación de esta ley, según antes hemos dicho, nuestra disposición, cuyos ejemplares se guardarán en el foro de tu excelsitud con esta ley, que á ella hemos dirigido. Pero mandamos que los que á la sazón sean gloriosísimos cónsules reciban de tu solo foro un ejemplar de la relación puesta al pie de esta ley, para que todo se dé con arreglo á ella. Porque queremos que la relación sea dada por tu sede, precisamente para que á ellos no les sea lícito prevaricar, ni á los que se llaman abreviadores adulterar alguna de las cosas que han sido dispuestas por nosotros, sino que á riesgo de los que custodien esta relación en el foro de tu gloria se dé un ejemplar de ella con la firma del que tenga la magistratura, á cuyo frente estás ahora tú mismo, á fin de que permanezca enteramente sin adulteración lo que por nosotros ha sido dispuesto. Mas no tropezará con dificultad ninguno de los que llegan al honor del consulado, si en cualquier tiempo fuere creado, haciendo así moderado gasto. Pues todo lo que hasta hoy percibían por munificencia nuestra los que tienen el honor del consulado, ya del foro de tu excelsitud, ya de nuestros gloriosísimos prefectos, ó también de otra parte, se lo daremos también ahora, reduciendo ciertamente los gastos que se han de hacer por ellos, pero no aminorando nuestra liberalidad. Mas exceptúese de todo lo dicho por nosotros la condición del Emperador, á quien Dios sometió aun las mismas leyes, al dárselo á los hombres como ley viva, porque el consulado es ciertamente perenne é inacabable para el Emperador, el cual distribuye á todas las ciudades y pueblos y á cada gente lo que le place, y le corresponde á alguien la trabea cuando aquel lo hubiere querido, y por lo tanto el consulado del Emperador es siempre secuela del cetro.

(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; distribuenti advenit, aut, *Port., y Cont.*

Epilogus

Tua igitur celsitudo hanc nostram suscipiens legem perpetuo eam in sua manere fortitudine procuret secundum omnem, quae in ea continetur, virtutem. Legi (1). Scriptum exemplum Ioanni gloriosissimo sacrorum Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio. Scriptum exemplar Longino prudentissimo et gloriosissimo Praefecto huius almae urbis (2).

Dat. V. Kal. Iul. Constantinop. post cons. Belisarii V. C. [536.]

CONST. CXXX (3)

DE USURIS NAUTICIS

(Coll. IX. tit. II.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli et Patricio* (4).

Praefatio

Nuntium audivimus a tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi praebuimus. Duos enim istos (5), Petrum et Eulogium supplicasse nostrae sacrae potestati, et per se explanasse, dicentes, quia (6) consueverunt naucleris seu negotiatoribus mutuare, et maxime in mari negotia facientibus, et hanc vitae habere occasionem; ipsa vero marina credita vocare (7) nostra consuevit lex traiectitia, et metuere eos, utpote dubitationibus hinc eis exortis, oportere (8) propterea fieri manifestum, quae valeat super his consuetudo, ut et sacra nostra in hoc (9) procederet iussio, quae consuetudinem ad certissimam duceret formam; itaque nos declarasse (10) tibi dubitationis naturam cognoscere, et hanc ad nos deducere, quatenus manifesta nobis facta, quod videretur lege comprehenderetur perpetua, tuamque gloriam haec (11) a nobis agere iussam, convocasse naucleros, quibus haec mutua curae sunt et interrogasse, quae aliquando antiqua consuetudo fuerit (12), illos autem, et iusiurandum adiicientes testimonio, perhibuisse, modos esse varios talium mutuorum, et si quidem placuerit creditoribus, in singulis solidis pecuniarum, quas dederint, unum tritici modium (13) aut hordei imponere, quae mercedem publicis praeberent pro eo teloniariis (14), sed quantum ad ipsos sine telonio navigare naves, et hunc habere fructum earum (15), quas crediderunt (16), pecuniarum, et insuper etiam pro decem aureis unum percipere solidum pro usuris, in ipsos autem creditores respicere ex eventibus periculum. Si vero non erumpant (17) hanc viam creditores, octavam partem percipere pro singulis solidis nomine usurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, sed donec naves revertantur salvae. Secundum hoc autem schema contingit (18)

(1) virtutem legis, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(2) Scripta apparitori Iohanni praepositio orientis, scripta apparitori Longino praefecto felicissimae urbis, *el códice Hamb., y Trid.*
(3) *El texto griego (Novela CVI.) se halla en Scrimg. y falta en Hal.—Athan. da un resumen del contenido de esta ley, XVII. 1.—Iulian. Const. 99.—La versión latina es glosada.*
(4) Iohanni pp., *el cód. Hamb.*; Ioanni praeposito Orientis, *Trid.*; Petro gloriosissimo praefecto sacrorum Praetoriorum, *Port., y Cont.*
(5) docuisti eum, *enmienda Cuyacio Obss. XXVII. 37.*; docuisti enim, *Bk.*
(6) *El cód. Hamb.*; quod, *las ed.*
(7) occasionem, ipsa marina credita, quae vocare *Bk.*
(8) et oportere, *Bk.*

Epilogo

Por tanto, al recibir tu excelsitud esta ley nuestra procure que perpétuamente permanezca en su vigor con todo el alcance que en ella se contiene. Sea leída. Se escribió un ejemplar para Juan, segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios, Exconsul y Patricio. Se escribió otro ejemplar para Longino, prudentísimo y gloriosísimo Prefecto de esta feliz ciudad.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Julio, después del consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [536.]

CONSTITUCION CXXX

DE LOS INTERESES MARÍTIMOS

(Colección IX. título II.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez Prefecto de los Pretorios, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Hemos oído un mensage de tu excelsitud, para el que nosotros mismos dimos ocasión. Porque estos dos, Pedro y Eulogio, suplicaron á nuestra sacra potestad, y por sí mismos explanaron el caso, diciendo que acostumbraron á hacer préstamos á patrones de naves ó á negociantes, y principalmente á los que hacen negocios marítimos, y tienen este género de vida; que nuestra ley acostumbró á llamar de transporte estos créditos marítimos, y que ellos temían, por haber surgido de aquí dudas, por lo cual era menester que se hiciese manifiesto, qué costumbre es la válida sobre esto, para que también sobre ello se publique un sacro mandato nuestro, que convierta la costumbre en regla muy cierta; que por eso te manifestamos que averiguaras la naturaleza de la duda, y que nos la expusieras, á fin de que, habiéndosenos hecho manifiesta, se comprendiese en una ley perpétua lo que pareciera; que habiéndosele mandado por nosotros á tu gloria que hiciera esto, convocó á los patrones de naves, que cuidan de estos mútuos, y les preguntó cuál había sido en algún tiempo la antigua costumbre, pero que ellos manifestaron, añadiendo también juramento á su testimonio, que había varias maneras de tales mútuos, y que si verdaderamente les pluguiere á los acreedores, imponían por cada sueldo de las cantidades de dinero, que hubieren dado, un solo módio de trigo ó de cebada, y aquellas pagaban por esto merced á los administradores de los impuestos públicos, pero que en cuanto á ellos las naves navegaban sin impuesto, y tenían este fruto de las cantidades de dinero que habían prestado, y además también percibían como intereses un solo sueldo por cada diez áureos, pero que el peligro de las eventualidades afectaba á los mismos

(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; haec, *Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.*; delegantes, *Port., y Cont.*; delegasse, *Bk.*
(11) *El cód. Hamb., y Trid.*; hoc, *Cont.*
(12) *El cód. Hamb.*; fuit, *las ed.*
(13) modum, *el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*
(14) *El cód. Hamb., y Trid. (pero* theonariis. *Cód.*, theolonariis. *Trid.*); Imponere, qui mercedem publicis praeberent pro telonearils, *Port*; imponere, qui mercedem publicis praeberent telonariis. *Cont.*; imponere navi, nec mercedem publicis praebere pro eo telonariis. *Bk.*
(15) et aurum, *el cód. Hamb.*; et harum, *las ed.*
(16) *El cód. Hamb., y Trid.*; crediderint, *Port., y Cont.*
(17) eligant, *Bk.*
(18) contingere, *Bk.*

forsan et in annum extendi tempus, si tantum foris moretur navis, ut et (1) annum aut terminos suos sumat, aut etiam transcendat, citius autem ea remeante tempus in unum solum aut duos trahi menses, et ex tribus siliquis utilitatem habere, vel si ita breve sit tempus vel si apud alterum extra (2) debitorem maneat debitum. Hoc idem valere, aliam rursus negotiatoribus profectionem assumentibus et per unumquodque onus definiri schema, secundum quod competat mutuum aut manere aut permutari (3) secundum pactum, quod ob hoc convenerit partibus. Si tamen post reversionem navis salvae et (4) nequaquam navigare propter tempus valentes (5), revertantur, triginta solum dierum inducias dari a creditoribus debitoribus, et nihil pro debitis usurarum causa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud alium esse debitum non reddendum (6), duas partes centesimae dominis pecuniarum dare usuras, et mutare (7) et mox mutuum in terrenum transponere (8) modum, nequaquam maritimis periculis creditoribus molestandis. Et haec omnes dixisse, cum iureiurando perhibentes testimonium. Quae ad nos nuntiasti, ut nos sanciremus, quod nobis videretur, et super his dicebas, haec nostrae nuntiare (9) potestati.

acreedores. Pero que si los acreedores no siguieran esta senda, percibían á título de intereses un octavo por cada sueldo, sin que este se hubiera de contar por algún cierto tiempo, sino hasta que las naves regresaran salvas. Mas que con arreglo á esta forma acontece que el tiempo se extiende acaso también á un año, si la nave permaneciese tanto tiempo fuera, que emplease el año ó su duración, ó aun excediera de él, pero regresando ella antes, el tiempo se reduce á un solo mes ó á dos, y tenían la utilidad de tres sílicuas, ya si el tiempo era tan breve, ya si la deuda quedara fuera del deudor en poder de otro. Que esto mismo era válido emprendiendo los negociantes de nuevo otro viaje, y que con relación á cada carga se fijaba el modo con arreglo al que era procedente que el mútuo subsistiera ó se permutara en conformidad al pacto que por causa de esto se hubiere convenido entre las partes. Pero que si después del regreso de la nave, habiéndose salvado, y no pudiendo navegar de ningún modo á causa del tiempo, volvieran, se les daba por los acreedores á los deudores solamente el término de treinta días, y no exigían á título de intereses nada por los débitos, hasta que aconteciera que se vendía la carga, y que los que consentían que esté en poder de otro la deuda que no se haya de devolver, daban como intereses á los dueños del dinero dos partes del interés del uno por ciento mensual, y cambiaba é inmediatamente se convertía en terrestre el mútuo, no debiendo ser molestados de ningún modo los acreedores por los riesgos marítimos. Y todos dijeron esto, prestando su testimonio con juramento. Lo que pusiste en nuestro conocimiento, para que nosotros sancionáramos lo que nos pareciera, y decías respecto á estas cosas que las habías comunicado á nuestra potestad.

Cap. I

Nos igitur et ipsa legentes gesta, et causam edocti, sanximus, secundum quod testatum est coram tua celsitudine, ita nunc et deinceps in omne tempus tenere, eo quod neque iam positis repugnet legibus, ut oporteat nunc de cetero secundum quandam propriam legem in naucleris aut negotiatoribus super talium causarum haec servari litibus et secundum dictum modum praedictarum pactionum ita fieri etiam eventus, et alia omnia, quaecunque in prioribus testata sunt apud sedem tuam, unde (10) secundum propriam legem teneant in naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis ita servatum est temporibus et tenuit immutabiliter, sicut testimonia apud tuam gloriam definierunt, quomodo non est iustum et in aliis omnibus valere, quae postea erunt et esse hanc eis rerum transactionem ex propria lege valentem, et altera quadam dispositione non egentem, sed in naucleriis seu negotiatoriis occasionibus in omne tempus valentem, utpote (11) generalem existentem legislationem, et naucleriis seu negotiatoriis contractibus (12) expositam, quae debet etiam pars fieri iam a nobis posi-

Capítulo I

Así, pues, leyendo nosotros las mismas actuaciones, y enterados del caso, mandamos, que con arreglo á lo que ante tu excelsitud se ha atestiguado esté todo en vigor ahora y en todo el tiempo futuro, porque no pugna con las leyes ya establecidas, de suerte que ahora y en lo sucesivo se hayan de observar por virtud de cierta ley especial tratándose de patrones de naves ó de negociantes estas prácticas en los litigios por tales causas, y que las resoluciones se hayan de dictar también con arreglo al expresado modo de los susodichos pactos, y á todo lo demás que antes se ha atestiguado ante tu sede, de manera que tenga fuerza respecto á los patrones de naves ó a los negociantes en virtud de una ley propia. Porque lo que ha sido observado tan largo tiempo y subsistió inalterablemente, según lo determinaron ante tu gloria los testimonios, ¿cómo no sería justo que tuviera validez también en todos los demás casos, que después ocurrieren, y que tengan ellos en sus negocios esta resolución válida en virtud de ley propia, y que no requiera alguna otra disposición, sino que en todo tiempo tenga validez

(1) *Trid.*: et ut, *el cód. Hamb.*; ut, *omitenla Port., y Cont.*
(2) si ulterius apud *Bk.*
(3) *Bk. ed. estereotipada*: permutare, *el códice Hamb., y las ed.*
(4) *El cód. Hamb, y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(5) *Se debería leer* valentis.
(6) onus parentes. apud alium esse debitum non reddendum. *el cód. Hamb.*: onus. Si vero maneat ulterius debitum non redditum. *Bk. No ha sido posible hallar la corrección acertada de este pasage adulterado, y se propone por conjetura, esta:* pergente (autem) apud alium (esse) debito non reddendo.
(7) mutnare. *el cód. Hamb., y las ed.*
(8) dari usuras et mutari mox mutuum et in terrenum transponi. *Bk. ed. estereotipada.*
(9) nuntiata. *en lugar de* nuntiare, *se les en el cód. Hamb., y Trid.*
(10) ut. *Bk.*
(11) *El cód. Hamb.*; ut puta, *en lugar de* utpote, *se halla en las ed.*
(12) *Trid. (pero* naucleriis *como antes)*; et naucleriis seu negotiatoribus contractibus, *el cód. Hamb.*; et naucleris seu negotiatoribus et eorum contractibus, *Port., y Cont.*

tarum legum, et iudicantes ad hanc respicientes proferre sententiam.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo iugiter servare festinet.

Dat. Id. Sept. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XIV., IUSTINO V. C. Cons. [540.]

CONST. CII (1)

DE TESTAMENTIS IMPERFECTIS A PARENTIBUS IN FILIOS FACTIS, ET DE DIVISIONE RERUM A FILIIS CORAM PARENTE, ET DE EIUS FACULTATIBUS FACTA ET SUBSCRIPTA

(Coll. VIII. tit. 3.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* BASSO, *magnificentissimo Comiti devotissimorum Domesticorum, locum obtinenti Ioannis, gloriosissimi Praetoriorum Praefecti iterum, Exconsulis et Patricii* (2).

Praefatio

A Constantino divae memoriae lex scripta est per antiquae coniecturae simplicitatem; porro (3) causarum varietas et natura eas frequenter mutans, egere leges ilias emendatione nostra praeparavit. Dicit itaque lex, oportere morientium voluntates, quando sunt parentes, omnibus modis inter filios tenere, et tantum (4) eos erubescit parentes exsistentes, quia eis et claram rerum concedit significationem, dicens, et si non manifestae sint eorum dispositiones, apparuerint (5) autem ex quibusdam indiciis et coniecturis et qualibet scriptura, et sic eas valere, et hoc in suis et emancipatis filiis ait (6). Insuper et Theodosius decrevit, non in patribus solum hoc disponens, sed etiam in matribus et ascendentibus utriusque naturae. Hanc apprehendentes licentiam homines in tantam ingressi sunt obscuritatem, ut divinantibus magis, quam interpretantibus haec egerent. Itaque neque personas scribentes, neque rerum dicentes notitias (7), et forte nec quantitatem, tamen dignantur coniecturis et verisimilium ratione (8) talia permittere.

Cap. I

Nos igitur omnia clara et aperta consistere volentes (quid enim sic proprium est legum, sicut claritas, maxime super defunctorum dispositionibus?), volumus, si quis litteras sciens inter suos filios voluerit facere dispositionem, primum qui-

(1) *El texto griego (Novela CVII,) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. IX. 8.—En las Bas. hay solo el capitulo segundo.—Julian. Const. 100.—La versión latina es la antigua glosada.*
(2) *Port.*; exconsuli et patricio, *Cont.*
(3) porro vero, *Ble. ed. estereotipada.*

en los negocios de patrones de nave ó de negociantes, como quiera que es legislación general, y establecida para los contratos de los patrones de naves ó de los negociantes, la cual debe ser también parte de las leyes ya establecidas por nosotros, y que atendiendo á ella los juzgadores deben proferir su sentencia?

Epilogo

Por tanto, apresúrese tu excelsitud á observar perpétuamente lo que nos ha parecido bien.

Dada en Constantinopla el día de los Idus de Septiembre, en el año décimo cuarto del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de JUSTINO, varón muy esclarecido. [540.]

CONSTITUCION CII

DE LOS TESTAMENTOS IMPERFECTOS HECHOS POR LOS PADRES Á FAVOR DE LOS HIJOS, Y DE LA DIVISIÓN DE LOS BIENES HECHA Y SUBSCRITA POR LOS HIJOS Á PRESENCIA DEL PADRE, Y DE LOS BIENES DE ÉSTE

(Colección VIII. título 3.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* BASSO, *muy magnífico Conde de los devotísimos Domésticos, lugarteniente de Juan, segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios, Exconsul y Patricio.*

Prefacio

Por Constantino, de divina memoria, se escribió una ley para la simplicidad de la antigua conjetura; porque cambiándolas frecuentemente la diversidad y la naturaleza de las causas, hicieron que aquellas leyes necesitaran de nuestra enmienda. Y así, dice la ley, que es menester que las voluntades de los que fallecen, cuando son los padres, tengan de todos modos validez entre los hijos, y tanto respeta á los que son padres, que les concede aun que sea clara su indicación de las cosas, diciendo, que, aunque no sean manifiestas sus disposiciones, si, no obstante, aparecieren por algunos indicios y conjeturas y por cualquier escritura, sean también de este modo válidas, y esto lo dice tanto respecto á los hijos suyos como en cuanto á los emancipados. Además, también Teodosio dió un decreto disponiendo esto no solamente en cuanto á los padres, sino también respecto á las madres y á los ascendientes de ambos sexos. Aprovechándose los hombres de esta licencia han llegado á tanta obscuridad, que estas cosas necesitan más bien adivinos que intérpretes. Y así, sin escribir las personas, sin expresar noticias de los bienes, y acaso tampoco cantidades, se dignaban, sin embargo, permitir tales cosas por conjeturas y por razón de verosimilitud.

Capitulo I

Así, pues, deseando nosotros que todas las cosas estén claras y patentes, (porque ¿qué cosa hay tan propia de las leyes como la claridad, principalmente sobre las disposiciones de los difuntos?), queremos, que si alguno que sabe de letras hubiere que-

(4) *El cód. Hamb. y Trid.*; tamen, *Port., y Cont.*
(5) sunt—aperiuntur, *el cód. Hamb.*
(6) *El cód Hamb., y Trid.*; ait, *omitenla Port., y Cont*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; notitiam, *Port., y Cont.*
(8) *Mejor estaria* rationi.

dem eius praescriptione tempus denotet (1), deinde quoque filiorum nomina propria manu, ad hoc uncias, in quibus scripsit eos heredes, non signis numerorum significandas, sed per totas litteras declarandas, ut undique clarae et indubitatae consistant. Si vero etiam rerum voluerit facere divisionem, aut quibusdam (2) rebus certis aut omnes aut quasdam institutiones statuere, et harum inscribat significationes, ut eius litteris omnia declarata nullam ulterius contentionem filiis derelinquant. Si tamen aut uxori aut extraneis aliquibus personis (3) voluerit relinquere legata, aut fideicommissa, aut libertates, et haec propria scripta manu, dictaque a testatoribus coram testibus, quoniam omnia consequenter in dispositione posita ipsi et scripserunt, et volunt valere, sint firma, nihil minuenda (4), eo quod videantur in charta scripta, reliquam observationem testamentorum non suscipientia, sed hoc solum immutetur, quod eius manus et lingua habet omnem virtutem chartae praebitam.

Cap. II

Et si quidem usque ad mortem maneat hoc schema, nullus postea deducet testes, quia voluit forte talem voluntatem commutare aut convertere, aut aliquid tale facere, cui licuit rumpere, quod factum est, et aliam facere voluntatem, declarantem perfectam eius sententiam, quam competit valere. Hoc enim concedimus ei agere, hoc ipsum expressim significanti (5) sub praesentia testium septem, quia, etsi fecerit quandam talem voluntatem, non tamen eam valere ulterius vult, sed ruraus vult aliam facere. Et hanc (6) aut in testamento perfecto faciat, omnia testamentorum habente signa, aut in non scripta perfecta voluntate, ut scripta vel non scripta voluntate (7) videri eum defunctum esse, prioribus infirmis factis ex secunda eius secundum perfectum testamentum aut voluntatem dispositione (8).

Cap. III

Quia vero novimus aliquos divisiones facientes inter proprios filios, et praeparantes eos his subscribere, et hoc schema suscepimus. Si quis enim dividat proprias res, et ipsos filios evocans faciat subscribere divisionibus ipsis, et ratas eas iudicare, et profiteri (9) hoc secundum hunc habere modum, sit et hoc firmum in huiusmodi rerum divisione secundum nostram constitutionem, quam ob hoc posuimus, quam in omnibus, quae in ea continentur, firmam esse et (10) per hanc legem sancimus. Si autem et in divisione ipse suscripserit, et clara omnia per subscriptionem suam fecerit, sit et hoc ratum, quoniam et hoc iam nostra legislatione continetur. Palam vero est, quia in talibus casibus valebit haec lex, quoscunque postea moveri contigerit.

(1) *Trid.*; eius praescriptione tempus, *el cód. Hamb., y por segunda mano añade al margen* denotet; eius subscriptione tempus declarat, *Port. El antiguo traductor latino parece que escribió:* eius praescribat tempus.
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; in quibusdam, *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*; personis aliquibus, *las ed.*
(4) *Trid.*; nihilo minus minuenda *el cód. Hamb.*; nihilo minuenda, *Port., y Cont.*

rido disponer entre sus hijos, exprese ciertamente lo primero en su disposición la fecha, y después también con su propia mano los nombres de sus hijos, debiendo expresar además de esto las onzas en que los instituyó herederos no con signos de números, sino habiendo de declararlas con todas sus letras, á fin de que de todo punto queden claras é indubitables. Mas si también hubiere querido hacer la división de los bienes, ó limitar todas ó algunas instituciones á algunos ciertos bienes, escriba la significación de ellas, de suerte que declarado todo con letra suya no deje para lo sucesivo ninguna contienda á sus hijos. Pero si ó á su mujer ó á algunas personas extrañas hubiere querido dejar legados, ó fideicomisos, ó libertades, y esto hubiera sido escrito con su propia mano, y ante testigos se hubiese dicho por los testadores que ellos mismos escribieron todo lo contenido á continuación en su disposición, y quieren que tenga validez, sea ello firme y en nada haya de ser menoscabado, porque aparezca que se escribió en un papel, sin que recibiera las demás formalidades de los testamentos; pero altérese solamente esto, porque su mano y su lengua tienen toda la fuerza atribuída al documento.

Capítulo II

Y si verdaderamente esta disposición subsistiera hasta la muerte, nadie presente después testigos de que acaso quiso cambiar ó alterar tal voluntad, ó hacer alguna cosa semejante aquel á quien le fué lícito romper lo que se hizo, y formular otra voluntad, que declarase su perfecta decisión, que debiera tener validez. Porque le concedemos que haga esto, significando expresamente á presencia de siete testigos, que aunque hubiere formulado alguna tal voluntad, no quiere, sin embargo, que ella valga en lo sucesivo, sino que quiere formular de nuevo otra. Y formule esta ó en testamento perfecto, que tenga los sellos de los testamentos, ó en disposición perfecta no escrita, de suerte que parezca que él falleció con disposición escrita ó no escrita, quedando lo hecho antes invalidado por virtud de su segunda disposición con arreglo á un testamento ó voluntad perfeccionados.

Capítulo III

Mas como sabemos que algunos hacen las divisiones entre sus propios hijos, y procuran que ellos las subscriban, admitimos también esta forma. Porque si alguno dividiera sus propios bienes, y llamando á sus mismos hijos hiciera que subscribieran tales divisiones, y que las consideren válidas, y que confiesen que esto subsistirá de tal modo, sea también válido esto sobre la división de tales bienes con arreglo á nuestra constitución, que por causa de esto establecimos, y que mandamos por medio de esta ley que sea válida en todos los casos que en ésta se contienen. Mas si también él mismo hubiere subscrito la división, y todo lo hubiere dejado claro mediante su firma, sea también esto válido, porque también esto está ya contenido en nuestra ley. Mas es evidente, que esta ley tendrá validez en aquellos casos que aconteciere que se promueven después.

(5) *El cód. Hamb.*; significantem, *las ed.*
(6) haec, *Bk. ed. estereotipada.*
(7) ut scripta vel non scripta voluntate, *omitenlas el cód. Hamb., y las ed., supliéndolas Bk.*
(8) disponere, *el cód. Hamb., y Trid.*
(9) *El cód. Hamb.*; filios, *adicionan las ed.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem tua gloria cognoscens, omnibus faciat manifesta, ut nullum lateant, quae recte et providenter pro nostris subiectis sancita sunt.

Dat. Kal. Febr. Constantinop., DN. IUSTINIANI PP. Aug. imp. anno XIV. BASILIO V. C. Cons. [541.]

Epílogo

Por tanto, al conocer tu gloria lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra ley, hágalo manifiesto á todos para que á ninguno se oculte lo que recta y previsoramente ha sido sancionado en pro de nuestros súbditos.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Febrero, en el año décimo cuarto del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [541.]

CONST. CIII (1)

DE RESTITUTIONIBUS
(Coll. VIII. tit. 4.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* BASSO, *magnificentissimo Comiti devotissimorum Domesticorum, locum tenenti Ioannis, gloriosissimi sacrorum Praetoriorum Praefecti.*

CONSTITUCION CIII

DE LAS RESTITUCIONES
(Colección VIII. título 4.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* BASSO, *muy magnífico Conde de los devotísimos Domésticos, lugarteniente de Juan, gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios.*

Praefatio

Negotium audivimus pro testamento dubitato, quod etiam interpretari iustum existimavimus, et lege comprehendere certissima, hoc quod nostrae consuetudinis est, in negotiis motis ex legibus optimis accipere occasiones.

§ 1.—Filios enim quidam suos instituens (2) heredes, deinde alterutris eos filiis non exsistentibus substituere volens, iussit, si contigerit aliquem eius filiorum et heredum (3) futurum sine illis humanam solvere vitam, post exceptionem horum, quae ex lege debentur ei ex eis, quae ab eo relinquebantur ei rebus, reliquas omnes res et iura, quaecunque apud eum in tempore mortis invenirentur, venire et restitui ex his superstiti, aut eius filiis, si etiam ipse moreretur, omni cessante inter eos propter memoratam substitutionem cautione et fidefussione. In his eo moriente, et uno quidem eius filiorum et heredum filios habente, alio vero manente sine filiis, prohibet eum, qui sine filiis est, is, qui filios habet, uti rebus, utpote eas deterentem; at ille utens verbis testamenti, quia, quidquid inveniretur in tempore mortis apud eum, hoc eum restituere iussit, secundum hoc vult schema licentiam habere uti rebus, sicut voluerit, nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei.

§ 2.—Nos igitur sumentes ex hoc occasionem, existimavimus oportere et antiquam indefinitionem (4), et deinceps discretionem hanc quidem definire, hanc autem puram hominibus reponere, et propterea lege causam comprehendere, ut discant homines omnem legis ordinem, cum quo competit talia et discere et iudicare. Novimus igitur apud Papinianum sapientissimum dictum in decimo nono libro eius quaestionum, ubi permittit alienationes in tali casu, illud solum velut ex studio in aenigmate proponens, ut tunc oporteret prohiberi alienationes, quum ad solvendum fideicommissum ex studio qui hoc oneratus est ad alienationem venit. Et tanquam philosophatus inter Imperatores Marcus, tali quodam proposito casu,

Prefacio

Hemos oído un litigio relativo á un testamento puesto en duda, que hemos estimado que también era justo interpretarlo y comprenderlo en una ley muy cierta, porque es costumbre nuestra aprovechar en los negocios promovidos las ocasiones para óptimas leyes.

§ 1.—Porque uno, instituyendo herederos á sus hijos, y queriendo después substituirlos unos á otros, no existiendo hijos, dispuso, que, si aconteciere que alguno de sus hijos y herederos acabase su vida humana sin hijos, después de exceptuar lo que por virtud de la ley se le debe de los bienes que por él se le dejaban, todos los demás bienes y los derechos, que en su poder se hallaren al tiempo de la muerte, pasen y sean restituídos al que de ellos sobreviva, ó á sus hijos, si también él muriere, no teniendo lugar entre ellos caución ni fianza alguna por causa de la mencionada substitución. Al morir en esto él, y teniendo ciertamente hijos uno solo de sus hijos y herederos, y permaneciendo otro sin hijos, el que tiene hijos le prohibe al que está sin hijos que se sirva de los bienes, como si los deteriorase; mas él valiéndose de las palabras del testamento, porque dispuso que él restituyera lo que se encontrara en su poder al tiempo de la muerte, quiere con arreglo á esta disposición tener licencia para usar de los bienes, como quisiere, no habiéndosele impuesto ninguna prohibición sobre la administración de los mismos.

§ 2.—Nosotros, pues, tomando de esto ocasión, hemos estimado que convenía puntualizar ciertamente la antigua indeterminación, y la siguiente distinción, y presentársela esta pura á los hombres, y comprender por ello la materia en una ley, para que los hombres aprendan todo el orden de la ley, con arreglo al que es procedente conocer y juzgar tales cosas. Pues sabemos que por el sapientísimo Papiniano se dijo en el libro décimo noveno de sus cuestiones, en el que permite en tal caso las enajenaciones, exponiendo esto solamente como de intento enigmáticamente, que se debían prohibir las enajenaciones siempre y cuando procede á la enajenación para extinguir de intento el fideicomiso el que con él fué gravado. Y como si entre los Empe-

(1) *El texto griego (Novela CVIII.) se halla en Hal. y Scrimg. — Athan. IX. 9. — Iulian. Const. 101. — La versión latina es la antigua glosada.*

(2) *El cód. Hamb., y Port.;* instituentes, *Trid., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* heredem, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb.;* definitiones, *las ed.*

viri boni arbitratum videri inesse talibus verbis disposuit.

Cap. I

Nobis ergo recte visum est habere (1), ita disponere legislationem, ut, si quidem universaliter aliquis dicat restitutionem fideicommissi, haec tenere, quae in talibus decreta sunt, et a nobis iam sancita, sin vero tale sit fideicommissum, quale sublacet, et ea, quae inveniuntur seu remanent in tempore mortis, testator submittat sola in fideicommissum, tunc indefinite dictum prioribus sub quadam legitima deducere divisione et ordine (2). Si quis enim haec, aut etiam aliquid tale aliud dixerit (3), sancimus, usque ad Falcidiam solum suae institutionis necessitatem habere servare eum, qui oneratus est fideicommissi restitutione, et non posse aliquid penitus ex illa minuere, sufficiens exsistens, sed (4) heredi quidem supersint tres partes, illi autem quartae solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei, qui gravatus est, etiam donationibus uti aliquibus, et forsan ex studio (quod Papinianus dicebat intervertendi fideicommissi causa), ut etiam quarta minuatur institutionis eius, sed hoc omnino relinquere fideicommissum, aliis (5) omnibus in eius positis potestate, et licentiam habere eum his sicut voluerit uti, quemadmodum perfectis dominis competit. Si vero et ipsam quartam is, qui gravatus est, contingat, necessarium est perscrutari causam, secundum quam hoc egit. Et si quidem aut dotem voluerit dare, aut sponsalitiam largitatem, aliam non habens substantiam, oportet ei hoc permitti agere, et hoc (6) videlicet, quod nostra continetur iam lege, in qua ei omnino non negavimus talem deminutionem. Si vero et in captivorum redemtionem (hanc enim excipimus, et dicamus deo causam), et hoc licentiam eum habere facere, et minuere etiam quartam pietatis ratione, quod omnium nobis pretiosius videtur.

Cap. II

Si vero contigerit neque ipsum habere ex aliquibus causis, unde faciat expensas, ex tali restitutione etiam has facere damus ei licentiam; hoc quod et testator permisit quod relinquetur omnino hoc volens ad restitutionem trahi, et quasi aliquis dicat, ex hoc, quod remaneret, si restitutionem fieri. Si autem nulla talis subiacet occasio, necessitatem habere omnino quartam partem propriae institutionis servare, et tali et aliis restitutionem donare (7). Si tamen aliquid expenderit, habens unde supplementum faciat, ex illo suppleri quartam, et per nullam causam hanc minui. Si vero contigerit quartam, et non habeat ad supplementum aliam substantiam, tunc damus (8) et contra emtores aut aliter accipientes res in rem et hypothecas auctoritate huius legis, ut liceat complere sibi fideicom-

(1) *El cód. Hamb.*; visum est ita, *Trid.*; visum est, hanc, *Port., y Cont.*

(2) *Mejor estaría* sub quandam legitimam deducere divisionen et ordinem.

(3) *El cód. Hamb.*; tale aliquid dixerit aliud, *Trid.*; aliquid aliud tale dixerit, *Port., y Cont.*

(4) sed hic, *el cód. Hamb.*; si, *Bk.*

(5) autem, *adicionan el cód. Hamb., y Trid.*

(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*; secundum hoc, *enmienda acertadamente Bk.*

(7) et tali restitutioni donare, *Bk.*

(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; ei, *adicionan Port., y Cont.*

radores hubiese filosofado Marco, dispuso que en cierto caso semejante al propuesto se considerase que en tales palabras estaba implícito el arbitrio de hombre bueno.

Capítulo I

Así, pues, nos ha parecido que era conveniente disponer la legislación de modo, que, si verdaderamente uno dispusiera la total restitución de un fideicomiso, tenga validez lo que para tales casos se halla decretado, y ya sancionado por nosotros, pero si el fideicomiso fuera tal como se ha expuesto, y el testador sujetara al fideicomiso solamente las cosas que se hallan ó que quedan al tiempo de la muerte, en este caso se debe comprender bajo cierta legítima división y orden lo que indeterminadamente se dijo en las anteriores leyes. Porque si alguno hubiere dicho esto, ó también alguna otra cosa semejante, mandamos que tenga necesidad de reservar de su institución solamente hasta la Falcidia el que fué gravado con la restitución del fideicomiso, y que no pueda disminuir absolutamente cosa alguna de ella, siendo lo suficiente que al heredero le queden ciertamente tres partes, y que á él se le deje el importe de una sola cuarta parte. Porque no le concedemos al que fué gravado que haga también algunas donaciones, y acaso de intento, (cosa que decía Papiniano para maiversar el fideicomiso), de suerte que también se disminuya la cuarta de su institución, sino deje de todos modos este fideicomiso, quedando todos los demás bienes en su potestad, y tenga él licencia para servirse de ellos como quisiere, de la manera que compete á dueños perfectos. Pero si el que fué gravado tocase también á la misma cuarta, es necesario investigar la causa por la que lo hizo. Y si verdaderamente hubiere querido dar ó dote, ó liberalidad esponsalicia, no teniendo otros bienes, es menester que se le permita hacer esto, pero ciertamente con arreglo á lo que se contiene ya en nuestra ley, en la que no le negamos en absoluto tal disminución. Mas también si para redención de cautivos, (porque exceptuamos esta causa y se la dedicamos á Dios), tenga él licencia para hacer también esto, y para disminuir por razón de piedad también la cuarta, cosa que nos parece de más precio que todas.

Capítulo II

Pero si aconteciere que por algunas causas él mismo no tenía con qué satisfacer los gastos, le damos licencia para hacerlos también á cargo de tal restitución; cosa que también permitió el testador al querer que lo que se dejare sea en todo caso lo que se lleve á la restitución, como si alguno dijera que se le haga la restitución de lo que quedase. Mas si no se presentare ninguna tal ocasión, tenga absolutamente necesidad de conservar la cuarta parte de su propia institución, y de hacerles á aquel y á los otros la restitución. Pero si hubiere gastado alguna cosa, teniendo con que hacer el complemento, complétese con ello la cuarta, y no sea esta disminuída por ninguna causa. Mas si hubiere tocado á la cuarta, y no tuviera para completarla otros bienes, en este caso damos por la autoridad de esta ley la

missarium (1) ex rerum vindicatione; hoc quod in legatis iam dedimus, et ex constitutione in rem eis (2) donantes, et (3) fideicommissi persecutionem. Unde et cautionem fideicommissarius dabit non minus quarta (4) servare, nisi et ipsam testator; sicut in pronunciato nobis facto, prohibuit. Quum enim ipse testator omnem non fideiussionem solum, sed etiam cautionem relaxaverit, nos aliter disponere, non est (5) morientis coniicere (6) voluntatem.

Epilogus

Haec igitur sit causis decisio, ipsi quae praebuit quaestionem, et aliis omnibus, in quibus pendere contigerit casus, testamentorum quidem factorum, et testatorum quippe defunctorum, nondum autem tali locum accipiente fideicommisso, sed adhuc eo, qui gravatus est, superstite. Et haec dicimus non in filiis solum, sed etiam in aliis cognatis et extraneis a genere (7), in quibus omnino tale fideicommissum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus haec manifesta faciat nostris subiectis, ut sciant, quemadmodum competat et vivere eos, et mori, et testari, et fideicommissa relinquere, et alia agere, quae in talibus sunt sancita.

Dat. Kal. Febr. Constant. DN. Iustiniani PP. Aug. imp. anno XIV. Basilio V. C. Cons. [541.]

CONST. CIV (8)

DE PRIVILEGIIS DOTIS HAERETICIS MULIERIBUS NON PRAESTANDIS

(Coll. VIII. III. 5.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsuli ordinario et Patricio.*

Praefatio

Unam nobis esse in omni nostrae reipublicae et imperii vita in deo spem credimus, scientes, quia haec nobis et animae et imperii dat salutem. Unde et legislationes nostras inde pendere competit, et in eam respicere et hoc eis principium esse, et medium, et terminum. Sciunt igitur universi, quia ante nos imperantes, et maxime Leo piae memoriae, et Iustinus piae memoriae noster pater in suis constitutionibus haereticis omnibus interdixerunt, ut neque ulla ipsi participarentur militia, neque quodlibet in publicis curis participium haberent, uti ne occasione militarium et publicorum collegiorum sanctae dei catholicae et apostolicae ecclesiae membra viderentur vastare. Et nos autem ipsi (9) hoc egimus, nostris constitutionibus hoc roborantes. Haereticos vero et ili dixerunt et nos

(1) *El cód. Hamb.*; fideicommissum, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; el, *Port., y Cont.*
(3) et, *decía el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*
(4) *El cód. Hamb.*; quartam, *las ed.*
(5) aliter id disponere, non esset, *Bk. ed. estereotipada.*
(6) convincere, *Trid.*
(7) *Bk. ed. estereotipada*; genere, *omítela el cód. Hamb.*; extraneis agere, *las ed.*

acción real y las hipotecarias contra los compradores ó contra los que de otro modo reciban los bienes, para que le sea lícito al fideicomisario reintegrarse con la reivindicación de los bienes; cosa que ya concedimos en los legados, concediéndoles en virtud de una constitución así la acción real, como la persecutoria del fideicomiso. Por lo cual el fideicomisario dará también caución de reservar no menos de la cuarta parte, á no ser que el testador la haya prohibido también, como en el caso relatado á nosotros. Porque cuando el mismo testador hubiere dispensado no solamente toda fianza, sino también la caución, disponer nosotros de otro modo no sería atender á la voluntad del que fallece.

Epílogo

Por tanto, sea esta decisión para la misma causa que originó la cuestión y para todas las demás, en que aconteciere que está pendiente el caso de haberse hecho ciertamente testamentos, y de haber fallecido los testadores, pero sin que todavía haya tenido lugar tal fideicomiso, por vivir aun el que fué gravado. Y esto lo decimos no solamente respecto á los hijos, sino también en cuanto á otros cognados y á los extraños al linage, en quienes aconteciere que de todos modos se deja tal fideicomiso. Así, pues, haga tu gloria manifiestas á todos nuestros súbditos estas disposiciones, para que sepan cómo es procedente que ellos vivan, y mueran, y testen, y dejen fideicomisos, y hagan otras cosas, que en ellas han sido sancionadas.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Febrero, en el año décimo cuarto del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [541.]

CONSTITUCION CIV

DE QUE Á LAS MUJERES HEREJES NO SE LES HAYAN DE CONCEDER LOS PRIVILEGIOS DE LA DOTE

(Colección VIII. título 5.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.*

Prefacio

Creemos que para toda la vida de nuestra república y del imperio está para nosotros en Dios la única esperanza, sabiendo que esta es para nosotros la salud así del alma como del imperio. Por lo cual, es lo procedente que nuestras leyes pendan de ella, y miren á ella, y que tengan este principio, este medio, y este término. Pues todos saben que los Emperadores predecesores nuestros, y principalmente Leon, de piadosa memoria, y Justino, nuestro padre, de piadosa recordación, les prohibieron en sus constituciones á todos los herejes, que no participasen ellos de ninguna milicia, ni tuvieran participación alguna en los cargos públicos, á fin de que no pareciera que con ocasión de corporaciones militares y públicas abrumaban á los miembros de la santa católica y apostólica iglesia de Dios.

(8) *El texto griego (Novela CIX.) se halla en Hal. y Scring. – Athan. III. 1. y Coll. Const. eccl. III. 3. 1.— Exceptuando el comienzo del prosmio y el epílogo, toda la Novela se halla en las Bas. I. 1 55.—Iulian. Const. 102. – La versión latina es glosada.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; Ita et nos ipsi, *en vez de* Et nos autem ipsi, *Port., y Cont.*

dicimus eos, qui diversarum sunt haeresum. Quibus coniungimus et connumeramus et qui Nestorii Iudaicam sequuntur vesaniam, et Eutychianistas, et Acephalos, qui Dioscori et Severi mala secta languent, Manichaei (1) et Apollinaris renovantium impietatem, et ad hoc omnes, qui non sunt membrum sanctae dei catholicae et apostolicae ecclesiae, in qua omnes concorditer sanctissimi episcopi et totius orbis terrarum patriarchae, et Hesperiae (2) Romae, et huius regiae civitatis, et Alexandriae, et Theopoleos, et Hierosolymorum, et omnes, qui sub eis constituti sunt sanctissimi episcopi, apostolicam praedicant fidem atque traditionem. Igitur sacram communionem in catholica ecclesia non percipientes ab eius deo (3) amabilibus sacerdotibus, haereticos iuste vocamus. Nam licet nomen Christianorum sibimet imposuerint, attamen (4) a Christianorum se fide et communione separant, dei iudicio semetipsos subdi cognoscentes.

Más también nosotros mismos hicimos esto, corroborándolo en nuestras constituciones. Pero ellos llamaron y nosotros llamamos herejes á los que pertenecen á las diversas herejías. En los cuales unimos y contamos á los que siguen la judáica vesania de Nestorio, á los Eutiquianistas y á los Acéfalos, que se consumen en la mala secta de Dioscoro y de Severo, renovadores de la impiedad de Maniqueo y de Apolinar, y además de estos todos los que no son miembros de la santa católica y apostólica iglesia de Dios, en la que de consuno todos los santísimos obispos y patriarcas de todo el orbe de la tierra, y de la Roma de Hesperia, y de esta real ciudad, y de Alejandría, y de Teopolis, y de Jerusalém, y todos los santísimos obispos que bajo ellos se hallan constituidos, predican la fe y la tradición apostólicas. Así, pues, con justicia llamamos herejes á los que en la iglesia católica no reciben de sus sacerdotes, amantes de Dios, la sacra comunión. Porque aunque se hayan impuesto á sí mismos el nombre de cristianos, se separan, sin embargo, de la fe y de la comunión de los cristianos, conociendo que ellos mismos se someten al juicio de Dios.

Cap. I

Quae igitur de haereticis prolatae sunt leges (5), omnibus sunt manifesta. Nos autem volentes, orthodoxam amplectentes fidem et eandem (6) defendentes habere aliquod amplius privilegium iis, qui alienant semetipsos a dei ovili (quoniam neque iustum est aequalibus cum orthodoxis haereticos dignos fieri privilegiis), propterea et nunc ad praesentem respeximus legem. Quia enim dedimus privilegium mulieribus dotium, ut etiam prioribus creditoribus praeponantur, et meliorem ordinem eas habere, et nec a tempore superatas, in donationibus autem propter nuptias secundum tempora, per quae fiunt, hypothecas habere, omnibus in praesenti facimus manifestum per hanc sacram nostram legem, quia et hoc privilegium, et tacitas hypothecas, et omnia alia, quae mulieribus (7) in diversis privilegiis a nostris legibus data sunt, illis damus solis, quatenus his fruantur et utantur, quae diligentiam habent rectam et adorandum nostram fidem tenere (catholicae dicimus et apostolicae ecclesiae), et participare in eius salutari communione. Quae enim separant se a sancta dei catholica et apostolica ecclesia, et sacrosanctam in ea communionem percipere non patiuntur ab eius (8) deo amabilibus sacerdotibus, nolumus omnino talibus frui privilegiis. Si enim se separant a dei muneribus, et a sacra communione alienas faciunt, multo potius et nos non eas dignas fieri privilegiis, neque ex nostris legibus frui permittimus continentia, sed sint eis inaggressibilia (9) omnino ex legibus beneficia, et omni privilegio ex nostris constitutionibus eis dato privabuntur.

Capítulo I

Así, pues, de todos son conocidas las leyes que respecto á los herejes se han promulgado. Mas queriendo nosotros que los que abrazan la fe ortodoxa y la defienden tengan algún privilegio más que los que se separan del redil de Dios, (porque no es justo que á los herejes se los haga dignos de iguales privilegios que á los ortodoxos), por eso nos hemos fijado también ahora en la presente ley. Pues como les dimos á las mujeres el privilegio de las dotes, para que fueran antepuestas aun á acreedores anteriores, y tuvieran ellas orden preferente, y no fuesen vencidas por el tiempo, pero que en las donaciones por causa de nupcias tuvieran hipotecas con arreglo al tiempo en que se hacen, hacemos al presente manifiesto á todos por medio de esta sacra ley nuestra, que tanto este privilegio, como las hipotecas tácitas, y todo lo demás que en diversos privilegios les fué dado á las mujeres por nuestras leyes, se lo damos, para que disfruten y usen de ello, solamente á las que tienen cuidado de abrigar nuestra recta y adorable fe (nos referimos á la de la iglesia católica y apostólica), y de participar de su saludable comunión. Porque las que se separan de la santa iglesia de Dios, católica y apostólica, y no consienten recibir en ella la sacrosanta comunión de sus sacerdotes, amantes de Dios, no queremos que de ningún modo disfruten de tales privilegios. Pues si se separan de los dones de Dios, y se hacen ajenas á la sagrada comunión, con mucha más razón tampoco permitimos nosotros que se las haga dignas de privilegios, y que disfruten de su contenido por virtud de nuestras leyes, sino sean de todo punto inasequibles para ellas los beneficios de las leyes, y sean privadas de todo privilegio concedido á ellas por nuestras constituciones.

Cap. II

Licebit autem eis melioris factis sententiae (10),

Capítulo II

Mas les será lícito á las que se hayan hecho de

(1) *El cód. Hamb.*; et Manichaei, *las ed.*
(2) *Trid.*; Hesperiae et, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*
(3) ab eis deo, *el cód. Hamb.*; ab his deo, *Trid.*; a deo, *Port., y Cont.*
(4) veruntamen, *Trid., y Port.*; sibimet—a, *omitelas el cód. Hamb.*
(5) *El cód. Hamb.*; prolata sunt lege, *las ed.*
(6) *El cód. Hamb.*; eam, *las ed.*
(7) *El cód. Hamb.*; omnibus, *adicionan las ed.*
(8) ab eos, *el cód. Hamb.*; ab eis, *Trid.*; a deo, *Port., y Cont.*
(9) eis magis inaggressibilia, *el cód. Hamb.*; eis inaggressibilia magis, *Trid.*
(10) *El cód. Hamb.*; malloris sententiae factis, *las ed.*

et rectam veramque amplectentibus fidem, et hac semper contentas (1), talibus (2) perfrui muneribus et privilegiis. His in omni ditione valentibus atque servandis, principaliter quidem a deo amabilibus episcopis et sacerdotibus, deinde et (3) a nostris administratoribus et iudicibus, sive sint maiores sive minores, et insuper a tua celsitudine, apud quam et praesentem facimus legem. Unde competens est, iudices (4), apud quos aliquae movebuntur contra mulieres causae, aut a mulieribus quaedam privilegia sibi vindicare volentibus, respicere ad praesentis nostrae legis subtilitatem, et si non invenerint eas orthodoxae fidei exsistentes, et percipientes sacrosanctam et adorabilem communionem in sanctissima catholica ecclesia et apostolica a venerandissimis eius sacerdotibus, non permittere frui ex nostris constitutionibus privilegiis.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens, causis apud eam motis servare, et operi effectuique tradere (5) curet, et per solennia edicta et praecepta propria omnibus faciat manifesta et in hac felicissima civitate, et in provinciis, ut cognoscant omnes, quanta et quae nobis cura est et verae circa dominum Christum verum deum fidei, et nostrorum subiectorum salutis.

Dat. V. Non. Kal. Maii. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

CONST. CV (6)

DE NAÚTICIS USURIS
(Coll. VIII. tit. 6.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Ioanni, *gloriosissimo sacrorum Orientalium Praetoriorum Praefecto iterum, Exconsul ordinario et Patricio.*

Praefatio

Novimus ex denunciatione tuae celsitudinis, legem fecisse iam nos (7) de traiecticiis pecuniis, quae manifesta facta est foro tuo.

Cap. I

Sed quoniam postea, aditionibus nobis factis, praecepimus (8) legem illam non valere, rescindi eam sperantes ex foro tuo (9), cognovimus autem eam et in quibuslibet provinciis iam insinuatam, propterea sancimus, talem legem omnino vacare, et si contigerit etiam per provincias eam destinari, nec ibi valere, sed invalidam esse. Sicque volumus (10) causam procedere, tanquam si nec scripta fuisset memorata lex, sed secundum de talibus po-

mejor opinión, y abracen la recta y verdadera fe, y estén siempre contentas con ella, disfrutar de tales dones y privilegios. Teniendo esto validez y habiéndose de observar en todo el imperio, en primer lugar ciertamente por los obispos y sacerdotes, amantes de Dios, y después también por nuestros administradores y jueces, ya sean superiores, ya inferiores, y además por tu excelsitud, para la cual hacemos también la presente ley. Por lo cual es procedente, que los jueces, ante quienes se promovieren algunos litigios contra mujeres, ó por mujeres que quieran reivindicar para sí algunos privilegios, atiendan á la escrupulosidad de nuestra presente ley, y si no hallaren que ellas son de fe ortodoxa, y que reciben la sacrosanta y adorable comunión en la santísima iglesia católica y apostólica de los muy venerables sacerdotes de ésta, no permitan que disfruten de los privilegios de nuestras constituciones.

Epílogo

Por tanto, conociendo tu excelsitud lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra ley, obsérvelo en los litigios ante ella promovidos, y cuide de llevarlo á ejecución y efecto, y hágalo manifiesto á todos por medio de los edictos acostumbrados y de propios mandatos tanto en esta felicísima ciudad, como en las provincias, á fin de que todos sepan cuánto y cuál es nuestro cuidado por la verdadera fe en el verdadero Dios nuestro señor Jesucristo, y por la salvación de nuestros súbditos.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Noviembre, en el año décimo quinto del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [541.]

CONSTITUCION CV

DE LOS INTERESES MARÍTIMOS
(Colección VIII título 6.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Juan, *segunda vez gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente, Exconsul ordinario y Patricio.*

Prefacio

Sabemos que en virtud de relación de tu excelsitud hicimos nosotros ya una ley sobre el transporte de dinero que fué dada á conocer á tu foro.

Capítulo I

Pero como después, habiéndosenos hecho representaciones, hemos mandado que no tenga validez aquella ley, esperando que fuese borrada de tu foro, pero hemos sabido que ella había sido ya promulgada también en algunas provincias, por ello mandamos que tal ley quede absolutamente sin vigor, y que si hubiere acontecido que ella hubiera sido enviada también á las provincias, tampoco tenga validez en ellas, sino que no sea válida. Y

(1) *El cód. Hamb., y Trid*; contentos, *en lugar de* contentas, *Port., y Cont.*
(2) stabilibus, *en vez de* talibus, *se lee en el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(3) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*
(4) *El cód. Hamb.*; et iudices, *las ed.*
(5) cum tradere, *el cód. Hamb., por lo que parece que se debe leer* contradere.
(6) *El texto griego (Novela CX.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. XVII. 2.—Iulian. Const. 103.—La antigua versión latina no admitió la glosa, pero esta Novela se halla entre las glosadas en muchos cód. y mms. y ed. (Trid. y Port.) Falta en el cód. Hamb.*
(7) nos, *omitenla Trid., y Port.*
(8) *Trid.*: percipientes, *en lugar de* praecepimus, *se lee en Port., y Cont.*
(9) valere. praesumi enim properantes ex foro, *en vez de* valere, rescindi eam sperantes ex foro tuo, *Trid.*
(10) *Port.*; non valere, *Trid., y Cont.*

sitas leges a nobis negotia et aestimatione et sententia potiantur.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet.

Dat. VII. Kal. Maii, Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XV., BASILIO V. C. Cons. [541.]

NOVELLA CXI (1)

HAEC CONSTITUTIO INNOVAT CONSTITUTIONEM, QUAE PRAESCRIPTIONEM CENTUM ANNORUM VENERABILIBUS LOCIS DEDERAT

(Authent. Const. CVI. Coll. VIII. tit. 7.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* THEODOTO, *Orientalium Praetoriorum Praefecto* (2).

Praefatio

Quod medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotiis. Unde consequitur, ut nonnumquam a iudicio discordet effectus, et quod credebat coniectura prodesse, experimento inveniatur inutile. Probat igitur hoc praesentis etiam necessitas sanctionis, in qua privilegium, ex religioso proposito sacrosanctis ecclesiis dei et monasteriis, aliisque religiosis locis constitutione nostra nuper indultum, necessaria correctione distinguimus. Dudum siquidem insseramus, ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cuius licentiam sanctionis negotia quidem multa commota sunt, et velut antiquorum vulnerum obductae patuerunt iterum cicatrices, sed eorum sanitas provenire non potuit, probationum scilicet difficultatibus impedita, quoniam per tantum saeculi magis quam temporis spatium nec documentis integritas, nec actis fides, nec aetas valet testibus suffragari.

Cap. I

Unde quia largitati nostrae causarum non occurrit angustia, cum ratione simul ac religione tractantes praedictum privilegium usque ad possibilem modum deducere experimento retraximus, et iubemus, in (3) negotiis, quae antehac triginta annorum removebat exceptio, nunc venerabilibus (4) ecclesiis, monasteriis, et xenodochiis, nec non orphanotrophiis, et brephotrophiis, et ptochiis (5) quadraginta annorum protelatio conferatur, salva

(1) *Hal. y Scrimg. dan un epítome griego de esta Novela, de Teodoro Hermopolitano, y una pequeña parte de este epítome se halla en las Bas. V. 2. 16., ed. Heimb., y en Batsam. ad Photii Nomoc. II. 1.—Esta Novela había sido promulgada en latín y en griego, pero solamente el texto latino había sido admitido en esta Colección de las 168 Novelas.—El texto griego se halla entre los XII. Edictos, con el número quinto.—Athan. II. 5. y Coll. Const. eccl. III. 2. 5 — Iulian. Const. 104.—Esta Novela es de las glosadas.*

así, queremos que en la materia se proceda como si no hubiera sido escrita la mencionada ley, sino que los negocios sean examinados y sentenciados con arreglo á las leyes sobre tales materias establecidas por nosotros.

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu excelsitud á llevar á ejecución y á efecto lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 7 de las Calendas de Mayo, en el año décimo quinto del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [541.]

NUEVA CONSTITUCION CXI

ESTA CONSTITUCIÓN MODIFICA LA CONSTITUCIÓN QUE HABÍA DADO Á LOS VENERABLES LUGARES LA PRESCRIPCIÓN DE CIEN AÑOS

(Constitución auténtica CVI. Colección VIII. título 7.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* TEODOTO, *Prefecto de los Pretorios orientales.*

Prefacio

Lo que los medicamentos en las enfermedades, eso hacen las leyes en los negocios. De donde se sigue, que á veces el efecto está en discordancia con el juicio, y que lo que la conjetura creía que era provechoso se halla en la experiencia que es inútil. Y esto lo prueba también la necesidad de la presente ley, en la que distinguimos con una corrección necesaria el privilegio hace poco concedido por virtud de un religioso propósito en una constitución nuestra á las sacrosantas iglesias de Dios y á los monasterios, y á otros religiosos lugares. Pues como antes habíamos mandado que para ellos se extendieran los términos de la prescripción á cien años, por virtud de la licencia de esta disposición se han promovido ciertamente muchos litigios, y en cierto modo se han abierto de nuevo las cicatrices cerradas de antiguas heridas, pero no se ha podido alcanzar la curación de ellas, impedida ciertamente por las dificultades de las pruebas, porque al cabo del largo espacio de un siglo más bien que de cierto tiempo, ni la integridad puede favorecer á los documentos, ni la fe á las actuaciones, ni la edad á los testigos.

Capítulo I

Por lo cual como la dificultad de los litigios no responde á nuestra liberalidad, examinando el susodicho privilegio con razón al mismo tiempo que con religiosidad lo revocamos por la experiencia para reducirlo á forma posible, y mandamos, que en los negocios que antes de ahora eran excluidos por la prescripción de treinta años, se les conceda ahora el término de cuarenta años, á las venerables iglesias, á los monasterios, á los hospitales de

(2) Idem Aug. Theodosio, *Trid.*; Eliae praefecto Illyrici, *Athan., y Coll. Const. eccl., siendo al parecer lo probable que esta inscripción corresponda á la Novela latina, y la del texto á la griega.*

(3) ut *antes de* in, *adiciona Bk.*

(4) nunc in venerabilibus, *el cód. Hamb.*

(5) *El cód. Hamb.*; ptochia, *Trid.*; ptocotrophiis. *Par.*; ptochotrophiis, *Cont.*

scilicet circa alias personas et causas virtute, quam semper tricennalis sibi praescriptio vindicabat, quoniam hanc decem annorum adiectionem solis, ut dictum est, religiosis locis eorumque iuri vel contractibus indulgemus, ut sopitae hoc temporis spatio tam personales quam hypothecariae actiones in perpetuum conquiescant; nihil penitus aliis exceptionibus derogantes, sed tam in aliis quam triennio (1) vim roburque tenentibus. In illis namque, ut dictum est, tantum (2) negotiis religiosos contractus memorato quadraginta annorum privilegio volumus perfrui, in quibus eis centum annorum praerogativam constitutio nostra contulerat. Si quas plane causas ante hanc nostram constitutionem ab ecclesiis ceterisque sacris locis ubicunque commotas iudicialis sententia aut transactionum conventio terminavit, nolumus refricari, sed in reliquum illis hanc obiici sanctionem, quas antehac sopitas octo lustrorum silentio moveri hactenus aut motas terminari non contigit.

peregrinos, y también á los hospitales de huérfanos, y á las casas de expósitos, y á los hospicios de pobres, quedando empero respecto á otras personas y causas á salvo la eficacia que para sí reclamaba siempre la prescripción de treinta años, porque, como se ha dicho, concedemos este aumento de diez años solamente á los lugares religiosos y á sus derechos ó contratos, para que, paralizadas este espacio de tiempo tanto las acciones personales como las hipotecarias, enmudezcan perpétuamente; no derogando absolutamente nada en las otras excepciones, sino teniendo su fuerza y vigor tanto las otras como la de tres años. Pues queremos que, según se ha dicho, los contratos religiosos disfruten del mencionado privilegio de cuarenta años solamente en aquellos negocios en que nuestra constitución les había conferido la prerogativa de los cien años. Mas si sentencia judicial ó convenio de transacciones puso término á algunos litigios en cualquiera parte promovidos antes de esta constitución nuestra por las iglesias y por los demás sacros lugares, no queremos que sean renovados, sino que en lo sucesivo se oponga esta ley á los que paralizados antes de ahora por un silencio de ocho lustros se promuevan ahora, ó no acontezca que habiendo sido promovidos se terminaron.

Epilogus

Illustris igitur et magnifica auctoritas tua, quae per hanc generalem legem nostra statuit aeternitas, edictis propositis ad omnium notitiam faciat pervenire.

Dat. Kal. Iun., Constant. imp. DN. Iustiniani perp. Aug: anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

Epílogo

Por tanto, haga llegar tu ilustre y magnífica autoridad á conocimiento de todos, publicando edictos, lo que por medio de esta ley general ha establecido nuestra eternidad.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Junio, en el año décimo quinto del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [541.]

CONST. CVIII (3)

DE LITIGIOSIS, ET DE DECIMA PARTE LITIS AB ACTORE CAUTELA PRAESTANDA

(Coll. VIII. tit. 8.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Theodoto, *Orientalium Praetoriorum Praefecto.*

CONSTITUCION CVIII

DE LAS COSAS LITIGIOSAS; Y DE LA CAUCIÓN QUE POR EL ACTOR SE HA DE PRESTAR DE LA DÉCIMA PARTE DEL LITIGIO

(Colección VIII. título 8.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Teodoto, *Prefecto de los Pretorios de Oriente.*

Praefatio

Multa quidem de litigiosis tam antiqua legislatorum prudentia, quam imperialis dispositio promulgavit, sed in praesenti quidam (4) iudices a nostra clementia petierunt, ut dubietatem discernamus, quae adhuc pro huiusmodi causis in iudiciis commovetur, et leges, nec non constitutiones super his positas apertius explanemus, ut iam manifestissimum sit, quas res vocari litigiosas oporteat.

Prefacio

Así la antigua sabiduría de los legisladores, como las disposiciones imperiales, promulgaron ciertamente muchas resoluciones sobre las cosas litigiosas, pero al presente algunos jueces pidieron á nuestra clemencia, que decidiéramos la duda que todavía se agita por tales causas en los juicios, y que explanemos con más claridad las leyes, y también las constituciones sobre esto establecidas, á fin de que sea ya evidentísimo qué cosas deban ser llamadas litigiosas.

Cap. I

Ideoque sancimus, litigiosam dici et intelligi rem mobilem vel (5) immobilem seseque moventem, de cuius dominio causa inter petitorem et possiden-

Capítulo I

Y por esto mandamos, que se diga y se entienda que es litigiosa una cosa mueble ó inmueble y se moviente, sobre cuyo dominio se promueve entr

(1) sed tam annali et triennali praescriptione quam aliis, enmienda *Fabrot.*

(2) *El códice Hamb., y Trid.*; tantum, *omitenla Port., y Cont.*

(3) *El texto griego (Novela CXII.) se halla en Hal. y Scrimg.* — *Athan. V. 2.* — *Casi toda la Novela está en varios lugares de las Bas.* — *Julian. Const. 105.* — *Es muy verosímil que, según dice Biener, sea también este el texto latino propio de la Novela, no de su traducción, por haber sido promulgada en griego y en latín.* — *Esta Novela es de las glosadas*

(4) *Trid.*, quidem, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *Port., y Cont.*

tem movetur aut per iudiciariam conventionem, aut per preces principi oblatas et insinuatas iudici, ac per eum adversario interpellatoris cognitas. In his enim casibus etiam praeteritam constitutionem mansuetudinis nostrae posthac volumus obtinere, in qua scientes et ignorantes emtores discrevimus. Et hoc adiiciendum esse perspeximus, ut, si lite de re litigiosa pendente pulsatum contigerit ab hac luce recedere, heredes autem eius velle divisionem rerum facere, sine ullo (1) obstaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigiosae per successionem ad heredes perveniunt, non debet alienatio intelligi earum inter coheredes divisio. Et hoc autem praesente nostra lege decernimus, ut, si contigerit unum pro tali causa litigantem ab humano consortio recedentem, per ultimam voluntatem res aliquas, de quibus dominii dubitatio vertitur, legati nomine cuicunque relinquere, si quidem heres iudiciali sententia dominus earum fuerit demonstratus, tunc legatarius quod ei relictum est modis omnibus consequatur. Si vero heres in iudicio victus exstiterit, non habeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato heredem exigere, quoniam sciens testator, rem litigiosam esse, litis eventum legatario dereliquit. Unde damus licentiam legatario, si hoc prodesse sibi putaverit, litis participem fieri, ut ne aliquam forte negligentiam seu proditionem heredi possit obiicere. Ab hoc autem litigiosi vocabulo hypothecas separari decernimus, et in his hanc distinctionem tenere, ut, si quidem speciales res mobiles vel immobiles aut se moventes nominatim fuerint hypothecae suppositae, liceat quidem debitori eas cui et quando voluerit vendere, sic tamen, ut ex pretio earum usque ad debiti quantitatem satisfaciat creditori. Si autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem venditam suppositam habet, eandem rem vindicare, donec ei satis pro debito fiat. Hoc autem praecipimus observari, si non forte ante aut per generalem aut per specialem nominatim hypothecam eadem res aliis fuerit creditoribus obligata; tunc enim secundum sacrarum nostrarum legum tenorem temporum privilegia unicuique creditorum servari decernimus. Ex quo iam claret, quod generales hypothecas multo magis litigiosi vocabulo nolumus contineri, sed earum actiones secundum veterum legum constituta examinari, et inde (2) vim praecipimus obtinere. Et haec quidem de litigiosis, et speciali nec non et (3) generali hypotheca disposuimus, ut iam nulla de his in iudiciis dubitatio generetur, sed secundum distinctionem huiusmodi certamina terminentur.

el demandante y el poseedor cuestión, ó por medio de citación judicial, ó por súplicas elevadas al príncipe é insinuadas al juez, y por medio de éste dadas á conocer al adversario del recurrente. Porque en estos casos queremos que en lo sucesivo tenga fuerza también la pasada constitución de nuestra mansedumbre, en la que distinguimos los compradores que lo sabían y los que lo ignoraban. Y hemos considerado que se debía añadir esto, que, si pendiente el pleito sobre una cosa litigiosa, aconteciere que el demandado se fuera de este mundo, pero sus herederos quisieran hacer la división de los bienes, les sea lícito hacer esto sin ningún obstáculo. Porque cuando los bienes litigiosos pasan por sucesión á los herederos, su división entre los coherederos nó debe ser entendida como enajenación. Mas también decretamos esto en nuestra presente ley, que, si aconteciere que uno solo de los litigantes por tal causa, al dejar este mundo, dejara á alguien por última voluntad á título de legado algunas cosas, sobre las que hay cuestión respecto al dominio, si verdaderamente el heredero hubiere sido declarado dueño de ellas por sentencia judicial, en este caso consiga de todos el legatario lo que se le dejó. Pero si en el juicio hubiere quedado vencido el heredero, no tenga el legatario licencia para exigirle al heredero otra cosa por el mismo legado, porque sabiendo el testador que la cosa era litigiosa, le dejó al legatario la eventualidad del litigio. Por lo cual, le damos licencia al legatario, si juzgare que esto le era provechoso, para hacerse partícipe del litigio, á fin de que no se le pueda oponer al heredero alguna negligencia ó traición. Mas decretamos que de esta denominación de cosa litigiosa estén excluídas las hipotecas, y que respecto á ellas tenga lugar esta distinción, que, si verdaderamente hubieren sido sujetadas determinadamente á hipoteca cosas especiales, muebles ó inmuebles, ó semovientes, le sea á la verdad lícito al deudor venderlas á quién y cuando quisiere, pero de suerte que con el precio de ellas le satisfaga al acreedor hasta la cuantía de la deuda. Mas si el deudor no hubiere hecho esto, le damos licencia al acreedor, que tiene obligada la cosa vendida, para reivindicar la misma cosa, hasta que se le satisfaga la deuda. Pero mandamos que se observe esto, si acaso la misma cosa no hubiere sido obligada antes á otros acreedores, ó por hipoteca general, ó determinadamente por una especial; porque en este caso mandamos que á tenor de nuestras sacras leyes se le guarden á cada uno de los acreedores los privilegios de las fechas. Por lo cual aparece ya claro que con mucha más razón no queremos que con la denominación de cosa litigiosa se comprendan las hipotecas generales, sino que mandamos que las acciones de estas sean examinadas según lo establecido por las antiguas leyes, y que de aquí obtengan su fuerza. Y esto ciertamente hemos dispuesto en cuanto á las cosas litigiosas y á la hipoteca especial y también respecto á la general, á fin de que ya no surja sobre esto ninguna duda en los juicios, sino que con arreglo á esta distinción se terminen las contiendas.

Cap. II

Ad excludendas autem calumniose moventium intentiones et exsecutorum fraudes et (4) aliud invenit providentia nostra remedium. Sancimus

Capítulo II

Mas nuestra previsión ha hallado también otro remedio para evitar las demandas de los que calumniosamente las promueven y los fraudes de los

(1) *El cód. Hamb.*; aliquo, *las ed.*
(2) Inde, *omitenla el cód. Hamb., y Trid. Acaso se debería escribir* et suam vim.
(3) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*

enim, omnes iudices, si quando aliquos teneri vel admoneri (1) voluerint, hanc conditionem in suis interlocutionibus adiicere, ut non aliter conventionales libelli pulsatis porrigantur, aut sportulae exsecutoribus dentur, nisi prius et in libello actor per se aut per tabularios subscripserit, et actis intervenientibus fideiussorem idoneum periculo competentis officii praestiterit, confitentem, quod et (2) usque ad finem litis permaneat, et suas intentiones aut per se, aut per legitimum procuratorem exerceat, et si postea fuerit approbatus iniuste litem movisse, sumtuum et expensarum nomine decimam partem eius quantitatis, quae in libello continetur, pulsato restituat. Si autem dixerit, non valere fideiussorem dare, tunc apud iudicem, a quo causa examinanda est, sanctis propositis evangeliis per sacramentum hoc ipsum affirmet, et sic iuratoriam cautionem exponat, et per eam haec, quae superius dicta sunt, profiteatur.

§ 1.—Si vero non haec omnia, quae praediximus, secundum ante latum modum processerint, nullatenus pulsatum responsum facere exsecutori concedimus. Nam si citra memoratam dispositionem aut aliquis iudicum, aut officium eius, vel quilibet exsecutor (3) aliquem convenire praesumserit, iudex quidem et officium eius denarum librarum auri poenam sustinebit, ipse autem exsecutor negotii et confiscationem suae substantiae patietur, et exsillo quinquennali damnabitur, poena videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis rerum privatarum exigenda, et nostri fisci viribus (4) inferenda. Omne autem dispendium, quod pulsatus ex hac conventione praeter tenorem nostrae legis factum perpessus fuerit, ex petitoris substantia pulsato resarciatur periculo iudicis, cuius ab exsecutore detentus est, nec non et officii, quod eius iussionibus obsecundat, ut undique nostro imperio superna maiestate ac divinitate crediti pro sua indemnitate laetentur. Causas vero, quae ex consensu utriusque partis in iudicio moventur, a poena huius constitutionis liberas esse decernimus, et sicut aliis nostris continetur constitutionibus terminari.

Cap. III

Omnem (5) vero causarum finem volentes celeriter pervenire (6), et (7) illorum malignitatibus obviamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem usque ad finem exercere iudicium, dicentes, legem esse, quae decernit, neminem compelli actiones suas exercere nolentem (8). Et hanc igitur pravitatem exstinguere festinantes iubemus, memoratae legis auxilio non eos uti, qui contra aliquem suas proposuerint actiones sive per iudiciariam conventionem, sive per preces principi oblatas et iudici insinuatas, et per eum ad scientiam adversarii deductas, vel sub legitimo (9) iudicis coeptas examine. Iniuste enim agere recusat,

ejecutores. Porque mandamos que todos los jueces, si alguna vez quisieren que algunos sean habidos ó citados, añadan esta condición en sus interlocutorias, que no se les entreguen los escritos de la citación á los demandados, ó no se les den las espórtulas á los ejecutores, de otra suerte, sino si antes el actor hubiere subscrito también en el libelo por sí ó por medio de tabularios, y mediante actas hubiere dado á riesgo del competente oficio fiador abonado, que confiese que permanecerá hasta el fin del litigio, y sostendrá su demanda ó por sí, ó por medio de legítimo procurador, y que si después se hubiere probado que injustamente promovió el litigio, restituirá al demandado á título de gastos y de expensas la décima parte de la cantidad, que se comprende en la demanda. Mas si hubiere dicho que no podía dar fiador, en este caso teniendo á la vista los santos evangelios afirme esto mismo con juramento ante el juez por quien se haya de examinar el litigio, y preste así caución juratoria, y mediante esta prometa lo que antes se ha dicho.

§ 1.—Mas si no hubiere tenido lugar en la forma antes expresada todo esto que hemos dicho, concedemos que de ningún modo dé el demandado contestación al ejecutor. Porque si contra la mencionada disposición se hubiere atrevido alguno de los jueces, ó sus oficiales, ó algún ejecutor á citar á alguien, el juez y sus oficiales sufrirán ciertamente la pena de diez libras de oro, pero el mismo ejecutor del negocio soportará también la confiscación de sus propios bienes, y será condenado á cinco años de destierro, competiendo, por supuesto, la pena en virtud de esta ley, debiendo ser exigida á riesgo del muy magnífico varón que á la sazón sea conde de los bienes privados, y habiendo de ser aplicada á los fondos de nuestro fisco. Mas todo dispendio que el demandado hubiere sufrido, causado en virtud de esta citación contra el tenor de nuestra ley, será resarcido al demandado con bienes del demandante bajo la responsabilidad del juez por cuyo ejecutor fué detenido, y también bajo la de sus oficiales, que están á sus órdenes, á fin de que en todas partes se regocijen de su indemnidad los que han sido encomendados á nuestro imperio por la majestad y la divinidad de lo alto. Pero mandamos que estén libres de la pena de esta constitución, y que se terminen como se contiene en otras constituciones nuestras, los pleitos que por consentimiento de ambas partes se ventilen en juicio.

Capítulo III

Pero queriendo que llegue rápidamente el término de todos los litigios, nos oponemos á la malignidad de los que solamente promueven sus acciones pero no quieren proseguir el juicio hasta el fin, diciendo que hay una ley que dispone que ninguno sea compelido á ejercitar, no queriéndolo, sus acciones. Y por lo tanto, apresurándonos á extinguir esta maldad, mandamos que no se aprovechen del beneficio de la mencionada ley los que contra alguien hubieren promovido sus acciones ya por medio de citación judicial, ya mediante súplicas elevadas al príncipe é insinuadas al juez, y puestas por éste en conocimiento del adversario, ó comenzadas

(1) *El cód. Hamb. (?), Trid., y Cont. al márgen;* amoveri, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.;* et, *omítenla las ed.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.;* negotii, *adicionan Port., y Cont.*
(4) *Bk.;* luribus, *el cód. Hamb. (?), y las ed.*
(5) omnium, *Bk.*
(6) provenire. *Bk. ed. estereotipada.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.;* et, *omítenla Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* neminem actiones suas exercere nolentem compelli. *Port., y Cont.*
(9) *El cód. Hamb.;* legitimi, *las ed.*

qui paratus adversarium suum ad iudicium vocavit, quum excusatio haec pulsato magis, quam actori conveniat. Quamobrem sancimus, actorem coeptum negotium usque ad finem litis exercere. Si vero causam persequi (1) distulerit, damus pulsato licentiam iudicem, apud quem lis coepta est, postulandi, ut ab eodem iudice (2) actor ad iudicium aut per se, aut per legitimum procuratorem venire moneatur, et si hoc minime fecerit, propositis tribus vocetur edictis, unaquaque cautione non minus, quam triginta dierum spatio concludenda. Iubemus enim, ordinarios iudices non solum praeconum vocibus, sed etiam edictis propositis quamcunque litigatorum partem absentem in iudicium vocare. Vocem enim praeconum pauci possunt, qui praesentes inveniuntur, audire, edicta vero per multos dies sic posita (3) possunt paene omnes agnoscere. Aliis autem omnibus iudicibus, qui per imperialem iussionem causas examinant, ex praesente lege permittimus partes, quae in iudicio non permanent, propositis edictis vocare, ne causae infinitae permaneant.

§ 1.—Si vero apud iudicem initium lis non accepit (4), sed tantum conventionali libello quicunque pulsatus est, aut precibus nostrae oblatis clementiae, iussio nostra super hoc prolata sive scriptis, sive per mandata iudici fuerit intimata, et ea adversario per eum cognita, etiam sic licebit pulsato ire ad competentem iudicem, et per eum suum adversarium simili modo vocare, ut, si quidem sui praesentiam actor fecerit, causa secundum legum ordinem examinata finem legitimum sortiatur.

§ 2.—Si vero propositis edictis vocatus ad iudicium venire, et suas intentiones aut per se aut per legitimum (sicut dictum est) procuratorem proponere noluerit, tunc (5) aliud unius anni spatium ei concedimus, intra quod, nisi suam intentionem fuerit persecutus (6), damus licentiam iudici et absente adversario partis permanentis allegationes secundum nostras leges examinare, et veritate subtilius requisita, legitimam proferre sententiam. Si vero intra praedictum anni spatium venerit, et suas intentiones exercere voluerit, iubemus, iudicem modis omnibus expensas vel sumtus, quos propter litem pulsatus permanens in iudicio sustinuerit, ante omnia exigere actorem, et pulsato dare, et sic actorem permanere, donec causa finem secundum leges accipiat. Nam si tantummodo venerit, et expensis sive sumtibus datis solum annale tempus interrumpere voluerit, et iterum a iudicio recedens usque ad exitum causae non permanserit, iubemus, eum post praedictas edictorum et annalis spatii observationes ab omni cadere actione, quam sibi competere contra pulsatum existimabat. Deterior namque dolus eius agnoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quam qui semel coeptam (7) dereliquit. Legis autem privilegio, quae nolentibus non imponit necessitatem proprias actiones movere, illis tantummodo uti concedimus,

á examinar en forma legítima por el juez. Porque rehusa injustamente ejercitar la acción el que estando preparado llamó á juicio á su adversario, pues esta excusa le convendría más bien al demandado que al actor. Por lo cual, mandamos, que el actor prosiga hasta el fin del litigio el negocio comenzado. Pero si hubiere diferido proseguir el juicio, le damos licencia al demandado para pedirle al juez, ante el cual se comenzó el litigio, que por el mismo juez sea requerido el actor para que comparezca en el juicio ó por sí, ó por medio de procurador legítimo, y que si de ninguna manera lo hubiere hecho, sea llamado publicándose tres edictos, debiéndose limitar cada llamamiento á un espacio no menor de treinta días. Porque mandamos que los jueces ordinarios llamen á juicio á cualquiera de las partes litigantes que esté ausente, no solamente de viva voz de los pregoneros, sino también exponiendo edictos. Pues pueden oir la voz de los pregoneros los pocos que se hallan presentes, pero casi todos pueden conocer los edictos estando así expuestos muchos días. Mas á todos los demás jueces, que por mandato imperial examinan litigios, les permitimos por la presente ley que llamen, exponiendo edictos, á las partes que no permanecen en juicio, para que los pleitos no sean interminables.

§ 1.—Pero si el litigio no comenzó ante el juez, sino que uno fué demandado solamente por libelo de citación, ó por súplicas elevadas á nuestra clemencia, y sobre esto le hubiere sido intimada al juez una orden nuestra dada ó por escrito, ó por medio de mandatos, y por aquél hubiere sido ella dada á conocer al adversario, también así le será lícito al demandado presentarse al juez competente, y por medio de él llamar de igual modo á su adversario, para que, si ciertamente el actor hubiere hecho acto de presencia, el litigio, examinado según el orden de las leyes, alcance su legítimo término.

§ 2.—Pero si el llamado por edictos expuestos para que comparezca en el juicio no hubiere querido ejercitar sus acciones ó por sí, ó por medio de procurador legítimo, (según se ha dicho), en este caso le concedemos otro espacio de un solo año, y si dentro de él no hubiere proseguido ejercitando su acción, le damos licencia al juez para examinar con arreglo á nuestras leyes, aun estando ausente el adversario, las alegaciones de la parte que permanece presente, é, investigada escrupulosamente la verdad, proferir legítima sentencia. Mas si hubiere comparecido dentro del susodicho espacio de un año, y hubiere querido ejercitar sus acciones, mandamos que el juez le exija de todos modos ante todo al actor las expensas ó los gastos que por causa del litigio hubiere sufragado el demandado que permaneció en el juicio, y se los entregue al demandado, y que así continúe siendo actor, hasta que el litigio reciba término con arreglo á las leyes. Porque si solamente hubiere comparecido, y, habiendo pagado las expensas ó los gastos, hubiere querido solamente interrumpir el término del año, y retirándose otra vez del juicio no permaneciere hasta el término del litigio, mandamos que después de las susodichas formalidades de los edictos y del espacio del año decaiga de toda acción, que estimaba que le competía contra el demandado. Por-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* prosequi, *en lugar de* persequi, *Port., y Cont.*
(2) iudice, *parece que se debería suprimir, y en el códice Hamb. se halla colocada después de* iudicium.
(3) opposita, *el cód. Hamb. Quizá sería más acertado leer* proposita.
(4) *El cód. Hamb.;* acceperit, *en lugar de* accepit, *se halla en las ed.*
(5) *El cód. Hamb.;* et, *adicionan las ed.*
(6) *El cód. Hamb.;* prosecutus, *las ed.*
(7) *El cód. Hamb.;* acceptam, *en lugar de* coeptam, *se lee en las ed.*

qui nullam secundum praedictos modos adversario moverint quaestionem.

Epilogus

Haec autem omnia obtinere decernimus in causis, quae necdum vel iudiciali sententia, vel amicabili conventione, vel alia iuri cognita decisione finitae sunt, Theodote, parens carissime atque amantissime. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua praesentem nostri numinis legem in perpetuo valituram edictis in hac regia urbe propositis, et praeceptionibus in universis provinciis sub tua constitutis iurisdictione directis faciat manifestam, ut omnes ea, quae pro utilitate eorum sancimus, a se custodienda cognoscant.

Dat. IV. Idus Septemb. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

CONST. CXI (1)

IN MEDIO LITIS NON FIERI SACRAS FORMAS AUT SACRAS IUSSIONES, SED SECUNDUM ANTIQUAS LEGES GENERALES LITES DECIDI

(Coll. VIII. tit. II.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Theodoto, *sacrorum Praetoriorum Praefecto.*

Praefatio

Omnia secundum nostras leges agi volentes, et harum virtutem servari studentes, perspeximus praesentem scribere legem ad ipsarum legum observationem. Agnovimus enim, quoniam quidam iudicum, volentes, eis qui causas dicunt, tergiversari, et celare suas festinantes dilationes, excusant se frequenter, dicentes, quod sacrae formae, aut sacrae iussiones aut dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum insinuatae eis sunt, tanquam disponentes, quemadmodum oporteat negotia (2) examinari aut iudicari.

Cap. I

Et propterea sancimus, ut, dum lis examinatur sive in pecuniariis, vel criminalibus (3), aut aliis quibuscunque emergentibus causis apud iudices, sive hic, sive in provinciis, neque pragmaticum typum, neque aliam praescriptionem, neque sacram nostram quamlibet ex scripto aut ex (4) non scripto iussionem aut dispositionem in hac regia civitate spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, disponentem eos quomodo decet inchoatum examinare aut iudicare negotium, insinuare iudicantibus, aut insinuatam valere, sed seque se entiende que es peor el dolo del que abandonó un litigio otra vez interrumpido, que el del que lo dejó una vez comenzado. Mas del privilegio de la ley, que á los que no quieren no les impone la necesidad de ejercitar sus propias acciones, concedemos que usen solamente los que no le hubieren promovido á su adversario ninguna cuestión en alguno de los susodichos modos.

Epilogo

Pero mandamos, Teodoto, carísimo y amantísimo padre, que todo esto se observe en los litigios que todavía no hayan terminado por sentencia judicial, ó por amistoso convenio, ó por otra decisión reconocida por el derecho. Y así, haga manifiesta tu ilustre y magnífica autoridad la presente ley de nuestro númen, perpétuamente valedera, exponiendo edictos en esta real ciudad, y enviando órdenes á todas las provincias constituídas bajo tu jurisdicción, á fin de que todos conozcan que por ellos se ha de guardar lo que para utilidad de ellos hemos sancionado.

Dada en Constantinopla á 4 de los Idus de Septiembre, en el año décimo quinto del Imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [541.]

CONSTITUCION CXI

DE QUE, EN MEDIO DE UN LITIGIO NO SE DEN SACRAS DISPOSICIONES Ó SACRAS ÓRDENES, SINO QUE LOS LITIGIOS SEAN DECIDIDOS CON ARREGLO Á LAS ANTIGUAS LEYES GENERALES

(Colección VIII. título II.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Teodoto, *Prefecto de los sacros Pretorios.*

Prefacio

Queriendo que todo se haga con arreglo á nuestras leyes, y cuidando de que se conserve el vigor de ellas, nos ha parecido escribir la presente ley para la observancia de las mismas leyes. Porque hemos sabido que algunos de los jueces, queriendo causar rodeos á los que defienden sus causas, y procurando ocultar sus propias dilaciones, se excusan frecuentemente diciendo que les han sido insinuadas sacras resoluciones ó sacras órdenes ó disposiciones de nuestros espectables referendarios, como si dispusieran de qué manera deban ser examinados ó juzgados los negocios.

Capítulo I

Y por lo tanto, mandamos, que mientras se examina un litigio en negocios ya pecuniarios, ya criminales, ó en otros cualesquiera que surgen ante los jueces, ó aquí, ó en las provincias, no se insinúe á jueces, ó insinuada tenga validez, ninguna pragmática resolución, ni otra prescripción, ni alguna sacra orden nuestra ó disposición, escrita ó no escrita, de nuestros espectables referendarios, ó de otro cualquiera, en esta real ciudad, que disponga de qué modo deben ellos examinar ó juzgar un litigio incoado, sino que los litigios sean exami-

(1) *El texto griego (Novela CXIII.) se halla en Hal. y Scrimg. — Athan. IV. 16. — Excepto el proemio y el epílogo, toda la Novela se halla en las Bas. II. 6. 23-26.—Iulian. Const. 106.—La versión latina es la antigua glosada.*

(2) *El cód. Hamb.*; negotium, *las ed.*

(3) *El cód. Hamb.*; sive in criminalibus, *en lugar de* vel criminalibus, *las ed.*

(4) *El cód. Hamb.*; ex, *omitenla las ed.*

cundum generales nostras leges causas examinari et decidi. Quod enim in legum positum est potestate, non egebit aliqua extrinsecus dispositione. Si quod enim ad nos negotium veniat (1) apud iudicem iam dictum, aut antequam hoc principium sumat, et (2) perspeximus nos hoc per proprium nostrum iudicium disponere et dicere, hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim a nobis per sacrum, sicuti dictum est, iudicium disposita aut decisa non egebunt aliorum examinatione aut iudicio, aut retractatione aliqua, sic (3) nos, quibus deus sanciendi potestatem donavit, si aliquod iudicium in quolibet negotio protulerimus, non alii iudici hoc committimus sive per formas, sive per dispositiones spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, quomodo convenit hoc negotium examinari aut iudicari, utpote a nobis semel iudicatum (4), quod retractari a nullo valeat. His videlicet tenentibus, quando scripta talis aliqua nostra procedit sententia. Si vero aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege, nunciet ad nostram potestatem, et a nobis exspectet causae scriptam declarationem aut interpretationem, et secundum eam decidat litem.

§ 1.—Si vero dum causa dicitur pragmatica nostra forma, aut dispositio spectabilium nostrorum referendariorum aut alterius cuiuslibet, aut aliud aliquid horum, quae dicta sunt, omnium iudicantibus insinuetur, ordinans eius (5) examinationem aut sententiam, iubemus, iudicem quidem omnino non respicere, sed his vacantibus, et nullam penitus habentibus virtutem, secundum generales nostras leges causam examinare et legitimo fini contradere; si autem hoc non custodierit iudex, decem librarum auri eum subiacere poenae, ut etiam aliam nostram maiorem indignationem experiatur, eidem poenae subiecto et eo, qui praesumet talem aliquam dictare formam, et ministrantibus ei, et talem aliquam dispositionem facientibus spectabilibus nostris referendariis. Et haec dicimus, sive ex sacra nostra sanctione iudicare quispiam deputatus est, sive ex praecepto iudiciali, sive secundum arbitrium (6) aut compromissariorum schema quaestionem audit, sive scripto, sive sine litteris. Sed vel si quis iudicum propriam despiciens salutem ex aliquo tali praesumserit sententiam proferre, hanc ita infirmam esse volumus, ut neque appellatione indigeat, neque ex compromissis (7) inferatur poena. Nos enim omnes iudices secundum generales nostras leges examinationes et sententias fieri (8) volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque iudicialis quaelibet valebit iussio, extra quod ordinatum est hac nostra lege.

nados y decididos según nuestras leyes generales. Porque lo que está puesto bajo la autoridad de las leyes no necesitará de ninguna disposición extraña. Pues si á nosotros viniera un negocio ya ventilado ante un juez, ó antes que él hubiera comenzado, y determinaremos resolverlo y decidirlo por nuestro propio juicio, de ninguna manera necesitará del juicio de otro juez. Pues así como lo dispuesto ó decidido por nosotros por medio, según se ha dicho, de un sacro juicio no necesitará del examen ó del juicio de otros, ó de retractación alguna, así nosotros, á quien Dios ha dado la potestad de sancionar, si en un negocio cualquiera hubiéremos proferido algún juicio, no le encomendamos á otro juez ó por medio de determinaciones, ó de disposiciones de nuestros espectables referendarios ó de otro cualquiera, la manera como conviene que este negocio sea examinado ó juzgado, pues lo que una vez ha sido juzgado por nosotros no puede ser reformado por nadie. Teniendo, á la verdad, validez esto, cuando haya emanado, escrita, alguna tal sentencia nuestra. Pero si á un juez se le ocurriera alguna duda sobre alguna ley, póngala en conocimiento de nuestra potestad, y espere de nosotros la aclaración ó interpretación escrita del caso, y decida con arreglo á ella el litigio.

§ 1.—Pero si mientras se ventila un negocio se les insinuara á los jueces una pragmática determinación nuestra, ó disposición de nuestros espectables referendarios ó de otro cualquiera, ó alguna otra cosa de todas las que se han dicho, que ordene el examen ó la sentencia de aquél, mandamos que ciertamente no la atienda en modo alguno el juez, sino que quedando sin aplicación tales cosas, y no teniendo absolutamente ninguna eficacia, examine el negocio y lo lleve á legítimo término con arreglo á nuestras leyes generales; pero que si el juez no hubiere observado esto, quede él sujeto á la pena de diez libras de oro, de suerte que también experimente otra mayor indignación nuestra, quedando sometido á la misma pena también el que se atreviere á dictar alguna tal determinación, y sus servidores, y nuestros espectables referendarios que hicieren alguna disposición semejante. Y decimos esto, ya si alguno fué designado para juzgar ó por sacra disposición nuestra, ó por mandato judicial, ya si conoce de la cuestión en forma de árbitro ó de compromisario, ora por escrito, ora sin escrito. Mas aun si alguno de los jueces, despreciando su propia seguridad, se hubiere atrevido á proferir sentencia en virtud de alguna tal cosa, queremos que esta sea de tal modo nula, que ni necesite apelación, ni en virtud de los compromisos se imponga pena. Porque queremos que todos los jueces hagan sus exámenes y sus sentencias con arreglo á nuestras leyes generales. Y también será indudable que no tendrá validez ningún mandato judicial contra lo que ha sido ordenado en esta ley nuestra.

Cap. II

Super hoc autem et illud iudices nosse opus est, quia competens est eos et quae adhuc et nunc moventur quaestiones secundum generales determinare leges, vel si quispiam praecessit impetrans sanctionem, disponentem iudicantis examinationem aut sententiam. Ei enim, qui tale aliquid impetravit iam, sententiamque definitivam nondum

Capítulo II

Mas además de esto es necesario que también los jueces sepan que es lo procedente que ellos resuelvan con arreglo á nuestras leyes generales las cuestiones que hasta ahora se han promovido, aunque alguno haya impetrado antes una orden que disponga el examen ó la sentencia del juez. Porque queremos que al que ya impetró alguna tal cosa, pero no

(1) *Bk.*; veulat. *omitenla el cód. Hamb., y las ed.*
(2) *Bk.*; et, *omitenla el cód. Hamb., y las ed.*
(3) aliqua, nobis, *el cód. Hamb.*; aliqua, sed nos, *Trid.*
(4) *El cód. Hamb.*; utpote quia—iudicatum est, *las ed.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; ordinans in his, *Port., y Cont.*
(6) *Acaso se debería leer* arbitrorum.
(7) *El cód. Hamb.*; compromisso, *las ed.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; ferre, *Port., y Cont.*

promeruit, nihil ex his, quae impetravit, prodesse volumus. Si enim semel praevenit (1) sententia definitiva data, nequaquam hanc ex nostra hac perscrutari lege iubemus, licet appellatio subsecuta sit, aut retractationis est aliqua spes (2) contra sententiam. Eam autem, quae non disponit quidem iudicantem aut iudicare futurum, iussionem (3) quomodo oporteat quaestionem fieri, aut iudicium inferri, causam vero fini studiose tradi legitimo vult, aut actorum imponit (4) editionem, aut iudicem coget legitimam proferre sententiam, aut simul alium iudicem secundum nostras praestat (5) leges, et fieri et valere et scripto et sine scriptura non prohibemus.

obtuvo todavía sentencia definitiva, no le aproveche nada de lo que impetró. Pues una vez que se haya proferido sentencia definitiva, mandamos que de ninguna manera sea revisada en virtud de esta ley nuestra, aunque se haya interpuesto apelación, ó haya contra la sentencia alguna esperanza de revocación. Mas no prohibimos que se expida por escrito ó sin escrito, y tenga validez, orden que no disponga ciertamente de qué modo deba el juez ó el que haya de juzgar examinar la cuestión, ó proferir su sentencia, sino que quiere que el litigio sea diligentemente llevado á legítimo término, ó impone la exhibición de actuaciones, ó apremia al juez para que profiera legítima sentencia, ó da conjuntamente otro juez con arreglo á nuestras leyes.

Cap. III

Ut autem omnes nostri subiecti, et maxime qui litibus atteruntur, nostram pro se noverint providentiam, et nullus hanc nostram sacram (6) circumveniat legem, neque ignorantiam in ea proponat, sancimus, in unoquoque negotio initium apud iudicem accipere ex prooemiis mox, et ante ipsam personarum firmationem inscribi eam, et monumentorum fieri partem. Sic enim gestis praefulgens prohibebit ea, quae praeter eius virtutem tentantur et (7) circa eam, et circa ipsam forsan personarum firmationem, et praevaricari eam nitentibus per multa interminata (8) refrenabit a talibus eos praesumtionibus, et propriis tempus non sinet fieri poenis. Ut enim iniquitatem simul et iniustitiam per omnia expellamus, propterea praesentem posuimus legem, undique eam et per eam alias cautas et incircumveniendas custodientes reipublicae leges, secundum quas et nos ipsi imperium, quod deo dante suscepimus, custodiri, nostramque rempublicam ab his legibus (9) muniri semper optamus.

Capítulo III

Mas para que todos nuestros súbditos, y principalmente los que se ven abrumados con litigios, conozcan nuestra previsión respecto á ellos, y ninguno eluda esta sacra ley nuestra, ni alegue ignorancia de ella, mandamos que en cada negocio, tan pronto como haya comenzado ante el juez, en sus principios, y antes de la misma confirmación de las personas, sea ella transcrita, y forme parte de las actuaciones. Porque así, brillando en las actuaciones, impidirá lo que contra su tenor se intente tanto respecto á ella, como acaso en cuanto á la misma confirmación de las personas, y á los que se empeñen en infringirla los refrenará con sus muchas amenazas en tales conatos, y no dejará que se dé ocasión para sus propias penas. Pues como en todo rechazamos la iniquidad al mismo tiempo que la injusticia, por eso hemos establecido la presente ley, guardándola íntegramente, y, por medio de ella, seguras y sin que puedan ser eludidas las demás leyes de la república, con arreglo á las que deseamos que siempre se conserve el imperio que nosotros mismos recibimos, dándonoslo Dios, y que con estas leyes se fortalezca nuestra república.

Epilogus

Quae agitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo servare quidem studeat, omnibus autem palam faciat, proponens quidem eam in hac felicissima civitate, praeceptis autem solennibus utens ad provinciarum praesides, ut omnes homines sciant et per (10) eam, quam super eos habemus, providentiam.

Dat. X. Kal. Decemb. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XV., Basilio V. C. Cons. [541.]

Epílogo

Por tanto, procure ciertamente tu excelsitud guardar lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra ley, pero hágala manifiesta á todos exponiéndola en esta felicísima ciudad, y valiéndose de los acostumbrados mandatos dirigidos á los presidentes de las provincias, á fin de que todos los hombres sepan también por medio de ella el cuidado que respecto á ellos tenemos.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Diciembre, en el año décimo quinto del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [541.]

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; pervenit, *Port., y Cont.*; provenit, *Bk., ed. estereotipada.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; species, *Port., y Cont.*
(3) futuram lussionem, *el cód. Hamb., y Trid.*: futurum, *Port., y Cont., pero poniendola después de* Eam aut m.
(4) *El cód. Hamb.*; imponi. *Trid.*: imponat. *Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb.*; praestitas, *Trid*; praestitutas, *Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb.*; sacram nostram, *las ed.*
(7) *El cód. Hamb.*: et, *omitenla las ed.*
(8) multam interminatam, *Bk. ed. estereotipada.*
(9) ab aliis *(omitiendo* legibus, *el cód. Hamb.*: ab aliis legibus, *Trid.*; ab his legibus, *Port., y Cont. Parece indudable que se debería suprimir* legibus, *y cambiar* aliis *por* illis ó iis.
(10) *El cód. Hamb., y Trid.*; et per, *omitenlas Port., y Cont.*

NOVELLA CXIV (1)

UT DIVINAE IUSSIONES SUBCRIPTIONEM HABEANT GLORIOSISSIMI QUAESTORIS
(Auth. const. CX. Coll. VIII. tit. 10.)

Imp. IUSTINIANUS *Augustus* THEODOTO, *sacrorum praetoriorum Praefecto.*

Praefatio

Nostrae serenitatis sollicitudo remediis invigilat subiectorum, nec cessamus inquirere, si quid sit in nostra republica corrigendum; ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis praeparemus. Unde ad universorum utilitatem pertinere perspeximus, si sacras etiam iussiones cum competente iubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro sua voluntate profiteri (2).

Cap. I

Nam praesente lege decernimus, nullam divinam iussionem neque per viri magnifici (3) quaestoris adiutores, neque per aliam cuiuslibet militiae aut dignitatis aut officii personam, cuicunque iudici confectam, a quolibet suscipi cognitore, cui magnifici viri quaestoris annotatio subiecta non fuerit, qua contineatur, et inter quos, et ad quem iudicem, vel per quam fuerit directa personam, quatenus omni posthac ambiguitate submota nulla cuilibet excusationis relinquatur occasio; scientibus iudicibus vel administratoribus universis, quod, si in quolibet negotio sacram susceperint iussionem, nisi cui quaestoris viri magnificentissimi fuerit subiecta annotatio, mulcta viginti librarum auri, et officium eorum simili poena (4) plectetur. Quibus iubemus, si qua talis iussio ad eos pervenerit (5), mox ad praedictum virum magnificum quaestorem referre, aut cum illo, qui haec ingerit, destinare, ut in eum vindicta procedat, quam in falsarios iura nostra constituerunt (6), Theodote parens carissime atque amantissime.

Epilogus

Quam legem perpetuo valituram celsitudo tua ad universorum faciat pervenire notitiam.

Dat. Kal. Nov. Constant. imp. DN. IUSTINIANI A. ann. XV., BASILIO V. C. Cons. [541.]

(1) *Esta Novela fué promulgada en latín Tienen un breve resúmen de la misma Scrimg., Hal., y las Bas. II. 6. 27.—Athan. XXII 6.— La Novela figura entre las glosadas.*
(2) confiteri, *el cód. Hamb., y Trid.*
(3) magnificentissimi, *el cód. Hamb., y Trid.*
(4) modo. *el cód. Hamb.*
(5) advenerit, *el cód. Hamb.*
(6) constituunt, *el cód. Hamb.*

NUEVA CONSTITUCION CXIV

DE QUE LAS DIVINAS ÓRDENES TENGAN LA FIRMA DEL GLORIOSÍSIMO CUESTOR
(Constitución auténtica CX. Colección VIII. título 10.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* TEODOTO, *Prefecto de los sacros Pretorios.*

Prefacio

La solicitud de nuestra serenidad vela buscando remedios para los súbditos, y no cesamos de inquirir si hay algo que se haya de corregir en nuestra república; pues acometemos trabajos voluntarios para proporcionarles descanso á los demás. Por lo cual hemos considerado que sería útil para todos, si mandásemos que también las sacras órdenes se expidan con la competente garantía, á fin de que no les sea lícito á algunos aprovecharse de ellas á medida de su propia voluntad.

Capítulo I

Decretamos, pues, en la presente ley, que ninguna divina orden expedida para un juez cualquiera por medio de los ayudantes del magnífico cuestor, ni por medio de otra persona de cualquier milicia, ó dignidad ú oficio, sea aceptada por ningún juzgador, si al pie de ella no se hubiere puesto nota del magnífico cuestor, en la que se contenga entre quiénes, y á qué juez, y por medio de qué persona haya sido dirigida, á fin de que excluída en lo sucesivo toda ambigüedad no se le deje á nadie ocasión alguna para excusa; teniendo entendido todos los jueces ó administradores, que, si en cualquier negocio hubieren admitido una sacra orden, al pie de la que no se hubiere puesto nota del magnífico cuestor, serán castigados con la multa de veinte libras de oro, y con igual pena sus oficiales. Y á ellos les mandamos, carísimo y amantísimo padre, Teodoto, que si alguna tal orden llegare á su poder, le den inmediatamente cuenta al susodicho varón, magnífico cuestor, ó se la envíen con el que la presenta, á fin de que recaiga sobre éste el castigo que contra los falsarios establecieron nuestras leyes.

Epílogo

Cuya ley, perpétuamente valedera, hágala llegar tu excelsitud á conocimiento de todos.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Noviembre, en el año décimo quinto del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [541.]

CONST. CXII (1)

UT QUUM DE APPELLATIONE COGNOSCITUR, SECUNDUM ILLAS LEGES DEBEAT IUDICARI, QUAE TEMPORE DATAE (2) SENTENTIAE OBTINEBANT, NON SECUNDUM EAS, QUAE POSTEA PROMULGATAE SUNT; ET DE ALIIS CAPITULIS

(Coll. VIII. tit. 12.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* THEODOTO, *Orientalium sacrorum Praetoriorum Praefecto.*

Praefatio

Pervenit ad scientiam nostrae serenitatis, quod, quum inter Eustathium, virum reverendissimum Tholonae (3) civitatis episcopum, et Pistum, diaconum ecclesiae Telmissensis (4), fuisset causa commota, processit a rectore provinciae definitiva sententia, contra quam appellatio est porrecta. Iudices igitur, apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes ad nostram clementiam retulerunt, an secundum leges, quae obtinebant, quando processit definitiva sententia, an secundum tenorem illius legis, quae post definitivam sententiam a nobis promulgata est, eandem causam examinare deberent. Nos itaque iustum esse perspeximus secundum leges, quae obtinebant tempore datae (5) sententiae, praedictam appellationis causam examinari, et terminum secundum ipsas accipere. Praevidimus autem et post haec si quandocunque dubitatio talis emerserit, eam simili ordine terminare.

Cap. I

Ideoque sancimus, si quando de aliqua causa processerit definitiva sententia, et provocatio fuerit subsecuta, appellationis examinatores secundum leges, quae tempore definitivae sententiae obtinebant, terminum dare negotio. Hoc eodem videlicet observando et in retractandis amplissimae praetorianae sententiis, et in suggestionibus iudicum, quando utraeque partes omnibus allegationibus suis renunciaverint, et iudices per suas relationes, quid disponi debeat, interrogaverint. In omnibus enim praedictis casibus illas leges a cognitoribus servari decernimus, quae tempore sententiae aut certe relationis obtinebant (6), tametsi contigerit postea legem promulgari novi aliquid disponentem, et tenorem suum ad praeterita quoque negotia referentem.

Cap. II

Sed et hoc praesenti addimus sanctioni. Ut quia (7) inter litigatores aliquando contingit, unam quidem partem suis allegationibus renunciare, aliam vero, scientem se malas causas habere, post cognitionalia certamina et dilationes, quas probationum causa leges concedunt, nolle confiteri, allegationes sibi sufficere, ne cito causae qualitas agnoscatur, iubemus, ut, quando una pars allegationibus

(1) *El texto griego (Novela CXV.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. VII. 7.—Casi toda la Novela se halla en varias partes de las Bas.—Iulian. Const. 107.—La versión latina es glosada.*
(2) *El cód. Hamb.*; latae, *las ed.*
(3) thoone, *el cód. Hamb.*; thelone, *Trid.*

CONSTITUCIÓN CXII

DE QUE CUANDO SE CONOCE DE UNA APELACIÓN DEBE SER JUZGADA CON ARREGLO Á LAS LEYES QUE ESTABAN EN VIGOR AL TIEMPO EN QUE FUÉ PROFERIDA LA SENTENCIA, Y NO CONFORME Á LAS QUE FUERON PROMULGADAS DESPUÉS; Y DE OTROS CAPÍTULOS

(Colección VIII. título 12.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* TEODOTO, *Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente.*

Prefacio

Ha llegado á conocimiento de nuestra serenidad, que entre Eustatio, reverendísimo varón, obispo de la ciudad de Tolona, y Pisto, diácono de la iglesia Telmisense, se promovió un litigio, y se profirió por el gobernador de la provincia sentencia definitiva, contra la que se interpuso apelación. Y los jueces, ante quienes se ventilaba la apelación, consultaron á nuestra clemencia, dudando si deberían examinar el mismo litigio con arreglo á las leyes que estaban en vigor cuando se profirió la sentencia definitiva, ó á tenor de la ley que después de la sentencia definitiva fué promulgada por nosotros. Nosotros, pues, hemos considerado que era justo que el susodicho litigio en apelación fuese examinado con arreglo á las leyes que estaban en vigor al tiempo de darse la sentencia, y que conforme á las mismas fuese terminado. Mas hemos resuelto que también en lo sucesivo, si alguna vez surgiere tal duda, sea decidida de la misma manera.

Capítulo I

Por lo tanto, mandamos, que cuando en algún negocio se hubiere proferido sentencia definitiva, y hubiere seguido apelación, pongan los jueces de la apelación término al negocio con arreglo á las leyes, que estaban en vigor al tiempo de la sentencia definitiva. Debiéndose observar esto mismo así en la revisión de las sentencias de la gloriosísima prefectura pretoriana, como en las representaciones de los jueces, cuando ambas partes hubieren renunciado á todas sus alegaciones, y los jueces hubieren preguntado por medio de sus relaciones qué es lo que se deba disponer. Pues mandamos que en todos los susodichos casos se observen por los juzgadores aquellas leyes que estaban en vigor al tiempo de la sentencia ó ciertamente al de la relación, aunque aconteciere que después se promulga una ley que dispone alguna cosa nueva, y que extiende su alcance también á los negocios pasados.

Capítulo II

Mas también añadimos esto á la presente ley. Pues como entre los litigantes á veces acontece que ciertamente una parte renuncia á sus alegaciones, pero la otra, sabiendo que tiene mala causa, no quiere confesar después de los debates para el conocimiento, y de las dilaciones que las leyes conceden por causa de las pruebas, que le bastan las alegaciones, á fin de que no se conozca pronto la

(4) *Port.*: Thelmissensis, *Cont.*; celmisene, *el cód. Hamb.*; cellulissine, *Trid.*
(5) *El cód. Hamb.*; latae, *las ed.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; obtinebunt, *Port., y Cont.*
(7) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; Quia *(omitiendo* ut*), se lee en Cont.*

renunciaverit, alia vero pars dixerit, se habere aliquid quod proponat, iudex negotii modis omnibus eam partem, quae utitur dilatione, compellat intra triginta dies, postquam altera pars renunciaverit, quidquid velit sine aliqua intermissione proponere. Quod si non fecerit, tunc ad eius malitiam superandam (1) alius unus mensis indulgeatur a iudice. Si vero et sic distulerit, alterius huius mensis ei dilatio praebeatur, ita ut, si usque ad praedictos tres menses, quos litigatoribus prorahentibus concessimus, suas non proposuerit allegationes, tunc cognitor causae (2) non amplius exspectans modis omnibus proferat sententiam legibus consonantem, vel si voluerit referat, ne litigatoribus male certantibus liceat causarum exitum ultra protrahere.

calidad de la causa, mandamos que cuando una sola parte hubiere renunciado á las alegaciones, pero la otra dijere que ella tenia alguna cosa que proponer, compela de todos modos el juez del negocio á la parte, que utiliza la dilación, á que sin demora alguna proponga lo que quiera dentro de los treinta días, después que la otra parte hubiere renunciado. Y si no lo hubiere hecho, concédase entonces por el juez, para que sea vencida su malicia, otro solo mes. Pero si aun así lo hubiere diferido, concédasele la dilacion de otro sólo mes, de suerte que si dentro de los tres susodichos meses, que concedemos á los litigantes morosos, no hubiere expuesto sus alegaciones, entonces no esperando más el juzgador del litigio profiera de todos modos sentencia en consonancia con las leyes, ó si quisiere, consulte, á fin de que á los litigantes que contienden malamente no les sea lícito alargar más el término de los litigios.

Cap. III

Aliud quoque capitulum praesenti legi addendum esse perspeximus. Sancimus igitur, non licere penitus patri vel matri, avo vel aviae, proavo vel proaviae suum filium, vel filiam, vel ceteros liberos praeterire aut exheredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederint (3) legibus debitam portionem, nisi forsan probabuntur ingrati, et ipsas nominatim ingratitudinis causas parentes suo inseruerunt (4) testamento. Sed quia causas, ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diversis legibus dispersas et non aparte declaratas invenimus, quarum aliquae nec dignae nobis ad ingratitudinem visae sunt, aliquae vero, quum essent dignae, praetermissae sunt, ideo necessarium esse perspeximus eas nominatim praesenti lege comprehendere, ut praeter ipsas nulli (5) liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quae huius (6) constitutionis serie continentur. Causas autem iustas ingratitudinis has esse decernimus.

Capitulo III

Otro capítulo hemos considerado que se debia añadir también á la presente ley. Así, pues, mandamos que de ningún modo sea lícito al padre ó á la madre, al abuelo ó á la abuela, al bisabuelo ó á bisabuela, preterir ó desheredar en su testamento á su hijo ó á su hija, ó á los demás descendientes, ni si por medio de una donación cualquiera, ó de un legado, ó de un fideicomiso, ó de otro cualquier modo les hubieren dado la porción debida por las leyes, á no ser acaso que se pruebe que son ingratos, y que los padres hayan insertado en su testamento determinadamente las mismas causas de la ingratitud. Mas como hallamos dispersas en diversas leyes y no claramente expresadas las causas por las que deban ser juzgados ingratos los hijos, algunas de las que tampoco nos parecieron dignas para la ingratitud, y otras, siendo dignas, han sido olvidadas, hemos considerado por ello necesario comprenderlas determinadamente en la presente ley, para que fuera de ellas á nadie le sea lícito oponer por virtud de otra ley causas de ingratitud, sino las que se contienen en la serie de esta constitución. Y decretamos que las causas justas de ingratitud sean estas.

§ 1.—Si quis parentibus suis manus intulerit.

§ 1.—Si alguno hubiere puesto las manos en sus ascendientes.

§ 2.—Si gravem et inhonestam iniuriam eis ingesserit.

§ 2.—Si les hubiere inferido injuria grave y deshonrosa.

§ 3.—Si eos in criminalibus causis accusaverit, quae non sunt adversus principem sive rempublicam.

§ 3.—Si los hubiere acusado en causas criminales, que no son contra el príncipe ó contra la república.

§ 4.—Si cum maleficis ut maleficus versatur (7).

§ 4.—Si como malhechor viviere con malhechores.

§ 5.—Vel vitae parentum suorum per venenum aut alio modo insidiari tentaverit.

§ 5.—O si hubiere intentado atentar á la vida de sus ascendientes con veneno ó de otro modo.

§ 6.—Si novercae suae aut concubinae patris filius sese miscuerit (8).

§ 6.—Si el hijo hubiere tenido comercio ilícito con su madrastra ó con la concubina de su padre.

§ 7.—Si delator contra parentes filius exstiterit, et per suam delationem gravia eos dispendia fecerit sustinere.

§ 7.—Si el hijo hubiere sido delator contra sus ascendientes, y con su delación hubiere hecho que ellos soportaran graves quebrantos.

§ 8.—Si quemlibet de praedictis parentibus inclusum esse conligerit, et liberi, qui possunt ab intestato ad eius successionem venire, petiti ab eo, vel unus ex his in sua eum noluerit fideiussione suscipere vel pro persona, vel debito (9), in quan-

§ 8.—Si aconteciere que alguno de los susodichos ascendientes estaba preso, y rogados por él los descendientes, que pueden ir abintestato á la sucesión del mismo, ó alguno de ellos, no hubieren querido ampararlo con su fianza ó respecto á su persona, ó

(1) *El cód. Hamb.*; convincendam, *las ed.*
(2) causae. *omitela el cód. Hamb.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; dederit, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb*; inseruerint, *las ed.*
(5) nullas. *el cód. Hamb., y Trid.*
(6) *El cód. Hamb.*; in huius, *las ed.*
(7) si cum maleficis aut maleficus versatur, *el cód. Hamb.*; si cum maleficis hominibus ut maleficus versatur. *Trid., Port., y Cont. Mejor estaria* si cum veneficis ut veneficus (con)versatur.
(8) *El cód. Hamb.*; immiscuerit, *las ed.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; vel pro debito, *Port., y Cont.*

tum esse qui petitur probatur idoneus. Hoc tamen, quod de fideiussione censuimus, ad masculos tantummodo liberos volumus pertinere.

§ 9.—Si convictus fuerit aliquis liberorum ex eo, quia prohibuit (1) parentes suos condere testamentum, ut, si quidem postea facere potuerint testamentum, sit eis pro tali causa filium exheredandi licentia. Si autem in ipsa prohibitione sine testamento aliquis ex parentibus decesserit, et alii, sive qui ab intestato ad hereditatem defuncti aut cum ipso filio, qui testamentum fieri prohibuit, aut post illum vocantur, sive illi, quos heredes aut legatarios habere volebat, vel qui laesionem aliquam ex prohibitione testamenti sustinuerunt, hoc ipsum approbaverint, secundum alias leges super hoc positas talia negotia terminentur.

§ 10.—Si praeter voluntatem parentum inter arenarios vel mimos sese filius sociaverit, et in hac professione permanserit, nisi forsitan etiam parentes eiusdem (2) professionis fuerint.

§ 11.—Si alicui ex praedictis parentibus, volenti suae filiae vel neptì maritum dare, et dotem secundum vires substantiae suae pro ea praestare, illa non consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si vero usque ad viginti quinque annorum aetatem pervenerit filia, et parentes distulerint eam marito copulare, et forsitan ex hoc contigerit in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentum marito se, libero tamen, coniungere (3), hoc ad ingratitudinem filiae nolumus imputari, quia non sua culpa, sed parentum id commisisse cognoscitur.

§ 12.—Si quis de praedictis parentibus furiosus fuerit, et eius liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non exsistentibus, alii eius cognati, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur, obsequium ei et curam competentem non praebuerint, si quidem a tali sanatus (4) fuerit infirmitate, erit ei potestas utrum velit negligentem filium vel filios aut cognatos ingratum vel ingratos in suo scribere testamento. Si autem aliquo (5) furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit a suis neglectum liberis, vel cognatis, aut aliis ab eo scriptis heredibus, et pro misericordia voluerit eum procurare, damus ei licentiam attestationem eis, qui ab intestato vel ex testamento iam facto ad furiosi hereditatem vocantur, scriptis dirigere, ut eum procurare festinent. Si autem post huiusmodi attestationem neglexerint, et extraneus in sua domo (6) furiosum susceptum sumtibus propriis usque ad finem vitae ipsius procurasse monstratus fuerit, eum, qui obsequium ac diligentiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad eius successionem pervenire decernimus, evacuata institutione eorum, utpote indignorum, qui furioso, sicut diximus, curam praebere neglexerint, ita tamen, ut cetera testamenti capitula in sua maneant firmitate.

§ 13.—Si unum de praedictis parentibus in ca-

por una deuda, en cuanto se probare que es abonado el que fué rogado. Mas esto, que disponemos respecto al afianzamiento, queremos que se refiera solamente á los descendientes varones.

§ 9.—Si alguno de los descendientes hubiere sido convicto de haberles prohibido á sus ascendientes hacer testamento, de suerte que, si después ciertamente hubieren podido hacer testamento, tengan ellos facultad para desheredar por tal causa al hijo. Mas si bajo el peso de la misma prohibición hubiere fallecido sin testamento alguno de los ascendientes, y esto mismo lo hubieren probado otros, ya los que son llamados abintestato á la herencia del difunto, ó juntamente con el mismo hijo, que prohibió que se hiciera el testamento, ó después de él, ya aquellos que quería tener por herederos ó legatarios, ó los que sufrieron algún perjuicio por la prohibición de que se hiciera el testamento, tales negocios terminense con arreglo á las otras leyes sobre esto establecidas.

§ 10.—Si contra la voluntad de sus ascendientes el hijo se hubiere asociado con atletas ó mímicos, y permaneciere en esta profesión, á no ser acaso que también los ascendientes fueren de la misma profesión.

§ 11.—Si á alguno de los susodichos ascendientes, que quisiere darle marido á su hija ó á su nieta, y dar por ella la dote con arreglo á los recursos de sus propios bienes, ella no le hubiere dado su consentimiento, sino que hubiere preferido llevar una vida lujuriosa. Pero si la hija hubiere llegado á la edad de veinticinco años, y sus padres difirieren unirla á marido, y acaso por esto hubiere acontecido que ella pecase en su cuerpo, ó que sin el consentimiento de sus padres se unió á un marido, pero libre éste, no queremos que esto sea imputado á ingratitud de la hija, porque se entiende que lo hizo no por culpa suya, sino de sus padres.

§ 12.—Si alguno de los susodichos ascendientes fuere furioso, y sus descendientes ó algunos de ellos, ó, no teniendo él descendientes, los otros cognados de él, que abintestato son llamados á su herencia, no le hubieren prestado el auxilio y el cuidado que corresponde, y verdaderamente hubiere sanado de tal enfermedad, tendrá él facultad, si quisiera, para escribir en su testamento como ingrato ó ingratos al hijo negligente, ó á los hijos, ó á los cognados. Mas si algún extraño viere que el que era presa de alguna enfermedad de locura estaba desatendido por sus descendientes, ó por sus cognados, ó por otros instituídos herederos por él, y por misericordia quisiere cuidar de él, le damos licencia para dirigir por escrito un atestado á los que abintestato ó en virtud de testamento ya hecho son llamados á la herencia del furioso, para que se apresuren á cuidar de éste. Mas si después de tal denuncia lo desatendieren, y se hubiere probado que el extraño, habiendo recogido al furioso en su casa, cuidó de él á su propia costa hasta el fin de la vida del mismo, decretamos que el que le prestó auxilio y cuidado al furioso, aunque sea un extraño, entre en la sucesión de él, quedando invalidada, como de indignos, la institución de los que, como hemos dicho, hubieren desatendido prestarle al furioso sus cuidados, pero de suerte que subsistan en su vigor los demás capítulos del testamento.

§ 13.—Si aconteciere que uno de los susodichos

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; prohibuerit, *Port., y Cont.*
(2) unus, *el cód. Hamb.*
(4) sanus, *el cód. Hamb.*; y *Trid.*
(5) testamento vel aliquorum, *el cód. Hamb.*; testamento vel si aliquo, *Trid.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; suam domum, *por* sua domo, *Port., y Cont.*

á se deba leer conjugare.

pìvitate detineri contigerit, et eius liberi, sive omnes sive unus, non festinaverint eum redimere, si (1) quidem valuerit calamitatem captivitatis evadere, in eius sit potestate, utrum hanc causam ingratitudinis testamento suo velit adscribere. Si autem per liberorum negligentiam vel contentum non fuerit liberatus, et in captivitate decesserit, illos ad successionem eius venire non patimur, qui (2) non festinaverunt eius redemtionem (3) procurare, sed omnibus liberis in hoc negligentibus res universas ab eodem derelictas (4) ecclesiae civitatis, ex qua oritur, applicari, inventario scilicet sub publica attestatione celebrando, ne quid ex eius facultatibus pereat, ita ut, quidquid exinde ad ecclesiam pervenerit, captivorum redemtioni proficiat. Sed haec quidem quantum ad personas dicta sunt, quas exheredare non licet, nisi ingratitudinis causas scribi et approbari (5) contigerit. Occasionem autem nobis ad generalem legem promulgandam haec praesens causa noscitur obtulisse. Sed universaliter iubemus, ut, si ille, qui in captivitate detentus fuerit, liberos non habuerit, et aliis, qui ad eius hereditatem vocati sunt, eum redimere non festinantibus, in captivitate defunctus fuerit, nullus ex iis, qui neglexerint, ad hereditatem eius perveniat, licet ante captivitatem testamentum forsan ab eo fuisset conscriptum, in quo memoratas personas scripsit heredes, sed hic (6) quoque institutione heredum infirmata, et ceteris testamenti capitulis in suo robore permanentibus, substantiae talium personarum simili modo ecclesiis civitatum, ex quibus orti sunt, applicentur, et nullis (7) aliis causis, quam in captivorum redemtionibus expendantur, ut, unde illi a suis non sunt redemti, aliorum redemtio procuretur, et ipsorum quoque animae ex hac causa pissima subleventur. Hoc eodem observando, et si aliam extraneam personam ante captivitatem scripserit (8) heredem, et illa sciens, se ab eo heredem scriptam, eum redimere a captivitate neglexerit. Hanc autem poenam contra illos valere iubemus, qui octavum et decimum suae aetatis annum compleverint. In huiusmodi vero causis, quando pro captivorum redemtione necessarium fuerit dare pecunias, si quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, si memoratae sit aetatis, mutuandi pecunias, et res mobiles vel immobiles supponendi, sive propriae ipsius sint, sive illius, qui in captivitate detinetur, quoniam in praedictis omnibus, quae pro captivorum redemtione data vel expensa probabuntur, contractus huiusmodi tanquam a persona suae potestatis et legitimae aetatis factos, ita firmos esse decernimus, nullo eis, qui cum huiusmodi personis in memoratis causis quo praedictum est modo contraxerint, praeiudicio generando; necessitatem scilicet habente eo, qui ex captivitate redierit, tales contractus ratos habere, et eis tanquam suis debitis obligari.

§ 14.—Si quis de praedictis parentibus orthodoxus constitutus senserit suum filium vel liberos

(1) ut si, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb.*; quia, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; citius, *adicionan Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb.*; relictas, *las ed.*

ascendientes está retenido en cautiverio, y sus descendientes, ó todos, ó uno, no se hubieren apresurado á rescatarlo, si verdaderamente hubiere logrado evadir la calamidad del cautiverio, esté en su potestad consignar en su testamento, si lo quisiera, esta causa de ingratitud. Mas si no hubiere sido librado por negligencia ó menosprecio de los descendientes, y hubiere fallecido en el cautiverio, no consentimos que vayan á su sucesión los que no se apresuraron á procurar su rescate, sino apliquense á la iglesia de la ciudad, de que es oriundo, todos los bienes dejados por él á todos los descendientes que son negligentes en esto, debiéndose, á la verdad, formalizar inventario en público atestado, para que no se pierda nada de sus bienes, de suerte que se aproveche para la redención de cautivos todo lo que de aquí fuere á poder de la iglesia. Mas quede ciertamente dicho esto en cuanto á las personas, que no es lícito desheredar, sino si aconteciere que se escribían y se probaban las causas de ingratitud. Mas se entiende que esta presente causa es la que nos ha dado ocasión para promulgar una ley general. Pero mandamos en general, que, si el que hubiere estado retenido en cautiverio no tuviere descendientes, y, no apresurándose á redimirlo los demás que son llamados á su herencia, hubiere fallecido en el cautiverio, no vaya á su herencia ninguno de los que lo hubieren desatendido, aunque acaso se hubiere hecho por él antes del cautiverio el testamento en que instituyó herederos á las mencionadas personas, sino que invalidada también en este caso la institución de herederos, y subsistiendo en su vigor los demás capítulos del testamento, apliquense de igual modo á las iglesias de las ciudades, de que son oriundos, los bienes de tales personas, y no se gasten en ninguna otra cosa sino en la redención de cautivos, de suerte que con lo que ellos no fueron redimidos por los suyos se procure la redención de otros, y por esta piadosísima causa sean también favorecidas las almas de los mismos. Debiéndose observar esto mismo también si antes del cautiverio hubiere instituído heredero á otra persona extraña, y sabiendo ésta que había sido instituída heredero por él, hubiere descuidado redimirlo del cautiverio. Pero mandamos que esta pena tenga validez contra los que hubieren cumplido dieciocho años de edad. Mas en tales casos, cuando fuere necesario dar dinero para la redención de cautivos, si alguno no tuviere dinero propio, tendrá licencia, si fuera de la mencionada edad, para tomar en mútuo dinero, é hipotecar los bienes muebles ó inmuebles, ya si fueran propios de él mismo, ya si del que está retenido en cautiverio, porque respecto á todas las susodichas cosas, que se probare se dieron ó se gastaron para la redención de cautivos, decretamos que tales contratos sean de tal modo firmes como si hubieran sido hechos por persona de propio derecho y de edad legal, sin que se les haya de originar ningún perjuicio á los que por las mencionadas causas hubieren contratado, del modo que antes se ha dicho, con tales personas; teniendo, por supuesto, necesidad el que hubiere vuelto del cautiverio de tener como válidos tales contratos, y de estar obligado á ellos como á deudas propias.

§ 14.—Si alguno de los susodichos ascendientes, siendo ortodoxo, viere que su hijo ó sus descendien-

(5) causa ubi et approbari, *el cód. Hamb.*; causas ubi et approbari, *Trid.*; causas ubique approbari, *Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb.*; hac, *las ed.*
(7) in nullis, *Bk. ed. estereotipada.*
(8) *El cód. Hamb.*; scripsit, *las ed.*

non esse catholicae fidei, nec in sacrosancta ecclesia communicare, in qua omnes beatissimi patriarchae una conspiratione et concordia fidem rectissimam praedicant, et sanctas quatuor synodos, Nicaenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam et Chalcedonensem amplecti seu recitare noscuntur (1), licentiam habeant (2) pro hac maxime causa ingratos eos et exheredes in suo scribere testamento. Et haec quidem pro ingratitudinis causa decernimus. Generalem autem providentiam liberis catholicis deferentes, iubemus, salvis legibus, quae iam de aliis haereticis sunt prolatae, et circa Nestorianos et Acephalos haec observari, ut, si quando parentes inventi fuerint sive Iudaico Nestorii furori dediti, sive Acephalorum amplectentes insaniam et ideo ab ecclesiae catholicae communione separati, non liceat eis alios heredes sibi instituere, nisi liberos orthodoxos et ecclesiae catholicae communicantes, vel liberis non existentibus, agnatos vel cognatos, qui scilicet catholici sint. Quodsi forte ex filiis alii quidem sunt orthodoxi et ecclesiae catholicae communicantes, alii vero ab ea separati, omnem parentum substantiam ad filios tantum catholicos pervenire sancimus, licet ultimas voluntates huiusmodi personae fecerint contra tenorem huius nostrae constitutionis aliquid disponentes. Si vero posthac fratres ab ecclesia separati ad eam conversi fuerint, pars eis competens in statu, in quo inventa fuerit tempore, quo redditur, eis praebeatur, ut nullam de fructibus aut gubernatione medii temporis inquietudinem vel molestiam catholici patiantur, qui ante praedictas res (3) detinebant, quoniam huiusmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici possidebant, sicut alienationem vetamus, ita praeteritorum temporum fructus aut gubernationem nullatenus ab his, a quibus detenti sunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem usque ad finem vitae suae in eodem errore non communicantes permanserint, tunc catholicos fratres vel heredes ipsorum plenissimo iure dominii easdem res possidere decernimus. Quodsi filii quidem omnes perversi et ab ecclesiae catholicae communione alieni inventi fuerint, alii autem propinqui agnati vel cognati (4) religionem catholicam colentes et communicatores esse fuerint approbati, eos liberis haereticis anteponi, et eorum hereditati succedere. Si vero liberi et propinqui agnati vel cognati ab orthodoxae religionis communione sunt extranei, tunc, si quidem schema clericorum parentes eorum habuerint, ad ecclesiam civitatis, ubi domicilium habebant, res eorum volumus pertinere, ita ut, si ecclesiastici intra annale spatium huiusmodi personarum res vindicare (5) neglexerint, earum dominium nostri fisci viribus (6) vindicetur. Si autem laici sunt, sine aliqua distinctione substantias eorum ad res privatas nostras similiter pervenire sancimus. Quae obtinere decernimus, etiam si testamento non facto tales personae decesserint; omnibus, quae contra ceteros haereticos in aliis constitutionibus disposita sunt, et contra Nestorianos, et Acephalos, et alios omnes, qui catholicae ecclesiae, in qua praedictae quatuor synodi, et patriarchae recitantur, non communicant, et successiones eorum, similiter observandis. Si enim pro causis corporalibus cogitamus, quanto magis pro animarum salute providentia est nostrae sollicitudinis adhibenda? Sive igitur omnes memo-

(1) et permaneant tales liberi in ea infidelitate, *adiciona Bk.*

(2) parentes, *adiciona Bk. en su ed. estereotipada*; licentiam esse, *el cód. Hamb.*

tes no son de la fe católica, ni comulgan en la sacrosanta iglesia, en que con una sola aspiración y en concordia predican la rectísima fe todos los beatísimos patriarcas, y es sabido que abrazan ó recitan la doctrina de los cuatro santos sínodos, de Nicea, de Constantinopla, primero de Efeso, y de Calcedonia, tenga licencia para declararlos ingratos y desheredarlos en su testamento principalísimamente por esta causa. Y esto ciertamente lo decretamos como causa de ingratitud. Mas mostrando previsión general para los descendientes católicos, mandamos, quedando á salvo las leyes que ya han sido promulgadas respecto á otros herejes y en cuanto á los Nestorianos y á los Acéfalos, que se observe esto, que si alguna vez se hallaren ascendientes ó entregados al furor judáico de Nestorio, ó que abrazan la insania de los Acéfalos, y que por esto están separados de la comunión de la iglesia católica, no les sea lícito instituir para sí otros herederos, sino ó descendientes ortodoxos y que comulguen en la iglesia católica, ó, no existiendo descendientes, á agnados ó cognados, que ciertamente sean católicos. Pero si acaso de los hijos unos son ciertamente ortodoxos y comulgan en la iglesia católica, pero otros están separados de ella, mandamos que todos los bienes de los padres vayan solamente á los hijos católicos, aunque tales personas hubieren hecho últimas voluntades disponiendo alguna cosa contra el tenor de esta constitución nuestra. Pero si después los hermanos, separados de la iglesia, se hubieren convertido á ella, déseles la parte competente en el estado en que se hallare al tiempo en que es restituida, de suerte que por razón de los frutos ó de la administración del tiempo intermedio no sufran ninguna inquietud ó molestia los católicos, que antes retenían los susodichos bienes, porque así como vedamos la enajenación de tales bienes, que por la parte de los hermanos que no comulgaban poseían los católicos, así tampoco permitimos de ningún modo que de aquellos, por quienes fueron retenidos, se exijan los frutos del tiempo pasado, ó se revise la administración. Pero si los que no comulgan hubieren permanecido en el mismo error hasta el fin de su vida, en este caso mandamos que los hermanos ó los herederos, católicos, de ellos posean los mismos bienes con plenísimo derecho de dominio. Mas si ciertamente se hallare que todos los hijos son perversos y ajenos á la comunión de la iglesia católica, y se probare que otros próximos agnados ó cognados profesan la religión católica y comulgan en ella, sean ellos preferidos á los hijos herejes, y sucedan en la herencia de ellos. Pero si los hijos y los próximos agnados ó cognados son extraños á la comunión de la religión ortodoxa, entonces, si sus padres hubieren tenido ciertamente el orden de los clérigos, queremos que los bienes de ellos pertenezcan á la iglesia de la ciudad, en que tenían su domicilio, de suerte que, si los eclesiásticos hubieren descuidado por espacio de un año reivindicar los bienes de tales personas, sea reivindicado su dominio para los recursos de nuestro fisco. Mas si son láicos, mandamos que sin distinción alguna vayan igualmente sus bienes á nuestros bienes privados. Lo que decretamos que rija también si tales personas hubieren fallecido no habiendo hecho testamento; debiéndose observar del mismo modo todo lo que en otras constituciones se ha dispuesto con-

(3) *Trid.*; res, *omitenla el cód. Hamb., Port., y Cont.*

(4) vel cognati, *omiten el cód. Hamb.*

(5) *El cód. Hamb.*; vindicare res, *las ed.*

(6) *Trid., y Bk.*; iuribus, *el cód. Hamb. (F), Port., y Cont.*

ratas ingratitudinis causas, sive certas ex his, sive unam quamlibet parentes in testamento suo inseruerint, et scripti heredes nominatam vel nominatas causas, vel unam ex his veram esse monstraverint, testamentum suam habere firmitatem decernimus. Si autem haec observata non fuerint, nullum exheredatis liberis praeiudicium generari, sed quantum ad institutionem heredum pertinet testamento evacuato, ad parentum heredilatem liberos tanquam ab intestato ex aequa parte pervenire, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantia patiantur. Si tamen (1) contigerit in quibusdam talibus testamentis quaedam legata vel fideicommissa, aut libertates, aut tutorum dationes relinqui, vel quaelibet alia capitula concessa, legibus nominari, ea omnia iubemus adimpleri, et dari illis, quibus fuerint derelicta, et tanquam in hoc non rescissum obtineat testamentum. Et haec quidem de parentum ordinavimus testamentis.

tra los demás herejes, y contra los Nestorianos, y los Acéfalos, y todos los demás que no comulgan en la Iglesia católica, en la que se profesa la doctrina de los cuatro susodichos sínodos y de los patriarcas, y también contra sus sucesores. Porque si nos preocupamos de los negocios materiales, ¿con cuánta más razón no se ha de aplicar la previsión de nuestra solicitud á la salvación de las almas? Así, pues, si los padres hubieren escrito en su testamento todas las mencionadas causas de ingratitud, ó algunas de ella, ó una sola cualquiera, y los herederos instituídos hubieren mostrado que la causa ó causas expresadas, ó una de ellas, eran verdaderas, decretamos que tenga su fuerza el testamento. Mas si no se hubieren observado estas disposiciones, no se les origine ningún perjuicio á los hijos desheredados, sino que invalidado el testamento en cuanto se refiere á la institución de herederos, vayan los hijos a la herencia de sus padres por partes iguales como abintestato, a fin de que los hijos no sean condenados por falsas acusaciones, ó sufran algún fraude en los bienes de sus padres. Mas si aconteciere que en algunos tales testamentos se dejan algunos legados o fideicomisos, ó libertades, ó nombramientos de tutores, ó se disponen algunas otras cosas permitidas por las leyes, mandamos que todo esto se cumpla, y se les den las cosas á quienes hubieren sido dejadas, y que valga el testamento como si en esto no hubiera sido rescindido. Y esto ciertamente hemos ordenado sobre los testamentos de los ascendientes.

Cap. IV

Iustum autem perspeximus et e contrario de liberorum testamentis haec eadem cum aliqua distinctione disponere. Sancimus itaque, non licere liberis parentes suos praeterire, aut quolibet modo rebus (2) propriis, in quibus habent testandi licentiam, eos omnino alienare, nisi causas, quas enumerabimus (3), in suis testamentis specialiter nominaverint. Has autem esse decernimus:

§ 1.—Si parentes ad interitum vitae liberos suos tradiderint, citra causam tamen, quae ad maiestatem pertinere cognoscitur.

§ 2.—Si venenis, aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitae insidiati probabuntur.

§ 3.—Si pater nurui suae aut concubinae filii sui sese miscuerit (4).

§ 4.—Si parentes filios suos testamentum condere prohibuerint in rebus, in quibus habent testandi licentiam; omnibus videlicet in huiusmodi testamentorum prohibitione servandis, quae in parentum persona distinximus.

§ 5.—Si contigerit aut (5) virum uxori suae ad interitum aut alienationem mentis dare venenum, aut uxorem marito, vel alio modo alterum vitae alterius insidiari, tale quidem, utpote publicum crimen constitutum, secundum leges examinari, et vindictam legitimam promereri decernimus, liberis autem esse licentiam nihil in suis testamentis de facultatibus suis illi personae relinquere, quae tale scelus noscitur commisisse.

§ 6.—Si liberis vel uno ex his in furore constitu-

Capítulo IV

Mas nos ha parecido justo disponer también por el contrario respecto á los testamentos de los hijos esto mismo con alguna distinción. Así, pues, mandamos que no les sea lícito á los descendientes preterir á sus ascendientes, ó de algún modo hacerlos completamente extraños á los bienes, sobre los que tienen facultad de testar, á no ser que hubieren designado especialmente en sus testamentos las causas que enumeraremos. Y decretamos que estas sean:

§ 1.—Si los ascendientes hubieren entregado á sus descendientes para que pierdan la vida, excepto, sin embargo, si por causa que se conoce que se refiere á la majestad.

§ 2.—Si se probare que los padres atentaron á la vida de sus hijos con venenos, ó maleficios, ó de otro modo.

§ 3.—Si el padre hubiere tenido ilícito comercio con su nuera ó con la concubina de su hijo.

§ 4.—Si los padres les hubieren prohibido á sus hijos hacer testamento de bienes sobre los que tienen facultad de testar; debiéndose guardar, por supuesto, en cuanto á la prohibición de tales testamentos todo lo que hemos distinguido respecto á la persona de los padres.

§ 5.—Si hubiere acontecido ó que el marido le dió á su mujer un veneno para su muerte ó para la enajenación de su juicio, ó la mujer al marido, ó que de otro modo el uno atenta á la vida del otro, mandamos que tal hecho, como que ciertamente es crimen público, sea examinado con arreglo á las leyes y reciba el legítimo castigo, pero que tengan licencia los hijos para no dejarle en sus testamentos nada de sus bienes á la persona que se conozca que cometió tal delito.

§ 6.—Si hallándose presa de furor los hijos ó uno

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; vero. *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; a rebus, *Port., y Cont.*
(3) *La ed. Schoeff.*; enumeravimus, *el cód. Hamb., y las ed.*
(4) *El cód. Hamb*; immiscuerit, *en lugar de* miscuerit, *se le lee en las ed.*
(5) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; autem, *las ed.*

to, parentes eos curare neglexerint, omnia et hic observari praecipimus, quae de parentibus furiosis superius disposuimus.

§ 7.—His casibus etiam cladem captivitatis adiungimus, in qua si liberos denneri, et per parentum contemtum vel negligentiam non redemtos ab hac luce transire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perveniant liberorum, de quibus filii testari potuerant, sed omnia in hoc quoque capitulo serventur, quae et de parentibus, vel cognatis atque agnatis, qui ab intestato ad talium personarum iura vocantur, aut de extraneis scriptis heredibus supra censuimus.

§ 8.—Si quis de praedictis liberis orthodoxus constitutus senserit suum parentem vel parentes non esse catholicae fidei, haec et in eorum persona tenere, quae supra de parentibus iussimus.

§ 9.—Si tales igitur causas, vel certas, vel (1) unam ex his liberi suis testamentis inscripserint, et scripti ab eis (2) heredes aut omnes, aut certas, aut unam ex his probaverint (3), testamentum in sua firmitate manere praecipimus. Si autem haec (4) non fuerint observata, nullam vim huiusmodi testamentum, quantum ad institutionem heredum, habere sancimus, sed rescisso testamento eis, qui ab intestato ad hereditatem defuncti vocantur, res eius dari disponimus, legatis videlicet, vel fideicommissis, et libertatibus, et tutorum dationibus, seu (5) aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis, sive fideicommissis, aut (6) libertatibus, aut quibuslibet (7) aliis capitulis in aliis legibus inventum fuerit huic constitutioni contrarium, hoc nullo modo volumus obtinere. Et haec quidem exheredationis aut praeteritionis poenae quantum ad ingratitudinis causas contra praedictas personas statuendae sunt; si quae autem ex his inter crimina reputantur, earum actores (8) etiam alias poenas sentiant legibus definitas.

Cap. V

Haec autem disposuimus, ut et parentes et filios a testamentorum iniuria liberos reddamus. Ceterum si qui heredes fuerint nominati, etiam si certis rebus iussi fuerint esse contenti, in hoc (9) testamentum quidem nullatenus solvi praecipimus, quidquid autem minus eis legitima portione relictum est, hoc secundum nostras alias leges ab heredibus impleri. Sola enim est nostrae serenitatis intentio, a parentibus et liberis iniuriam praeteritionis et exheredationis auferre. Considerare namque debent parentes, quia et ipsi filii fuerunt, et eadem a suis parentibus speraverunt, et similiter qui nunc filii sunt, debent studere parentum animos sanare, quia et ipsi parentes fieri desiderant, et a suis filiis optant honorari. Unde et constat ad utriusque partis utilitatem atque cautelam praesentem legem fuisse prolatam, quam ex hac occasione promulgandam esse perspeximus. In aliquo autem negotio disceptantes invenimus, Pulche-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; aut, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb*; eisdem, *las ed.*
(3) aut certas ex his vel unam approbaverint. *El códice Hamb.; mejor estaría:* aut omnes certas aut unam ex his probaverint.
(4) *El cód. Hamb., y la ed. Schoeff.*; haec omnia, *las ed.*

de ellos, los padres dejaren de cuidarlos, mandamos que también en este caso se observe todo lo que antes hemos dispuesto respecto á los padres que padecen furor.

§ 7.—Añadimos también á estos casos la desgracia del cautiverio, y si aconteciere que en él están retenidos los hijos, y que no redimidos por menosprecio ó negligencia de los padres fallecen, no lleguen de ningún modo sus padres á tener los bienes de los hijos, sobre los que los hijos habían podido testar, sino guárdese también en este caso todo lo que respecto á los padres, ó á los cognados y agnados, que abintestato son llamados á los derechos de tales personas, ó en cuanto á los extraños instituídos herederos, hemos dispuesto más arriba.

§ 8.—Si algunos de los susodichos descendientes, que sea ortodoxo, hubiere observado que su ascendiente ó sus ascendientes no son de la fe católica, rija también en cuanto á la persona de ellos lo que más arriba hemos dispuesto respecto á los padres.

§ 9.—Si, pues, los hijos hubieren consignado en sus testamentos tales causas, ó algunas, ó una sola de ellas, y los herederos instituídos por ellos las hubieren probado todas, ó algunas, ó una sola de ellas, mandamos que el testamento subsista en su vigor. Mas si no se hubiere observado esto, mandamos que tal testamento no tenga validez alguna en cuanto á la institución de herederos, sino que disponemos que, rescindido el testamento, se les den los bienes del difunto á los que abintestato son llamados á la herencia de él, teniendo, por supuesto, su vigor los legados, ó los fideicomisos, y las libertades, y los nombramientos de tutores, ó los demás capítulos, según se ha dicho más arriba. Pero si respecto á los legados, ó fideicomisos, ó libertades, ú otros cualesquiera capítulos se hallare en otras leyes alguna cosa contraria á esta constitución, queremos que de ningún modo tenga ella validez. Y estas son ciertamente las penas de desheredación ó de preterición que han de estar establecidas contra susodichas personas en cuanto á las causas de ingratitud; mas si algunas de ellas son contadas entre los delitos, sufran sus autores las otras penas establecidas en las leyes.

Capítulo V

Mas como hasta el presente algunos disolvían también por consentimiento sus mútuos matrimonios, no dejamos de ningún modo que en lo sucesivo se haga esto, á no ser acaso que algunos lo hicieren por un deseo de castidad. Pero si tales personas tuvieren hijos, disponemos que se conserve para sus hijos tanto la dote, como la donación antenupcial. Mas si se hallara que alguno de ellos, quizá el marido ó la mujer, después que por razón de castidad hubiere disuelto por consentimiento el matrimonio, contrae otras nupcias, ó vive lujuriosamente, mandamos, que si verdaderamente hubiere, según se ha dicho, hijos del mencionado matrimonio, se les entregue, además de la dote y de la donación por causa de las nupcias, también la propiedad de casi todos los bienes de la persona que fuese convicta de haber delinquido. Mas si los hijos fueran de menor edad, mandamos que sean dirigidos y alimentados por el padre ó la madre, que no hubiere hecho nada contrario á la presente ley. Pero si ambos padres incurrieran en tal vicio, en este caso apliquenseles á los hijos los bienes de ambos padres, pero nómbreseles á los que son de menor edad un administrador por providencia del juez competente, y de los demás á quienes por nuestras leyes ha sido esto encomendado. Mas si no hubiera hijos, apliquense á las cuentas del fisco los bienes de ambas personas, y sean sometidos á los legales suplicios los que en tales cosas delinquieron. Porque por ninguna razón permitimos que de otro modo se haga por consentimiento la separación de los matrimonios.

Cap. XI

Quod autem a nobis sancitum est de iis, qui in expeditionibus sunt et in militiis constituti, sive milites sint, sive foederati, sive scholares, sive alii quidam sub alia quacunque militia armata constituti, melius ordinare perspeximus. Et iubemus, quantoscunque annos in expeditione manserint, sustinere eorum uxores, licet nec litteras nec responsum aliquod a suis maritis susceperint. Si qua vero ex huiusmodi mulieribus suum maritum audierit esse mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias sinimus, nisi prius accesserit mulier aut per se, aut per suos parentes, aut per aliam quamcunque personam ad priores numeri chartularios (5), in quo huiusmodi maritus militabat, et eos, seu tribunum, si tamen adest, interrogaverit, si pro veritate mortuus est eius coniux, ut illi sacris evangeliis propositis sub gestis monumentorum deponant, si pro veritate vir mortuus est. Et postquam haec gesta monumentorum confecta mulier pro suo testimonio perceperit, etiam post haec (6) iubemus manere eam per unius anni spatium, ut etiam (7) post hunc decursum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem praeter hanc observationem mulier praesumserit ad aliud venire matrimonium, et ipsa, et qui ducit eam uxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui sub gestis monumentorum cum iureiurando testati sunt, convincantur etiam postea falsum (8) deposuisse testimonium, ipsi quidem militia denudati decem auri librarum poenam compellantur exsolvere illi,

Capitulo XI

Mas lo que por nosotros se sancionó respecto á los que se hallan en expediciones y en milicias, ya sean militares, ya federados, ya escolares, ya otros cualesquiera que se hallen constituídos en otra cualquier milicia armada, hemos determinado ordenarlo mejor. Y mandamos que sus mujeres los esperen cuantos años permanecieren en la expedición, aunque no recibieren de sus maridos cartas ni respuesta alguna. Mas si alguna de tales mujeres hubiere oído que su marido había muerto, ni aun entonces dejamos que ella pase á otras nupcias, sino si antes se dirigiere la mujer ó por sí, ó por medio de sus padres, ó por otra cualquier persona á los primeros cartularios del cuerpo, en que militaba su marido, y les interrogare á ellos ó al tribuno, si es que está presente, si en verdad murió su cónyuge, de suerte que ellos declaren en actuaciones, teniendo á la vista los sagrados evangelios, si verdaderamente murió el marido. Y después que hechas estas actuaciones la mujer hubiere recibido para su testimonio lo actuado, mandamos que también espere ella por espacio de un solo año, para que después de este término le sea lícito contraer legítimas nupcias. Mas si prescindiendo de esta formalidad la mujer se hubiere atrevido á contraer otro matrimonio, tanto ella, como el que la toma por mujer, sean castigados como adúlteros. Pero si los que con juramento atestiguaron en las actuaciones fueran también convictos después de haber prestado falso testimonio, despojados cierta-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(2) plenae, *Bk.*
(3) filiis *deota el texto, sin duda por errata. N. del Tr.*
(4) *El cód. Hamb.*; constituti, *adicionan las ed.*
(5) et chartularios, *Bk.*
(6) *El cód. Hamb.*; hoc, *en lugar de* haec, *se encuentra en las ed.*
(7) etiam, *omitela Bk.*
(8) *El cód. Hamb.*; convincantur etiam falsum postea, *las ed.*: etiam, *la suprimió Bk.*

quem mentiti sunt mortuum esse, ipse vero licentiam habeat, si voluerit, suam uxorem recipere. Si vero scholaris fuerit ille, de cuius morte dubitatio est, a primis scholae et actuario, si autem foederatus, ab optione eius memoratam depositionem accipere eius uxorem; his observandis et circa alios omnes, qui in armata militia referuntur.

mente de su milicia sean ellos mismos compelidos á pagar la pena de diez libras de oro al que, mintiendo ellos, declararon que había muerto, y tenga éste mismo licencia, si quisiere, para recobrar su mujer. Pero si fuere escolar aquel sobre cuya muerte hay duda, reciba su mujer la mencionada declaración de los primeros de la escuela y del actuario, y si federado, del correspondiente subdelegado, debiéndose observar esto también respecto á todos los demás, que están comprendido en la milicia armada.

Cap. XII

Praedictis itaque causis perspeximus (1) etiam has nominatim adiicere, ex quibus matrimonia sine poena liceat transigere, hoc est de iis, qui non potuerunt ab initio nuptiarum misceri suis uxoribus, et quae per naturam viris concessa sunt agere, insuper de iis viris ac feminis, qui consistente matrimonio sanctimonialem conversationem et monasterii habitationem elegerint, et de iis personis, quae in captivitate aliquanto tempore detinentur. In his enim tribus casibus, quae de eis prioribus nostris legibus continentur, firma esse sancimus. Memoratas igitur omnes causas, quae in praesente nostra lege continentur, solas sufficere iubemus ad transactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare praecipimus, nullamque allam causam, citra eas, quae nominatim insertae sunt huic legi, posse solvere legitimum matrimonium, sive nostris, sive veteribus legibus continentur.

Capitulo XII

Y á las susodichas causas hemos determinado añadir especificadamente también aquellas por las que es lícito disolver sin pena un matrimonio, esto es, respecto á los que desde el principio de las nupcias no pudieron unirse con sus mujeres, y hacer lo que por la naturaleza les fué concedido á los varones, y además en cuanto á los varones y á las hembras, que durante el matrimonio hubieren elegido la vida religiosa y su habitación en un monasterio, y respecto á las personas que algún tiempo son retenidas en cautiverio. Porque en estos tres casos mandamos que esté en su vigor lo que respecto á aquellos se contiene en nuestras anteriores leyes. Así, pues, mandamos que todas las mencionadas causas, que en nuestra presente ley se contienen, sean las únicas suficientes para la disolución de los matrimonios legítimos. Y disponemos que todas las demás queden sin efecto, y que fuera de las que especificadamente han sido insertadas en esta ley, ninguna otra causa pueda disolver un matrimonio legítimo, ya si se contiene en nuestras leyes, ya si en las antiguas.

Cap. XIII

Quia vero quaedam mulieres inhoneste volentes vivere festinant propria matrimonia solvere, sancimus, si quando mulier citra aliquam praedictarum a nobis causarum voluerit matrimonium solvere, licentiam quidem eam non habere hoc agere, si vero permanserit in huiusmodi impia voluntate, et repudium marito transmiserit, iubemus, dotem quidem viro dari, communibus filiis secundum legem servandam, si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito, mulierem vero periculo iudicis negotium audientis tradi episcopo civitatis, in qua communiter domicilium habuerint, quatenus illius providentia in monasterium ipsa mittatur, ut donec advixerit (2) debeat ibi consistere. Et si quidem filios habuerit huiusmodi mulier, duas partes propriae eius substantiae dari filiis, tertiam vero monasterio, in quod mittitur, applicari (3) iure proprietatis. Si vero filios non habuerit, sint autem ei parentes, duas partes quidem ipsius substantiae monasterio praeberi, ubi mittitur, tertiam vero partem illius parentibus dari, nisi tamen sub potestate eam habentes irrationabili repudio consenserunt; in hoc enim consentientes, nihil eos penitus ex substantia filiae habere permittimus, sed haec omnia venerabili monasterio volumus applicari. Porro neque filiis, neque parentibus exsistentibus ei, omnem similiter eius substantiam competere monasterio. Si vero iudex, qui negotium examinat, hoc non fecerit, et (4) tradiderit in hoc deprehensam civitatis episcopo, ut debeat in monasterium

Capitulo XIII

Mas como algunas mujeres queriendo vivir deshonestamente se apresuran á disolver sus propios matrimonios, mandamos que si alguna vez quisiere una mujer disolver el matrimonio sin alguna de las causas dichas antes por nosotros, no tenga ella ciertamente licencia para hacerlo; mas si persistiere en tal impío propósito, y le hubiere transmitido el repudio á su marido, mandamos que ciertamente se le dé la dote al marido, debiendo ser conservada con arreglo á la ley para los hijos comunes, pero que si no tuviere hijos, se convierta en lucro del marido, y la mujer sea entregada bajo la responsabilidad del juez que entienda del negocio al obispo de la ciudad en que tuvieren el domicilio común, á fin de que por providencia suya sea ella enviada á un monasterio, para que allí deba permanecer mientras viviere. Y si verdaderamente tuviere hijos tal mujer, dénseles dos partes de los propios bienes de ella á los hijos, y apliquese con derecho de propiedad la tercera al monasterio, á que es enviada. Mas si no tuviere hijos, pero tuviera ella padres, dénseles ciertamente dos partes de sus propios bienes al monasterio, á que es enviada, y déseles la tercera parte á los padres de ella, á no ser, sin embargo, que teniéndola á ella bajo su potestad hubieren prestado su consentimiento para el repudio falto de razón; porque consintiendo para éste, no permitimos que ellos tengan absolutamente nada de los bienes de la hija, sino que queremos que todos ellos sean aplicados al venerable monasterio.

(1) *El cód. Hamb, y Trid.*; prospoximus, *por* perspeximus, *Port., y Cont.*

(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; quond vixerit, *en vez de* donec advixerit, *Port., y Cont.*

(3) *Bk.*; dare—applicare, *en lugar de* dari—applicari, *el cód. Hamb., y las ed.*

(4) *El cód. Hamb.*; fecerit et non tradiderit, *Trid.*; fecerit id est tradiderit, *Port., y Cont.*

mitti, si quidem in hac felicissima civitate sit iudex, ipse quidem viginti quinque librarum auri poenam exigatur, officium autem eius alias decem. Si vero in provincia sit huiusmodi iudex, et non egerit, quae a nobis in hoc (1) iussa sunt, decem librarum auri persolvat poenam, et officium eius alias quinque. Si vero (2) iudex fuerit non habens cingulum, ipse quidem poenam decem librarum auri exigatur, ministrantes autem ei quinque, quatenus mulota, quae hinc accedit, a memoratis personis per comitem rerum privatarum et palatinorum scholam exigatur, et nostro assignetur aerario. Si autem et vir circa mulierem transigere studuerit matrimonium, et irrationabiliter repudium destinare (3), iubemus, reddere quidem eum quam susceperat (4) dotem una cum sponsalitia largitate, et tantum ex aliis eius substantia praeberi mulieri, quantum tertiam partem sponsalitiae faciat largitatis. Et si quidem ei filii sunt, solum usum et antenuptialis donationis, et a nobis additae tertiae partis mulierem habere, proprietatem vero filiis conservari (5), filiis autem non exsistentibus, habere mulierem super usum in ipsis rebus etiam proprietatem. Et praedictas quidem dispositiones de (6) dissolutis rationabiliter aut etiam irrationabiliter nuptiis ordinamus, et omnia de memoratis casibus secundum hanc nostram constitutionem iudicari et decidi decernimus.

Y no teniendo ciertamente ella hijos, ni padres, compétanle igualmente todos los bienes de ella al monasterio. Mas si el juez, que examina el negocio, no hubiere hecho esto, y entregado á la sorprendida en ello al obispo de la ciudad, para que deba ser enviada á un monasterio, y verdaderamente fuera juez en esta felicísima ciudad, exíjasele ciertamente á él mismo la pena de veinticinco libras de oro, y á sus oficiales otras diez. Mas si tal juez lo fuese en una provincia, y no hiciere lo que por nosotros ha sido aquí dispuesto, pague la pena de diez libras de oro, y sus oficiales otras cinco. Pero si fuere juez que no tenga cíngulo, exíjasele al mismo ciertamente la pena de diez libras de oro, y á sus ministros cinco, de suerte que la multa, que en este caso corresponde, les sea cobrada á las mencionadas personas por el conde de los bienes privados y por la escuela de los palatinos, y sea aplicada á nuestro erario. Mas si también el marido se hubiere empeñado en disolver el matrimonio con su mujer, y enviarle sin razón el repudio, mandamos que él ciertamente devuelva, junto con la donación esponsalicia, la dote que había recibido, y que de sus demás bienes se le dé á su mujer tanto cuanto constituya la tercera parte de la donación esponsalicia. Y si, á la verdad, tiene hijos, tenga la mujer sólo el uso tanto de la donación antenupcial, como de la tercera parte añadida por nosotros, y consérveseles á los hijos la propiedad, pero no existiendo hijos, tenga la mujer además del uso también la propiedad en los mismos bienes. Y ordenamos ciertamente las susodichas disposiciones en cuanto á las nupcias disueltas con razón ó aun sin razón, y mandamos que en los mencionados casos todo se juzgue y decida con arreglo á esta constitución nuestra.

Cap. XIV

Si quis autem propriam uxorem flagellis aut fustibus ceciderit sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficere iussimus, matrimonii quidem solutionem ex hoc fieri nolumus, virum autem, qui monstratur sine huiusmodi causa (7) flagellis vel fustibus cecidisse uxorem suam, tantum pro huiusmodi iniuria ex alia sua dare substantia uxori etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis.

Capítulo XIV

Mas si alguno hubiere golpeado con azotes ó palos á su propia mujer sin alguna de las causas que hemos mandado basten contra las mujeres para la disolución del matrimonio, no queremos ciertamente que por esto se haga la disolución del matrimonio, pero el marido, que se pruebe que sin tal causa golpeó con azotes ó con palos á su mujer, dése por tal injuria á su mujer de los demás bienes suyos, aun durante el matrimonio, tanto cuanto constituye la tercera parte de la donación antenupcial.

Cap. XV

His quoque etiam illud adiicimus, ut, si quis forsan suspicatur aliquem velle suae uxoris illudere castitati, et contestationes ei ex scripto tres destinaverit, habentes testimonia trium virorum fide dignorum, et post has tres ex scripto contestationes invenerit eum convenientem suae uxori, si quidem in sua domo, aut ipsius uxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis, esse licentiam marito propriis manibus talem perimere, nullum periculum ex hoc formidanti. Si vero in alio loco talem invenerit cum sua uxore loquentem, non minus tribus testibus fide dignis convocatis, per quos probare possit, quod eum cum sua uxore comperit (8), iudici tradere crimina examinanti, illum vero pro veritate cognoscentem post tres ex scripto contestationes cum tali muliere eum inventum, ta-

Capítulo XV

A esto añadimos también, que, si acaso alguno sospecha que alguien quiere ofender la castidad de su mujer, y le hubiere enviado por escrito tres denuncias, que tenga el testimonio de tres varones fidedignos, y después de estas tres denuncias por escrito hallare que él se reune con su mujer, si verdaderamente en su propia casa, ó en la de la misma mujer, ó en la del adúltero, ó en figones, ó en los suburbios, tenga licencia el marido para matar al tal con sus propias manos, no teniendo por ello ninguna responsabilidad. Mas si al tal lo hubiere hallado en otro lugar hablando con su mujer, habiendo convocado no menos de tres testigos fidedignos, por medio de los que pueda probar que á aquel lo encontró con su mujer, entréguelo al juez que conoce de lo criminal, el cual conociendo en

(1) *El cód. Hamb.*; hac, *las ed.*
(2) contra, *Trid.*
(3) repudium studuerit destinare, *el cód. Hamb.*; repudium destinarit, *Bk.*
(4) *El cód. Hamb.*; susceperit, *las ed.*
(5) *Bk.*; conservare, *el cód. Hamb., y las ed.*
(6) *Bk.*; de, *omitenla el cód. Hamb., y las ed.*
(7) *Port.*; vel, *adicionan el cód. Hamb., Trid., y Cont.*
(8) reperit, *Bk.*

lem quidem tanquam ex hoc solo adulterii crimini subiacentem, nulla alia probatione (1) quaesita, punire, licentiam autem [esse viro quo modo voluerit suam uxorem accusare et secundum leges (2)] exsequi crimen.

§ 1.—Quia vero ita comperiuntur aliqui impii, ut etiam in venerandis domibus praesumant in talibus se miscere sceleribus, et ibi de peccatis tractare, ubi consueverunt deum timentes peccatorum veniam postulare, iubamus, ut, si quis talis inveniatur in locis venerabilibus alienae uxori, de qua in suspicione est, post tres, sicut dictum est, contestationes loqui, licentiam esse eius marito utrasque personas defensori ecclesiae aut aliis clericis tradere, ut ad eorum periculum divisim isti serventur, donec iudex hoc cognoscens mittat ad episcopum civitatis, quatenus ei isti tradantur, ut debeant sustinere tormentum secundum leges, quae interdicunt adulteros a sanctissimis ecclesiis vindicari, nullam neque in hoc aliam iudice quaerente de adulterio probationem, nisi tres, sicuti iam supra diximus, contestationes. His enim tribus contestationibus ostensis, omnibus modis illi sicuti adulteri punientur. Non enim debent huiusmodi personae in venerabili loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt; (nam si eos, qui alibi rapinas mulierum aut adulteria committunt, et ad orationum domos confugiunt, ab eis vindicari nostrae leges non sinunt, quomodo illis, qui in ipsa ecclesia tale scelus studuerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex ecclesiasticis terminis invenire?), sed omnibus modis iudicibus eos tradi, et poenam sustinere, qua digni sunt, qui sanctissima loca violare praesumunt. Quis (3) enim ibi delinquit, ubi salutem petat? Et generaliter disponimus, ut, si quis invenerit suam uxorem, aut filiam, aut neptem, aut sponsam in venerandis locis cum aliquo ioquentem, et suspicatus fuerit turpis gratia causae eos colloqui, tradat eos defensori aut aliis sanctissimae eius ecclesiae clericis, ut ipsi suo periculo utrasque personas divisim custodiant (4), donec iudex eos accipiat, et secundum leges causam (5) decernat.

verdad que después de las tres denuncias por escrito fué el tal encontrado con aquella mujer, castíguelo ciertamente, sin requerirse ninguna otra prueba, como incurso por esto solo en el crimen de adulterio, y tenga el marido licencia para acusar á su mujer del modo que quisiere, y llevar á término su acusación con arreglo á las leyes.

§ 1.—Mas como se hallan algunos tan impíos, que hasta en las venerandas casas se atreven á mezclarse en tales delitos, y á tratar de pecados allí donde los temerosos de Dios acostumbraron á pedir perdón de sus pecados, mandamos, que, si se hallara que en los venerables lugares alguno, después, según se ha dicho, de las tres denuncias, habla con mujer ajena, respecto á la cual cayó en sospecha, tenga licencia el marido de ésta para entregar ambas personas al defensor de la Iglesia ó á los otros clérigos, á fin de que bajo la responsabilidad de éstos sean aquéllos custodiados por separado, hasta que el juez que conozca de esto envíe misiva al obispo de la ciudad para que aquéllos le sean entregados, al objeto de que hayan de sufrir tormento con arreglo á las leyes, que prohiben que los adúlteros sean reivindicados por las santísimas iglesias, no requiriendo el juez tampoco en este caso ninguna otra prueba del adulterio, sino las tres denuncias, según ya arriba hemos dicho. Porque mostradas estas tres denuncias, aquellos serán de todos modos castigados como adúlteros. Pues no deben tales personas tener amparo en un lugar venerable, que ellas mismas despreciaron con su propio delito; (porque si nuestras leyes no dejan que los que en otra parte cometen raptos de mujeres ó adulterios, y se refugian en las casas de oración, sean reivindicados por éstas, ¿cómo á los que se hubieren empeñado en perpetrar tal delito en la la misma iglesia les permitiríamos que hallasen algún auxilio por virtud de los límites eclesiásticos?), sino ser de todos modos entregados á los jueces, y sufrir la pena, de que son dignos, los que se atreven á violar los santísimos lugares. Porque ¿quién delinque allí donde pide la salvación? Y en general disponemos, que, si alguno hubiere hallado á su mujer, ó á su hija, ó á su nieta, ó á su esposa hablando en venerables lugares con alguien, y sospechase que ellos están en coloquio con motivo de una causa torpe, entréguelos al defensor ó á los demás clérigos de la santísima iglesia, para que ellos mismos custodien á su riesgo separadamente á ambas personas, hasta que el juez las reciba, y falle la causa con arreglo á las leyes.

Epilogus

Quae igitur per praesentem et in perpetuum valituram legem nostra definivit tranquillitas, in omnibus praedictis casibus valere volumus, nisi tamen nondum aut iudiciali decreto aut amicabili conventione decisa sunt, quae suum robur habere sancimus. Gloriosa igitur et eminentissima auctoritas tua in hac quidem inclyta civitate edictis propositis ad notitiam perducat universorum, in provinciis autem per praecepta ad clarissimos provinciarum iudices destinata haec omnibus facere manifesta festinet, ut nullus penitus ignoret, quae pro utilitate nostrorum collatorum a nobis disposita sunt, ita tamen, ut omnibus per propria praecepta pronunciet, quatenus sine quolibet iniusto dispen-

Epílogo

Queremos, pues, que en todos los susodichos casos esté en vigor lo que nuestra tranquilidad ha establecido por medio de la presente ley, perpétuamente valedera, si es que todavía no fueron decididos ó por decreto judicial ó por amigable convenio, pues mandamos que éstos tengan su propia fuerza. Por tanto, lleve tu gloriosa y eminentísima autoridad á conocimiento de todos, exponiendo ciertamente edictos en esta inclita ciudad, y apresúrese á hacer manifiestas á todos en las provincias por órdenes enviadas á los muy esclarecidos jueces de las provincias, estas resoluciones, para que nadie absolutamente ignore lo que para utilidad de nuestros tributarios ha sido dispuesto por nosotros, pero

(1) *Bk.*; ratione, *el cód. Hamb., y las ed.*
(2) *El cód. Hamb. y las ed. omiten lo que se halla entre paréntesis, pero lo suplió Bk. atendiendo al texto griego.*
(3) Qui, *Bk.*
(4) *El cód. Hamb.*; divisim tam diu custodiant, *las ed.*
(5) *Trid.*; causas, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*

dio nostris collatoribus praesentis legis fiat insinuatio.

Dat. III. Id. Dec. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XVI., post BASILII V. C. cons. [542.]

CONST. CXIV (1)

DE HEREDIBUS AB INTESTATO VENIENTIBUS ET AGNATORUM IURE SUBLATO (2)

(Coll. IX. tit. I.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* PETRO, *gloriosissimo Praefecto sacrorum Praetoriorum Orientis.*

Praefatio

Plurimas et diversas leges veteribus temporibus prolatas invenientes, per quas non iuste differentia ab intestato successionis inter cognatos ex masculis et feminis introducta est, necessarium esse perspeximus omnes simul ab intestato cognationum successiones per praesentem legem clara compendiosaque divisione disponere, itaque prioribus legibus pro hac causa positis vacantibus, de cetero ea sola servari, quae nunc constituimus. Quia igitur omnis generis ab intestato successio tribus cognoscitur gradibus, hoc est ascendentium, et descendentium, et ex latere, quae in agnatos cognatosque dividitur, primam esse disponimus descendentium successionem.

Cap. I

Si quis igitur descendentium fuerit ei, qui intestatus moritur, cuiuslibet naturae aut gradus, sive ex masculorum genere, sive ex feminarum descendens, et sive suae potestatis, sive sub potestate sit, omnibus ascendentibus et ex latere cognatis praeponatur. Licet enim defunctus sub alterius potestate fuerit, tamen eius filii (3), cuiuslibet sexus sint aut gradus, etiam ipsis parentibus praeponi praecipimus, quorum sub potestate fuerit, qui defunctus est, in illis videlicet rebus, quae secundum nostras alias leges patribus non acquiruntur. Nam in usu harum rerum qui debet acquiri aut servari, nostras de his (4) leges parentibus custodimus, sic tamen, ut, si quem horum descendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios descendentes in proprii parentis locum (5) succedere, sive sub potestate defuncti, sive suae potestatis inveniantur, tantam de hereditate morientis accipientes partem, quanticunque sint, quantam eorum parens, si viveret, habuisset; quam successionem in stirpes vocavit antiquitas. In hoc enim ordine gradum quaeri nolumus, sed cum filiis et filiabus ex praemortuo filio aut filia nepotes vocari sancimus, nulla introducenda differentia, sive masculi sive feminae sint, et seu ex masculorum seu feminarum prole descendant, sive suae potestatis, sive sub potestate sint constituti. Et haec quidem de successionibus descendentium disposuimus. Consequens autem esse perspeximus et de ascen-

(1) *El texto griego (Novela CXVIII.) se halla en Hal. y Soring.—Athan. IX. 10.—El último párrafo del prosmio y los capítulos 1-4. se hallan en las Bas. XLV. 3. 8.—Iulian. Const. 109.- La versión latina es la antigua glosada.*

CONSTITUCION CXIV

DE LOS HEREDEROS QUE SUCEDEN ABINTESTATO Y DE LA SUPRESIÓN DEL DERECHO DE LOS AGNADOS

(Colección IX. título I.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* PEDRO, *gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios de Oriente.*

Prefacio

Haliando que en los tiempos antiguos se promulgaron muchas y diversas leyes, por las que sin justicia se introdujo diferencia en las sucesiones abintestato entre los cognados procedentes de varones y los de hembras, hemos considerado que era necesario disponer por medio de la presente ley en clara y compendiosa división al mismo tiempo todas las sucesiones abintestato de los cognados, y que así, quedando sin aplicación las anteriores leyes por tal causa establecidas, se observe en lo sucesivo solamente lo que ahora establecemos. Mas como es sabido que toda sucesión abintestato de parentesco se halla en tres grados, esto es, la de los ascendientes, la de los descendientes, y la de los colaterales, la cual se divide entre los agnados y los cognados, disponemos que sea la primera la sucesión de los descendientes.

Capítulo I

Así, pues, si tuviere algún descendiente el que muere intestado, de cualquier sexo ó grado que sea, ya descienda por línea de varón, ya de hembra, y ora sea de propia potestad, ora esté bajo potestad, sea antepuesto á todos los ascendientes y á los cognados colaterales. Porque aunque el difunto hubiere estado bajo la potestad de otro, mandamos, sin embargo, que sus hijos, de cualquier sexo ó grado que fueren, sean preferidos aun á los mismos ascendientes, bajo cuya potestad estuviere el que falleció, por supuesto en aquellos bienes que con arreglo á nuestras otras leyes no se adquieran para los padres. Pues en cuanto al uso que de estos bienes se debe adquirir ó conservar, les guardamos á los padres nuestras leyes sobre esto establecidas, pero de suerte que, si aconteciere que fallece alguno de estos descendientes dejando hijos, los hijos ó las hijas de él, ó sus demás descendientes sucedan en el lugar de su propio ascendiente, ya se hallen bajo la potestad del difunto, ya sean de propia potestad, recibiendo de la herencia del que muere, cuantos quiera que sean, tanta parte cuanta habría tenido su ascendiente, si viviese; á cuya sucesión la llamó la antigüedad por estirpes. Mas no queremos que en este orden se investigue grado, sino que mandamos que con los hijos y las hijas sean llamados los nietos habidos de un hijo ó de una hija premuertos, sin que se haya de introducir diferencia alguna, ya sean varones, ya hembras, y ora

(2) De heredibus ab intestato succedentibus, *el cód. Hamb.*
(3) filios, *Bk. ed. estereotipada.*
(4) *El cód. Hamb.*; omnibus, *adicionan las ed.*
(5) loco, *el cód. Hamb., y Trid.*

dentibus constituere, quomodo ad descendentium successionem vocentur.

Cap. II

Si igitur defunctus descendentes quidem non relinquat heredes, pater autem, aut mater, aut alii parentes ei supersint, omnibus ex latere cognatis hos praeponi sancimus, exceptis solis fratribus ex utroque parente coniunctis defuncto, sicut per subsequentia declarabitur. Si autem plurimi ascendentium vivunt, hos praeponi iubemus, qui proximi gradu (1) reperiuntur, masculos et feminas, sive paterni, sive materni sint. Si autem eundem habent gradum, ex aequo inter eos hereditas dividatur, ut medietatem quidem accipiant omnes a patre ascendentes, quanticunque fuerint, medietatem vero reliquam a matre ascendentes, quantoscunque eos inveniri contigerit. Si vero cum ascendentibus inveniantur fratres aut sorores ex utrisque parentibus coniuncti defuncto, cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur, si et (2) pater aut mater fuerint, dividenda inter eos quippe hereditate secundum personarum numerum, uti et ascendentium et fratrum singuli aequalem habeant portionem; nullum usum ex filiorum aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitus vindicare, quoniam pro hac usus portione hereditatis ius et secundum proprietatem per praesentem dedimus legem; differentia nulla servanda inter personas istas, sive feminae, sive masculi fuerint, qui ad hereditatem vocantur, et sive per masculi, sive per feminae personam copulantur, et sive suae potestatis, sive sub potestate fuerit is, cui succedunt (3). Reliquum est, ut tertium ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, et in agnatos et cognatos dividitur, ut etiam hac parte disposita, undique perfecta lex inveniatur.

Cap. III

Si igitur defunctus neque descendentes, neque ascendentes reliquerit, primos (4) ad hereditatem vocamus fratres et sorores ex eodem patre et ex eadem matre natos, quos etiam cum patribus ad hereditatem vocavimus. His autem non exsistentibus, in secundo ordine illos fratres ad hereditatem vocamus, qui ex uno parente coniuncti sunt defuncto, sive per patrem solum, sive per matrem. Si autem defuncto fratres fuerint, et alterius fratris aut sororis praemortuorum filii, vocabuntur ad hereditatem isti cum de patre et matre thiis masculis et feminis, et quanticunque fuerint, tantam ex hereditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus erat (5) accipere, si superstes esset. Unde consequens est, ut, si forte praemortuus frater, cuius filii vivunt, per utrumque parentem (6) nunc defunctae personae iungebatur,

(1) proximi gradus, *el cód. Hamb.*; proximo gradu, *Trid.*
(2) si autem, *el cód. Hamb., Trid., Port.*; si etiam, *Bk. Parresque Cont. enmendó este pasaje atendiendo al texto griego.*
(3) potestate sit, cui succedunt fratres, *el cód. Hamb.*; potestate sint eius, cui succedunt fratres, *Trid., y Port.*
(4) primum, *el cód. Hamb. (?), Trid., y Port.*
(5) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; esset, *Cont.*
(6) *Sp.*; utramque partem, *el cód. Hamb., y las ed.*

desciendan por línea de varón, ora por la de hembra, ó sean de propia potestad, ó estén bajo potestad. Y esto ciertamente es lo que hemos dispuesto en cuanto á las sucesiones de los descendientes. Mas nos ha parecido que era consiguiente determinar también respecto á los ascendientes de qué modo sean llamados á la sucesión de los descendientes.

Capítulo II

Si, pues, el difunto no dejara ciertamente herederos descendientes, pero le quedaran padre, ó madre, ú otros ascendientes, mandamos que éstos sean preferidos á todos los cognados colaterales, exceptuados solos los hermanos unidos al difunto por padre y madre, según se declarará más adelante. Mas si viven muchos ascendientes, mandamos que sean preferidos los que se hallan en grado más próximo, varones y hembras, ya sean paternos, ya maternos. Pero si tienen el mismo grado, divídase por igual entre ellos la herencia, de suerte que reciban ciertamente la mitad todos los ascendientes por parte del padre, cuantos quiera que fueren, y la otra mitad los ascendientes por parte de la madre, sean cuantos quiera los que aconteciere que se hallan. Mas si juntamente con los ascendientes se hallaran hermanos ó hermanas unidos al difunto por parte de padre y de madre, serán llamados con los ascendientes de grado más próximo, aunque fueren padre ó madre, debiéndose dividir ciertamente entre ellos la herencia según el número de personas, de suerte que cada uno de los ascendientes y de los hermanos tenga igual porción; sin que en este caso pueda de ningún modo reivindicar para sí el padre uso alguno de la porción de los hijos ó de las hijas, porque en lugar del uso de esta porción damos por la presente ley el derecho de herencia también en cuanto á la propiedad; no debiéndose observar ninguna diferencia entre estas personas, ya fueren hembras, ya varones, que son llamadas á la herencia, y ora estén unidas por línea de varón, ora por la de hembra, y fuere ó de propia potestad, ó estuviere bajo potestad, aquel á quien suceden. Resta que determinemos el tercer orden, que se llama colateral, y se divide en agnados y cognados, para que, dispuesta también esta parte, se halle del todo perfecta la ley.

Capítulo III

Por lo cual, si el difunto no dejare descendientes, ni ascendientes, llamamos en primer lugar á la herencia á los hermanos y á las hermanas nacidos del mismo padre y de la misma madre, á los que también los hemos llamado con los padres á la herencia. Mas no existiendo ellos, llamamos en segundo orden á la herencia á los hermanos que están unidos al difunto por parte de uno solo de los padres, ya solamente por parte del padre, ya por la de la madre. Pero si el difunto tuviere hermanos, é hijos de otro hermano ó hermana premuertos, éstos serán llamados á la herencia con los tíos varones y hembras, paternos y maternos, y, cuantos quiera que fueren, percibirán de la herencia tanta porción cuanta hubiera de percibir el padre ó la madre de ellos, si sobreviviese. Por lo cual es consiguiente, que, si acaso el hermano premuerto,

superstites autem fratres per patrem solum forsan aut matrem ei iungebantur, praeponantur istius filii propriis thiis, licet in tertio sint gradu (sive a patre, sive a matre sint thii, et sive masculi, sive feminae), sicut eorum parens praeponeretur, si viveret. Et (1) ex diverso, si quidem superstes frater ex utroque parente coniungitur defuncto, praemortuus autem per unum parentem iungebatur, huius filios ab hereditate excludimus, sicut ipse, si viveret, excludebatur (2). Huiusmodi vero privilegium in hoc ordine coggationis solis praebemus fratrum masculorum aut (3) feminarum filiis aut filiabus, ut in suorum parentum iura succedant; nulli (4) alii omnino personae ex hoc ordine venienti hoc ius largimur. Sed et ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis iudicantur (5) thiis masculis et feminis, sive paterni, sive materni sint. Si autem cum fratribus defuncti etiam ascendentes, sicut iam diximus, ad hereditatem vocantur, nullo modo ad successionem ab intestato fratris aut sororis filios vocari permittimus, neque si ex utroque parente eorum pater aut mater defuncto iungebatur. Quandoquidem igitur (6) fratris et sororis filiis tale privilegium dedimus, ut in propriorum parentum succedentes locum soli in tertio constituti gradu cum iis, qui in secundo gradu sunt, ad hereditatem vocentur, illud palam est, quia thiis defuncti masculis et feminis, sive a patre sive a matre, praeponuntur, si etiam illi (7) tertium cognationis similiter obtineant gradum.

§ 1.—Si vero neque fratres, neque filios fratrum, sicut diximus, defunctus reliquerit, omnes deinceps a latere cognatos ad hereditatem vocamus secundum uniuscuiusque gradus praerogativam, ut viciniores gradu, ipsi reliquis praeponantur. Si autem plurimi eiusdem gradus inveniantur, secundum personarum numerum inter eos hereditas dividatur, quod in capita nostrae leges appellant.

cuyos hijos viven, estaba unido por padre y madre á la persona ahora fallecida, pero los hermanos sobrevivientes estaban unidos á ella quizá sólo por parte del padre ó de la madre, sean antepuestos los hijos de éste á sus propios tíos, aunque estén en tercer grado, (ya sean tíos por parte del padre, ya por la de la madre, y ora varones, ora hembras), como sería antepuesto el padre de ellos, si viviese. Y por el contrario, si verdaderamente el hermano que sobrevive está unido al difunto por parte de padre y de madre, pero el premuerto lo estaba por parte de uno solo de los padres, excluímos de la herencia á los hijos de éste, como él mismo sería excluído, si viviera. Mas en este orden de la cognación á solos los hijos ó hijas de los hermanos varones ó hembras les concedemos tal privilegio, para que sucedan en los derechos de sus padres; y no le damos este derecho absolutamente á ninguna otra persona que provenga de este orden. Pero aun á los mismos hijos de los hermanos les conferimos este beneficio siempre y cuando son juzgados con sus propios tíos varones y hembras, ya sean paternos, ya maternos. Mas si con los hermanos del difunto son llamados á la herencia también los ascendientes, como ya hemos dicho, no permitimos de ningún modo que los hijos del hermano ó de la hermana sean llamados abintestato á la sucesión, ni aunque el padre ó la madre de los mismos estuviera unido al difunto por parte de padre y de madre. Y así, puesto que hemos dado tal privilegio á los hijos del hermano y de la hermana, para que constituídos ellos solos en tercer grado sean llamados á la herencia, sucediendo en el lugar de sus propios padres, juntamente con los que están en segundo grado, es manifiesto que son preferidos á los tíos del difunto, varones y hembras, ya paternos, ya maternos, si también ellos tuvieran igualmente el tercer grado de cognación.

§ 1.—Mas si el difunto no hubiere dejado ni hermanos, ni hijos de hermanos, según hemos dicho, llamamos á la herencia á todos los demás cognados colaterales con arreglo á la prerogativa del grado de cada cual, de suerte que los de grado más próximo sean preferidos á los demás. Pero si se hallaran muchos del mismo grado, divídase entre ellos la herencia según el número de las personas, á lo que llaman nuestras leyes sucesión por cabezas.

Cap. IV

Nullam vero volumus esse differentiam in quacunque successione aut hereditate inter eos, qui ad hereditatem vocantur, masculos ac feminas, quos ad hereditatem communiter definivimus vocari, sive per masculi, sive per feminae personam defuncto iungebantur, sed in omnibus successionibus agnatorum cognatorumque differentiam vacare praecipimus, sive per femineam personam, sive per emancipationem, vel (8) per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur, et omnes sine qualibet huiusmodi differentia secundum proprium cognationis gradum ad cognatorum successionem ab intestato venire praecipimus.

Capítulo IV

Mas no queremos que haya diferencia alguna en cualquier sucesión ó herencia entre los varones y hembras que son llamados á la herencia, los cuales hemos determinado que sean llamados en común á la herencia, ya si estaban unidos al difunto por persona masculina, ya si por femenina, sino que mandamos que en todas las sucesiones deje de haber diferencia entre agnados y cognados, ya si en las antiguas leyes se establecía por medio de persona femenina, ya si por la emancipación, ya si por otro cualquier modo, y disponemos que todos sin ninguna tal diferencia vayan abintestato á la sucesión de los cognados con arreglo á su propio grado de cognación.

Cap. V

Ex his autem, quae de hereditate diximus et disposuimus, et quae de tutela sunt, manifesta consistunt. Sancimus enim, unumquemque secundum

Capítulo V

Mas de lo que hemos dicho y dispuesto respecto á la herencia es manifiesto también lo que se refiere á la tutela. Porque mandamos que cada cual

(1) Et, *omitenla el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(2) *El cód. Hamb.:* ab hereditate excludebatur, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb.;* et, *las ed.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* enim, *adiciona Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Cont.;* vocantur. *Trid., y Port.*
(6) igitur, *omitenla el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(7) IIII, *omitela el cód Hamb.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* sive, *Port., y Cont.*

gradum et ordinem, quo ad hereditatem vocatur aut solus (1), aut cum aliis, etiam functionem tutelae suscipere, nulla neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum seu cognatorum iure, sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, quique ex masculorum, quique ex feminarum prole descendunt minori coniuncti. Haec autem dicimus, si masculi et perfectae aetatis sint, et nulla lege prohibeantur tutelam suscipere, neque excusatione competente sibimet utantur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelae subire officium, nisi mater aut avia fuerit. His enim solis secundum hereditatis ordinem et tutelam subire permittimus, si inter gesta et nuptiis aliis, et auxilio Velleiani senatusconsulti renunciant. Haec enim servantes omnibus a latere cognatis quoad tutelam praeponuntur, testamentariis solis tutoribus praecedentibus eas; defuncti namque voluntatem et electionem praeponi volumus, Si autem plurimi eundem cognationis gradum habentes ad tutelam vocantur, iubemus, communiter convenientibus apud iudicem, cui huius partis sollicitudo est, unum aut plures, quanti ad gubernationem substantiae sufficiant, ex ipsis eligi et denunciari, et eum vel eos minoris res gubernare, tutelae periculo omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur, et substantiis eorum minori aetate tacite (2) subiacentibus pro huiusmodi gubernatione.

tome á su cargo también la función de la tutela con arreglo al grado y al orden en que es llamado á la herencia ó solo, ó junto con otros, sin que tampoco en este particular se haya de introducir diferencia ninguna entre el derecho de los agnados ó de los cognados, sino debiendo ser llamados todos igualmente á la tutela, así los que, unidos al menor, descienden de prole masculina, como los que de femenina. Mas esto lo decimos, si los varones fueran de edad cumplida, y no se les prohibiera por ninguna ley encargarse de la tutela, ni utilizaran excusa que les competa. Porque á las mujeres también nosotros les prohibimos desempeñar el cargo de la tutela, como no fuere la madre ó la abuela. Porque á estas solas les permitimos que con arreglo al orden de la herencia desempeñen también la tutela, si en acta renuncian á otras nupcias, y al beneficio del senadoconsulto Veleyano. Pues observando esto son preferidas en cuanto á la tutela á todos los cognados colaterales, precediéndoles á ellas solos los tutores testamentarios; porque queremos que sean preferidas la voluntad y la elección del difunto. Mas si son llamados á la tutela muchos que tienen el mismo grado de cognación, mandamos que reuniéndose en común ante el juez, á quien compete el cuidado de este particular, elijan y nombren de ellos mismos uno ó muchos, cuantos sean suficientes para la administración de los bienes, y administren él ó ellos los bienes del menor, incumbiendo la responsabilidad de la tutela á todos los que son llamados á la tutela, y quedando por tal administración obligados tácitamente sus bienes al menor de edad.

Cap. VI

Haec autem omnia, quae de successionibus generis sancivimus, obtinere in illis volumus, qui catholicae fidei sunt. In haereticis enim (3) iam a nobis positas leges firmas esse praecipimus, nullam novitatem aut immutationem ex praesente introducentes lege. Quae igitur per hanc constitutionem in perpetuum observandam sancivit nostra tranquillitas, in illis volumus obtinere casibus, qui a principiis iulii mensis praesentis sextae indictionis seu evenerunt (4), seu posthac (5) emerserint (6); praecedentes namque casus qui usque ad memoratum tempus pertransierunt, secundum veteres leges decidi (7) praecipimus.

Capítulo VI

Pero todo lo que hemos dispuesto sobre las sucesiones de parientes queremos que sea aplicable á los que son de fe católica. Porque, en cuanto á los herejes, mandamos que sean firmes las leyes ya establecidas por nosotros, sin que introduzcamos ninguna novedad ó alteración por la presente ley. Así, pues, queremos que lo que por esta constitución, que ha de observarse perpétuamente, mandó nuestra tranquilidad, rija en aquellos casos que hayan ocurrido desde principios del mes de julio de la presente sexta indicción, ó que surgieren después; pues los casos anteriores, que ocurrieron hasta el mencionado tiempo, mandamos que sean decididos con arreglo á las antiguas leyes.

Epilogus

Tua agitur gloria per praesentem legem a nobis disposita ad omnium cognitionem venire procuret, in hac enim (8) regia civitate edictis consuete propositis, in provinciis autem praeceptis dirigendis ad clarissimos praesides earum, ut nulli nostri imperii subiectorum sit ignota nostrae circa eos mansuetudinis providentia, ita tamen, ut sine omni dispendio civium aut provincialium in omni loco praesentis legis fiat insinuatio.

Dat. VII. Kal. Aug. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XVII. post cons. BASILII V. C. anno II. [543.]

Epílogo

Por tanto, procure tu gloria que llegue á conocimiento de todos lo que por medio de la presente ley ha sido dispuesto por nosotros, exponiendo en la forma acostumbrada edictos en esta real ciudad, y dirigiendo á las provincias órdenes para sus muy esclarecidos presidentes; para que á ninguno de los súbditos de nuestro imperio sea desconocida la previsión de nuestra mansedumbre respecto á ellos, pero de suerte que la notificación de la presente ley se haga en todos los lugares sin dispendio alguno de los ciudadanos ó de los provincianos.

Dada á 7 de las Calendas de Agosto, en el año décimo séptimo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, segundo después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [543.]

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; solum, *Port., y Cont.*
(2) tacite, *omitela el cód. Hamb.*
(3) autem, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(4) venerunt, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(5) aut post haec, *el cód. Hamb., y Trid.*
(6) emergerunt, *el cód. Hamb.*; emerserunt, *Trid.*; emergent, *Port.*
(7) incidi, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(8) quidem, *Sp.*

CONST. CXV (1)

UT SPONSALITIA LARGITAS SPECIALIS SIT CONTRACTUS; ET DE DIVERSIS CAPITULIS
(Coll. IX. tit. 2.)

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* PETRO, *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto.*

Cap. I

Sponsalitiam largitatem contractum specialem esse et iudicari, et non aliis donationibus eam connumerari, per praesentem sancimus legem, quoniam pro ea aequalitas dotis offertur. Sive igitur fiat sub gestis monumentorum eius insinuatio, sive etiam non, iubemus, eam per omnia suum robur habere tam apud mulierem, quam apud virum, sive ab ipso viro, sive ab altero aliquo mulieri detur seu conscribatur, vel in viri personam donatio fiat, quatenus ipsas res in nuptialem donationem conscribat. Et hoc valere praecipimus, cuiuscunque sit donatio quantitatis, vel si non, sicuti dictum est, insinuetur.

Cap. II

Et hoc quoque praesente constitutione sancimus, ut licentia sit minoribus in ipso tempore, in quo licet eis testari de alia substantia, etiam suos servos in ultimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento aetatis faciendo, sed vacante lege, quae hoc primitus prohibebat.

Cap. III

Et hoc insuper iubemus, ut, si quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documenti, nullam ex hac memoria fieri exactionem, nisi et (2) aliud documentum, cuius memoria in secundo facta est, proferatur, aut alia secundum leges probatio exhibeatur, quia et quantitas, cuius memoria facta est, pro veritate debetur; hoc enim etiam in veteribus legibus invenitur.

Cap. IV

Hoc quoque sancimus, ut, si quando appellatione secuta, in novissima induciarum die aut pars utraque, aut solus, qui appellatione usus est, occurrerit, et suam praesentiam manifestaverit iudici futuro appellationis examinare iudicium, aut consiliariis eius, aut qui lites intromittunt, et iudex eum in definitis diebus suscipere differat, nullum praeiudicium partibus aut uni earum ex hoc penitus fieri, sed et post haec (3) examinari appellationes huiusmodi, et sententia legitima terminari.

Cap. V

Aliud ad hoc capitulum nostra indigens providentia prospeximus emendare. Quia enim nostrae

(1) *El texto griego (Novela CXIX.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. X. 10.—Varios capítulos de esta Novela se encuentran en diversos lugares de las Bas.—Iulian. Const. 110.—La versión latina es la antigua de la glosa.*

CONSTITUCION CXV

DE QUE LA DONACIÓN ESPONSALICIA SEA UN CONTRATO ESPECIAL; Y DE DIVERSAS MATERIAS
(Colección IX. título 2.)

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* PEDRO, *gloriosísimo Prefecto de los Pretorios de Oriente.*

Capítulo I

Mandamos por la presente ley, que la donación esponsalicia sea y se considere un contrato especial, y que no sea contada entre las demás donaciones, porque por ella se ofrece cosa igual á la dote. Así, pues, ya se haga en actas su insinuación, ya también no se haga, mandamos que en todo tenga ella su propia fuerza tanto respecto á la mujer, como en cuanto al marido, ya si fuera dada ó consignada por escrito para la mujer, por el mismo marido, ó por otro cualquiera, ó ya si la donación se hiciera á la persona del marido, para que comprenda las mismas cosas en la donación nupcial. Y mandamos que esto tenga validez de cualquier cantidad que sea la donación, ó aunque no haya sido insinuada, según se ha dicho.

Capítulo II

Y mandamos también por la presente constitución, que en el mismo tiempo en que les es lícito testar de otros bienes, tengan licencia los menores también para manumitir en últimas voluntades á sus esclavos, sin que se les haya de originar impedimento alguno por la edad, sino quedando sin vigor la ley, que antes prohibía esto.

Capítulo III

Y además de esto mandamos, que si alguien hiciera en algún documento mención de otro, no se haga por virtud de esta mención exacción alguna, si no se presentase también el otro documento, de que se hizo mención en el segundo, ó si con arreglo á las leyes no se suministraba otra prueba de que verdaderamente se debe también la cantidad, de que se hizo mención; porque esto se halla también en las antiguas leyes.

Capítulo IV

También mandamos, que, cuando habiéndose interpuesto apelación comparecieren en el último día del término ambas partes, ó sólo el que interpuso la apelación, y hubieren manifestado su presencia al juez que haya de examinar el juicio de la apelación, ó á sus asesores, ó á los que introducen los litigios, y el juez difiriese recibirlas en los días fijados, no se les origine de esto absolutamente ningún perjuicio á las partes, ó á una de ellas, sino examínense aun después tales apelaciones, y sean terminadas por legítima sentencia.

Capítulo V

Además de esto, también nos ha parecido bien enmendar otro capítulo, que requiere providencia

(2) *El cód. Hamb.*; et, *omítenla las ed.*
(3) *El cód. Hamb.*; hoc, *en lugar de* haec, *se lee en todas las ed.*

leges decernunt, si quando gloriosissimi praefecti sacrorum praetoriorum sententiam protulerint, nullam appellationem adversus eam offerri, sancimus, quoties sententia gloriosissimorum praefectorum cuiuscunque regionis proferatur, et unus forsan litigantium putaverit se gravari, habere eum licentiam petitionem offerre gloriosissimis praefectis, qui sententiam protulerunt, aut eorum consiliariis, aut causas introducentibus intra decem dierum inducias post prolatam sententiam, ut hoc subsecuto non aliter exsecutioni sententia contradatur, nisi prius fideiussiones dignas praebuerit victrix pars tantae quantitatis, quantae fuit condemnatio, ut, si post hanc retractationem modo legitimo procedente sententia resolvatur, res ei cum augmentis legitimis restituatur. Si vero intra memoralss decem dierum inducias post prolatam sententiam non obtulerit libellum is, qui putat se laesum, iubemus, causae excutionem sine fideiussione (1) procedere, retractationis iure servando illi, qui se gravatum putaverit.

nuestra. Porque como determinan nuestras leyes, que, cuando hayan proferido sentencia los gloriosísimos prefectos de los sacros pretorios, no se interponga contra ella apelación alguna, mandamos que siempre que se profiera sentencia por los gloriosísimos prefectos de cualquier región, y acaso uno de los litigantes creyere que él había sido agraviado, tenga él licencia para presentar petición á los gloriosísimos prefectos, que profirieron la sentencia, ó á sus asesores, ó los introductores de las causas, dentro del término de diez días después de proferida la sentencia, de suerte que, habiéndose hecho esto, no se lleve á ejecución la sentencia de otro modo, sino si antes hubiere prestado la parte vencedora fianzas abonadas de tanta cantidad por cuanta fué la condenación, para que, si después de esta revisión, verificándose del modo legítimo, se revocara la sentencia, se le restituya á él con sus legítimos aumentos la cosa. Mas si dentro del mencionado término de diez días después de proferida la sentencia no hubiere presentado libelo el que se cree lesionado, mandamos que proceda la ejecución del negocio sin fianza, reservándosele el derecho de revisión al que se creyere agraviado.

Cap. VI

Ad haec quoque sancimus, ut, si contigerit minores velle se abstinere ab hereditate in se devoluta et a se suscepta, si quidem omnes creditores praesentes fuerint in illis locis, in quibus in integrum restitutio postulatur, vocentur a iudice creditores, et praesentibus omnibus ab huiusmodi hereditate se minores abstineant. Si vero omnes aut aliqui creditorum absentes fuerint, iubemus, minores volentes hoc agere locorum iudicem, in quibus ipsi degunt, adire, illum vero per consuetas citationes vocare creditores, et si intra spatium trium mensium nusquam appareant creditores, licere minoribus sine periculo ab huiusmodi hereditate abscedere, iudice providente, apud quem agitur in integrum restitutio, ubi debeant hereditariae res mobiles et immobiles custodiri, quantitate quippe harum publica descriptione sub gestis monumentorum manifestanda.

Capítulo VI

Mandamos también además de esto, que, si aconteciere que menores quieren abstenerse de herencia deferida á ellos y por ellos adida, si ciertamente todos los acreedores estuvieren presentes en aquellos lugares en que se pide la restitución por entero, sean llamados por el juez los acreedores, y estando todos presentes absténganse de tal herencia los menores. Pero si todos ó algunos de los acreedores estuvieren ausentes, mandamos que los menores que quieran hacer esto se dirijan al juez de las localidades en que aquellos viven, y que por medio de las acostumbradas citaciones llame él á los acreedores, y si los acreedores no comparecieren dentro del espacio de tres meses, séales lícito á los menores abstenerse de tal herencia sin riesgo, proveyendo el juez, ante quien se ventila la restitución por entero, donde deberán custodiarse los bienes muebles é inmuebles de la herencia, debiéndose manifestar ciertamente su cuantía en inventario público hecho en acta.

Cap. VII

Rursus sancimus, ut, si quis mala fide rem possidens aut per venditionem, aut per donationem, aut aliter hanc rem (2) alienet, qui vero putat, easdem res competere sibi, hoc agnoscens, intra decem annos inter praesentes et viginti inter absentes non contestatus fuerit secundum leges emtorem, aut donationem accipientem, aut illum, ad quem res alio quolibet modo translatae sunt, eum, qui tales res habet, firme eas habere, post decennii videlicet inter praesentes et vicennii inter absentes decursum. Si autem ignorat verus alienatarum rerum dominus, et quia res ei competunt, et quia alienatio facta est, non aliter hunc excludi, nisi per tricennalium praescriptionem, non valente dicere eo, qui res hoc modo possidet, quia ipse bona fide possidet, quando (3) a mala fide possidente hoc accepit.

Capítulo VII

Asimismo mandamos, que si alguien, poseyendo de mala fe una cosa, enajenara esta cosa ó por venta, ó por donación, ó de otro modo, y sabiéndolo el que cree que estas mismas cosas le competen á él no hubiere reclamado con arreglo á las leyes dentro de diez años entre presentes y de veinte entre ausentes al comprador, ó al que recibió la donación, ó á aquel á quien de otro cualquier modo fueron transferidas las cosas, téngalas en firme el que tiene tales cosas, por supuesto, después del transcurso de diez años entre presentes y de veinte entre ausentes. Mas si el verdadero dueño de las cosas enajenadas ignora tanto que á él le competen las cosas, como que se hizo la enajenación, no sea él rechazado sino por la prescripción de treinta años, no pudiendo decir el que de este modo posee las cosas, que él las posee de buena fe, puesto que las recibió de un poseedor de mala fe.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; fideiussore, *en vez de* fideiussione, *se lee en Port., y Cont.*

(2) rem, *omítela el cód. Hamb.*

(3) *El cód. Hamb.*; ipse, *añaden las ed.*

Cap. VIII

De praescriptione vero decennii hoc ordinare prospeximus, ut, si quando quispiam in praedicta decennii temporali praescriptione in quibusdam quidem annis praesens sit, in quibusdam vero absens, alios tantos ei annos super decennium adiici, quantos ex ipso decennio absens fuit. Haec autem omnia, quae de temporali praescriptione decrevimus, non in praeteritis, sed in futuris et (1) tantum post praesentem legem negotiis atque causis valere praecipimus.

Cap. IX

Quia vero ante hoc (2) legem protulimus, ut testator aut manu propria, aut per testes nomina heredum scribat in testamentis (3), agnovimus autem ex huiusmodi subtilitate plurima testamenta destructa, testatoribus non valentibus huiusmodi custodire subtilitatem, aut forsan nolentibus scire aliquos suam voluntatem, iubemus, licentiam quidem esse volentibus hoc servare in propriis testamentis; si autem haec (4) non observant, sed secundum priscam consuetudinem testentur, etiam sic firmum testamentum esse sancimus, sive per se aliquis, sive per alterius personam nomen heredis inscripserit, si omnino reliquam legitimam observationem in testamento testator observaverit (5).

Cap. X

Legem vero, per quam sanximus (6), non transferri ad alios (7) res, quae ad nostram domum ex venerabili ecclesia pervenerunt, vacare sancimus tam in iis, quae iam ad nostram domum legitime pervenerunt, quam quae postea pervenire futura sunt.

Cap. XI

Si quando autem aliquis testamentum faciat, et aliquam rem immobilem suae familiae aut alteri cuicunque personae nomine legati reliquerit, et specialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari, sed aut apud heredes, aut apud successores illius, cui relicta est, permanere, in hoc legato iubemus Falcidiam legem locum penitus non habere, quoniam alienationem eius testator ipse prohibuit. Haec autem obtinere praecipimus in illis casibus, qui nondum iudiciali decreto, aut per amicabilem conventum, aut quolibet modo legitimo decisi sunt.

Epilogus

Eminentia igitur tua, quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, edictis quidem in hac regia civitate propositis, praeceptis autem ad omnium provinciarum iudices destinatis ad omnium notitiam venire procuret.

Dat. XIV. Kal. Febr. Constant. imp. IUSTINIANI

Capítulo VIII

Mas respecto á la prescripción de diez años nos ha parecido bien ordenar esto, que cuando tratándose de la susodicha prescripción temporal de diez años alguien estuviera presente ciertamente algunos años, y ausente otros, se le agreguen sobre el decenio otros tantos años cuantos del mismo decenio estuvo ausente. Mas todo esto que hemos decretado sobre la prescripción temporal, mandamos que tenga validez, no en los negocios y causas pasados, sino en los futuros, y solamente después de la presente ley.

Capítulo IX

Mas como antes de esto promulgamos una ley para que el testador escriba en los testamentos ó de propia mano, ó por medio de testigos, los nombres de los herederos, pero hemos sabido que por virtud de tal escrupulosidad han sido destruídos muchos testamentos, por no poder los testadores observar tal escrupulosidad, ó acaso por no querer que algunos conozcan su voluntad, mandamos que tengan ciertamente licencia los que quieran para observar esto en sus propios testamentos; pero si no lo observan, sino que testan con arreglo á la antigua costumbre, mandamos que también así sea firme el testamento, ya si uno hubiere escrito por sí, ya si por medio de otra persona, el nombre del heredero, si el testador hubiere observado en el testamento absolutamente todas las demás solemnidades legales.

Capítulo X

Y mandamos que quede sin vigor la ley por la cual dispusimos que no se transfieran á otros los bienes, que de la venerable iglesia vinieron á poder de nuestra casa, tanto respecto á los que ya vinieron legítimamente á poder de nuestra casa, como en cuanto á los que hayan de venir después.

Capítulo XI

Mas si cuando alguno hiciera testamento le dejare alguna otra cosa inmueble á su familia, ó á otra cualquier persona á título de legado, y especialmente dijere que en ningún tiempo sea enajenada esta cosa, sino que permanezca ó en poder de sus herederos, ó de los sucesores de aquel á quien fué dejada, mandamos que en este legado no tenga de ningún modo lugar la ley Falcidia, porque el mismo testador prohibió su enajenación. Pero mandamos que esto rija en aquellos casos, que todavía no han sido decididos por decreto judicial, ó por amigable convenio, ó de cualquier modo legítimo.

Epílogo

Por tanto, procure tu eminencia que lo que por medio de la presente ley, perpétuamente valedera, ha sancionado nuestra tranquilidad llegue á conocimiento de todos, por edictos ciertamente expuestos en esta real ciudad, y por órdenes enviadas á los jueces de todas las provincias.

Dada en Constantinopla á 14 de las Calendas de

(1) et, *omitenla Trid., y Port.*
(2) *El cód. Hamb.:* ante hanc, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb.:* testamento, *las ed.*
(4) *El cód. Hamb. por segunda mano:* si haec, *el códice Hamb.;* si enim hoc, *las ed.;* si vero etiam hoc, *Bk.*
(5) servaverit, *en lugar de* observaverit, *se lee en el cód. Hamb., y Trid.*
(6) sancimus, *en vez de* sanximus, *se halla en el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.;* alias, *Port., y Cont.*

PP. Aug. anno XVII., post Basilii cons. ann. III. [544.]

CONST. CXVI (1)

DE ALIENATIONE, ET EMPHYTEUSI, ET LOCATIONE, ET HYPOTHECIS, ET ALIIS DIVERSIS CONTRACTIBUS IN UNIVERSIS LOCIS RERUM SACRARUM

(Coll. IX. tit. 3.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Petro, *gloriosissimo Orientalium Praetoriorum Praefecto.*

Praefatio

Multis et diversis legibus super alienationibus, et emphyteusibus, et locationibus, et reliquis administrationibus (2) ecclesiasticarum rerum plantantibus (3), praevidimus omnes praesente comprehendere lege.

Cap. I

Sancimus itaque, nullam habere licentiam ordinatores rerum huius regiae civitatis sanctissimae maioris ecclesiae, aut orphanotrophii, aut nosocomii, aut xenodochii, aut ptochotrophii, aut alterius venerabilis domus in hac regia civitate sive in eius finibus constitutae, exceptis venerabilibus monasteriis, vendere (4), aut donare, aut commutare, aut sub alterno dono dare, aut alio quolibet modo allenare rem immobilem, aut civilem annonam, aut rusticum mancipium, nisi ad imperialem domum commutatio sola facta est. Sed neque de colonis iuste dari quid (5) concedimus. Emphyteuses vero a praedicta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis et memoratorum locorum (6) fieri iubemus in persona (7) eius, qui accepit, et aliis duobus deinceps heredibus, et non amplius de (8) sexta parte instantis canonis dimittimus ei qui emphyteusis iure acceperit. De competentibus vero proastiis ipsi sanctissimae maiori ecclesiae et nominatis venerabilibus domibus in regia (9) civitate aut in eius regione aut mansione constitutis iubemus, si quidem haec reditus habeant, integro (10) canone ab iis ordinatoribus, qui regunt ipsa venerabilia loca, in emphyteusin haec (11) secundum praedictum modum accipienti et aliis duabus successionibus dari, et nullam omnino relevationem, sed (12) augmentum fieri. Si vero non habeant ipsa proastia aliquos omnino reditus, licentiam praebemus ordinatoribus venerabilium locorum in alia (13) quantitate hoc (14), sicuti praedictum est, in emphyteusin dare.

§ 1.—Si vero contigerit quamlibet rem ex aliquo

(1) *El texto griego (Novela CXX.) se halla en Ital. y Scrimg.—Athan. II. 2. y Coll. Const. eccl. III. 2. 2.—Algunas partes de esta Novela se encuentran en Coll. 87. capitul. c. 14-16. y en (Ioannis) Nomoc. App. 12-14.—Está también la Novela en Coll. 25. capitul. c. 24.—Excepto el proemio y el epilogo, toda la Novela se halla en las Bas. V. 2. 1-7. y 9-13. (y 15?) Schol.—Iulian. Const. III.—La versión latina es la antigua glosada.*

(2) reliquae administrationis, *el cód. Hamb.*

(3) de plantantibus, *el cód. Hamb.*; et de plantantibus, *Trid., y Port.*

(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; aut vendere, *en vez de* vendere, *Port., y Cont.*

(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; neque de colonis iuste dari quidem, *Port., y Cont.*; neque colonario iure dari quid, *Bk.*

Febrero, en el año décimo séptimo del imperio de Justiniano, Augusto perpétuo, año tercero después del consulado de Basilio. [544.]

CONSTITUCIÓN CXVI

DE LA ENAJENACIÓN, DE LA ENFITÉUSIS, DE LA LOCACIÓN, DE LAS HIPOTECAS, Y DE OTROS DIVERSOS CONTRATOS DE COSAS SAGRADAS EN TODOS LOS LUGARES

(Colección IX. título 3.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Pedro, *gloriosísimo Prefecto de los Pretorios Orientales.*

Prefacio

Habiendo establecido muchas y diversas leyes sobre las enajenaciones, las enfitéusis, las locaciones, y los demás actos de la administración de los bienes eclesiásticos, nos ha parecido bien comprenderlas todas en la presente ley.

Capítulo I

Así, pues, mandamos que los administradores de los bienes de la santísima iglesia mayor de esta real ciudad, ó de un hospicio de huérfanos, ó de un hospital de pobres, ó de un asilo de peregrinos, ó de un hospicio de pobres, ó de otra venerable casa sita en esta real ciudad ó en su término, exceptuados los venerables monasterios, no tengan licencia alguna para vender, ó donar, ó conmutar, ó dar por recíproca remuneración, ó de otro cualquier modo enajenar una cosa inmueble, ó annonas civiles, ó un esclavo rústico, sino si la permuta hubiera sido hecha solamente con la casa imperial. Pero tampoco permitimos que con justicia se dé cosa alguna respecto á los colonos. Y mandamos que las enfitéusis se hagan por la susodicha santísima iglesia mayor de esta real ciudad y de los mencionados lugares á favor de la persona que las recibió, y de otros dos herederos sucesivos, y no le perdonamos al que adquiriere por derecho de enfitéusis más de la sexta parte del cánon presente. Mas respecto á las posesiones de los suburbios pertenecientes á la misma santísima iglesia mayor y á las mencionadas venerables casas, sitas en esta real ciudad, ó en su región ó mansión, mandamos que si ellas producen renta, sean dadas con su cánon íntegro por estos administradores, que gobiernan los mismos venerables lugares, al que en la forma antes dicha las reciba en enfitéusis y á otras dos sucesiones suyas, sin que se haga absolutamente ninguna disminución, sino aumento. Mas si estas mismas posesiones suburbanas no produjeran absolutamente ningunas rentas, les damos licencia á los venerables administradores de los lugares para darlas en enfitéusis por alguna cantidad, según se ha dicho antes.

§ 1.—Pero si aconteciere que alguna cosa de al-

(6) *El cód. Hamb.*; commemoratorum locorum, *las ed.*; commemoratis venerabilibus locis, *Bk.*

(7) *El cód. Hamb.*; personam, *las ed.*

(8) de, *omitela Bk.*

(9) *El cód. Hamb.*; in regia hac, *las ed.*

(10) sub integro, *Bk., pero más bien es de creer que el antiguo traductor escribió* in integro. *Cont. pone equivocadamente coma después de* canone, *y después de* habeant *la ponen acertadamente el cód. Hamb., Trid., y Port.*

(11) *Trid.*; loca emphyteosin haec, *el cód. Hamb.*; loca emphyteusim hanc, *Port*; loca in emphyteusim (*omitiendo* haec), *Cont.*

(12) et, *adiciona Bk.*

(13) aliqua, *enmienda acertadamente Bk.*

(14) haec, *Bk. ed. estereotipada.*

praedictorum locorum venerabilium emphyteutico iure datam aut in imperialem domum, aut in sacrum nostrum aerarium, aut in civitatem aliquam, aut in curiam, aut in aliam aliquam venerabilem (1) domum pervenire, licentiam praebemus ordinatoribus venerabilium locorum, a quibus a principio emphyteusis facta est, mox ut pervenerit ad (2) unam praedictarum personarum ipsa emphyteusis, manifestare suam voluntatem intra biennium, et aut ab his derelinqui eandem rem, ad quos pervenit, et annuam pensionem, quae pacto continetur, inferri, aut hoc recipere, emphyteusi soluta, eo quod hoc sibi prodesse existimant.

§ 2.—Si vero quaedam sunt loca aut ipsi sanctissimae ecclesiae maiori, aut alicui venerabilium domorum competentia, in quibus antiquae habitationes depositae sunt, et ex quibus nullus praebetur reditus, praedictae vero venerabiles domus, quibus competunt haec loca, reaedificare non possunt, licentiam damus ipsis ordinatoribus earum in emphyteuseos (3) perpetuo iure tradere ipsa loca, ita tamen, ut emphyteusis in tertia parte pensionum quae ex habitationibus adhuc stantibus colligebantur, ex principiis temporis emphyteuseos procedat; aut si emphyteuta (4) maluerit magis sub isto pacto accipiat (5) loca, ut primitus aedificet, et ex adiectis illic per aestimationem pensionibus medietatem partis dari (6) venerabili domui, a qua ipsa loca accepit, et hoc fieri concedimus. Utatur vero (7) huiusmodi emphyteuta et illic inventa de depositis habitationibus materia.

Cap. II

Si vero aliquis voluerit quamlibet rem immobilem nomine usus accipere a sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis aut unius memoratarum venerabilium domorum, non aliter hoc accipiat, nisi aliam rem mox dominii iure praebuerit, ex quo (8) eandem rem accepit, tantum habentem reditum, quantum habeat res, quae ei datur, et non maioribus fisci praestationibus praegravatam, ut post eius mortem, aut post tempus, in quo (9) datio usus convenit, non transcendentem (10) videlicet accipientis vitam, utraque res integra et in dominium et in usum in eandem venerabilem domum perveniat.

Cap. III

Locationes vero ab ipsis venerabilibus domibus fieri concedimus in quantoscunque contrahentibus annos placuerit, non transcendentibus videlicet triginta annorum temporibus (11).

Cap. IV

Si vero contigerit aliquam praedictarum venerabilium domorum nomine fiscalium tributorum aut alterius cuiuslibet supervenientis necessitatis venerabili domui pecuniis egere, liceat eius ordina-

(1) *El cód. Hamb.*; in aliquam venerabilem aliam, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb.*; in, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; emphyteuses, *Port., y Cont.*
(4) emphyteota, *el cód. Hamb.*; emphiteota, *Trid.*
(5) accipere, *Bk.*
(6) dare, *Bk.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; ergo, *Port., y Cont.*

guno de los susodichos venerables lugares dada por derecho enfitéutico va á poder ó de la casa imperial, ó de nuestro sacro erario, ó de alguna ciudad, ó de una curia, ó de alguna otra venerable casa, les damos licencia á los administradores de los venerables lugares, por quienes en un principio fué hecha la enfitéusis, luego que la misma enfitéusis hubiere ido á poder de una de las susodichas personas, para que manifiesten su voluntad dentro de un bienio, y para que ó por ellos se deje la misma cosa en poder de aquellos á quienes fué, y se pague la pensión anual, que en el pacto se contiene, ó para recobrarla, disolviéndose la enfitéusis, porque estimen que esto les es provechoso.

§ 2.—Pero si hay algunos lugares pertenecientes á la misma santísima iglesia mayor, ó á alguna de las venerables casas, en los que se hallan arruinadas antiguas habitaciones, y por los que no se paga renta alguna, y las susodichas venerables casas, á quienes pertenecen estos lugares, no pueden reedificarlas, les damos licencia á sus mismos administradores para entregar estos lugares con perpétuo derecho de enfitéusis, pero de suerte que se verifique la enfitéusis desde el principio del tiempo de la misma por la tercera parte de las pensiones que se percibían de las habitaciones cuando todavía subsistían; ó si el enfitéuta prefiriere recibir los lugares con este pacto, con el de edificar primeramente, y que de las pensiones allí creadas mediante estimación se dé la mitad á la venerable casa, de la que recibió los mismos lugares, concedemos que también se haga esto. Mas sírvase tal enfitéuta también de los materiales de las habitaciones derruídas allí encontrados.

Capítulo II

Mas si alguno quisiere recibir á título de uso una cualquiera cosa inmueble de la santísima iglesia mayor de esta real ciudad ó de una de las mencionadas venerables casas, no la reciba de otra suerte, sino si diere inmediatamente con derecho de dominio otra cosa á aquel de quien recibió la cosa, que produzca tanta renta cuanta produce la cosa que á él se le da, y no gravada con mayores prestaciones del fisco, de suerte que después de la muerte de él, ó después del tiempo por el que se convino la donación del uso, que no exceda, por supuesto, de la vida del que lo recibió, vayan íntegras ambas cosas así en cuanto al dominio, como en cuanto al uso, á poder de la misma venerable casa.

Capítulo III

Mas concedemos que por las mismas venerables casas se hagan arrendamientos por cuantos años les pluguiere á los contratantes, no excediendo, por supuesto, del término de treinta años.

Capítulo IV

Pero si aconteciere que alguna de las susodichas venerables casas necesitaba dinero por razón de tributos fiscales ó de otra cualquier necesidad que sobreviene á una venerable casa, séales lícito á sus

(8) praebuerit venerabili domui, ex qua, *Bk.*
(9) quod, *Bk.*
(10) *Port., y Cont.*: transcendente, *el cód. Hamb.*; *más correctamente* transcendens, *Trid.*
(11) non transcendentibus—tempora, *Trid.*; transcendentes—tempus, *Bk. ed. estereotipada.*

toribus immobilem rem aut supponere aut (1) dare in speciale pignus, et (2) creditor possideat eandem rem, et eius fructus colligat, et reputet sibi tam in his creditis pecuniis, quam in usuris, non autem maioribus, quam quartam partem (3) centesimae. Si vero persolverint debitum praepositi eiusdem venerabilis domus, aut ex fructibus adimpleatur creditum, redeat iterum res ad venerabilem domum, ex qua data est.

Cap. V

Emphyteuses vero et hypothecas, et ultra quinquennium locationes volumus (4) fieri a sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis conscientia et consensu beatissimi huius civitatis episcopi et patriarchae, iurantibus praesente eo (5) deo amabilibus oeconomis et chartulariis eiusdem sanctissimae maioris ecclesiae, quod non ad praescriptionem iuris eius contractus efficiatur; in aliis vero venerabilibus domibus, si quidem sint chartularii, ipsos aequali modo iurare praesente eo, qui praeest venerabili domui; si vero non sint chartularii, ab his, qui praesunt venerabilibus domibus, propositis sanctis evangeliis contractum fieri in scriptis cum iureiurando addito huiusmodi instrumentis, quod non ad laesionem aut praescriptionem venerabilis domus contractus efficiatur (6).

§ 1.—Oeconomis vero, et orphanotrophis, et reliquis venerabilium domorum ordinatoribus, nec non et (7) omnibus chartulariis, et parentibus eorum, et filiis, et aliis, qui per genus eis vel nuptiarum iure coniuncti sunt, interdicimus emphyteuses (8) et locationes sive hypothecas rerum ipsis venerabilibus domibus competentium aut per semetipsos, aut per interpositam personam accipere, scientibus eis, quod, si tale aliquid fiat, et hoc invalidum erit, et omnem substantiam tam eorum, qui accipiunt, quam oeconomorum, et chartulariorum, et ordinatorum, quibus secundum praedictum modum coniuncti sunt, in venerabilem domum, de qua rem accipiunt, post obitum eorum pervenire iubemus.

Cap VI

Et hoc quidem super iis, quae (9) maioris ecclesiae sunt et praedictarum venerabilium domorum, quae sunt in (10) regia civitate vel eius circuitu, adhaerentium, disposuimus. In aliis vero sanctissimis ecclesiis, et monasteriis, et xenodochiis, et nosocomiis, seu reliquis venerabilibus domibus, quae in omnibus provinciis nostrae reipublicae positae sunt, verum etiam monasteriis in hac regia civitate et eius circuitu adhaerentibus, consequenter definire praevidimus.

§ 1.—Licentiam igitur damus praedictis venerabilibus domibus non solum ad tempus emphyteusin facere immobilium rerum sibi competentium, sed et perpetue haec eis emphyteutico iure volentibus dari. Et si quidem sanctissimae ecclesiae sint vel aliae venerabiles domus, quarum gubernationem loci sanctissimus episcopus aut per se, aut per ve-

administradores ú obligar una cosa inmueble, ó darla en prenda especial y posea el acreedor la misma cosa, y recoja sus frutos, y apliqueselos tanto para las cantidades prestadas como para los intereses, pero no mayores estos de la cuarta parte del uno por ciento mensual. Mas si los encargados de la misma venerable casa hubieren pagado la deuda, ó con los frutos se completara el crédito, vuelva de nuevo la cosa á la venerable casa, de la que fué dada.

Capitulo V

Mas queremos que las enfitéusis y las hipotecas, y los arrendamientos por más de cinco años se hagan por la santísima iglesia mayor de esta real ciudad con conocimiento y consentimiento del beatísimo obispo y patriarca de esta ciudad, jurando en presencia de él los ecónomos y los cartularios, amantes de Dios, de la misma santísima iglesia mayor, que no se hace el contrato para prescripcion de derecho de ésta; y que en las demás venerables casas, si verdaderamente hubiere cartularios, juren de igual modo los mismos en presencia del que está al frente de la venerable casa; mas si no hubiera cartularios, hágase el contrato, teniendo presentes los santos evangelios, por los que están al frente de las venerables casas en instrumentos escritos, con juramento que se añada, de que no se hace el contrato para lesión ó perjuicio de la venerable casa.

§ 1.—Pero á los ecónomos, y á los encargados de los hospicios de huérfanos, y a los demás administradores de las venerables casas, y también á todos los cartularios, y á sus padres, y á sus hijos, y á los demás que por parentesco ó por vínculo de nupcias están unidos á ellos, les prohibimos que reciban ó por sí mismos, ó por interpuesta persona, enfitéusis y arrendamientos ó hipotecas de bienes pertenecientes á las mismas venerables casas, teniendo ellos entendido, que, si se hiciera alguna tal cosa, esta no será válida, y mandamos que después de la muerte de ellos todos los bienes, así de los que los reciben, como de los ecónomos, y de los cartularios, y de los administradores, con quienes están unidos en el modo antes dicho, vayan á poder de la venerable casa, de que reciben la cosa.

Capitulo VI

Y esto ciertamente hemos dispuesto sobre los bienes que son de la iglesia mayor y de las susodichas venerables casas establecidas, que hay en esta real ciudad ó en sus alrededores. Mas respecto á las demás santísimas iglesias, y á los monasterios, y á los hospicios de peregrinos, y á los hospitales de pobres, ó á las demas venerables casas, que se hallan establecidas en todas las provincias de nuestra república, y también á los monasterios sitos en esta real ciudad y en sus alrededores, nos ha parecido bien determinar en consecuencia.

§ 1.—Así, pues, les damos á las susodichas venerables casas licencia no solamente para hacer enfitéusis temporal de bienes inmuebles, que les pertenezcan, sino también para que estos sean dados á perpetuidad con derecho enfitéutico á los que los quieran. Y si verdaderamente hubiera santísimas iglesias ú otras venerables casas, cuya administra-

(1) rem supponere et, *Bk.*
(2) ut, *Bk.*
(3) quarta parte, *Bk.*
(4) *Bk.*; hypothecas ultra quinquennium volumus, *el cód. Hamb.*; hyphotecas et ultra quinquennium volumus, *las ed.*
(5) *Bk.*; praesentibus, *el cód. Hamb., y las ed.*
(6) *El cód. Hamb.*; efficitur. *las ed.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(8) *Trid.*; emhyteosis, *el cód. Hamb.*; emphyteusim, *se lee en Port., y Cont.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; qui, *Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb.*; hac, *adicionan las ed.*

nerabilem chorum clericorum faceret (1), cum voluntate eorum et consensu fieri huiusmodi contractum, iurantibus praesente eo et (2) oeconomis, et administratoribus, et chartulariis ipsius venerabilis domus, quod ex hac emphyteusi nullum damnum eidem venerabili domui infertur. Si vero ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut reliquae venerabiles domus sint, propriam administrationem habentes, si quidem venerabilia oratoria esse contigerit, cum voluntate maioris partis ibidem ordinantium (3) clericorum, nec non et oeconomi, si vero xenones (4), aut ptochium, aut nosocomium, aut alia sit venerabilis domus, apud praepositum ipsius fieri contractum, iurantibus ordinatoribus earundem venerabilium domorum in praesentia dei amabilis episcopi, a quo praeponuntur aut ordinantur, quod nihil ad laesionem aut praescriptionem ipsarum venerabilium domorum de huiusmodi contractu efficitur.

§ 2.—In venerabilibus vero monasteriis primates eorum cum ampliore et maiore parte ibidem deservientium monachorum contractum efficiant. In praedictis vero omnibus iubemus inscribi instrumentum (5) cum iureiurando, quod non ad laesionem aut praescriptionem earundem (6) res agitur. Hac vero observatione huiusmodi praecedente, relevationem non amplius fieri a (7) sexta parte reditus, quem habet res, quae in emphyteusin datur. Quaecunque vero de lapsis domibus competentibus venerabilibus domibus, quae in regia sunt positae civitate, superius disposuimus, haec (8) in his venerabilibus domibus valere praecipimus. Hoc etiam super ipsis venerabilibus domibus definire praevidimus, ut, si quaedam ex eis sive pro publicis collationibus, sive pro alia necessaria causa eiusdem domus debitis obnoxiae fiant, et non est possibile de rebus mobilibus eadem persolvi debita, primo (9) quidem ordine in speciali pignore dari rem immobilem creditori, ut eius fructus colligens, reputet sibi tam in ipsis debitis mutuis pecuniis, quam in usuris non amplius quarta parte centesimae. Si vero noluerit (10) isto modo debitum transigere, iubemus, per eos quidem, qui a sanctissimo patriarcha ordinantur, sive metropolitae, sive alii episcopi sint, sive archimandritae, sive orphanotrophi, aut ptochotrophi, aut xenodochi, aut nosocomi (11), aut aliarum venerabilium domorum ordinatores, apud sanctissimos patriarchas, a quibus ordinantur aut praeponuntur, monumenta fieri, et cum iureiurando ordinatorum et consensu amplioris partis in eis deservientium debitum manifestari, et quia non est possibile de rebus mobilibus istud persolvi; eos (12) vero, qui a metropolitis ordinantur, sive episcopi sunt, sive archimandritae, sive orphanotrophi, sive ptochotrophi, aut aliorum venerabilium locorum ordinatores, apud eos similiter metropolitas episcopos huiusmodi monumenta conscribi; ab illis vero episcopis, qui aut a patriarchis, aut a metropolitis episcopis ordinantur, et habent sub propria iurisdictione aut monasteria, aut ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut alias venerabiles domos,

ción llevara ó por sí, ó por medio del venerable coro de clérigos, el santísimo obispo de la localidad, hagase tal contrato con la voluntad y el consentimiento de éstos, jurando en presencia de él así los económos, como los administradores, y los cartularios de la misma venerable casa, que con tal enfitéusis no se le causa ningún perjuicio á la misma venerable casa. Pero si fueron hospicios de pobres, ú hospitales de peregrinos, ú hospitales de pobres, ú otras venerables casas, que tienen propia administración, si verdaderamente aconteciere que son venerables oratorios, hagase el contrato con la voluntad de la mayor parte de los clérigos que en él están ordenados, y también con la del económo; pero si fueran hospitales de peregrinos, ú hospicios de pobres, ú hospitales de pobres, ú otra venerable casa, ante el prepósito de la misma, jurando los administradores de las mismas venerables casas en presencia del obispo, amante de Dios, por quien son constituídos ú ordenados, que con tal contrato no se hace nada para lesión ó perjuicio de las mismas venerables casas.

§ 2.—Mas en los venerables monasterios hagan el contrato sus priores con el asentimiento de la mayor parte de los monjes que en ellos prestan servicio. Pero mandamos que en todos los susodichos casos se escriba un instrumento con juramento de que no se hace la cosa para lesión ó perjuicio de las mismas venerables casas. Mas precediendo la observancia de tal formalidad, no se haga rebaja de más de la sexta parte de la renta, que produce la cosa que se da en enfitéusis. Y mandamos que lo que más arriba hemos dispuesto respecto a edificios arruinados pertenecientes á las venerables casas, que se hallan sitas en esta real ciudad, tenga validez en cuanto á estas venerables casas. Y también hemos considerado conveniente determinar esto sobre las mismas venerables casas, que, si algunas de ellas se obligaran á deudas ó por las contribuciones públicas, ó por otra causa necesaria de la misma casa, y no es posible que dichas deudas sean pagadas con los bienes muebles, se le dé ciertamente en primer lugar al acreedor una cosa inmueble en prenda especial, para que percibiendo los frutos de ella se los aplique tanto para las mismas cantidades recibidas en mútuo y debidas, como para los intereses, no mayores de la cuarta parte del uno por ciento mensual. Mas si no quisiere saldar de este modo la deuda, mandamos que ciertamente por los que son ordenados por el santísimo patriarca, ya sean metropolitanos, ya otros obispos, ya arquimandritas, ya encargados de asilos de huérfanos, ó de hospicios de pobres, ó de hospicios de peregrinos, ó de hospitales de pobres, ó administradores de otras venerables casas, se hagan actuaciones ante los santísimos patriarcas, por quienes son ordenados ó constituídos, y con juramento de los administradores y con el consentimiento de la mayor parte de los que allí prestan servicio se manifieste la deuda, y que no es posible que ella sea pagada con los bienes muebles; y que los que son ordenados por los metropolitanos, ya si son obispos, ya si arquimandritas, ya si encargados de asilos de huérfanos, ó de hospicios de pobres, ya si administrado-

(1) *facere, el cód. Hamb.*; *facit, Bk. ed. estereotipada.*
(2) *Trid*; praesentibus et, *el cód. Hamb.*; praesentibus, *Port., y Cont.*
(3) orantium, *Bk. ed. estereotipada.*
(4) xenon. *Bk. ed. estereotipada.*
(5) instrumento. *Bk ed. estereotipada.*
(6) venerabilium domorum, *adiciona Bk, en su edición estereotipada.*
(7) a, *omitela Bk.*
(8) et, *adiciona Bk.*
(9) et primo, *el cód. Hamb., y Port.*
(10) non potuerint. *Bk.*
(11) *El cód. Hamb., y Trid.*; orphanotrophi aut nosocomi aut xenodochi, *Port., y Cont.*
(12) *El cód. Hamb.*; per eos, *las ed.*

sub similem modum fieri gesta, ita tamen, ut, sive apud patriarchas, sive apud metropolitas, sive apud episcopos alios huiusmodi gesta fiant, nullum pro his dispendium aut expensam venerabiles domos sustinere. Propterea enim nolumus (1) de cetero apud iudices provinciarum aut defensores locorum huiusmodi monumenta a memoratis personis sive domibus agi, ut nullum dispendium sentiant. Postquam vero ista subsecuta fuerint apud memoratos sanctissimos patriarchas, aut metropolitas, aut alios episcopos, tunc per praedictos ordinatores debitricis domus venerabilis in scriptis in publico civitatis loco proponantur per viginti dies, et isto modo hortentur eos, qui emere volunt (2) immobilem rem, ut qui plus praebet, aliis praeponatur. His vero omnibus praecedentibus venditionem fieri, pretio modis omnibus pro debito dando, ut non aliter habeat emtor munitionem, nisi pretium pro ipso debito persolvatur, et hoc evidenter inscribatur, quod (3) nihil ad laesionem aut praescriptionem eiusdem venerabilis domus efficitur. Si vero secundum praedictum modum emtor huiusmodi rei non inveniatur, iubemus, creditorem ex iure praedictarum venerabilium domorum, quod pro soluto dicitur, eandem accipere possessionem, iusta et districta (4) aestimatione facta, et addita in pretio decima parte universae aestimationis in ipsa quantitate (5) accipere rem creditorem pro solutione certo dominio possessurum, ita tamen, ut ordinatores debitricis venerabilis domus et amplior pars deservientium huiusmodi venditionibus consentiat (6). Quae (7) autem praebetur in hoc immobilis res, non per electionem creditoris detur, sed secundum aequitatem aliud quidem fructiferarum, aliud vero et (8) possessionum sterilium eiusdem venerabilis domus, et in reditu earum, et in fiscali solutione et reliquae ordinationis (9).

§ 3.—Si vero quis aut episcopo, aut oeconomo, aut ordinatori cuiuslibet venerabilis domus, sive in regia civitate, sive in provinciis constitutae pecunias credidit aut posthac crediderit, iubemus, neque eis hoc reputari pro venerabili domo, nisi primitus ostenderint, quod in utilitates praedictae venerabilis domus ista profecerunt, neque ipsum creditorem aut heredes eius contra venerabilem domum habere aliquam pro ipsis actionem, nisi monstraverint, quod in utilitatibus venerabilis domus competentibus pecuniae profecerunt, sed contra mutuas accipientem pecunias aut heredes eius proprias moveant actiones.

Cap. VII

Hoc vero iubemus, ut excepta sanctissima maio-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; volumus, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.*: voluerint, *las ed.*
(3) Inscribatur cum tureturando emtionis scripturae quod, *Bk. ed. ester- otipada.*
(4) distincta, *parece preferible, según se halla en el códice Hamb.*

res de otros venerables lugares, escriban tales actuaciones del mismo modo ante estos obispos metropolitanos; y que de igual manera se hagan las actuaciones por los obispos, que son ordenados por patriarcas ó por obispos metropolitanos, y tienen bajo su propia jurisdicción ó monasterios, ú hospicios de pobres, ú hospicios de peregrinos, ú hospitales de pobres, ú otras venerables casas, pero de suerte, que, ya si tales actuaciones se hicieran ante los patriarcas, ya si ante los metropolitanos, ya si ante otros obispos, no soporten por ellas ningún dispendio ó gasto las venerables casas. Porque precisamente no queremos que en lo sucesivo se hagan por las mencionadas personas ó casas tales actuaciones ante los jueces de las provincias ó los defensores de las localidades, para que no sufran dispendio alguno. Mas después que se hubiere hecho esto ante los mencionados santísimos patriarcas, ó metropolitanos, ú otros obispos, expóngase entonces por escrito por espacio de veinte días en lugar público de la ciudad por los susodichos administradores de la venerable casa deudora, é inviten de este modo á los que quieren comprar la cosa inmueble, para que el que mas ofrezca sea preferido á los otros. Mas precediendo todas estas formalidades hágase la venta, dándose de todos modos el precio por la deuda, de suerte que el comprador no tenga seguridad de otro modo, sino si el precio se pagara para la misma deuda, y claramente se consignara por escrito que nada se hace por lesión ó perjuicio de la misma venerable casa. Pero si del modo susodicho no se encontrara comprador de tal cosa, mandamos que el acreedor reciba la misma posesión por derecho de las susodichas venerables casas, que se dice de pago, habiéndose hecho justa y escrupulosa estimación, y habiéndose añadido el precio de la décima parte de la total estimación reciba el acreedor por la misma cantidad la cosa en pago para poseerla con dominio cierto, pero de suerte que presten su consentimiento para tales ventas los administradores de la venerable casa deudora y la mayor parte de los que en ella sirven. Mas la cosa inmueble, que de este modo se da, no sea dada á elección del acreedor, sino con arreglo á equidad algo ciertamente de las posesiones productivas, y algo también de las estériles de la misma venerable casa, y según la renta de las mismas, el pago de sus impuestos fiscales y las demás circunstancias.

§ 3.—Mas si alguno ha prestado ó en lo sucesivo prestare dinero ó al obispo, ó al ecónomo, ó al administrador de cualquier venerable casa, sita ya en esta real ciudad, ya en las provincias, mandamos que no les sea tenido en cuenta para la venerable casa, sino si primeramente demostraren que estas cantidades se invirtieron en utilidades de la susodicha venerable casa, y que el mismo acreedor ó sus herederos no tengan por ellas ninguna acción contra la venerable casa, si no hubieren probado que el dinero se invirtió en utilidades pertenecientes á la venerable casa, sino promuevan sus propias acciones contra el que recibió en mútuo el dinero ó contra sus herederos.

Capítulo VII

Pero mandamos, que excepto la santísima iglesia

(5) et *inserta Bk.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; consentiant, *Port., y Cont.*
(7) *Bk*; Quod. *el cód. Hamb., Trid.* (?), *Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb.*: et. *omitenla las ed.*
(9) reliqua ordinatione, *Bk.*

re ecclesia regiae civitatis, et venerabilibus orphanotrophiis, xenonibus, et ptochiis, quae sunt in regia civitate et (1) sub eius constitutis ordinatione, licentiam esse omnibus sanctissimis ecclesiis, et venerabilibus domibus, nec non et monasteriis tam in hac regia civitate, quam in diversis provinciis constitutis permutationes ad invicem facere, quando utrique venerabili domui servatur indemnitas, consentientibus in scriptis aut per depositiones huiusmodi contractui non solum ordinatoribus utriusque venerabilis domus, sed etiam ampliore parte in eis deservientium. Ea vero, quae ab imperiali domo in quamlibet venerabilem domum pervenerunt aut postea pervenerint, nullo modo vendi, aut pignori supponi, aut permutari, aut omnino alienari concedimus, neque si ad alteras venerabiles domos tale aliquid egerint.

§ 1.—Et quoniam cognovimus, ab aliquibus fieri alienationes monasteriorum, ut haec a sacra figura in privatorum conversationem transferantur, et hoc omnibus modis prohibemus. Si vero tale aliquid factum deprehendatur, licentiam praebemus sanctissimo loci episcopo hoc monasteriis (2) vindicare et in antiquam figuram reducere. Si vero quis de praedictis venerabilibus domibus, quae in hac regia civitate sive in aliis provinciis sunt, excepta sanctissima maiore ecclesia regiae civitatis, praedium habeat plurimis fiscalibus tributis gravatum, ex quo nullus inferatur reditus venerabili domui, licentiam praebemus eiusdem venerabilis domus ordinatoribus tale praedium alienare, quo libet modo voluerint, ad perfectam securitatem eiusdem venerabilis domus, gestis monumentorum videlicet (3) in huiusmodi alienatione conficiendis ab illis, a quibus ordinatores talium locorum praeponuntur sive ordinantur, et iurantibus in sanctis scripturis, praesente (4) eiusdem venerabilis domus et ampliore parte in ea deservientium, quod neque per proditionem, neque per gratiam aut quamlibet praescriptionem alienatio fiat, sed ut servetur immunitas eidem venerabili domui. Oeconomis vero et ordinatoribus clericorum et chartulariis ubicunque venerabilium domorum constitutarum, aut (5) parentibus eorum et filiis, et (6) quibus secundum genus aut secundum matrimonii iura coniunguntur, locationes, aut emphyteuses, aut emtiones, aut hypothecas rerum immobilium ipsis venerabilibus domibus competentium subire aut per se, aut per interpositam personam, secundum quod et ils, qui in regia civitate sunt, prohibemus.

mayor de esta real ciudad y los venerables asilos de huérfanos, hospitales de peregrinos y hospicios de pobres, que hay en esta real ciudad y establecidos bajo su dependencia, tengan licencia todas las santísimas iglesias, y las venerables casas, y también los monasterios establecidos tanto en esta real ciudad, como en las diversas provincias, para hacer recíprocamente permutas cuando á ambas venerables casas se les conserve la indemnidad, prestando por escrito ó por declaraciones su consentimiento para tal contrato no solamente los administradores de ambas venerables casas, sino también la mayor parte de los que en ellas prestan servicio. Mas de ningún modo concedemos que sean vendidas, ó pignoradas, ó permutadas, ó de alguna manera enajenadas las cosas que de la casa imperial fueron, ó en lo sucesivo fueren, á poder de cualquier venerable casa, ni aun si alguna tal cosa la hicieren para otras venerables casas.

§ 1.—Y como hemos sabido que por algunos se hacen enajenaciones de monasterios, para que éstos sean transformados de su sagrado estado á la condición de cosas privadas, también esto lo prohibimos de todos modos. Mas si se descubriera que se hizo alguna tal cosa, le damos licencia al santísimo obispo de la localidad para reivindicarlos para monasterios, y volverlos á su antiguo estado. Pero si alguna de las susodichas venerables casas, que hay en esta real ciudad, ó en otras provincias, excepto la santísima iglesia mayor de esta real ciudad, tuviera un predio gravado con muchos tributos fiscales, por lo que no se le pague renta alguna á la venerable casa, les concedemos licencia á los administradores de la misma venerable casa para enajenar tal predio, del modo que quisieren, para completa seguridad de la misma venerable casa, habiéndose de hacer, por supuesto, documentos para tal enajenación por aquellos por quienes son constituidos ú ordenados los administradores de tales localidades, y jurando sobre las santas escrituras, el presidente de la misma venerable casa y la mayor parte de los que en ella desempeñan ministerio, que la enajenación no se hace por perfidia, ni por favor ú otro cualquier engaño, sino para conservarle la inmunidad á la misma venerable casa. Mas á los ecónomos y á los administradores de los clérigos y á los cartularios de las venerables casas en cualquiera parte sitas, ó á los padres de ellos y á sus hijos, y á los que están unidos á ellos por parentesco ó por vínculos de matrimonio, les prohibimos, también como á los que se hallan en esta real ciudad, celebrar ó por sí, ó por medio de interpuesta persona, arrendamientos, ó enfitéusis, ó compras, ó hipotecas de bienes inmuebles pertenecientes á las mismas venerables casas.

Cap. VIII

Si vero quis aut locator aut emphyteuta alicuius rei competentis aut sanctissimae maiori ecclesiae, aut alteri venerabili domui in quolibet loco nostrae reipublicae constitutae aut deteriorem faciat rem, quam quidem aut accepit, aut post haec (7) acceperit, aut per biennium non intulerit, quod ab eo promissum est emphyteuticum (8), aut locationis canonem, damus licentiam venerabili domui, ex qua locatio aut emphyteusis facta est, et quae de-

Capítulo VIII

Mas si algún arrendatario ó enfitéuta de alguna cosa perteneciente ya á la santísima iglesia mayor, ya á otra venerable casa sita en cualquier lugar de nuestra república, deteriorase la cosa que ya ciertamente recibió, ó que después de ahora recibiere, ó no hubiere pagado durante un bienio la pensión enfitéutica, que por él se prometió, ó el cánon de locación, le damos licencia á la venerable casa, por la que se hizo la locación ó la enfitéusis, para que

(1) *Bk.*; et, *omitenla el cód. Hamb., y las ed.*
(2) monasterium, *Bk.*
(3) et, *adiciona Bk. en su ed. estereotipada.*
(4) antistite, *adiciona Bk.*; *por* praesente *estaría mejor* praepositis.
(5) et, *Bk. ed. estereotipada.*
(6) aliis. *adiciona Bk. en su ed. estereotipada.*
(7) *El cód. Hamb.*: hoc, *las ed.*
(8) qui—promissus est, emphyteuticum, *Bk.*

bentur solo (1) pro praecedente tempore, et antiquum statum locatae sive emphyleuticae rei exigi, et eiici (2) de emphyteusi sive de locatione, non valentem de emponematis actionem aliquam contra venerabiles domos movere. Si vero noluerint praedicti ordinatores expellere eum, exigi quidem eum praecipimus, quae pro locatione sive emphyteusi debere cognoscitur, usque ad definitum vero tempus completum sibi datam rem tenere eum, et quae placita suot dare. Si vero refugiat, licentiam praebemus praepositis eorundem venerabilium locorum indemnitatem venerabilibus domibus de eiusdem rebus fieri, non valente neque hic de emponematis aliquid praetendere.

Cap. IX

Sanctissimas vero ecclesias Odessae et Tomeos (3) civitatum praecipimus alienare res immobiles pro captivorum redemtione, nisi sub hac conditione possessiones aliqui eis dederint, ut nullo modo has alienent. Et (4) hoc autem concedimus, ut Hierosolymorum sanctissima ecclesia licentiam habeat domos competentes ei et (5) positas in eadem sancta civitate vendere, non minori pretio, quam de pensionibus eius in quinquaginta annis colligitur, ut ex earum pretio reditus meliores emat. Si vero quidam cuilibet venerabili domui, sive in hac regia civitate, sive in provinciis positae, steriles possessiones donaverint, aut vendiderint, aut alio modo concesserint, aut dereliquerint, iubemus, pro talibus rebus nullam laesionem sustinere venerabilem domum, in quam huiusmodi possessiones pervenerunt, aut fiscalium nomine, aut alterius cuiuslibet causae gratia praegravari, sed omne huiusmodi onus in dantes et eorum heredes recurrere, necessitatem habentibus recipere datas huiusmodi possessiones, et restituere de propria facultate venerabili domui omne damnum, quod ex huiusmodi occasione ei contigerit. Si vero etiam talis dolus in re subsecutus est, ut aliquae pecuniae pro hoc venerabili domui darentur, et eas iubemus in proprium lucrum venerabilem domum habere, steriles vero res ei, qui dedit, et heredibus eius omnino restitui.

§ 1.—Ad haec iubemus, ut nulla necessitas sanctissimis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis tam in regia civitate, quam in omnibus reipublicae nostrae provinciis positis inferatur possessiones steriles aut frugiferas ubilibet constitutas emere, ut non inveniantur per hanc occasionem et quas habent perdere, aut debitis obnoxiare. Si vero quis voluerit rem immobilem nomine usus accipere ab aliqua praedictarum venerabilium domorum (secundum quod superius de venerabilibus domibus, quae in regia civitate sunt positae, disposuimus), non aliter hoc accipiat, nisi aliam mox rem dominii iure praestiterit venerabili domui, a qua eandem rem acceperit, tantum habentem reditum, quantum habet res, quae ei datur, et non maioribus tributis gravatam, quatenus post eius transitum, aut tempus, in quo (6) datio usus est placita, non transcendens scilicet eius, qui acceperit, vitae tempus,

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; solum, *Port., y Cont.*; filii, *Bk.*
(2) exigere et eiicere, *Bk.*
(3) *Bk.*: ecclesias sen yconomos, *el cód. Hamb.*: ecclesias omnes seu hiconomos, *Trid.*; ecclesias omnes seu oeconomos, *Port., y Cont.*

exija lo que se debe sólo por el tiempo anterior, y el antiguo estado de la cosa arrendado ó dada en enfitéusis, y para que lo eche de la enfitéusis ó del arrendamiento, sin que pueda promover contra las venerables casas acción alguna por las mejoras. Mas si no hubieren querido expulsarlo los susodichos administradores, mandamos que ciertamente se le exija lo que se conozca que debe por el arrendamiento ó la enfitéusis, y que tenga él hasta el completo del tiempo prefijado la cosa que se le dió, y dé lo que se pactó. Mas si lo rehusare, les damos licencia á los prepósitos de los venerables lugares para que con los bienes del mismo procuren la indemnidad de las venerables casas, no pudiendo tampoco en este caso pretender cosa alguna respecto á las mejoras.

Capítulo IX

Pero mandamos que las santísimas iglesias de las ciudades de Odesa y de Tomo (*) enajenen bienes inmuebles para la redención de cautivos, á no ser que algunos les hubieren dado á ellas las posesiones con la condición de que de ningún modo las enajenen. Mas también concedemos esto, que la santísima iglesia de Jerusalém tenga licencia para vender casas que le pertenezcan y estén sitas en la misma santa ciudad, por un precio no menor que el que por sus pensiones se reune en cincuenta años, de suerte que con el precio de ellas compre mejores rentas. Mas si algunos hubieren donado, ó vendido, ó de otro modo concedido, ó dejado posesiones estériles á cualquier venerable casa, sita ó en esta real ciudad ó en las provincias, mandamos que por tales cosas no soporte lesión alguna la venerable casa, á cuyo poder fueron tales posesiones, ó no sea gravada á título de tributos fiscales, ó por razón de otra cualquiera causa, sino que toda carga de esta naturaleza recaiga sobre los que las dieron y sobre sus herederos, los cuales tendrán necesidad de recobrar tales posesiones dadas, y de restituir de sus propios bienes á la venerable casa todo el daño, que con tal ocasión le hubiere sobrevenido. Pero si también en esto se hubiere cometido tal dolo, de suerte que por ello se le diesen algunas cantidades de dinero á la venerable casa, mandamos que la venerable casa las tenga también como lucro propio, pero que las cosas estériles sean de todos modos restituídas al que las dió y á sus herederos.

§ 1.—Además de esto mandamos, que no se imponga á las santísimas iglesias ó á otros venerables lugares, sitos tanto en esta real ciudad como en las provincias de nuestra república, necesidad alguna de comprar posesiones estériles ó productivas, en cualquiera parte sitas, para que no se hallen en el caso de perder también las que tienen, ó de obligarse con deudas. Mas si alguno quisiere recibir á título de uso una cosa inmueble de alguna de las susodichas venerables casas, (con arreglo á lo que más arriba hemos dispuesto respecto á las venerables casas, que se hallan sitas en esta real ciudad), no la reciba de otro modo, sino si inmediatamente entregare con derecho de dominio otra cosa á la venerable casa, de la que hubiere recibido aquella misma cosa, la cual produzca tanta renta cuanta produce la cosa, que á él se le da, y que no esté gravada con mayores tributos, de suerte que después de su fa-

(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; Et. *omitenla Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; et non, *Port., y Cont.*
(6) quo. *Bk.*
(*) Varna, ó Lemano, y Tomeswar ó Baba, ó Tomo, hoy Quiovia, respectivamente, según los diccionarios.—*N. del Tr.*

utramque rem integro iure et secundum dominium, et secundum usum in ipsam venerabilem domum pervenire. Et haec (1) quidem de immobilibus rebus iubemus.

Cap. X

De sacris autem vasis competentibus sanctissimae maiori ecclesiae regiae civitatis aut aliis venerabilibus oratorii (2) domibus in qualicunque loco nostrae reipublicae positis generaliter constituimus, ut non aliter haec vendantur aut supponantur, nisi pro captivorum redemtione. Si vero sunt plura vasa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum necessarium usum facientia, et contigerit huiusmodi venerabilem locum debitis aggravari, et non sint aliae manifestae (3) res, de quibus debeant debita reddi, licentiam eis (4) damus gestis monumentorum, sicuti superius dictum est, constitutis, praedicta superflua vasa aut aliis venerabilibus locis necessaria non (5) habentibus vendere, aut conflare, et similiter vendere, et eorum pretium in debitum praebere, ut non immobiles res alienentur.

Cap. XI

Si vero praeter haec, quae inserta sunt praesenti legi, contractus fiat super competentibus rebus mobilibus et immobilibus uni memoratarum venerabilium domorum, reddi quidem eidem sanctissimae ecclesiae sive venerabili domui rem, super quam (6) tale aliquid subsecutum est, cum medii temporis fructibus, maneat autem apud eam et pretium, aut antidorum, aut quod pro permutatione aut alia qualibet occasione datum est ei: Si vero emphyteusis agatur praeter haec, quae disposita sunt a nobis, reddi sanctissimae ecclesiae sive venerabilibus domibus vel locis eandem rem iubemus, et emphyteutam (7), secundum quod placitum est, dare, et pactum finire (8) secundum virtutem emphyteuticalium instrumentorum. Si vero donetur res ecclesiastica aut alterius venerabilis domus, et hanc reddi sanctissimae maiori ecclesiae aut aliis venerabilibus domibus cum medii temporis fructibus, et tantum aliud, quantum valebat ipsa res. Si vero hypothecae contra haec dentur, creditor quod (9) debetur perdat, et res venerabili loco reddatur, tabellionibus praesumentibus praeter hanc nostram legem talibus ministrare instrumentis perpetuo exsilio condemnandis. Si vero aliquid ante hanc nostram legem secundum antiquas constitutiones factum est, hoc iubemus omnibus modis propriam virtutem habere. Omnia vero, quae contra antiquas leges facta sunt, revocari sancimus, et res, quae contra virtutem earum data est, venerabilibus domibus reddatur, et de cetero secundum praesentem legem omnia fieri disponimus, vacantibus posthac aliis omnibus constitutionibus, quae super talibus casibus dudum loquebantur.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* hoc, *en lugar de* haec, *se lee en Port., y Cont.*
(2) oratoriis, *Bk. ed. estereotipada.*
(3) mobiles, *Bk.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* ei, *en vez de* eis, *se halla en Port., y Cont.*
(5) non, *omitela Bk.*

llecimiento, ó del tiempo por el que fué pactada la dación del uso, que no exceda, por supuesto, del tiempo de la vida del que la hubiere recibido, vayan ambas cosas con íntegro derecho, tanto en cuanto al dominio, como en cuanto al uso, á poder de la misma venerable casa. Y esto ciertamente mandamos en cuanto á los bienes inmuebles.

Capítulo X

Mas en cuanto á los vasos sagrados pertenecientes á la santísima iglesia mayor de esta real ciudad ó á otras venerables casas de oratorio, sitas en cualquier lugar de nuestra república, disponemos en general que no se vendan ó empeñen de otro modo, sino para la redención de cautivos. Pero si en alguna de las mencionadas venerables casas hay muchos vasos, que no prestan ningún uso necesario, y aconteciere que tal venerable lugar está gravado con deudas, y no hubiera manifiestas otras cosas, con las que hayan de restituirse las deudas, les damos licencia para que, hechas actuaciones, según más arriba se ha dicho, ó vendan los susodichos vasos supérfluos á otros venerables lugares que no tengan los necesarios, ó los fundan, y del mismo modo los vendan, y apliquen el precio de ellos á la deuda, á fin de que no se enajenen bienes inmuebles.

Capítulo XI

Mas si contra lo que ha sido comprendido en la presente ley se hiciera un contrato sobre bienes muebles é inmuebles pertenecientes á una de las mencionadas venerables casas, sea ciertamente devuelta á la misma santísima iglesia ó á la venerable casa la cosa respecto á la que se hizo algo semejante, con los frutos del tiempo intermedio, pero quede en poder de ella también el precio, ó la renumeración, ó lo que por la permuta ó con otra cualquiera ocasión se le dió. Pero si se hiciera enfitéusis contra lo que ha sido dispuesto por nosotros, mandamos que sea devuelta la misma cosa á la santísima iglesia ó á las venerables casas ó lugares, y dé el enfitéuta lo que se convino, y cumpla lo pactado á tenor de los instrumentos enfitéuticos. Mas si se donara una cosa eclesiástica ó de otra venerable casa, sea también esta restituída á la santísima iglesia mayor ó á las otras venerables casas con los frutos del tiempo intermedio, y otro tanto de cuanto valía la misma cosa. Pero si contra esto se dieran hipotecas, pierda el acreedor lo que se le debe, y sea devuelta la cosa al venerable lugar, debiendo ser condenados á perpétuo destierro los notarios que se atrevan á prestar su ministerio contra esta ley nuestra en tales instrumentos. Mas si antes de esta ley nuestra se hizo alguna cosa con arreglo á las antiguas constituciones, mandamos que de todos tenga ella su propia validez. Y mandamos que sea revocado todo lo que se hizo contra las antiguas leyes, y que la cosa que fué dada contra el tenor de las mismas sea restituída á las venerables casas, y disponemos que en lo sucesivo se haga todo en conformidad á la presente ley, quedando desde ahora sin vigor todas las otras constituciones, que antes hablaban de tales casos.

(6) quam, *Bk. ed. estereotipada.*
(7) *El cód. Hamb., y Trid.;* emphyteuticum, *se lee en Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.;* finiri, *en lugar de* finire, *se lee en Port., y Cont.*
(9) *El cód. Hamb.;* ei, *adicionan las ed.*

Epilogus

Eminentia igitur tua, quae per praesentem legem perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, inconvulsa observare festinet, edicto in solennibus et legitimis locis per decem dies proposito, et nullo pro tali occasione in provincias destinando. Nos enim providemus, quali modo sine collatorum laesione omnibus praesens nostra generalis constitutio manifesta fiat.

Dat. VII. Id. Maii, Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. ann. XVIII., post BASILII V. C. cons. anno III. [544.]

Epilogo

Por tanto, apresúrese á observar inalterable tu eminencia lo que por medio de la presente ley, perpétuamente valedera, dispuso nuestra tranquilidad, exponiendo por diez días edictos en los lugares acostumbrados y legítimos, y sin que con tal ocasión se haya de enviar ninguno á las provincias. Porque nosotros proveeremos de qué modo se haya de hacer manifiesta á todos nuestra presente constitución general sin lesión de los tributarios.

Dada en Constantinopla á 7 de las Idus de Mayo, en el año décimo octavo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, en el año tercero después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [544.]

NOVELLA CXXI (1)

UT PARTICULARES USURARUM SOLUTIONES IN DUPLUM COMPUTENTUR

Imp. IUSTINIANUS *Augustus* ARSILIO, *Praesidi Tarsi.*

NUEVA CONSTITUCION CXXI

DE QUE LOS PAGOS PARCIALES DE INTERESES SEAN COMPUTADOS HASTA EL DUPLO

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* ARSILIO, *Presidente de Tarsis.*

Praefatio

Quum decuriones nobis supplicare videamus, et nos eorum misereat, merito legibus nostris contrarias artes et per fraudem excogitatas confessiones obtinere non concedimus.

Prefacio

Puesto que vemos que nos elevan súplicas los decuriones, y de ellos nos compadecemos, con razón no permitimos que tengan validez los artificios contrarios á nuestras leyes, y las confesiones meditadas con fraude.

Cap. I

Docuerunt enim Eusebius et Aphthonius potentiam nostram, se nepotes Demetrii esse ex Palladio Demetri filio natos, Demetrium vero Artemidoro ex causa mutui quingentos aureos debuisse, et usuras stipulatum esse, sacramque sanctionem se nuper accepisse, quae voluerit, si duplum debiti solutum sit, ut nihil ab iis secundum leges nostras exigatur, Artemidori autem creditoris successores, Epimachum et Artemonem, dixisse, mentitos illos esse in precibus suis, nec auxilio nostro potiri debere; neque enim toto debito satisfactum, sed nongentos solum quadraginta novem aureos solutos esse. Palladium enim, dicunt supplices, ipsorum patrem, una cum Paulo et Demetrio patre eius octingentos sexaginta septem aureos solvisse, Artemonem vero et Priscianam Artemidori liberos, et Epimachi atque Artemonis avos, dixisse, se particularem solutionem sorti non imputare, sed velle, ut omnia in usuras computentur, atque id ipsum sententiam quoque praesidis provinciae dicere, et propterea se Palladium pro priore quingentorum aureorum foeneratitia syngrapha alteram sexcentorum aureorum exegisse. Illi autem Palladium diversis temporibus septuaginta duos, et Eusebium atque Aphthonium decem aureos solvisse dicunt, ut inde nongentorum quadraginta novem aureorum summa conficiatur. Eum vero, qui de controversia cognovisset, quum non considerasset, unam esse totius accusationis causam, non admisisse eos, sed in sortem sexcentorum aureorum eos condemnare voluisse. Petierunt itaque, ut hac necessitate liberentur, et computato toto debito quingentorum aureorum, si quinquaginta unum solverent, qui mille solidorum quantitati deessent, a

Capitulo I

Así, pues, Eusebio y Aftonio hicieron saber á nuestra potestad que ellos eran nietos de Demetrio nacidos de Paladio, hijo de Demetrio, y que Demetrio había debido á Artemidoro por causa de mútuo quinientos áureos, y que estipuló intereses, y que ellos se habían enterado recientemente de la sacra disposición que quiere que, si se hubiera pagado el doble de la deuda, no se exija de ellos nada con arreglo á nuestras leyes; pero los sucesores del acreedor Artemidero, Epímaco y Artemón, dijeron, que aquellos mintieron en sus súplicas, y que no debían disfrutar de nuestro auxilio; pues no se había satisfecho toda la deuda, sino que se habían pagado solamente novecientos cuarenta y nueve áureos. Paladio, dicen los suplicantes, padre de los mismos, había pagado juntamente con Pablo y con Demetrio, su padre, ochocientos sesenta y siete áureos, pero Artemón y Prisciana, hijos de Artemidoro, y abuelos de Epímaco y de Artemón, dijeron que ellos no aplican al capital los pagos parciales, sino que quieren que todo sea contado para los intereses, y que esto mismo dice también la sentencia del presidente de la provincia, y que por esto habían exigido ellos á Paladio por la anterior escritura de préstamo de quinientos áureos á interés otra de seiscientos áureos. Mas aquellos dicen que Paladio pagó en diversos tiempos setenta y dos áureos, y Eusebio y Aftonio diez, de suerte que con ellos se formaba la suma de novecientos cuarenta y nueve áureos. Pero que el que había conocido de la controversia, no habiendo considerado que era una sola la causa de toda la acusación, no les había atendido, sino que quiso condenarlos al capital de seiscientos áureos. Y así pidieron que se les li-

(1) *El texto griego de esta Novela se halla en Hal. y Scrimg.— Athan. XVIII. 3.— Bas. XXIII. 3. 23. Schol. — De esta Novela no tenemos ni epitome de Juliano, ni antigua versión latina, sino solamente un resúmen latino.*

toto debito liberentur, et foeneratitiam syngrapham sexcentorum aureorum recipiant.

Cap. II

Iam igitur quum leges nostrae nihil ultra duplum solvi velint, et in eo solum a prioribus differant, quod illae quidem debita usque ad duplum sistant, si nulla solutio facta sit, nos vero admittamus, ut particulares etiam solutiones debita solvant, quae usque ad duplum fiunt, sancimus, ut secundum hoc computatio fiat, et si illi solvant, quantum mille aureis deest, foeneratitiam quoque sexcentorum aureorum syngrapham recipiant, ne debitum ex hac causa saepius exigatur.

Epilogus

Magnificentia igitur tua quae nobis placuerunt et sacra hac pragmatica sanctione declarata sunt effectui dare studeat, tam ea interpretatione abolita, quae contra haec in sententiis, quarum supplices meminerunt, facta est, quam omnibus iis, quae per obreptionem et ab una parte adversus legem facta sunt vel fient, cessantibus. Divinitas te servet per multos annos, frater iucundissime.

Dat. XVII. Kal. Maii, Constantinop. post Basilii V. C. cons. (1) [542.]

NOVELLA CXXII (2)

EDICTUM PIENTISSIMI DOMINI NOSTRI IUSTINIANI DE DESCRIPTIONE ARTIFICUM

Praefatio

Cognovimus, post castigationem secundum domini dei clementiam factam eos, qui negotiationes et artificia exercent, atque diversi generis artifices, agricolas nec non nautas, quum potius meliores fieri deberent, avaritiae se dedisse, et duplicia atque triplicia pretia et mercedes contra veterem consuetudinem exigere.

Cap. I

Visum igitur nobis est sacro edicto omnibus talem avaritiam interdicere, neve quis in posterum negotiator, aut agricola, aut artifex cuiuscunque artis, vel negotiationis, vel agriculturae maiora, quam pro vetere consuetudine pretia aut mercedes exigat. Atque iubemus, ut aedificiorum et colendae terrae aliorumque operum mensores nihil amplius operariis imputent, sed veterem illis consuetudinem servent. Haec autem eos quoque observare iubemus, qui qualiacunque opera locant, vel quaedam redimunt. Neque enim illis amplius, quam moribus constitutum est, ut dare liceat permittimus. Sciant autem illi, qui quidquam amplius, quam vetus consuetudo fert, exigunt, fore ut tri-

brase de esta necesidad, y que computada toda la deuda de los quinientos áureos, si pagasen los cincuenta y uno que faltaban para la cantidad de mil sueldos, quedasen libres de toda la deuda, y recobrasen la escritura de préstamo de seiscientos áureos á interés.

Capítulo II

Así, pues, como ya nuestras leyes no quieran que se pague nada más del duplo, y difieren de las anteriores solamente en esto, en que aquellas hacen subsistir ciertamente las deudas hasta el duplo, si no se hubiera hecho ningún pago, pero nosotros admitimos que también los pagos parciales extingan las deudas, que llegan hasta el duplo, mandamos que con arreglo á esto se haga la computación, y que, si aquellos pagan cuanto falta para mil áureos, recobren también la escritura de préstamo de seiscientos áureos á interés, de suerte que no se exija ya deuda por esta causa.

Epílogo

Por tanto, procure tu magnificencia llevar á efecto lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado en esta pragmática sanción, tanto quedando abolida la interpretación, que contra esto se hizo en las sentencias de que hicieron mención los suplicantes, como sin validez todo lo que por obrepción y por una sola parte se haya hecho ó se hiciere contra la ley. La divinidad te guarde, gratísimo hermano, muchos años.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Mayo, después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [542.]

NUEVA CONSTITUCION CXXII

EDICTO DE NUESTRO PIADOSÍSIMO SEÑOR JUSTINIANO SOBRE LA REGLAMENTACIÓN DE LOS ARTÍFICES

Prefacio

Hemos sabido, que, después del castigo dado conforme á la clemencia del señor Dios, los que se dedican á negociaciones y á artificios, y los artífices de diverso género, los agricultores y también los marinos, cuando más bien deberian mejorarse, se han entregado á la avaricia, y exigen contra la antigua costumbre dobles y triples precios y retribuciones.

Capítulo I

Así, pues, nos ha parecido bien prohibirles á todos por un sacro edicto tal avaricia, para que en lo sucesivo ningún negociante, ó agricultor, ó artífice de cualquier arte, ó negociante, ó agricultor, exija precios ó retribuciones mayores que los de antigua costumbre. Y mandamos, que los medidores de edificios, y de tierra labrantía y de otras obras no atribuyan á los operarios ninguna cosa más, sino que les conserven la antigua costumbre. Pero mandamos que esto lo observen también los que dan en arrendamiento cualesquiera trabajos, ó los que se encargan de algunos. Porque no permitimos que sea lícito darles más de lo que está establecido por las costumbres. Mas sepan los que exigen alguna

(1) *Esta indicación de la fecha falta en Hal.*
(2) *Hal. tiene solamente un resumen del texto griego, que Cuyacio dice que es de Teodoro; en Scrimg. hay una laguna en lugar de esta constitución, pero la Novela se lee en su edición entre los Edictos.—Athan. XXI. 3.—No queda de esta Novela ni epítome de Juliano, ni antigua versión latina.*

plicem quantitatem fisco inferre cogantur, si ultra id, quod ab initio constitutum fuerit, eos accepisse vel dedisse appareat.

Epilogus

Haec vero examinari atque vindicari iubemus et ab excellentia tua, et a gloriosissimo felicis huius urbis praefecto. Per vos enim ab huius nostrae constitutionis transgressoribus mulctam definitam exigi, eosque poenis subiici volumus, ita ut cohortibus, quae vobis parent, quinque librarum auri poena incumbat, si quid ex iis, quae a nobis constituta sunt, neglectum fuerit.

Dat. II. Kal. Apr. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XV., post Basilii V. C. cons. [542.]

CONST. CXXXIV (1)

DE SANCTISSIMIS EPISCOPIS, ET DEO AMABILIBUS ET REVERENDISSIMIS CLERICIS, ET MONACHIS (2)

(Coll. IX. tit. 15.)

Imp. Iustinianus *Aug.* Petro, *gloriosissimo Magistro sacrorum nostrorum Officiorum* (3).

Praefatio

De gubernatione, et privilegiis, aliisque diversis capitulis ad sanctissimas ecclesias et alias venerabiles domos pertinentibus iam quaedam disposuimus, super sanctissimis autem episcopis, et clericis, et monachis dudum in diversis constitutionibus disposita cum competente correctione hac comprehendere lege prospeximus.

Cap. I

Sancimus igitur, quoties opus fuerit episcopum ordinari, clericos et primates civitatis, cuius futurus est episcopus ordinari, mox in tribus personis decreta facere, propositis (4) sacrosanctis evangeliis, periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis, quia neque propter aliquam donationem, neque (5) propter aliquam promissionem, aut amicitiam, aut propter (6) aliam quamlibet causam, sed scientes, eos rectae et catholicae fidei, et honestae esse vitae, et litteras nosse, hos elegerunt, et quia neque uxorem, neque filios aliqui eorum habent (7), neque concubinam aut filios naturales cognoscunt eum (8) habuisse aut habere, sed et si prius uxorem aliquis ex eis habuit, et ipsam unam (9), et primam, et neque viduam, neque viro coniunctam, nec legibus aut sacris canonibus (10) interdictam; sed neque (11) curialem aut officialem

(1) *El texto griego (Novela CXXIII.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. I. 2. y Coll. Const. eccl. III. 1, 2.—Casi todos los capítulos de esta Novela fueron comprendidos en la Coll. 87. capitul. capítulos 28-87., de donde pasaron al (Ioannis) Nomoc.—La mayor parte de esta Novela se halla en las Bas.—Iulian. const. 115.—La versión latina es la antigua glosada, y de ella se sirvió Gregorio M. (Ep. XIII. 45.) Hállase el principio de otra antigua versión en Pithoerum Obss., página 693.*

(2) de sanctissimis episcopis et reverendissimis clericis et monachis deo amabilibus, *el cód. Hamb.*

(3) gloriosissimo pp, *el cód. Hamb.*; gloriosissimo prepo. *Trid.*

cosa más de lo que consiente la antigua costumbre, que habrá de suceder que serán obligados á pagarle al fisco triple cantidad, si apareciera que ellos dieron ó recibieron más de lo que desde un principio se hallare establecido.

Epilogo

Por tanto, mandamos que esto sea investigado y castigado tanto por tu excelencia, como por el gloriosimo prefecto de esta feliz ciudad. Pues queremos que por vosotros se les exija á los transgresores de esta constitución nuestra la multa establecida, y sean ellos sometidos á las penas, de suerte que á las cohortes, que están á vuestras órdenes, les incumba la pena de cinco libras de oro, si se hubiere desatendido algo de esto, que por nosotros ha sido establecido.

Dada en Constantinopla á 2 de las Calendas de Abril, en el año décimo quinto del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [542.]

CONSTITUCION CXXXIV

DE LOS SANTÍSIMOS OBISPOS, Y DE LOS REVERENDÍSIMOS CLÉRIGOS Y MONJES, AMANTES DE DIOS

(Colección IX. título 15.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Pedro, *gloriosísimo Maestro de nuestros sacros oficios.*

Prefacio

Ya hemos dispuesto algunas cosas sobre la administración, los privilegios y otros diversos capítulos pertenecientes á las santísimas iglesias y á otras venerables casas, pero nos ha parecido bien comprender con la conveniente corrección en esta ley lo dispuesto antes en diversas constituciones respecto á los santísimos obispos, á los clérigos y á los monjes.

Capítulo I

Mandamos, pues, que cuando hubiere necesidad de que sea ordenado un obispo, los clérigos y los principales de la ciudad, cuyo obispo haya de ser ordenado, hagan inmediatamente decretos respecto á tres personas, teniendo á la vista los sacrosantos evangelios, diciendo á riesgo de sus almas en los mismos decretos, que ni por dádiva alguna, ni por ninguna promesa, ó por amistad, ó por otra cualquiera causa los eligieron, sino porque saben que son de recta y católica fe, y de vida honesta, y están instruídos en las letras, y que ninguno de ellos tiene ni mujer, ni hijos, ni saben que él haya tenido ó tenga concubina ó hijos naturales, sino que si alguno de ellos tuvo antes mujer, tuvo una sola, primeriza, y no viuda, ni que hubiera estado unida á marido, ni prohibida por las leyes ó los sagrados cánones; y que no tienen noticia de que

(4) *El cód. Hamb.*; eis, *adicionan las ed.*

(5) aut, *el cód. Hamb., y Trid.*

(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; propter, *omitenla Port., y Cont.*

(7) *Mejor estaría* aliquis eorum habet, *en lugar de* aliqui eorum habent.

(8) *El cód. Hamb.*; eos, *las ed.*

(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; ipsam et unam, *Port., y Cont.*

(10) nec legibus aut sacris canonibus vel constitutionibus, *el cód. Hamb.*; neque legibus aut sacris constitutionibus, *las ed.*

(11) *El cód. Hamb., y Trid.*; sed et quod neque, *Port., y Cont.*

hunc esse cognoscunt, aut si curiali vel officiali subiacet fortunae, sciunt, eum in monasterio non minus quindecim annis monachicam (1) conversationem implevisse.

§ 1.—Hoc quoque decretis oportet inseri (2), quia non minus, quam triginta quinque aetatis annos habet is qui eligitur ab eis, cognoscunt personas (3), ut ex trium personarum, pro quibus talia decreta facta sunt, melior ordinetur electione et periculo ordinantis. Curialem vero vel officialem, qui, sicut dictum est, quindecim annis in monasterio conversatus est, et ad episcopatum provocatus, liberum esse propria fortuna, ita tamen, ut liberatus a curia quartam partem suae substantiae sibi retineat, reliquis eius rebus secundum nostram legem curiae et fisco vindicandis.

§ 2.—Damus autem licentiam decreta facientibus, si quempiam laicorum, praeter curialem et officialem, dignum memorata electione esse putent, hunc cum aliis duobus clericis aut monachis eligere, ut, si laicus hoc modo ad episcopatum eligatur, non repente episcopus ordinetur, sed primo clericis non minus tribus mensibus connumeretur, et ita sanctas regulas et quotidianum ecclesiae ministerium edoctus, episcopus ordinetur; qui enim alios debet docere, post ordinationem ab aliis doceri non debet. Si vero, ut evenit in quibusdam locis, non inveniantur tres personae ad talem electionem opportunae, liceat decreta facientibus in duabus vel una (4) persona decretum facere, eos tamen omnes iam dictas a nobis habentes testationes. Si vero qui debent episcopum eligere citius ipsa decreta intra sex menses non faciant, tunc periculo propriae animae ille, quem competit ordinare episcopum, ordinet, omnibus aliis, quae diximus, observandis. Si quis autem citra memoratam observationem episcopus ordinetur, iubemus, hunc omnibus modis episcopatu depelli. Sed etiam illum, qui praeter haec (5) praesumserit ordinare, segregari uno anno a sacro ministerio, et omnem eius substantiam, quae quolibet tempore aut modo in eius dominium deducta est, propter culpam, quam fecit, dominio ecclesiae, cuius episcopus est, vindicari.

Cap. II

Si quis autem electum ad ordinationem episcopum (6) accusaverit in qualibet causa, quae possit secundum leges aut canones eius impedire ordinationem, differatur huiusmodi ordinatio, et prius contra eum propositam causam (sive praesente accusatore, et ab eo propositam causam exsequente, sive etiam differente (7) per tres menses suam accusationem implere) diligenter examinari ab illo, a quo futurus erat episcopus ordinari. Et si quidem obnoxium eum accusator (8) invenerit, prohibeél sea ni curial ni oficial, ó, si está sujeto á la condición de curial ó de oficial, que saben que cumplió en un monasterio no menos de quince años de vida monástica.

§ 1.—También es menester que se inserte esto en los decretos, que el que por ellos es elegido tiene no menos de treinta y cinco años de edad, y que conocen á las personas, á fin de que de las tres personas, á cuyo favor se hicieron tales decretos, sea ordenada la mejor por elección y bajo la responsabilidad del ordenante. Mas el curial ó el oficial, que, según se ha dicho, vivió quince años en un monasterio, y fué promovido al episcopado, quede libre de su propia condición, pero de suerte que el que quedó libre de la curia retenga para sí la cuarta parte de sus propios bienes, debiendo ser reivindicados sus restantes bienes conforme á nuestra ley para la curia y el fisco.

§ 2.—Mas les damos licencia á los que hacen los decretos, para que si considerasen digno de la mencionada elección á algún láico, excepto el que sea curial y oficial, lo elijan junto con otros dos clérigos ó monjes, para que, si el láico fuese elegido de este modo para el episcopado, no sea ordenado obispo desde luego, sino que sea primeramente contado no menos de tres meses entre los clérigos, é instruído así en las santas reglas y en el cuotidiano ministerio de la iglesia, sea ordenado obispo; porque el que debe enseñar á los demás, no debe ser enseñado por otros después de la ordenación. Pero si, como sucede en alguna localidades, no se hallaran tres personas idóneas para tal elección, séales lícito á los que hacen los decretos hacer el decreto respecto á dos ó á una sola persona, pero teniendo ellos todos los testimonios ya dichos por nosotros. Mas si los que deben elegir obispo no hicieran los mismos decretos antes de transcurrir seis meses, en este caso ordénelo á riesgo de su propia alma aquel á quien le compete ordenar al obispo, debiéndose observar todo lo demás, que hemos dicho. Pero si alguien fuese ordenado obispo sin la mencionada formalidad, mandamos que de todos modos sea él echado del episcopado. Mas también sea separado un solo año de su sagrado ministerio el que contra esto se hubiere atrevido á ordenar, y sean reivindicados para el dominio de la iglesia, de que es obispo, todos los bienes que en cualquier tiempo ó modo fueron al dominio del mismo, por razón de la culpa que cometió.

Capítulo II

Mas si al obispo, elegido para la ordenación, lo hubiere alguno acusado por cualquiera causa, que pueda según las leyes ó los cánones impedir su ordenación, difiérase tal ordenación, y (ya estando presente el acusador y llevando á término la causa por él promovida, ya también si difiriese por tres meses llevar á cabo su acusación), la causa contra él promovida sea antes examinada con diligencia por aquel por quien hubiera de ser ordenado el obispo. Y si verdaderamente el acusador lo desmostrare culpable,

(1) *El cód. Hamb., y Trid.;* monasticam, *Port., y Cont.*
(2) inferri, *el cód. Hamb.*
(3) *El cód. Hamb., pero sin poner después de* cis *coma;* is qui eligitur ab eis personis ut, *Trid.;* is qui eligitur ab eis, qui cognoscunt personam, *Port., y Cont. Las palabras, tales como se leen en el Cód. Hamb., si no están adulteradas, indican que el antiguo traductor latino, interpretando mal la oración griega, opinó que en los decretos se debía consignar la edad del nuevo obispo, y que no se debía añadir que los electores conocían á aquellas tres personas.*
(4) *El cód. Hamb.;* in duabus in una, *Trid.;* in duabus et in una, *Port., y Cont.;* in duabus vel etiam in una, *Bk.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* hoc, *en lugar de* haec, *se lee en Port., y Cont.*
(6) *Bk. ed. estereotipada:* Si quis—episcopatus, *las ed.;* Si quis autem ante episcopatus ordinationem electum episcopum, *el cód. Hamb., y si se hubiera de dar crédito á tal lectura, parecería que el antiguo traductor latino leyó en el texto griego* πρὸ τῆς χειροτονίας.
(7) *El cód. Hamb.;* y *Trid.;* deficiente, *en vez de* differente, *Port., y Cont.*
(8) accusator eum, *el cód. Hamb. Se debería leer* obnoxium eum accusationi.

tur ordinatio. Si vero obnoxius non ostendatur, ordinatio quidem non impediatur, accusator autem, sive non probaverit, sive etiam effugit (1) propositam a se accusationem, a provincia, in qua habitat, abiiciatur. Si quis autem ante examinationem accusatum ordinaverit, ordinatus quidem a sacerdotio repellatur, qui vero talem ordinare festinaverit, superius dictae subiaceat poenae, tam in annali prohibitione (2) sacri ministerii, quam etiam ut omnes eius res ecclesiae vindicentur.

§ 1.—Prae omnibus illud observari (3) sancimus, ut nullus per suffragium auri aut aliarum rerum episcopus ordinetur. Si quid autem tale committatur, ipsi semetipsos dantes (4), et accipientes, et mediatores eorum secundum sacras scripturas et sanctas regulas damnationi subiiciunt, et propterea qui dat, et qui accipit, et mediator eius factus sacerdotii aut cleri honore removeatur, quod autem pro hac causa datum est, ecclesiae illi vindicetur, cuius voluit sacerdotium comparare. Si vero laicus forte pro hac causa aliquid accipiat, aut mediator rerum factus est, datas res in duplum eum exigi iubemus, ecclesiae vindicandas. Non solum autem quae secundum hunc modum dantur, vindicari praecipimus, sed etiam omnem cautionem pro hoc quolibet modo expositam, et pignorum vel fideiussorum obligationem (5), et omnem quamlibet aliam cautionem (6) vacare sancimus. Et super hoc qui (7) promissionem accepit, non solum professionem reddat, sed etiam aliud tantum, quantum professio continet, exigatur, quod debet ecclesiae dari.

Cap. III

Si quis autem episcoporum sive ante suam ordinationem, sive post ordinationem (8) voluerit proprias res aut partem earum ecclesiae offerre, cuius sacerdotium accepit, non prohibemus (9), et omni condemnatione et poena praesentis legis liberum eum esse sancimus, sed etiam omni laude dignum iudicamus, quoniam hoc non est emtio, sed oblatio. Pro consuetudinibus autem illa sola permittimus praeberi ab ordinatis episcopis, quae subsequenter praesenti legi inserta sunt. Iubemus igitur, beatissimos quidem (10) archiepiscopos et patriarchas, hoc est senioris Romae, et Constantinopoleos, et Alexandriae, et Theopoleos, et Hierosolymorum, si quidem consuetudo habet episcopis aut (11) clericis in eorum ordinatione non (12) minus, quam viginti auri libras dari, ipsa solummodo praeberi (13), quae consuetudo recognoscit, plus autem ab hac quantitate nihil (14) supra viginti auri libras praeberi. Metropolitas autem a propria synodo aut a beatissimis patriarchis ordinatos, et alios omnes episcopos, qui aut a patriarchis, aut a metropolitis ordinantur, dare (15) pro inthronisticis quidem solidos centum, notariis autem ordinantis et aliis ministrantibus ei et solenniter accipientibus

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; fugit, *Port., y Cont. Mejor estaría* effugerit.
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; tam annali prohibitione, *Port.*; tam annali prohibitioni, *Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*; servari, *en lugar de* observari, *se lee en las ed.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; et dantes, *Port., y Cont.*
(5) *Bk.*; fideiussorum dationem vel obligationem donationem, *el cód. Hamb.*; fideiussorum dationem, *Trid.*; fideiussorum dationem vel oblationem, *Port., y Cont.*
(6) actionem, *Bk.*
(7) *El cód. Hamb.*; qui super hoc, *las ed.*

prohíbase su ordenación. Mas si no se probare que es culpable, no se impida ciertamente la ordenación, y el acusador, ya si no lo hubiere probado, ya también si abandonó la acusación promovida por él, sea echado de la provincia en que habita. Mas si antes del examen hubiere alguno ordenado al acusado, sea ciertamente echado del sacerdocio el ordenado, y el que se hubiere apresurado á ordenarlo quede sujeto á la pena antes dicha, tanto respecto á la prohibición del sagrado ministerio por un año, como también para que todos sus bienes sean reivindicados para la iglesia.

§ 1.—Pero ante todo mandamos que se observe esto, que ninguno sea ordenado obispo por dádiva de dinero ó de otras cosas. Mas si se hiciera alguna tal cosa, los que dan, y los que reciben, y sus mediadores se sujetan ellos mismos á condenación conforme á las sagradas escrituras y á las santas reglas, y por lo tanto el que da, como el que recibe, y el que se hizo su mediador sea removido del honor del sacerdocio ó de la clerecía, y lo que por tal causa se dió sea reivindicado para aquella iglesia, cuyo sacerdocio quiso comprar. Mas si acaso un láico recibiera por esta causa alguna cosa, ó se hizo mediador en el negocio, mandamos que se le exijan en el duplo las cosas dadas, las cuales habrán de ser reivindicadas para la iglesia. Pero no solamente mandamos que se reivindique lo que de este modo se da, sino que también disponemos, que quede invalidada toda caución de cualquier modo dada por esto, y la obligación de prendas ó de fiadores, y toda otra cualquiera caución. Y además de esto, el que recibió la promesa, no solamente devuelva la prenda, sino pague también otro tanto de lo que se contiene en la promesa, lo cual debe ser dado á la iglesia.

Capítulo III

Mas si alguno de los obispos hubiere querido ó antes de su ordenación, ó después de esta, ofrecerle sus propios bienes ó parte de ellos á la iglesia, cuyo sacerdocio recibió, no se lo prohibimos, y mandamos que él esté libre de toda condenación y pena de la presente ley, y aun lo juzgamos digno de toda alabanza, porque esto no es compra, sino oblación. Y permitimos que por lo que es de costumbre se pague por los que son ordenados obispos solamente lo que más adelante ha sido consignado en la presente ley. Así, pues, mandamos, que los beatísimos arzobispos y patriarcas, esto es, de la antigua Roma, y de Constantinopla, Alejandría, Teopolis, y Jerusalém, si verdaderamente hay la costumbre de que en su ordenación se les den á los obispos ó á los clérigos no menos de veinte libras de oro, den solamente lo mismo que reconoce la costumbre, pero no les den nada más sobre esta cantidad de veinte libras de oro. Pero los metropolitanos ordenados por el propio sínodo ó por los beatísimos patriarcas, y todos los demás obispos, que son ordenados ó por los patriarcas, ó por los metropolitanos, den ciertamente por derechos de catedrático cien sueldos, y á los notarios del orde-

(8) ordinationem, *omítenla el cód. Hamb., y Trid.*
(9) non solum non prohibemus, *Bk.*
(10) *El cód. Hamb.*; quidem, *omítenla las ed.*
(11) *El cód. Hamb.*; et, *las ed.*
(12) non, *omítela Bk. en su ed. estereotipada, y su equivalente falta en el texto griego.*
(13) praebere, *Bk.*
(14) recognoscit si autem plus ante hanc legem dabatur, nihil, *Bk. ed. estereotipada.*
(15) metropolitis ordinantur, si quidem non minorem triginta auri librarum reditum habet ecclesia ordinati, dare, *Bk. ed. estereotipada.*

solidos trecentos. Si vero ecclesiae reditus minus quidem, quam triginta auri libras per annum reddant, non minus autem, quam decem, pro inthronisticis dari solidos centum, aliis autem omnibus, qui ex more capiunt, solidos ducentos. (1) Si vero minus quidem quam decem, non minus autem quinque auri libras ecclesiae reditus esse contigerit, pro inthronisticis quidem dari solidos quinquaginta, omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus solidos ducentos. Si autem minus, quam quinque, non minus autem tribus auri libris (2) ecclesia (3) reditus habeat, pro (4) inthronisticis solidos decem et octo, omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus solidos viginti quatuor (5). Si autem minus tres, non autem minus, quam (6) duas auri libras quantitas redituum ecclesiae comperiatur, dare pro inthronisticis quidem solidos duodecim, pro omni vero alia consuetudine solidos sex (7). Episcopum enim ecclesiae minus duas auri libras reditus habentem neque pro inthronisticis, neque pro alia qualibet consuetudine dare aliquid permittimus. Haec autem, quae praeberi disposuimus, primus presbyter ordinantis episcopi et archidiaconus suscipientes, ex consuetudine percipientibus dividant. Haec igitur iubemus omnibus (8) modis observari, ut non ex talibus occasionibus ecclesiae debitis praegraventur, et sacerdotia venalia fiant. Si quis autem ultra quantitatem a nobis definitam pro inthronisticis aut consuetudinibus quolibet modo praesumat accipere, iubemus, quidquid plus acceperit, triplum ex rebus eius vindicari ecclesiae dantis. Sed haec quidem pro episcoporum ordinatione dicta sunt (9).

nante, y á los demás que le sirven, y á los que por costumbre los perciben, trescientos sueldos. Mas si las rentas de la iglesia dieran ciertamente menos de treinta libras de oro al año, pero no menos de diez, dénse por derechos de catedrático cien sueldos, y á todos los demás, que por costumbre perciben, doscientos sueldos. Pero si aconteciere que las rentas de la iglesia son ciertamente menos de diez, pero no menos de cinco libras de oro, dénse ciertamente por derechos de catedrático cincuenta sueldos, y á todos los que por costumbre perciben, doscientos sueldos. Mas si la iglesia tiene rentas por menos de cinco libras de oro, pero no por menos de tres, dénse por derechos de catedrático dieciocho sueldos, y á todos los demás, que por costumbre perciben, veinticinco sueldos. Pero si se hallara que la cuantía de las rentas de la iglesia es menor de tres libras de oro, pero no inferior á dos, dé ciertamente por derechos de catedrático doce sueldos, y por todo lo demás acostumbrado seis sueldos. Porque no permitimos que el obispo de una iglesia, que tenga de renta menos de dos libras de oro, dé cosa alguna ni por derechos de catedrático, ni por ninguna otra cualquiera costumbre. Mas lo que disponemos que se dé, recibiéndolo el primer presbítero del obispo ordenante y el arcediano, divídanlo entre los que por costumbre perciben. Mandamos, pues, que de todos modos se observe esto, para que con tales ocasiones no sean gravadas con deudas las iglesias, y los sacerdocios sean cosas venales. Mas si de cualquier modo se atreviera alguien á recibir por derechos de catedrático ó por costumbre una cantidad mayor que la fijada por nosotros, mandamos que lo que de más hubiere recibido sea reivindicado de sus bienes en el triplo para la iglesia del que lo da. Pero esto ha sido dicho ciertamente en cuanto á la ordenación de los obispos.

Cap. IV

Post ordinationem vero servili et adscriptitia fortuna episcopos liberos esse praecipimus, nisi curialis aut officialis citra praedictam observationem ordinentur. Tales enim episcopatu remotos curiae aut officio restitui iubemus, ut non ex tali fortuna sacerdotio fiat iniuria. Illos autem, qui ante hanc nostram legem ex curiali fortuna inveniuntur episcopi ordinati, huiusmodi quidem fortuna liberos esse (10), legitimam vero partem ex propriis rebus curiae et fisco dare, sic tamen, ut nullam imminutionem ecclesiastica iura sustineant in rebus, quas in episcopatu acquisitas ecclesiae eorum competere disposuimus. Si vero contigerit ordinatum episcopum sub proprii parentis potestate esse, ex ipsa ordinatione suae potestatis sit.

Capitulo IV

Y mandamos que después de la ordenación los obispos queden libres de la condición servil y de la adscripticia, á no ser que un curial ó un oficial fueran ordenados sin la susodicha observancia. Porque mandamos que los tales, removidos del episcopado, sean restituídos á la curia ó al oficio, para que de tal condición no le resulte injuria al sacerdocio. Mas los que siendo de condición curial se hallan ordenados obispos antes de esta ley nuestra, estén ciertamente libres de tal condición, pero den la legítima parte de sus propios bienes á la curia y al fisco, mas de suerte que los derechos eclesiásticos no sufran disminución alguna en los bienes que adquiridos en el episcopado hemos dispuesto competan á la iglesia de ellos. Mas si aconteciere que el ordenado obispo está bajo la potestad de su propio padre, sea de propia potestad por virtud de la misma ordenación.

Cap. V

Deo autem amabiles episcopos et monachos ex nulla lege tutores aut curatores cuiuscunque personae fieri permittimus; presbyteris autem, et dia-

Capitulo V

Mas no permitimos que los obispos, amantes de Dios, y los monjes sean nombrados por virtud de ley alguna tutores ó curadores de cualquier perso-

(1) pro inthronisticis dari solidos ducentos, *el oód. Hamb., Trid., y Port.*
(2) *El cód. Hamb.*: autem quam tres auri libras, *Trid.*; autem duas auri libras, *Port., y Cont.*
(3) *Trid.*; ecclesiae, *el oód. Hamb., Port., y Cont.*
(4) habeat, praeberi pro, *Bk.*
(5) solidos XVIII., omnibus autem ex consuetudine percipientibus solidos XVIII. omnibus autem ex consuetudine percipientibus solidos XXIII., *el oód. Hamb.*; solidos XVIII., omnibus autem ex consuetudine percipientibus solidos XXIII., *Trid.*
(6) *Trid., y Port.*; minus, *omitela Cont.*; quam, *omitela el cód. Hamb.*
(7) V., *el cód. Hamb.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*: dividant haec. Igitur iubemus haec omnibus, *Port., y Cont.*
(9) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; sint, *Cont.*
(10) sanctimus, *adiciona Bk.*

conis, et subdiaconis et solo gradu cognationis ad tutelam et curam vocatis (1) huiusmodi suscipere administrationem permittimus, si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud competentem iudicem scripto declarent, talem administrationem propria voluntate suscepisse, et si quis eorum forsan hoc fecerit, nullum ex hoc in alia tutela aut cura praeiudicium patiatur.

Cap. VI

Alium autem (2) fieri susceptorem aut exactorem fiscalium functionum, aut conductorem publicorum (3) aut alienarum possessionum, aut curatorem domus, aut procuratorem litis, aut fideiussorem pro talibus causis episcopum, aut oeconomum, aut alium clericum cuiuslibet gradus, aut monachum proprio nomine, aut ecclesiae, aut monasterii subire non (4) sinimus, ut non per hanc occasionem et sanctis domibus damnum fiat, et sacra ministeria impediantur. Si autem ecclesiis aut monasteriis possessiones quaedam adiacentes inveniantur, et voluerint dispensatores ipsarum venerabilium domorum in conductionem aut emphyteusin has accipere, tunc omnibus clericis et monachis pro his causis (5) in ipso instrumento sub gestis monumentorum consentientibus, et manifestantibus, pro utilitate venerabilium domorum hoc fieri, talem conductionem et emphyteusin procedere sinimus. Sed etiam ipsis sanctissimis ecclesiis et aliis venerabilibus domibus damus licentiam conductiones et emphyteuses facere ad invicem, et clericis similiter rerum ecclesiasticarum (6) possessiones conducere et gubernare, cum voluntate tamen episcopi et oeconomi, permittimus, exceptis personis, quas per aliam legem hoc facere prohibuimus. Si quis autem contra ea, quae dicta sunt, aliquid fecerit, si quidem episcopus fuerit, omnes eius res, ex qualibet causa vel persona, sive ante episcopatum sive post (7) ad eum venientes, eius ecclesiae vindicari sancimus. Si autem oeconomi aut alii clerici fuerint hoc delinquentes, pecuniariam eos poenam, qualem episcopus eorum probaverit, exigi, ecclesiae vindicandam, quum etiam conductionem teloniorum, aut cuiuslibet possessionis, aut publicarum collationum perceptionem aut exactionem, aut sollicitudinem domus eius credentes, aut fideiussores eos pro memoratis causis suscipientes nullam contra ecclesiam, aut monasterium, aut res eius aut gubernantium, aut contra illas personas, quibus crediderint, aut contra facultates aut fideiussores eorum habeant actionem. Illi vero, qui publicarum collationum aut tributorum susceptionem, aut conductionem, aut exactionem memoratis personis crediderint, aut fideiussores eos acceperint, si quod publico damnum contingat, hoc ex propria facultate restituere compelluntur (8).

(1) presbyteris autem et diaconis et subdiaconis tutelam et curam suscipere hereditatis permittimus proprie et solo gradu cognationis ad tutelam et curam vocatis, *el códice Hamb.*: presbyteris autem et diaconis et subdiaconis iure et lege cognationis tutelam aut curam suscipere permittimus proprie: et solo gradu cognationis ad tutelam et curam vocatis, *Trid.*; presbyteros autem subdiaconos iure et lege cognationis tutelam aut curam suscipere hereditatis permittimus proprio et solo gradu cognationis ad tutelam et curam vocatis, *Port., y Cont. Con el texto griego mejor concordaría* subdiaconos iure et solo cognationis *etc.*

(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; Sed neque. *Cont.*

(3) *Bk. ed. estereotipada*; publicarum, *el códice Hamb., y las ed.*

(4) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; subire non, *omiten las Cont.*

na; pero á los presbíteros y á los diáconos, y á los subdiáconos, llamados á la tutela y á la curatela solamente por el grado cognación, les permitimos que se encarguen de tal administración, si, no obstante, declaran por escrito ante el juez competente dentro de los cuatro meses desde que fueron llamados, que han aceptado por propia voluntad tal administración; y si acaso alguno de ellos hubiere hecho esto, no sufra por ello ningún perjuicio en cuanto á otra tutela ó curatela.

Capítulo VI

Mas no dejamos que ningún obispo, ó ecónomo, ú otro clérigo de un grado cualquiera, ó un monje consienta en nombre propio, ó en el de una iglesia, ó en el de un monasterio, ser nombrado recaudador ó cobrador de tributos fiscales, ó arrendatario de cosas públicas ó de posesiones ajenas, ó curador de una casa, ó procurador de un litigio, ó fiador por tales causas, á fin de que con tal ocasión no se cause perjuicio á las santas casas y se impidan los sagrados ministerios. Pero si se hallaran algunas posesiones adyacentes á iglesias ó monasterios, y los administradores de las mismas venerables casas quisieren tomarlas en arrendamiento ó en enfitéusis, en este caso consintiendo por tales causas en el mismo instrumento mediante la formalización de actas todos los clérigos y monjes, y manifestando que esto se hace en utilidad de las venerables casas, dejamos que sean procedentes tales arrendamiento y enfitéusis. Mas también les damos licencia á las mismas santísimas iglesias y á las otras venerables casas para hacer entre sí arrendamientos y enfitéusis, é igualmente les permitimos á los clérigos tomar en arrendamiento y administrar posesiones de bienes eclesiásticos, pero con la voluntad del obispo y del ecónomo, quedando exceptuadas las personas á quienes por otra ley les prohibimos hacer esto. Mas si alguien hubiere hecho alguna cosa contra lo que se ha dicho, si verdaderamente fuere obispo, mandamos que sean reivindicados para su iglesia todos los bienes de él que por virtud de cualquiera causa ó persona hayan ido á su poder, ó antes ó después del episcopado. Pero si fueren ecónomos ú otros clérigos los que delinquen en esto, exíjaseles la pena pecuniaria que su obispo hubiere estimado, la cual habrá de ser reivindicada para la iglesia, puesto que tampoco los que les encomiendan el arrendamiento de tributos públicos, ó de una posesión cualquiera, ó la percepción ó exacción de contribuciones públicas, ó la administración de una casa, ó los que por las mencionadas causas los admiten como fiadores, tendrán ninguna acción contra la iglesia ó el monasterio, ó contra los bienes de éste ó de sus administradores, ó contra aquellas personas á quienes les hubieren hecho la encomienda, ó contra los bienes ó los fiadores de los mismos. Mas los que les hubieren encomendado á las mencionadas personas la recaudación, ó el arrendamiento, ó la exacción de las contribuciones públicas ó de los tributos, ó los que los hubieren aceptado como fiadores, si le sobreviniera algún daño á la cosa pública, sean compelidos á resarcirlo con sus propios bienes.

(5) monachis propriis, *el cód. Hamb.*: monachis propriis causis, *Trid.*; monachis pro causis. *Port.*

(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; similiter propriarum ecclesiarum, *Port., y Cont.*

(7) *El cód. Hamb., y Trid.*; sive post hoc fuerint, *Port., y Cont.*

(8) compellentur, *Bk. ed. estereotipada.*

Cap. VII

Nulli vero iudicum licebit deo amabiles episcopos cogere ad iudicium venire pro exhibendo testimonio, sed iudex mittat ad eos (1) quosdam ex personis ministrantibus (2) sibi, ut propositis sanctis evangeliis, secundum quod decet sacerdotes, dicant, quae noverint.

Cap. VIII

Sed neque pro qualibet pecuniaria aut criminali causa (3) episcopum ad iudicem civilem aut militarem invitum produci aut exhiberi (4) citra imperialem iussionem permittimus, sed iudicem, qui tale aliquid sive ex scripto sive ex non scripto praesumserit imperare, post cinguli privationem viginti librarum auri poenam exsolvere iubemus ecclesiae, cuius episcopus produci aut exhiberi iussus est, exsecutorem similiter post cinguli privationem et verberibus subdendum, et in exsilium deportandum.

Cap. IX

Interdicimus autem deo amabilibus episcopis proprias relinquere ecclesias, et ad alias regiones venire. Si vero necessitas faciendi hoc contigerit, non aliter, nisi cum litteris beatissimi eorum (5) patriarchae aut metropolitae, aut per imperialem videlicet iussionem hoc faciant, ita tamen, ut nec illis episcopis, qui sub beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos et patriarcha fuerint, liceat citra permissionem eius aut nostrae iussionis ad regiam civitatem venire. Si vero etiam secundum hunc modum episcopus cuiuscunque loci profectus fuerit, non amplius uno anno suam relinquat ecclesiam. Episcopos autem in regiam civitatem, sicut dictum est, venientes, cuiuslibet fuerint diöecesis, prae omnibus ire ad beatissimum archiepiscopum Constantinopoleos, et ad patriarcham, et ita per eum ad nostram introire tranquillitatem. Citra autem hanc nostram dispositionem aut proficiscentibus, aut ultra definitum unius anni tempus extra suam ecclesiam facientibus moram, primum quidem non ministrari ab oeconomis propriae ecclesiae expensas, deinde admoneri (6) eos per litteras sacerdotum, sub quibus agunt, ut revertantur ad suas ecclesias, differentes autem reverti secundum sanctas revocari regulas, et nisi intra definitum a sacris canonibus tempus revertantur ad suas ecclesias, ipsos quidem ab episcopatu expelli, alios autem pro eis meliores ordinari secundum praesentis legis virtutem. Hoc ipso et super clericis valituro, cuiuscunque ordinis fuerint aut ministerii.

Cap. X

Ut autem omnis ecclesiasticus status et sacrae regulae diligenter custodiantur, iubemus, unumquemque beatum archiepiscopum, et patriarcham, et metropolitam sanctissimos episcopos sub se constitutos in eadem provincia semel aut secundo per

Capítulo VII

Mas á ningún juez le será lícito obligar á los obispos, amantes de Dios, á que comparezcan en juicio para prestar testimonio, sino envíeles el juez algunas de las personas que le sirven, para que teniendo á la vista los santos evangelios, según conviene á sacerdotes, digan lo que supieren.

Capítulo VIII

Mas tampoco permitimos que sin mandato imperial sea presentado ó exhibido contra su voluntad ante juez civil ó militar un obispo en una causa cualquiera pecuniaria ó criminal, sino que mandamos que el juez, que alguna tal cosa se hubiere atrevido á mandar ó por escrito ó sin escrito, pague, después de la privación del cíngulo, la pena de veinte libras de oro á la iglesia, cuyo obispo se mandó que fuese presentado ó exhibido, debiendo igualmente, después de la privación del cíngulo, ser sujetado también á azotes el ejecutor, y deportado á destierro.

Capítulo IX

Pero les prohibimos á los obispos, amantes de Dios, que abandonen sus propias iglesias, y que vayan á otras regiones. Mas si sobreviniere la necesidad de hacer esto, no lo hagan de otro modo, sino con cartas de su beatísimo patriarca ó metropolitano, ó ciertamente por un mandato imperial, pero de suerte, que ni aun á los obispos, que estuvieren bajo la dependencia del beatísimo arzobispo y patriarca de Constantinopla, les sea lícito sin permiso de éste ó sin mandato nuestro venir á esta real ciudad. Mas aun si de este modo hubiere partido el obispo de una localidad cualquiera, no deje su iglesia por más de un año. Pero los obispos que, según se ha dicho, vengan á esta real ciudad, de cualquier diócesis que fueren, preséntense ante todo al beatísimo arzobispo y patriarca de Constantinopla, y sean así introducidos por éste ante nuestra tranquilidad. Mas á los que partan contra esta disposición nuestra, ó á los que se demoren fuera de su iglesia por más del tiempo establecido de un solo año, en primer lugar, no se les suministren ciertamente por los ecónomos de la propia iglesia los gastos, y en segundo lugar sean amonestados por cartas de los sacerdotes, bajo cuya dependencia están, para que vuelvan á sus iglesias, y los que difieran volver sean llamados conforme á las santas reglas, y si no volvieran á sus iglesias dentro del tiempo fijado por los sagrados cánones, sean ellos mismos expulsados ciertamente del episcopado, y sean ordenados en lugar de ellos otros mejores á tenor de la presente ley. Debiendo tener validez esto mismo también en cuanto á los clérigos, de cualquier orden ó ministerio que fueren.

Capítulo X

Mas para que diligentemente se guarden todo el estado eclesiástico y las sagradas reglas, mandamos, que cada beato arzobispo, y patriarca, y metropolitano, convoque á sí una ó dos veces cada año á los santísimos obispos bajo ellos constituídos en

(1) eum, *el cód. Hamb.*
(2) *El cód. Hamb.*; ministrantium, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb.*; pecuniaria causa vel criminali, *las ediciones.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; producere aut exhibere, *Port., y Cont.*
(5) *Bk.*; beatissimorum, *el cód. Hamb., y las ed.*
(6) *Bk.*; admonere, *el cód. Hamb., y las ed.*

singulos annos ad se convocare, et omnes causas subtiliter examinare, quas episcopi, aut clerici, aut monachi ad invicem habeant, easque disponere (1), et super hoc, quidquid extra regulas a quacunque persona delinquitur, emendare. Interdicimus autem sanctissimis episcopis, et (2) presbyteris, et diaconis, et subdiaconis, et (3) lectoribus, et omnibus aliis cuiuslibet venerandi collegii aut schematis constitutis ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes aut inspectores (4) fieri, aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis a venerabili ministerio prohiberi, et in monasterium redigi. Si autem in medio tempore ostenderit dignam sui vitii poenitentiam, liceat et sacerdoti, sub quo constitutus est, minuere tempus, et hunc rursus proprio reddere ministerio, scientibus quoque sanctissimis episcopis debentibus hoc vindicare, quia, si tale aliquid agnoscentes non vindicaverint, ipsi rationem deo pro tali causa persolvent. Nullum autem episcopum invitum cogi quemlibet clericum sub se constitutum de proprio clero dimittere (5).

Cap. XI

Omnibus autem episcopis et presbyteris interdicimus segregare aliquem a sacra communione, antequam causa monstretur, propter quam sanctae regulae hoc fieri iubent. Si quis autem praeter hoc a sancta communione quemquam segregaverit, ille quidem, qui iniuste a communione segregatus est, soluta (6) excommunicatione a maiore sacerdote, sanctam mereatur communionem, qui vero aliquem a sancta communione segregare praesumserit, modis omnibus a sacerdote, sub quo constitutus est, separabitur a communione, quanto tempore ille perspexerit, ut, quod iniuste fecit, iuste sustineat. Sed neque propriis manibus liceat episcopum aliquem percutere; hoc enim extraneum sacerdoti est. Si quis autem episcopus secundum ecclesiasticas regulas sacerdotio pulsus praesumserit ingredi civitatem, ex qua pulsus est, relinquens locum, in quo iussus est degere, iubemus, hunc in (7) monasterio in alia regione constituto tradi, ut quae (8) in sacerdotio deliquit, degens in monasterio corrigat.

Cap. XII

Clericos autem non aliter ordinari permittimus, nisi litteras sciant, et rectam fidem vitamque habeant honestam, et neque concubinam aut naturales habuerint aut habeant filios, sed caste viventes, aut uxorem legitimam, et ipsam unam et primam habentes, neque viduam, neque separatam a viro, neque aliter legibus aut sacris canonibus interdictam.

Cap. XIII

Presbyterum autem minorem triginta quinque

(1) disponere secundum sanctas regulas, *Bk. en su edición estereotipada.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; inspectatores, *Cont.*; spectatores, *Bk.*

la misma provincia, y examine escrupulosamente todas las causas, que entre sí tengan los obispos, ó los clérigos, ó los monjes, y las decida, y además de esto enmiende cualquiera cosa en que contra las reglas se haya delinquido por cualquiera persona. Mas les prohibimos á los santísimos obispos, y á los presbíteros, diáconos, subdiáconos, y lectores, y á todos los demás de cualquier venerable colegio ú orden que sean, jugar á las tablas, ó ser partícipes ó espectadores de otros que jueguen, ó ir á algún espectáculo para ser espectador. Pero si alguno de ellos hubiere delinquido en esto, mandamos que á éste se le prohiba por tres años el venerable ministerio, y que sea encerrado en un monasterio. Mas si durante este tiempo hubiere mostrado digno arrepentimiento de su vicio, séale también lícito al sacerdote, bajo quien se halla constituído, disminuir el tiempo, y volverlo de nuevo á su propio ministerio, teniendo entendido también los santísimos obispos, que deben castigar esto, que, si teniendo conocimiento de alguna tal cosa, no la hubieren castigado, ellos mismos darán por tal causa cuenta á Dios. Mas no sea obligado contra su voluntad ningún obispo á echar de su propio clero á un clérigo cualquiera bajo él constituído.

Capítulo XI

Pero les prohibimos á todos los obispos y presbíteros segregar de la sagrada comunión á alguien, antes que se muestre causa por la cual mandan las santas reglas que se haga esto. Mas si contra esto alguno hubiere segregado de la santa comunión á cualquiera, el que injustamente fué segregado de la comunión, levantada por el sacerdote superior la excomunión, obtenga ciertamente la santa comunión, y el que se hubiere atrevido á segregar de la santa comunión á alguien, será de todos modos separado de la comunión por el sacerdote bajo el cual se halla constituído, por tanto tiempo cuanto aquel estimare, para que con justicia soporte lo que hizo injustamente. Pero tampoco le sea lícito á un obispo golpear á alguien con sus propias manos; porque esto es cosa ajena á un sacerdote. Mas si algún obispo, expulsado del sacerdocio conforme á las reglas eclesiásticas, se hubiere atrevido á entrar en la ciudad, de que fué expulsado, dejando el lugar en que se le mandó que viviera, mandamos que sea él trasladado á monasterio establecido en otra región, para que viviendo en un monasterio corrija aquello en que delinquió en el sacerdocio.

Capítulo XII

Mas no permitimos que sean ordenados clérigos de otro modo, sino si supieran de letras, y tuvieren recta fé y vida honesta, y no hubieren tenido ó tuvieran concubina ó hijos naturales, sino que vivan castamente, ó tengan mujer legítima, y esta única y primeriza, ni viuda, ni separada de marido, ni de otro modo prohibida por las leyes ó los sagrados cánones.

Capítulo XIII

Pero no permitimos que sea hecho presbítero el

(5) et alium dare, *el cód. Hamb.*; et alii dare, *Trid., y Port.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; soluta, *Port., y Cont.*
(7) in, *omitela Bk.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; quod, *Port., y Cont.*

annorum fieri non permittimus, sed neque diaconum aut subdiaconum minorem viginti quinque, neque lectorem minorem (1) decem et octo annorum, diaconissam vero in sancta ecclesia non ordinari (2), quae minor est annorum quadraginta, aut ad secundas venerit nuptias.

Cap. XIV

Si autem tempore ordinationis clerici cuiuscunque collegii aut ordinis accusator aliquis apparuerit, dicens, eum indignum ordinatione esse, differatur ordinatio, et universa procedant tam pro examinatione, quam pro mulctis, quae (3) in episcoporum ordinationibus superius (4) sancivimus. Si vero futurus ordinari diaconus non habuerit uxorem (sicut superius (5) dictum est) coniunctam sibi, non aliter ordinetur, nisi prius ab ordinante eum interrogatus promiserit, posse post ordinationem et sine legitima uxore honeste vivere, non valente eo, qui ordinat, in tempore ordinationis permittere diaconum aut subdiaconum post ordinationem uxorem accipere. Is autem, qui permittit episcopus, expellatur ab episcopatu. Si vero post ordinationem presbyter aut diaconus aut subdiaconus uxorem duxerit, expellatur a clero, et curiae civitatis illius, in qua clericus erat, cum propriis rebus tradatur. Si vero lector secundam induxerit (6) uxorem, aut primam quidem viduam (7), aut separatam a viro, aut legibus vel sacris canonibus interdictam, nequaquam ad alium ecclesiasticum ordinem provehatur; sed si (8) quolibet modo ad maiorem ordinem perducatur, expellatur eo, et priori restituatur.

Cap. XV

Sed neque curialem aut officialem clericum fieri permittimus, ut non ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si vero tales personae in clero constituantur, tanquam nec ad ordinationem perductae (9) propriae fortunae restituantur, nisi forsan monasticam vitam aliquis eorum non minus quindecim annis implevit; tales enim ordinari praecipimus, legitima videlicet parte (10) curiae et fisco danda; et si in clero constituti monachi condecentem vitam impleverunt (11). Si vero (12) post clericatus honorem aliquis eorum uxorem duxerit aut concubinam habuerit, curiae et officio, cuius fortunae subiacebat, reddatur, etiamsi maxime tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus non prohibetur sacris canonibus et legibus uxorem accipere. Haec (13) autem et super aliis omnibus monachis tenere sancimus, qui de monasteriis ad quemlibet ecclesiasticum transferuntur gradum, etiamsi nulli fortunae subiecti fuerint. Et generaliter sancimus, nulli licere in quolibet ecclesiastico gradu constituto discedere ab eo, et saecularem fieri, scientibus tale aliquid facientibus, quia et quasi apposito sibi

(1) *El cód. Hamb.*; minorem lectorem, *las ed.*
(2) *El cód. Hamb.*; non ordinari in sancta ecclesia, *las ed.*
(3) *Trid.*; multis quas, *el cód. Hamb.*; multis causis quas, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb, y Trid.*; superius, *omitenla Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; prius, *Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb.*; ducat, *las ed.*
(7) sed viduam, *acertadamente Bk.*
(8) *Trid.*; sed et si, *Port., y Cont.*; provehatur—ordinem, *omitelas el cód. Hamb.*

menor de treinta y cinco años, ni diácono ó subdiácono el menor de veinticinco, ni lector el menor de dieciocho años, y tampoco que en la santa iglesia sea ordenada diaconisa la que sea menor de cuarenta años, ó hubiere pasado á segundas nupcias.

Capitulo XIV

Mas si al tiempo de la ordenación de un clérigo, de cualquier colegio ú orden, se presentare algún acusador, diciendo que aquél es indigno de la ordenación, difiérase la ordenación, y hágase tanto respecto á la ordenación, como en cuanto á las multas, todo lo que más arriba hemos dispuesto sobre las ordenaciones de los obispos. Pero si el que hubiere de ser ordenado diácono no tuviere mujer que le esté unida, (según antes se ha dicho), no sea ordenado de otro modo, sino si interrogado antes por el ordenante hubiere prometido que después de la ordenación podrá vivir honestamente aun sin mujer legítima, no pudiendo el que lo ordena permitirle al tiempo de la ordenación al diácono ó al subdiácono que tome mujer después de la ordenación. Mas el obispo que lo permite sea expulsado del episcopado. Pero si después de la ordenación hubiere tomado mujer un presbítero, ó un diácono ó un subdiácono, sea expulsado del clero, y sea agregado con sus propios bienes á la curia de la ciudad, en que era clérigo. Mas si un lector hubiere tomado segunda mujer, ó primera que ciertamente fuese viuda, ó estuviese separada de su marido, ó fuese prohibida por las leyes ó los sagrados cánones, no sea de ninguna manera promovido á otro orden eclesiástico; sino que si de algún modo fuese elevado ó un orden superior, sea expulsado de éste, y restituído al primero.

Capitulo XV

Mas tampoco permitimos que sea hecho clérigo un curial ó un oficial, á fin de que no se cause con esto injuria al venerable clero. Mas si tales personas fueran admitidas en el clero, sean restituídas á su propia condición como si no hubiesen sido ordenadas, á no ser que acaso alguna de ellas haya cumplido no menos de quince años de vida monástica; pues mandamos que los tales sean ordenados, debiéndoseles dar, por supuesto, la porción legítima á la curia y al fisco; y si formando parte del clero llevaron la vida que corresponde á los monjes. Mas si después del honor del clericato alguno de ellos hubiere tomado mujer, ó tuviere concubina, sea restituído á la curia y al oficio, á cuya condición estaba sujeto, aunque especialmente estuviese constituído en un grado eclesiástico tal, que al que se halla constituído en él no se le prohiba por los sagrados cánones y las leyes tomar mujer. Mas disponemos que esto tenga validez también en cuanto á todos los demás monjes, que de los monasterios son trasladados á cualquier grado eclesiástico, aunque no hubieren estado sujetos á ninguna con-

(9) *Trid.*; sed ordinem perductae, *el cód. Hamb.*; ad ordinem perducti, *Port., y Cont.*
(10) á curia)), *adicione Bk.*
(11) *El cód Hamb.*; danda, si in clero constituti monasticam condecentem vitam impleverint, *Trid.*; danda, si in clero constituti, monacho condecentem vitam impleveriut, *Port., y Cont.*; Sed et in clero constituti monacho condecentem vitam impleant, *Bk.*
(12) Si enim, *Bk.*
(13) *El cód. Hamb., y Trid.*; hoc, *en lugar de* haec, *se lee en Port., y Cont.*

cingulo aut dignitate aut militia nudabuntur, et curiali fortunae propriae civitatis tradentur; qui autem ante nostram legem clerici ordinati sunt ex curiali fortuna, per substitutas personas pecuniaria munera complere, a corporalibus autem liberos servari.

Cap. XVI

Sed neque clericum cuiuscunque gradus dare aliquid ei, a quo ordinatur, aut alii cuilibet personae permittimus, solas autem praebere eum consuetudines iis, qui ordinantium ministrantes sunt, ex consuetudine accipientibus, unius anni emolumenta non transcendentes (1). In sancta vero ecclesia, in qua constituitur, sacrum complere ministerium, et nulla (2) penitus propriis clericis dare pro sua insinuatione, nec ob hanc causam propriis emolumentis aut aliis portionibus hunc privari. Sed neque xenodochum, aut nosocomum, aut ptochotrophum, aut alium quemlibet venerabilis domus gubernatorem, aut quamcunque ecclesiasticam sollicitudinem agentem dare aliquid illi, a quo constituitur, aut alii cuicunque personae pro commissa sibi gubernatione. Qui vero praeter haec, quae disposuimus, aut dat, aut accipit, aut mediator fit, sacerdotio, aut huiusmodi clero commissae (3) sibi cuiuscunque gubernationis nudabitur, iis, quae accipiuntur, vindicandis venerabili loco, cuius talis persona ordinationem, aut sollicitudinem, aut guberoationem accipit. Si autem saecularis sit, qui accipit, aut mediator factus est, quod datum est duplum repetitur, et venerabili loco, in quo talis persona ordinationem, aut gubernationem, aut sollicitudinem suscepit (4), praebeatur. Si quis autem clericus cuiuslibet gradus sive gubernator cuiuslibet venerabilis domus aut ante ordinationem commissam sibi cuiuscunque gubernationis aut sollicitudinis, aut postea aliquid voluerit suarum rerum offerre ecclesiae, in qua ordinatur, aut loco, cuius gubernationem aut sollicitudinem suscepit, non solum non prohibemus hoc fieri, sed etiam magis invitamus eos talia pro salute animae suae facere. Nos enim illa solum dari prohibemus, quae propriis personis quibusdam praebentur, non quae sanctis ecclesiis aut aliis venerabilibus locis offeruntur.

Cap. XVII

Si servus sciente et non contradicente domino in clero ordinatus fuerit, ex hoc ipso, quod constitutus est, liber et ingenuus erit. Si vero ignorante domino ordinatio fiat, licet domino intra spatium unius anni et servilem fortunam probare, et suum servum recipere. Si vero servus sciente (5) domino, sive insciente sicut diximus, eo quod in clero constitutus est, liber factus ecclesiasticum ministerium reliquerit, et ad saecularem transierit vitam,

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; transcendentem, *Port., y Cont.*
(2) nihil, *Bk.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; clero huiusmodi commissae, *Cont.*; clero aut huiusmodi commissae, *Bk.*

dición. Y en general mandamos, que á nadie que se halle constituido en un grado eclesiástico cualquiera les sea lícito separarse de él, y hacerse seglar, teniendo entendido los que hagan alguna tal cosa, que serán despojados del cíngulo ó de la dignidad ó de la milicia que acaso se les haya conferido, y serán entregados á la condición de curial de su propia ciudad; mas los que de condición curial fueron ordenados clérigos antes de nuestra ley, levanten las cargas pecuniarias por medio de personas substitutas, pero sean mantenidos libres de las corporales.

Capítulo XVI

Pero tampoco permitimos que un clérigo de cualquier grado que sea dé cosa alguna á aquel por quien es ordenado, ó á otra cualquiera persona, sino que les dé él solamente lo que es de costumbre á los que son auxiliares del ordenante, que por costumbre lo perciben, sin que exceda de los emolumentos de un solo año. Mas cumpla su sagrado ministerio en la santa iglesia, en que es constituído, y no les dé absolutamente ninguna cosa á sus propios clérigos por su insinuación, ni sea él privado por esta causa de sus propios emolumentos ó de otras porciones. Mas tampoco dé nada el encargado de un hospital de peregrinos, ó de una enfermería de pobres, ó de un hospicio de pobres, ú otro cualquier administrador de una venerable casa, ó el que desempeña un cargo eclesiástico cualquiera, á aquel por quien es nombrado, ó á otra cualquiera persona por la administración que á él se le encomendó. Mas el que contra lo que hemos dispuesto da ó percibe, ó se hace mediador, será despojado del sacerdocio ó de tal cargo en la clerecía en cualquiera administración que se le haya encomendado, debiendo ser lo que percibe reivindicado para el venerable lugar, del cual recibió tal persona la ordenación, ó el cargo, ó la administración. Pero si fuera seglar el que recibe, ó se hace mediador, se reclamará en el duplo lo que se dió, y se le dará al venerable lugar en que tal persona recibió la ordenación, ó la administración, ó el cargo. Mas si algún clérigo de cualquier grado, ó administrador de una cualquiera venerable casa, quisiere ó antes de habérsele encomendado el desempeño de una administración, ó de un cargo cualquiera, ó después, ofrecer alguna cosa de sus propios bienes á la iglesia, en que es ordenado, ó al lugar cuya administración ó cargo recibió, no solamente no prohibimos que se haga esto, sino que antes bien los invitamos á hacer tales cosas por la salvación de su alma. Porque nosotros prohibimos solamente que se den aquellas cosas que se les dan á algunas personas particulares, no las que se les ofrecen á las santas iglesias ó á otros venerables lugares.

Capítulo XVII

Si un esclavo hubiese sido ordenado en el clericato sabiéndolo y no oponiéndose su señor, por lo mismo que fué ordenado será libre é ingénuo. Mas si la ordenación se hiciera ordenándolo el señor, le es lícito al señor probar dentro de un solo año la condición servil y recuperar su esclavo. Pero si el esclavo hecho libre porque fué ordenado en el clericato sabiéndolo ó ignorándolo su señor, según hemos dicho, abandonare el ministerio eclesiástico,

(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; susceperit, *por* suscepit, *se lee en Port., y Cont.*
(5) servus, sive sciente, *Bk.*

suo domino ad servitium contradatur (1). Adscriptitios autem in ipsis possessionibus, quarum sunt adscriptitii (2), clericos etiam praeter voluntatem dominorum fieri permittimus, ita tamen, ut clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant.

y hubiere pasado á la vida seglar, sea entregado en servidumbre á su señor. Y permitimos que los adscripticios sean hechos también clérigos contra la voluntad de sus dueños en las mismas posesiones de que son adscripticios, pero de suerte que hechos clérigos desempeñen las funciones agrícolas que les están impuestas.

Cap. XVIII

Si quis oratorii domum fabricaverit, et voluerit in ea clericos ordinare aut ipse, aut eius heredes, si expensas ipsis (3) clericis ministrant, et dignos denominant, denominatos ordinari. Si vero, qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent sacrae regulae ordinari, tunc locorum (4) sanctissimus episcopus, quoscunque putaverit meliores, ordinari procuret. Sancimus autem, reverendissimos clericos suis ecclesiis observare (5), et omne eis competens ecclesiasticum ministerium adimplere, hoc requirente uniuscuiusque civitatis sanctissimo episcopo, et uniuscuiusque (6) ordinis ecclesiastici primatibus, eos, qui hoc non custodiunt, regulari multae subdentibus.

Capitulo XVIII

Si alguien hubiere edificado una casa de oratorio, y quisiere que él mismo ó sus herederos ordenen en ella clérigos, si suministran los gastos para los mismos clérigos y designan á quiénes sean dignos, sean ordenados los designados. Mas si las sagradas reglas prohiben que como indignos sean ordenados los que por ellos son elegidos, en esto caso procure el santísimo obispo de las localidades que sean ordenados los que juzgare mejores. Pero mandamos que los reverendísimos clérigos permanezca en sus iglesias, y desempeñen todo el ministerio eclesiástico que les compete, exigiendo esto el santísimo obispo de cada ciudad y los primates de cada orden eclesiástico, y sujetando á la multa regular á los que no lo observan.

Cap. XIX

Presbyteros autem, et diaconos, et subdiaconos, et (7) cantores, et lectores, quos omnes clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere sub sua potestate praecipimus ad similitudinem castrensium peculiorum, et donare secundum leges, et in his testari, licet sub parentum sint potestate, sic tamen, ut horum filii, aut his non exstantibus (8), parentes eorum legitimam partem ferant.

Capitulo XIX

Pero mandamos que los presbíteros, diáconos, subdiáconos, cantores y lectores, á todos los cuales llamamos clérigos, tengan en su poder á semejanza de peculios castrenses los bienes que de cualquier modo vayan á dominio de ellos, los donen con arreglo á las leyes, y testen de ellos aunque estén bajo la potestad de sus padres, pero de suerte que sus hijos, ó, no existiendo éstos, sus padres, perciban su porción legítima.

Cap. XX

Reverendissimis autem presbyteris aut (9) diaconis (10) etiam si inventi fuerint pro pecuniaria causa falsum perhibuisse testimonium, sufficiat pro verberibus in (11) tribus annis separari a sacro ministerio, et monasteriis tradi. Pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint, clero nudatos legitimis subdi poenis praecipimus, reliquos autem omnes in aliis (12) ecclesiasticis ordinibus constitutos, si falsum testimonium cuiuslibet causae, sive pecuniariae sive criminalis, dixisse convincantur, non solum ecclesiastico officio repelli, sed etiam verberibus subdi.

Capitulo XX

Mas respecto á los reverendísimos presbíteros ó á los diáconos, aunque se hubiere hallado que prestaron falso testimonio en causa pecuniaria, basto que en lugar de azotes sean separados del sagrado ministerio tres años, y llevados á monasterios. Pero si hubieren dicho falso testimonio en causas criminales, mandamos que despojados del clericato sean sometidos á las penas legítimas, y que todos los demás que se hallen constituídos en los otros órdenes eclesiásticos, si fueren convictos de haber prestado falso testimonio en cualquiera causa, ya pecuniaria, ya criminal, sean no solamente repelidos del oficio eclesiástico, sino también castigados con azotes.

Cap. XXI

Si quis contra aliquem clericum, aut monachum, aut diaconissam, aut monastriam, aut ascetriam habeat aliquam actionem, adeat prius sanctissimum episcopum, cui horum unusquisque subiacet (13), ille vero causam inter eos iudicet. Et si quidem utraque pars iis, quae iudicata sunt, acquieverit, iubemus, per loci iudicem hoc executioni perfectae contradi. Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat iis, quae iudicata sunt, tunc

Capitulo XXI

Si alguien tuviera alguna acción contra un clérigo, ó monje, ó diaconisa, ó monja, ó asceta, diríjase primeramente al santísimo obispo, á que cada uno de aquellos está subordinado; y juzgue él entre ellos la causa. Y si verdaderamente ambas partes hubieren dado su aquiescencia á lo que se juzgó, mandamos que por medio del juez de la localidad sea esto llevado á cumplida ejecución. Mas si alguno de los litigantes se opusiera dentro de diez días

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; tradatur, *Port., y Cont.*
(2) inscripti, *el cód. Hamb., y Trid.*
(3) ipsi, *Bk.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; locorum, *omitenla Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; obsecundare, *Port., y Cont.*
(6) *El cód. Hamb., y Trid.*; cuiuscunque, *Port., y Cont.*
(7) *El cód. Hamb.*; et *omitenla las ed.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; existentibus, *Port., y Cont.*
(9) et, *Bk.*
(10) diaconibus, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(11) *El cód. Hamb., y Trid.*; in, *omitenla Port., y Cont.*
(12) *El cód. Hamb.*; aliis etiam, *las ed.*
(13) *El cód. Hamb., y Trid.*; subiaceat, *Port., y Cont.*

locorum iudex causam examinet. Et si invenerit iudicium recte factum, etiam per sententiam propriam hoc confirmet, et executioni propriae tradat, quae iudicata sunt, et non liceat secundo in tali causa victo appellare. Si vero iudicis sententia contraria fuerit iis, quae a deo amabili episcopo iudicata sunt, tunc locum habere appellationem contra sententiam iudicis, et hanc secundum legum ordinem referri et exerceri. Si tamen ex imperiali iussione aut iudiciali praecepto episcopus iudicat inter quascunque personas, appellatio ad imperium, aut ad eum, qui transmisit negotium, referatur.

§ 1.—Si vero crimen fuerit, quod adversus quamlibet memoratarum reverendissimarum personarum inferatur, si quidem apud episcopum aliquis accusatur, et ipse veritatem invenire potuerit, ab honore aut gradu hunc secundum ecclesiasticas regulas deiiciat, et tunc competens iudex hunc comprehendat, et secundum leges litem examinans, causae finem imponat. Si vero prius civilem iudicem adeat accusator, et crimen per legitimam examinationem potuerit approbare (1), tunc episcopo locorum gesta monumentorum palam faciat, et si ex his agnoscatur, proposita crimina commisisse eum, tunc ipse episcopus hunc secundum regulas ab honore sive gradu, quem habet, separet, iudex autem ultionem ei inferat legibus congruentem. Si vero putaverit episcopus (2) gesta non iuste confecta, tunc liceat ei differre (el) (3) nudare honore seu gradu accusatam personam, ita tamen, ut huiusmodi persona sub legitima cautela fiat, et ita ad nos negotium tam ab episcopo, quam a iudice referatur, ut nos hoc cognoscentes, quae nobis videntur, iubeamus.

§ 2.—*Si quis autem pro pecuniaria causa contra* aliquam omnium memoratarum personarum habuerit actionem aliquam, et episcopus distulerit inter eas iudicare, licentiam habeat actor civilem iudicem adire, ita tamen, ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed solam cautionem sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Si vero pro criminali causa accusatio contra aliquam memoratarum personarum proponatur, sub legitima cautela accusata fiat persona. Si autem ecclesiastica causa est, nullam communionem habeant iudices civiles circa talem examinationem, sed sanctissimus episcopus secundum sacras regulas causae finem imponat.

Cap. XXII

Si qui vero sanctissimorum episcoporum eiusdem synodi dubitationem aliquam ad invicem habeant (4) sive pro ecclesiastico iure, sive pro aliis quibusdam rebus, prius metropolita eorum cum aliis (5) de sua synodo episcopis causam examinet et iudicet, et si non rata habuerit utraque pars quae iudicata sunt, tunc beatissimus patriarcha dioeceseos illius inter eos audiat, et illa determinet, quae ecclesiasticis canonibus et legibus consonant, nulla parte eius sententiae contradicere valente. Si autem et a clero (6) aut alio quocunque adito contra episcopum fiat propter quamlibet causam, apud sanctissimum eius metropolitam secundum sacras regulas et nostras leges causa iudice

(1) approbari, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb.*; episcopus putaverit, *las ed.*
(3) differre id nudare, *Bk.*

á lo que se juzgó, en este caso examine la causa el juez de las localidades. Y si hallare que fué bien dada la sentencia, confírmela también con su propia sentencia, y lleve á propia ejecución lo que se juzgó, y no le sea lícito al vencido apelar segunda vez en tal causa. Mas si la sentencia del juez fuere contraria á lo que se juzgó por el obispo, amante de Dios, haya entonces lugar á apelación contra la sentencia del juez, y sea esta remitida y substanciada con arreglo al orden de las leyes. Pero si por orden imperial ó por mandato judicial juzga el obispo entre cualesquiera personas, sea remitida la apelación al imperio, ó al que le transmitió el negocio.

§ 1.—Mas si fuere un crimen lo que se imputase á cualquiera de las mencionadas reverendísimas personas, y ciertamente alguno fuese acusado ante el obispo, y este mismo pudiere descubrir la verdad, sepárelo de su honor ó grado conforme á las reglas eclesiásticas, y préndalo entonces el juez competente, y examinando el litigio con arreglo á las leyes, ponga término á la causa. Pero si el acusador se dirigiera primeramente al juez civil, y hubiere podido probar mediante legítimo examen el crimen, en este caso hágale manifiestas las actuaciones al obispo de la localidad, y si por ellas se conociera que aquel cometió los crímenes denunciados, entonces sepárelo del honor ó grado, que tiene, el mismo obispo en conformidad á las reglas, é impóngale el juez el castigo correspondiente según las leyes. Mas si el obispo juzgare que las actuaciones no se hicieron con justicia, en este caso séale lícito diferir el despojar de su honor ó grado á la persona acusada, pero de suerte que tal persona sea constituída bajo legítima caución, y así se nos remita el negocio tanto por el obispo como por el juez, para que conociéndolo nosotros mandemos lo que nos parezca.

§ 2.—*Mas si alguien tuviere por causa pecuniaria* alguna acción contra una de todas las mencionadas personas, y el obispo difiriese juzgar entre ellas, tenga licencia el actor para dirigirse al juez civil, pero de suerte que la persona acusada no sea obligada de ningún modo á dar fiador, sino á prestar sola caución sin juramento, con hipoteca de todos sus bienes. Mas si por causa criminal se dedujera acusación contra alguna de las mencionadas personas, sea constituída la persona acusada en legítima caución. Pero si la causa es eclesiástica, no tengan ninguna intervención los jueces civiles en tal examen, sino ponga término á la causa el santísimo obispo en conformidad á las sagradas reglas.

Capítulo XXII

Mas si algunos de los santísimos obispos del mismo sínodo tuvieran entre sí alguna duda, ya sobre el derecho eclesiástico, ya sobre otras cualesquiera cosas, examine y juzgue primeramente la causa el metropolitano de ellos con los demás obispos de su sínodo, y si ambas partes no hubieren tenido por firme lo que se juzgó, en este caso conozca entre ellos el beatísimo patriarca de aquella diócesis, y determine lo que sea conforme á los cánones eclesiásticos y á las leyes, sin que ninguna parte pueda contradecir su sentencia. Mas si por el clero ó por otro cualquiera se hubiera recurrido contra un obispo por cualquiera causa, sea juzgada la causa con sujeción á las sagradas reglas y á nuestras leyes

(4) *Bk.*; Si quis—habeat, *el cód. Hamb., y las ed.*
(5) duobus, *adiciona Bk.*
(6) Si autem a clerico, *Bk.*

tur, et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum et patriarcham dioeceseos illius referatur causa, et ille secundum canones et leges huic praebeat finem. Si vero contra metropolitam talis additio fiat ab episcopo, aut clero (1), aut alia quacunque persona, dioeceseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. Pro omnibus autem causis, pro quibus apud proprium metropolitam, sive apud (2) patriarcham, sive apud alios quoscunque iudices episcopi conveniantur, nullam fideiussionem aut cautionem pro lite exigantur, sic tamen, ut isti studeant illatis sibi causis semetipsos absolvere.

Cap. XXIII

Oeconomos autem, et xenodochos, et nosocomos, et ptochotrophos (3), et aliorum venerabilium locorum gubernatores, et alios omnes clericos iubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium episcopum, cui subiacent, convenirl, et rationem suae gubernationis facere, et exigi, quod ex ipsis debentes ostenduntur, illi venerabili reddendum domui, ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si vero putaverint se gravari, post repetitionem metropolita causam examinet. Si vero metropolita fuerit contra quampiam praedictarum personarum huiusmodi causas examinans, et debitum exegerit, et exactus putaverit se gravatum, dioeceseos illius beatissimus patriarcha causam determinet; non enim concedimus praedictis personis pro memoratis causis ante examinationem et exactionem debiti proprios episcopos declinare, et ad alia venire iudicia. Si quis autem ex ecclesiasticis, cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem et debitorum solutionem moriatur, iubemus, eius heredes simili modo et rationibus et exactionibus subiacere.

Cap. XXIV

Si quis episcopus aut clericus ex quacunque provincia in Constantinopoli reperiatur, et voluerit aliquis adversus eum actionem proponere, si quidem litis contestatio in provincia pro ipso negotio facta (4) est, ibi litem compleri, si vero nondum inchoata est, apud gloriosissimum praefectum Orientis praetoriorum, aut apud eos, qui a nobis fuerint deputati iudices, convenientibus eum respondere.

Cap. XXV

Reverendissimi vero apocrisiarii cuiuscunque sanctissimae ecclesiae, qui in regia civitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas, aut ad metropolitas a suis episcopis destinati (5), neque pro suis episcopis, neque pro causa ecclesiae (6), aut pro debito publico aut privato aliquam conventionem sustineant, nisi mandatum habuerint a suis episcopis aut oeconomis, ut aliquos conveniant. Tunc enim solis illis, qui ab eis conveniuntur, da-

(1) clerico, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb.*; metropolitam aut patriarcham, *las ed.*
(3) *El cód. Hamb*; xenodochos nosocomos et ptochotrophos, *Trid.*; xenodochos nosocomos ptochotrophos, *se lee en Port., y Cont.*

ante su santísimo metropolitano, y si alguno se opusiere á lo juzgado, sea remitida la causa al beatísimo arzobispo y patriarca de aquella diócesis, y póngale él término con arreglo á los cánones y á las leyes. Mas si el recurso se hubiere hecho contra el metropolitano por un obispo, ó por el clero, ó por otra cualquiera persona, juzgue de igual modo la causa el beatísimo patriarca de aquella diócesis. Pero en ninguna de las causas en que los obispos son demandados ante el propio metropolitano, ó ante el patriarca, ó ante otros cualesquiera jueces, se les exija fianza ó caución alguna por el litigio, pero de suerte que ellos procuren absolverse á sí mismos de las causas que se les atribuyeron.

Capítulo XXIII

Pero mandamos que los ecónomos, los encargados de hospitales de peregrinos, enfermerías de pobres y hospicios de pobres, y los administradores de otros venerables lugares, y todos los demás clérigos sean citados por las administraciones á ellos encomendadas ante el propio obispo á quien están subordinados, y rindan cuenta de su administración, y que se les exija lo que se pruebe que por ellas deben, lo cual debe ser entregado á la venerable casa, por virtud de cuyo nombramiento apareciere la deuda. Mas si creyeren que quedaron ellos gravados, examine el metropolitano la causa después de la reclamación hecha á ellos. Pero si fuere metropolitano el que examina tales causas contra alguna de las susodichas personas, y exigiere lo debido, y aquel á quien se le exigió se considerare gravado, decida la causa el beatísimo patriarca de aquella diócesis; porque no les concedemos á las susodichas personas que en las mencionadas causas huyan de sus propios obispos antes del examen y de la exacción de la deuda, y acudan á otros tribunales. Mas si algunos de los eclesiásticos, á quien se le encomendó alguna tal administración, muriese antes de la rendición de cuentas y del pago de las deudas, mandamos que de igual modo queden sujetos los herederos á la rendición de cuentas y al pago.

Capítulo XXIV

Si en Constantinopla se hallara algún obispo ó clérigo de cualquiera provincia, y alguien quisiere entablar una acción contra él, si verdaderamente la contestación á la demanda fué dada sobre el mismo negocio en una provincia, sea terminado allí el litigio, pero si aun no fué incoado, responda, á los que lo demanden, ante el gloriosísimo prefecto de los pretorios de Oriente, ó ante los jueces que hubieren sido designados por nosotros.

Capítulo XXV

Mas los reverendísimos apocrisiarios de cualquiera santísima iglesia, que viven en esta real ciudad, ó que fueron enviados por sus obispos á los beatísimos patriarcas, ó á los metropolitanos, no se encarguen de citación alguna ni por sus obispos, ni por causa de la iglesia, ó por una deuda pública ó privada, si no tuvieren mandato de sus obispos ó ecónomos, para que demanden á otros. Porque en este caso les damos licencia solamente á los que por

(4) facto, *en lugar de* facta, *decía el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; episcopis ordinati et destinati, *Port., y Cont.*
(6) causa suae ecclesiae, *Bk. ed. estereotipada.*

mus licentiam, si quam obligationem habent contra ecclesiam aut contra episcopos eorum, proponere. Si vero et in quibusdam causis vel actionibus semetipsos obligatos fecerint, in tempore, in quo responsa faciunt, pro his conventiones suscipiant.

ellos son demandados, si tienen alguna obligación contra la iglesia ó los obispos de ellos, para ejercitarla. Mas si también en algunas causas ó acciones se hubieren obligado ellos mismos, háganse cargo de las demandas por tales cosas al tiempo en que se hacen las contestaciones.

Cap. XXVI

Si vero episcopi vel clerici pro civitate aut pro suis ecclesiis propter suam legationem aut ordinationem episcopi ad regiam civitatem vel ad alium quemlibet locum proficiscantur, iubemus, eos nullam molestiam aut importunitatem a qualibet persona sustinere, licentia existente iis, qui obligatos eos putant se habere, postquam ad provinciam revertuntur, convenire eos, nullo [in] iis, qui se putant habere eos [obligatos] (1), faciendo praeiudicio de temporalibus praescriptionibus propter tempus, quod in tali causa protraxerint.

Capitulo XXVI

Mas si los obispos ó los clérigos fueran á la ciudad real ó á otro cualquier lugar en representación de una ciudad ó de sus iglesias á causa de propia legación ó de ordenación del obispo, mandamos que no sufran ellos por parte de una persona cualquiera ninguna molestia ó importunidad, teniendo licencia los que creen tenerlos obligados para demandarlos después que vuelvan á la provincia, sin que á los que creen tenerlos obligados se les haya de causar perjuicio alguno en las prescripciones temporales por razón del tiempo que por tal causa hubieren tardado.

Cap. XXVII

Mas si alguno de los jueces de las provincias, poniéndose en connivencia con los aposentadores de nuestro ejército, no hubieren preparado los suministros, y por esto los condujeran por diversas ciudades y granjas, mandamos que despojados ellos del cíngulo sean condenados, juntamente con los oficiales que están á sus órdenes, á la confiscación y al destierro, y que á nuestros contribuyentes se les mantenga también así indemnes con la entrega de recibos, ó con actas, que deben hacerse del susodicho modo.

Capítulo VIII

Pero mandamos que esto mismo se observe no solamente en los tránsitos de nuestros jueces y militares, sino también de los que de cualquier gente son enviados por nosotros en auxilio de nuestra república.

Capítulo IX

Mas para que con ocasión de dar alojamientos no se atente á la libertad de nuestros contribuyentes, mandamos, que absolutamente á ninguno de nuestros militares les sea lícito recibir para sí alojamientos en las propias habitaciones, en que se halla que moran los dueños de las casas, sino que reserven ciertamente aquellas sin molestias para los propios dueños, y reciban los militares alojamiento en otras habitaciones.

Epílogo

Por tanto, tu gloria hará manifiesto en esta real ciudad, y en las localidades á los santísimos obispos, y á los muy esclarecidos jueces, y en cada provincia y ciudad á todos nuestros súbditos, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de la presente ley, para que sepan nuestros súbditos qué es lo que por nosotros se ha dispuesto en pro de su indemnidad, y conozcan, que si contra esto se hiciera alguna cosa, y los que son lesionados las dieren al silencio, ellos mismos se harán para sí autores de tal lesión.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Marzo, en el año décimo octavo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, cuarto después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido, Indicción octava. Publicada en la ciudad de Constantinopla. [545.]

CONSTITUCION CXX

DE LOS TÍTULOS Y PRIVILEGIOS ECLESIÁSTICOS, Y DE OTRAS MATERIAS

(Colección IX. título 6.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Pedro, *gloriosísimo Prefecto de los sacros Pretorios.*

Prefacio

Damos la presente ley sobre las reglas y privilegios eclesiásticos, y sobre otras materias pertene-

nerabiles domos pertinentibus praesentem proferimus legem.

Cap. I

Sancimus igitur, vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quae a sanctis quatuor conciliis expositae sunt aut firmatae, hoc est in Nicaena trecentorum decem et octo, et in Constantinopolitana sanctorum centum quinquaginta patrum, et in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, et in Chalcedonia, in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Praedictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus, et regulas sicut leges observamus.

Cap. II

Ideoque sancimus, secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romae papam primum esse omnium sacerdotum, beatissimum autem archiepiscopum Constantinopoleos, novae Romae, secundum habere locum post sanctam apostolicam senioris Romae sedem, aliis autem omnibus sedibus praeponatur.

Cap. III

Per tempus autem beatissimum archiepiscopum primae Iustinianae, nostrae patriae, habere (1) semper sub sua iurisdictione episcopos provinciarum Daciae mediterranae, et Daciae Ripensis, et Privalis (2), et Dardaniae, et Mysiae superioris, atque Pannoniae, et ab eo hos ordinari, ipsum vero a proprio ordinari concilio, et in subiectis sibi provinciis locum obtinere eum sedis apostolicae Romae, secundum ea, quae definita sunt a sanctissimo papa Vigilio.

Cap IV

Simili quoque modo ius pontificis, quod episcopo Iustinianae Carthaginis Africanae civitatis dedimus, ex quo deus hanc nobis restituit, servari iubemus. Sed et aliae civitates, et earum episcopi, quibus in diversis locis metropoliticum ius praestitum est, huiusmodi privilegio in perpetuum potiantur. Omnia autem privilegia vel solatia, quae ex imperiali munificentia, aut etiam alio quolibet modo sanctis ecclesiis (3) aut aliis venerabilibus locis (4) collata sunt, firme eis per omnia conserventur.

Cap. V

Ad haec sancimus, omnium sanctarum ecclesiarum, et omnium venerabilium domorum possessiones neque sordidas functiones, neque extraordinarias descriptiones sustinere; si tamen itineris sternendi, aut pontium aedificii vel reparationis opus fuerit, ad instar aliorum possessorum huiusmodi opus et sanctas ecclesias, et venerabiles (5) domos complere, dum sub illa possident civitate, sub qua tale fit opus. Si quae vero res ex curialium substantiis ad quamlibet sacrosanctam ecclesiam aut aliam venerabilem domum secundum leges ve-

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*: beatissimum primae Iustinianae, nostrae patriae archiepiscopum habere, *Port., y Cont.*
(2) mediterraneae et dameripensis privalis, *el cód. Hamb., y Trid.*; mediterraneae et Daniae ripensis, item Tribalneae, *Port.*; Praevalis, *Bk.*

cientes á las sacrosantas iglesias y á las demás venerables casas.

Capítulo I

Mandamos, pues, que hagan las veces de leyes las santas reglas eclesiásticas, que fueron expuestas ó confirmadas por los cuatro santos concilios, esto es, por el de Nicea, de trescientos dieciocho santos padres, por el de Constantinopla, de ciento cincuenta, por el primero de Efeso, en que fué condenado Nestorio, y por el de Calcedonia, en el que con Nestorio fué anatematizado Eutiques. Porque admitimos como las santas escrituras los dogmas de los cuatro susodichos sínodos, y observamos como leyes sus reglas.

Capítulo II

Y por lo tanto, mandamos, que con arreglo á sus definiciones sea el santísimo papa de la antigua Roma el primero de todos los sacerdotes, y que el beatísimo arzobispo de Constantinopla, la nueva Roma, tenga el segundo lugar después de la santa sede apostólica de la antigua Roma, pero sea antepuesto á todas las demás sedes.

Capítulo III

Mas el que á la sazón sea beatísimo arzobispo de la primera Justinianea, nuestra patria, tenga siempre bajo su jurisdicción á los obispos de las provincias de la Dacia Mediterránea, de la Dacia Ripense, y de Privale, y de la Dardania, y de la Misia superior, y de la Panonia, y sean ordenados por él, pero que él sea ordenado por su propio concilio, y en las provincias á él sujetas ocupe el lugar de la sede apostólica de Roma, con arreglo á lo que fué determinado por el santísimo papa Vigilio.

Capítulo IV

Y de igual modo mandamos también que se conserve el derecho de pontífice, que le dimos al obispo de la ciudad africana de Cartago Justinianea, desde que Dios nos la restituyó. Mas también las otras ciudades, y los obispos de ellas, á quienes en diversos lugares les fué concedido el derecho metropolitano, disfruten perpétuamente de tal privilegio. Pero consérvenseles en todo firmes todos los privilegios ó beneficios, que por munificencia imperial de otro cualquier modo fueron conferidos á las santas iglesias, ó á otros venerables lugares.

Capítulo V

Además de esto mandamos, que las posesiones de todas las santas iglesias y de todas las venerables casas no soporten cargas viles, ni repartos extraordinarios; mas si hubiere necesidad de recomponer algún camino, ó de construir ó de reparar puentes, levanten tal carga también las santas iglesias y las venerables casas á la manera que los demás poseedores, en tanto que tengan posesiones en aquella ciudad en que se hace tal obra. Mas si de los bienes de curiales fueron algunos, ó después fueren, á poder de cualquier sacrosanta iglesia ó de otra vene-

(3) *Trid.*; modo monasteriis ecclesiis, *el cód. Hamb.*; modo sanctissimis ecclesiis, *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.*; venerabilibus domibus et locis, *Port., y Cont.*
(5) et alias venerabiles, *Bk. ed. estereotipada.*

nerunt aut postea venerint, liberas eas esse sancimus descriptione lucrativorum.

Cap. VI

Pro temporalibus autem praescriptionibus decem, et viginti, et triginta annorum sacrosanctis ecclesiis et aliis universis venerabilibus locis solam quadraginta annorum praescriptionem opponi praecipimus, hoc ipso servando et in exactione legatorum et hereditatum, quae ad pias causas relicta sunt.

Cap. VII

Si quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium aut monasterium, non aliter (1) inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus episcopus orationem ibi fecerit, et venerabilem fixerit crucem. Si vero semel coeperit aut novam aedificare basilicam, aut veterem renovare, modis omnibus compellatur a beatissimo locorum episcopo, et oeconomis eius, et civili iudice eam explere, et si is distulerit, hoc moriente heredes eius opus inchoatum adimpleant.

Cap. VIII

Si quis in sua domo aut suburbano (2) ecclesiasticum ministerium ministrare praesumserit, aut aliis celebrare concesserit sine clericis sanctissimo locorum episcopo subiacentibus, iubemus, hanc domum, aut suburbanum, aut praedium, ubi tale aliquid delinquitur, loci illius sanctissimae ecclesiae vindicari per deo amabilem episcopum, et oeconomum eius, et civilem iudicem locorum. Si vero nesciente locorum domino eius curatores, aut conductores, aut emphyteutae contrarium aliquid exerceri (3) permiserint, dominum quidem loci nullum praeiudicium aut dispendium sustinere, eos autem, qui hoc fecerint aut fieri permiserint, ex provincia, ubi hoc commissum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissimae ecclesiae vindicandis.

Cap. IX

Si quis in nomine magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi hereditatem aut legatum reliquerit, iubemus, ecclesiam loci (4), in quo testator domicilium habuerit, accipere, quod dimissum est. Si quis autem unum sanctorum heredem scripserit, aut legatum ei reliquerit, et non specialiter nominaverit locum, in quo est venerabilis domus, inveniantur autem in eodem loco aut civitate plura oratoria eiusdem sancti, illi magis domui, quae pauperior est, quod relictum est, praebeatur. Si autem non est in civitate basilica nominati sancti, inveniatur autem in territorio eius, illi detur. Si autem neque in territorio eius reperitur huiusmodi domus, tunc ecclesiae civitatis, in qua testator domicilium habuerit, quod dimissum est, praebeatur.

rable casa con arreglo á las leyes, mandamos que estén libres de la contribución de las cosas lucrativas.

Capítulo VI

Pero mandamos que en lugar de las prescripciones temporales de diez, y de veinte, y de treinta años, se les oponga á las sacrosantas iglesias y á todos demás venerables lugares la sola prescripción de cuarenta años, debiéndose observar esto mismo también en cuanto á la exacción de legados y de herencias, que se dejaron para causas pías.

Capítulo VII

Mas si alguno quisiere edificar un venerable oratorio ó un monasterio, no se debe comenzar la fábrica de otro modo, sino si el santísimo obispo de la localidad hubiere hecho allí oración, y hubiere fijado la venerable cruz. Mas si ya una vez hubiere comenzado ó á edificar una basílica nueva, ó á renovar una antigua, sea de todos modos compelido por el beatísimo obispo de la localidad, y por los ecónomos de éste, y por el juez civil á terminarla, y si él lo defiriere, terminen sus herederos, muriendo él, la obra comenzada.

Capítulo VIII

Si alguno se hubiere atrevido á practicar el ministerio eclesiástico en su propia casa ó en una posesión de los suburbios, ó le hubiere permitido á otros que lo celebren sin clérigos que estén sujetos al santísimo obispo de la localidad, mandamos que esta casa, ó la posesión de los suburbios, ó el predio, donde en alguna tal cosa se delinque, sean reivindicados para la santísima iglesia de aquella localidad por el obispo, amante de Dios, y por su ecónomo, y por el juez civil de la localidad. Pero si ignorándolo el dueño de los lugares hubieren permitido sus procuradores, ó arrendatarios, ó enfitéutas, que se haga alguna cosa contra esto, no sufra ciertamente el dueño de aquel lugar ningún perjuicio ó dispendio, mas los que la hubieren hecho ó permitido que se hiciera sean expulsados de la provincia en que tal cosa se hizo, debiendo ser reivindicados sus bienes para la santísima iglesia de aquella localidad.

Capítulo IX

Si en el nombre de Jesucristo, Dios grande y salvador nuestro, hubiere alguien dejado una herencia ó un legado, mandamos que lo que se dejó lo reciba la iglesia de la localidad, en que el testador hubiere tenido su domicilio. Mas si alguien hubiere instituído heredero á uno de los santos, ó á él le hubiere dejado un legado, y no hubiere nombrado especialmente el lugar en que está la venerable casa, pero se hallaran en la misma localidad ó ciudad muchos oratorios del mismo santo, désele lo que se dejó preferentemente á la casa, que sea más pobre. Pero si no hay en la ciudad basílica del santo nombrado, mas se hallara en su territorio, désele á ella. Pero si ni en su territorio se halla tal casa, en este caso désele lo que se dejó á la iglesia de la ciudad, en que el testador hubiere tenido su domicilio.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; monasterium, praecipimus non aliter, *Port., y Cont.*

(2) *El cód. Hamb.*; aut in suburbano, *las ed.*; aut in suburbano aut praedio, *Bk.*

(3) aliquid fecerint aut exerceri, *en lugar de* aliquid exerceri permiserint, *Bk.*

(4) *El cód. Hamb.*; illius, *adicionan las ed.*

Cap. X

Si quis aedificationem venerabilis oratorii, aut xenodochii, aut ptochii, aut orphanotrophii, aut nosocomii, aut alterius reverendae domus in novissima voluntate fieri disposuerit, oratorium quidem intra quinque annos compleri iubemus providentia locorum episcopi et civilis iudicis, xenodochium autem, aut ptochium, aut aliam venerabilem domum intra unum fieri annum. Si autem intra annum non fecerint heredes xenodochium aut quamlibet venerabilem domum a testatore dispositam fieri, iubemus, eos domum aut comparare, aut locare, ubi possint quae iussa sunt adimplere, donec huiusmodi domus venerabilis expleatur. Et si quidem ipse testator decreverit, qui debeant xenodochi fieri, aut ptochotrophi, aut alteri tales gubernatores, sive suis heredibus huiusmodi electionem commiserit, iubemus, modis omnibus heredes eius quae ab eo definita sunt adimplere, locorum beatissimis episcopis inspicientibus, si gubernatio recte procedit, et si invenerint non utiles exsistentes rectores, licentiam habentibus sine damno alios pro eis opportunos efficere.

Capítulo X

Si alguien hubiere dispuesto en su última voluntad la edificación de un venerable oratorio, ó de un hospicio de peregrinos, ó de un hospicio para pobres, ó de un asilo de huérfanos, ó de un hospital de pobres, ó de otra reverenda casa, mandamos que el oratorio sea ciertamente terminado dentro de cinco años por providencia del obispo de la localidad y del juez civil, pero que el hospicio de peregrinos, ó el hospicio de pobres, ú otra venerable casa se haga dentro de un año. Mas si dentro del año no hubieren hecho los herederos el hospicio de peregrinos ó cualquiera venerable casa, que por el testador se dispuso se hiciera, mandamos que ellos compren ó arrienden una casa, en la que püedan cumplimentar lo que se dispuso, hasta que se termine aquella venerable casa. Y si verdaderamente el mismo testador hubiere determinado quiénes deban ser nombrados encargados del hospicio de peregrinos, ó del hospicio de pobres, ú otros tales administradores, ó si hubieren encomendado tal elección á sus herederos, mandamos que de todos modos cumplan sus herederos lo que por él se dispuso, inspeccionando los beatísimos obispos de las localidades si se lleva debidamente la administración, y si se hallaren que no son útiles los administradores existentes, tengan licencia para nombrar sin quebranto otros idóneos en lugar de aquellos.

Cap. XI

Si quis autem pro redemtione captivorum aut alimentis pauperum hereditatem aut legatum reliquerit in rebus mobilibus aut immobilibus, sive semel, sive annale, et hoc modis omnibus secundum testatoris voluntatem ab iis, quibus iussum est hoc facere, compleri. Si autem non specialiter dixerit (1), quomodo (2) pauperibus hoc reliquit, praecipimus, sanctissimum episcopum civitatis, in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, et eius civitatis pauperibus erogare. Si autem pro redemtione captivorum aliquid relinquatur, et non nominatim testator dixerit, per quem oporteat fieri redemtionem captivorum, etiam sic iubemus res ad hoc relictas locorum episcopum et eius oeconomos accipere, et huiusmodi pium opus implere. In omnibus enim talibus piis voluntatibus sanctissimos locorum episcopos volumus providere, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant, licet praecipue a testatoribus aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium. Si autem qui hoc facere iussi sunt semel et secundo a beatissimo locorum episcopo aut eius oeconomis per publicas personas admoniti distulerint quae disposita sunt adimplere, iubemus, eos omne lucrum relictum eis ab eo, qui hoc praecepit (3), amittere, et locorum episcopos omnes res cunctis, sicuti dictum est, piis causis distributas cum fructibus et augmentis medii temporis et memorato lucro vindicare, et quae testator disposuit, adimplere, scientes, quia, si neglexerint, pro his omnibus rationem deo persolvent. Si autem sanctissimus locorum episcopus reliquerit aliquid horum, quae a nobis dicta sunt, liceat et (4) sanctissimo eius metropolitae haec omnia exigere et complere, et omni alii licentia sit huiusmodi move-

Capítulo XI

Mas si para redención de cautivos ó para alimento de pobres hubiere dejado alguien una herencia ó un legado en bienes muebles ó inmuebles, ya por una sola vez, ya como renta anual, cúmplase de todos modos también esto conforme á la voluntad del testador por aquellos á quienes se les mandó que lo hicieran. Mas si no hubiere dicho especialmente de qué modo deja esto á los pobres, mandamos que reciba aquellos bienes el santísimo obispo de la ciudad, en que el testador tuvo su domicilio, y los distribuya entre los pobres de aquella ciudad. Pero si se deja alguna cosa para la redención de cautivos, y el testador no hubiere dicho nominalmente por quién deba hacerse la redención de los cautivos, mandamos que también en este caso reciban los bienes dejados para esto el obispo de la localidad y sus ecónomos, y ejecuten esta obra piadosa. Porque queremos que en todas las pias voluntades provean los santísimos obispos de las localidades para que todo se haga con arreglo á la voluntad del difunto, aunque especialmente se les haya prohibido por los testadores ó los donantes que tengan en esto participación alguna. Mas si aquellos á quienes se les mandó hacer esto, requeridos una y dos veces por medio de personas públicas por el beatísimo obispo de la localidad ó por los ecónomos de éste, hubieren diferido cumplir lo que se dispuso, mandamos que pierdan ellos todo el lucro que se les dejó por el que dispuso aquello, y reivindiquen los obispos de las localidades todos los bienes destinados, según se ha dicho, para todas las causas pías, con los frutos y los aumentos del tiempo intermedio y con el mencionado lucro, y ejecuten lo que el testador dispuso, teniendo entendido, que, si lo desatendieren, darán por todo ello cuenta á Dios. Mas

(1) *Trid.*; St autem non hoc specialiter dixerit, *el códice Hamb.*; Si autem specialiter non dixerit, *Port.*; Si autem specialiter dixerit, *Cont.*

(2) quando, *el cód. Hamb.*

(3) *El cód. Hamb.*; praeceperit, *las ed.*

(4) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*

re quaestionem, et studere, ut modis omnibus causae piae compleantur.

si el santísimo obispo de la localidad hubiere desatendido alguna de las cosas que se han dicho por nosotros, séale lícito también á su santísimo metropolitano exigirlas todas ellas y ejecutarlas, y tenga licencia cualquier otra persona para promover tal cuestión, y procurar que de todos modos se ejecuten las causas pías.

Cap. XII

Si autem heres, quae ad pias causas relicta sunt, non impleverit, dicens, relictam sibi substantiam non sufficere ad ista, praecipimus, omni Falcidia vacante, quidquid invenitur in tali substantia, proficere provisione (1) sanctissimi locorum episcopi ad causas, quibus relictum est. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur causas, iubemus, intra sex menses ab insinuatione testamenti numerandos hoc modis omnibus praeberi, quibus relictum est. Si autem distulerint, qui in hoc onerati sunt, huiusmodi praebere legatum, et fructus, et usurae, et omne legitimum exigatur augmentum (2) a tempore mortis eius, qui hoc reliquit. Si autem annale legatum cuilibet venerabili domui relinquatur, si quidem qui hoc dare iussi sunt, aut locus, ex quo iussum est hoc praeberi, in ipsa aut vicina provincia fuerit, iubemus, nullo modo tale (3) legatum alienari. Si vero loca aut personae, ex quibus hoc dari praeceptum est, longius fuerint, tunc liceat illis, quibus hoc relictum est, si etiam pars obligata consentit, commutare legatum, et iuxta (4) pro eo percipere reditus idoneos, et cum augmento non minus quartae partis relictae quantitatis, et neque plurimis tributis fiscalibus praegravatos, aut vendere, si voluerint, huiusmodi legatum, et non minus pro pretio percipere, quam ex tali legato intra triginta quinque (5) annos colligitur, ita tamen, ut huiusmodi pretium ad utilitatem praedictae venerabilis domus, ubi relictum est, proficiat.

Capitulo XII

Mas si el heredero no hubiere ejecutado lo que se dejó para causas pías, diciendo que los bienes que se le dejaron no bastaban para ellas, mandamos que dejando de tener lugar toda Falcidia se aplique por providencia del santísimo obispo de la localidad á las causas pías, para que fué dejado, todo lo que se halla en tales bienes. Mas si por alguien se deja para causas pías un legado, mandamos que de todos modos sea entrégado, para las que se dejó, dentro de seis meses, contaderos desde la insinuación del testamento. Pero si difirieren entregar tal legado los que con él fueron gravados, exíjanseles los frutos, y los intereses, y todo legítimo aumento desde el tiempo del fallecimiento del que lo dejó. Mas si á cualquiera venerable casa se le dejase un legado anual, y ciertamente aquellos á quienes se les mandó que lo dieran, ó el lugar de que se dispuso que se diera, estuvieren en la misma ó en otra provincia vecina, mandamos que de ningún modo se enajene tal legado. Pero si los lugares ó las personas, de quienes se dispuso que se diera éste, estuvieren más lejos, séales entonces lícito á quienes se les dejó, si también lo consiente la parte obligada, permutar el legado, y percibir en lugar de él rentas saneadas, y con aumento no menor de la cuarta parte de la cantidad dejada, y no gravadas con muchos tributos fiscales, ó vender, si quisieren, tal legado, y percibir por precio no menos de lo que por tal legado se obtiene en treinta y cinco años, pero de suerte, que tal precio se aplique á utilidad de la susodicha venerable casa, á que se dejó el legado.

Cap. XIII

Interdicimus autem sanctissimis episcopis res mobiles aut immobiles seseque moventes, quaecunque post episcopatum ad eos quoquo modo pervenerint, in proprios cognatos aut in alias quascunque transferre personas. In captivorum vero redemtionem, et egentium pabula, et alias pias causas, aut pro utilitate propriae ecclesiae, ex his expendere licentiam habeant; et quidquid ex huiusmodi rebus post obitum eorum in ipsorum facultate remanserit, iubemus hoc ad proprietatem ecclesiarum, quarum sacerdotium habuerunt, competere. In illis enim solummodo rebus licentiam eis alienandi aut relinquendi quibus voluerint damus, quas ante episcopatum probantur habuisse, post episcopatum vero, quae ex genere sibi coniuncto ad eos devolutae sunt, quibus ab intestato usque ad quartum gradum succedere poterunt. Haec autem omnia, quae diximus de rebus, quae post episcopatum devolutae sunt ad sanctissimos episcopos, et in reverendissimis orphanotrophis, et ptochotrophis, et nosocomis, et xenodochis, et gerontocomis, et omnibus aliis rectoribus venerabilium domorum valere

Capitulo XIII

Mas les prohibimos á los santísimos obispos que transfieran á sus propios cognados, ó á otras cualesquiera personas, los bienes muebles ó inmuebles y semovientes, que de algún modo hubieren ido á poder de ellos después del episcopado. Pero tengan licencia para gastar de ellos para la redención de cautivos, alimento de los necesitados, y otras causas pías, ó en utilidad de la propia iglesia; y todo lo que de tales bienes hubiere quedado después de su fallecimiento en los bienes de ellos mismos, mandamos que le competa á la propiedad de las iglesias, cuyo sacerdocio tuvieron. Porque solamente les damos licencia para enajenar, ó dejar á quienes quisieren, aquellos bienes que se pruebe que tuvieron antes del episcopado, y, después del episcopado, los que les fueron deferidos de parientes suyos á quienes pudieren suceder abintestato hasta el cuarto grado. Mas todo esto que hemos dicho respecto á los bienes, que después del episcopado fueron deferidos á los santísimos obispos, mandamos que tenga validez también respecto á los reverendísimos encargados de asilos de huérfanos, de hospicios

(1) *Trid.*; pro iussione, *el cód. Hamb., Port., y Cont.*
(2) et fructum et usuras et omne legitimum exigatur augmentum, *el cód. Hamb., y Trid. Diberia leerse* et fructus et usuras et omne legitimum exigantur augmentum.
(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; tale, *omitenla Port., y Cont.*
(4) *Trid.*; iusta, *el cód. Hamb.*; iuxta, *omitenla Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; viginti quinque, *Port., y Cont.*

sancimus in rebus, quae in tempore propriae administrationis secundum praedictum modum ad eos pervenerunt. Si quis autem episcopus, aut clericus, aut cuiuslibet ecclesiastici gradus minister, aut ecclesiae diaconissae (1) moriantur sine testamentis et legitimis successoribus, horum successio ecclesiae competat, in qua constituti fuerint (2).

de pobres, de enfermerías de pobres, de hospicios de peregrinos, de hospicios de ancianos, y á todos los demás rectores de las venerables casas, en cuanto á los bienes que durante el tiempo de su propia administración fueron á poder de ellos del modo antes dicho. Mas si algún obispo, ó clérigo, ó ministro de cualquier grado eclesiástico, ó diaconisas de una iglesia, muriesen sin testamentos y sin legítimos sucesores, compétale su sucesión á la iglesia en que hubieren estado constituídos.

Cap. XIV

Iubemus autem, nullum haereticorum neque per conductionem, neque per emphyteusin, neque per emtionem, aut alio quolibet modo res immobiles accipere a qualibet sancta ecclesia aut alio venerabili loco. Si quid autem tale committitur haereticus quidem, quidquid (3) pro tali causa praebuerit, amittat, huiusmodi vero res venerabili loco, a quo etiam datae sunt, vindicentur, rector autem domus, qui ipsas res dedit haeretico, omni gubernatione removeatur, et in monasterio recludatur, et uno anno a sancta communione segregetur, quum haereticis prodiderit Christianos. Si autem orthodoxus possessionem habens, in qua et (4) sancta ecclesia, alienaverit aut reliquerit, aut per emphyteusin, aut per conductionem, aut quamlibet gubernationem hanc dederit Iudaeo, aut Samaritano, aut Pagano, aut Montano (5), aut Ariano, aut alii haeretico, sancta ecclesia eiusdem vici huiusmodi vindicet proprietatem alienationis (6). Si quis autem haereticorum, quibus etiam connumeramus Nestorianos, et Acephalos, et Eutychianistas, praesumserit speluncam suae incredulitatis aedificare, aut Iudaei novam synagogam constituere (7), locorum sancta ecclesia aedificia suae proprietati defendat. Si vero quis per emphyteusin, aut conductionem, aut etiam per quamcunque aliam (8) gubernationem dederit possessionem huiusmodi personae, si quidem sciebat dominus possessionis eius, quia haeretico hanc commisit, omnes reditus illius temporis, quod in contractu transiit, ecclesiae civitatis, sub qua possessio constituta est, vindicari. Si vero ignorabat dominus possessionis, quia haereticus erat, cui haec commissa est, ipsum quidem dominum propter ignorantiam indemnem servari, haereticum vero in utroque casu expelli de possessionibus, et eius substantiam applicari fisco.

Capítulo XIV

Pero mandamos que ningún hereje reciba de cualquiera santa iglesia ó de otro venerable lugar bienes inmuebles ni por arrendamiento, ni en enfitéusis, ni por compra, ó de otro cualquier modo. Mas si se hace alguna tal cosa pierda ciertamente el hereje lo que por tal causa hubiere dado, pero sean reivindicados para el venerable lugar, por el que también fueron dados, y el rector de la casa, que le dió los mismos bienes al hereje, sea separado de todo su gobierno, y recluído en un monasterio, y esté segregado de la santa comunión un año, por haber entregado los cristianos á los herejes. Mas si teniendo un ortodoxo una posesión, en la que hay también una santa iglesia, la enajenare ó la dejare, ó por enfitéusis, ó arrendamiento, ú otra cualquiera administración la diere á un Judío, ó Samaritano, ó Pagano, ó Montanista, ó Arriano, ó á otro hereje, reivindique la santa iglesia de la misma casería la propiedad de la enajenación. Mas si alguno de los herejes, entre los que contamos también á los Nestorianos, los Acéfalos, y los Eutiquianistas, se hubiere atrevido á construir una caverna para su incredulidad, ó los Judíos á establecer una nueva sinagoga, reclame para su propiedad los edificios la santa iglesia de la localidad. Mas si alguien hubiere dado por enfitéusis, ó en arrendamiento, ó aun por otra cualquiera administración, una posesión á persona de esta clase, si verdaderamente sabía el dueño de esta posesión que so le daba á un hereje, sean reivindicadas para la iglesia de la ciudad, en cuyo territorio se halla sita la posesión, todas las rentas del tiempo que se comprendió en el contrato. Mas si el dueño de la posesión ignoraba que era hereje aquel á quien le fue entregada, sea mantenido ciertamente indemne por razón de su ignorancia el mismo dueño, más sea en ambos casos expulsado de las posesiones el hereje, y apliquense sus bienes al fisco.

Cap. XV

Orphanotrophi vero tutorum et curatorum fungantur officio, ita tamen, ut etiam sine satisdatione et conveniant et (9) conveniantur de rebus orphanotrophiis et ipsis propriis orphanis competentibus. Res autem competentes alicui orphanorum publicis praesentibus tabulariis aut (10) sub gestis monumentorum, in hac quidem regia civitate apud magistrum census habitis, in provinciis autem apud iudices earum aut defensores locorum, orphanotrophos (11) accipere et custodire, et si necessa-

Capítulo XV

Mas desempeñen el cargo de tutores y de curadores los encargados de los asilos de huérfanos, pero de suerte, que aun sin fianza demanden y sean demandados por cosas qué les competan á los asilos de huérfanos y á los mismos huérfanos. Mas reciban y custodien los encargados de asilos de huérfanos los bienes que competan á algún huérfano, estando presentes escribanos públicos ó mediante actas levantadas en esta real ciudad, ciertamente ante el maestre del censo, pero en las provincias

(1) diaconissa, *Bk. ed. estereotipada.*
(2) fuerunt, *Bk. ed. estereotipada.*
(3) *El cód. Hamb.*; si quid quidem, *Trid.*; vero haereticus pro tali causa praebuerit, *las ed.*
(4) *Trid.*; in quem est, *el cód. Hamb.*; in qua est et, *Port., y Cont*; in qua est, *Bk*, *lo que ciertamente es más exacto si se atiende al texto griego; pero parece que Accursio no leyó* est.
(5) *El cód. Hamb., y Trid.*; aut Pagano, aut Montano, *omitenlas Port., y Cont.*
(6) alienationis, *omitela Bk.*
(7) construere, *Bk. ed. estereotipada.*
(8) *El cód. Hamb., y Trid.*; quamcunque aliam, *Port., y Cont.*
(9) et conveniant et, *omitenla el códice Hamb., Trid., y Port.*
(10) et, *Bk.*
(11) *El cód. Hamb., y Trid.*; orphanotrophiis, *Port., y Cont*

rium putaverint, etiam alienare, et pretium (1) earum orphanis conservare, aut allas res pro illis emere, non autem subiacere tutelaribus aut curatoriis rationibus. Servari autem iubemus venerabili orphanotrophio huius regiae urbis, et xenodochio, quod vocatur sanctae memoriae (2) Sanso (3), et sub eius gubernatione constitutis oratoriis, aut xenonibus, aut venerabilibus domibus omnia privilegia, quaecumque habet maior sanctissima ecclesia Constantinopolitana.

Epilogus

Quae igitur per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, tua celsitudo edictis solenniter in hac regia urbe propositis ad omnium studeat pervenire notitiam. Nos enim providebimus, quatenus sine collatorum dispendio fiat etiam in provinciis manifesta.

Dat. XV. Kal. April. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XVIII., post Basilii V. C. cons. ann. IV. [545.]

CONST. CXXXI (4)

DE INTERDICTIS COLLEGIIS (5) HAERETICORUM

(Coll. IX. tit. 12.)

Imp. Flavius Iustinianus, *Felix, Inclytus, Victor ac Triumphator, semper Augustus, Episcopo Constantinopolitano* (6).

Primum (7) esse et maximum bonum omnibus hominibus credimus verae et immaculatae Christianorum fidei rectam confessionem, ut per omnia haec roboretur, et omnis orbis terrarum sanctissimi sacerdotes ad concordiam copulentur, et consone immaculatam Christianorum confessionem praedicent, et omnem occasionem, quae ab haereticis invenitur, auferant, quod ostenditur ex diversis conscriptis a nobis libris et edictis. Sed quoniam haeretici neque dei cogitant (8) timorem, neque interminatas talibus poenas ex legum severitate considerantes, diaboli opus implent, et quosdam simplicium seducentes, sanctae fidei catholicae (9) et apostolicae ecclesiae adulteras collectas, et adultera baptismata latenter faciunt, pietatis existimavimus per praesens nostrum edictum monere eos, qui tales sunt, quatenus et ipsi recedant ab haeretica vesania, et nec aliorum animas per simplicitatem perdant, sed magis concurrant ad sanctam dei ecclesiam (10), in qua recta praedicantur dogmata, et omnes haereses cum principibus suis anathematizantur. Nosse enim volumus omnes, quia, si de cetero aliqui inveniantur aut contrarias collectas facientes aut apud semetipsos collecti (11),

(1) *El cód. Hamb.*; pretia, *las ed.*

(2) sanctae Mariae, *el cód. Hamb., y las ed. cuya lectura parece debida á una mala interpretación de las abreviaturas S. M.*

(3) Sanson, *Trid.*; Sampso, *Bk.*

(4) *El texto griego (Novela CXXXII.) se halla en Hal. y Scrimg.—Dan un epítome Athan. III. 4., Coll. const. eccl. III. 3. 4. Photii Nomoc. III. 15.—Bas. I. 1. 58.—La versión latina es la antigua glosada, y se halla también en Anselm Lucens. I. 92.*

(5) collectis, *Port., y Cont. al márgen;* Edictum de collectis haereticorum, *Leunclav. Notat. I. 92.*

Epilogo

Por tanto, procure tu excelsitud hacer llegar á conocimiento de todos, publicando en la forma acostumbrada edictos en esta real ciudad, lo que por medio de la presente ley, perpétuamente valedera, ha sancionado nuestra tranquilidad. Porque nosotros proveeremos para que sin gasto de los contribuyentes sea hecho manifiesto también en las provincias.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, en el año décimo octavo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, cuarto después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [545.]

CONSTITUCION CXXXI

DE LAS CORPORACIONES DE HEREJES PROHIBIDAS

(Colección IX. título 12.)

El Emperador Flavio Justiniano, *feliz, inclito, vencedor y triunfador, siempre Augusto, al obispo de Constantinopla.*

Creemos que para todos los hombres es el primero y el más grande bien la recta confesión de la verdadera é inmaculada fe de los cristianos, para que en todo sea ella robustecida, y se unan en concordia los santísimos sacerdotes de todo el orbe de la tierra, y prediquen al unísono la inmaculada confesión de los cristianos, y estirpen toda ocasión que se halla por los herejes, cosa que se demuestra por diversos libros y edictos escritos por nosotros. Mas como los herejes no piensan en el temor de Dios, ni consideren las penas que á los tales les amenazan por la severidad de las leyes, ejecutan la obra del diablo, y seduciendo á algunos simples, celebran ocultamente falsas reuniones de la santa fe de la iglesia católica y apostólica, y falsos bautismos, hemos considerado piadoso amonestar por medio del presente edicto á los que son tales, á fin de que ellos mismos se aparten de su herética locura, y no pierdan por su sencillez las almas de los demás, sino que antes bien concurran á la santa iglesia de Dios, en que se predican los rectos dogmas, y son anatematizadas todas las herejías con los jefes de las mismas. Porque queremos que todos sepan, que si en lo sucesivo fueran encontra-

(6) Imp. Iust. A. Iohanni P. P., *el cód. Hamb.*; Imp. Flavius Iustinianus augustus edicto Constantinopolitano. *Trid.*; Aug. edictum Constantinopoli. *Anselm. Lucens.*; Populo Constantinopolitano, *enmienda acertadamente Leunclav. Notat. l. c.*

(7) Plurimum, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*

(8) cogitantes. *Bk.*

(9) sanctae Dei catholicae, *enmienda acertadamente Bk. en su ed. estereotipada.*

(10) ad fidei sanctam ecclesiam, *el cód. Hamb.*

(11) *El cód. Hamb., y Trid.*; collectionem, *Port., y Cont.*

nequaquam omnino eos ferimus (1), sed domos quidem, ubi aliquid (2) delinquitur, sanctae assignamus (3) ecclesiae, his autem, qui colligunt aut qui (4) apud se colliguntur, ex constitutionibus poenas inferri omnibus modis iubemus.

Dat. prid. Non. April. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XVIII., post Basilii V. C. cons. anno IV. [545.]

dos algunos celebrando reuniones contrarias, ó que en casa de ellos estaban otros reunidos, no se lo toleraremos absolutamente de ningún modo, sino que asignamos ciertamente á la santa iglesia las casas donde en algo se delinque, y mandamos que á los que congregan ó á los que en casa de aquellos se congregan se les apliquen de todos modos las penas de las constituciones.

Dada en Constantinopla á 1 de las Nonas de Abril, en el año décimo octavo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, cuarto después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [545.]

CONST. CVII (5)

QUOMODO OPORTEAT MONACHOS VIVERE

Idem Augustus Mennae, *beatissimo archiepiscopo.*

Praefatio

Singularis vita huiusque contemplatio res est sacra et ex hoc evehens animas ad deum et non solum iuvans eos, qui ad hanc accedunt, sed etiam aliis omnibus pro eius puritate et supplicatione ad deum praebens inspeciam utilitatem. Unde et priscis Imperatoribus studii fuit, et a nobis non pauca sancita sunt de eorum honestate et ornatu. Sequimur etenim sacras regulas et antiquos patres, qui haec sanxerunt, quia nihil sine via ad quaestionem est imperio, communem omnium hominum sollicitudinem ex deo accipienti. Dudum quidem scripsimus constitutionem volentem in multitudine existentes monachos in commune degere, secundum quod vocatur coenobiorum schema, et neque propria habere habitacula neque substantias congregare neque vitam habere sine testimonio, sed communiter quidem ipsos comedere, dormire vero omnes in commune et honestam sectari vitam et testes esse ornatus alterutris et iuvenes quidem vereri canitiem haec respicientium et ex studio etiam vigilias assumere, ut ne quid facinoris velut per somnum fiat neque turpis videatur aliis, sed unusquisque suam honestatem etiam dormiendo custodiat.

Cap. I

Quibusdam vero nobis nunciatis, quae digna et maiore cautela legis egebant, recte ad praesentem venimus sanctionem ad illius perfectionem et supplementum, per quam sancimus, nullum penitus habere licentiam separatim habitandi neque appellatam cellulam, nisi solus fuerit et monasterium duobus utens ministris, et (6) continentem et quietam degant vitam, sed omnino, quum sint plurimi viri, una sit eorum conversatio et orantium et quae naturae sunt opera facientium, quatenus inculpabiles et inaccusabiles consistant, et communiter quidem, sicut dictum est, comedere, communiter quoque dormire, si quidem (7) tanta sit multitudo, quanta in uno habitaculo capiatur, alioquin duo forsan aut tria habitacula esse, quae capiant eos.

CONSTITUCION CVII

DE CÓMO ES MENESTER QUE VIVAN LOS MONJES

El mismo Augusto á Menna, *beatísimo arzobispo.*

Prefacio

La vida solitaria y su contemplación son cosas sagradas, y que por ello elevan las almas á Dios, y no solamente favorecen á los que á ellas se consagran, sino que por su pureza y con las súplicas dirigidas á Dios les producen á todos los demás visible utilidad. Por lo cual fué esto objeto de estudio también para los anteriores Emperadores, y no pocas disposiciones han sido sancionadas por nosotros sobre su honestidad y ornato. Pues nos ateneмos á las sagradas reglas y á los antiguos padres, que sancionaron que nada está fuera de la investigación del imperio, que de Dios recibe el común cuidado de todos los hombres. Ya antes escribimos ciertamente una constitución, que quiere que los monjes que están reunidos en gran número vivan en común, en la forma que se llama propia de los monasterios, y no tengan habitaciones propias, ni acumulen bienes, ni pasen la vida sin testigos, sino que coman ciertamente en comunidad, y duerman todos en común y sigan una vida honesta, y sean testigos unos para otros de su decoro, y respeten ciertamente los jóvenes la ancianidad de los que observan estas cosas, y de intento se impongan también vigilias, á fin de que ni como en sueño se haga alguna cosa mala, ni uno les parezca torpe á los otros, sino que guarde cada cual aun durmiendo su propia honestidad.

Capítulo I

Mas habiéndosenos denunciado algunas cosas, que requerian digna y mayor seguridad por parte de la ley, con razón hemos venido á dar para perfección y complemento de aquella la presente disposición, por la cual mandamos, que ninguno absolutamente tenga licencia para habitar por separado ni en las llamadas celdas, á no ser que estuviere solo y el monasterio se sirviera de dos ministros, y vivan vida continente y sosegada, sino que en todo caso, cuando sean muchos los individuos, sea una sola la manera de vivir, así de los que oran como de los que hacen las cosas que son propias de la naturaleza, á fin de que se mantengan inculpables y libres de acusación, y coman ciertamente en comunidad, según se ha dicho, y duerman también en

(1) feremus, *Bk. ed. estereotipada.*
(2) tale, *adiciona Bk.*
(3) assignavimus, *el cód. Hamb. Debería leerse* assignabimus.
(4) *El cód. Hamb.:* qui, *omitenla las ed.*
(5) *El texto griego (Novela CXXXIII.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. I. 14. y Coll. const. eccl. III. 1. 14.—Toda la Novela está en la Coll. 25. capit. c. 23.—Bas. IV. 1. 17.-21. —Concio fué el que primero publicó en 1571 esta antigua versión latina no glosada.*
(6) ut, *Bk. ed. estereotipada.*
(7) *Bk. ed. estereotipada;* et si quidem, *Cont.*

Nullum tamen omnino proprium habere, sed in commune vivere diebus et noctibus, ut noctes eis eandem habeant quam dies observationem. Non enim dormiunt omnes semper, sed palam est, quia alii quidem in somno sunt, alii vero vigilant, et omnino erunt quidam dormientes inspicientes. Si autem aliqua habitacula sint in quolibet monasteriorum sub tua constitutorum sanctitate, sive in hac magna civitate sive in eius per circuitum habitaculis, sive a nobis ipsis aedificatis, sive ab aliis seorsum habitata, haec omnibus modis depones, aperiesque eis alterutra ubi celebrent (1). Quid enim formidabunt hoc agentes, semetipsos dicantes deo et abrenunciantes publicae conversationi? Et hoc quidem ita valere nunc et in futurum omne volumus tempus, nullo, ut dictum est, habente habitaculum seorsum, sed congregandis omnibus et inspicientibus, quae ab alterutris agantur. Certum est enim, quia talia studebunt ea (2) constituere, qualia omnino inculpabilia manent. Si quis autem apparuerit tantum impudens, ut audeat tentare praevaricari, quod sancitum est, monasterii praesul haec examinet. Volumus enim vehementiorem, quam nunc est, fieri observationem, et primum quidem non plurimos esse in monasterium ingressus, sed unum aut secundum forte, et adstare ianuae viros senes et castos et testimonii boni ex omnibus, qui quidem neque reverendissimis monachis concedant sine abbatis voluntate exire monasterium, sed inter (3) eos detineant, quae dei sunt zelantes nec semetipsos lacerantes, nec actus, nec studia, nec alios quosdam introire monasterium noctibus et diebus sinant, qui non rectam manere procurent venerabilium monachorum voluntatem. Sitque cautissima maceria munitum monasterium, ut nullus exitus aliunde nisi per ianuas sit.

común, si verdaderamente la muchedumbre fuera tanta cuanta cupiera en una sola habitación, pues en otro caso haya dos ó quizá tres habitaciones, que les dé cabida. Mas no tengan absolutamente nada propio, sino vivan en comunidad los días y las noches, á fin de qué las noches tengan para ellos la misma vigilancia que los días. Porque no siempre duermen todos, sino que es manifiesto que algunos ciertamente duermen, pero que otros velan, y estos serán en todo caso inspectores de los que duermen. Mas si en alguno de los monasterios constituídos bajo la dependencia de tu santidad hubiera algunas habitaciones, ya en esta grande ciudad, ya en viviendas de su circuito, ora edificadas por nosotros, ora habitadas separadamente por otros, las demolerás de todos modos, y harás que sea manifiesto para unos y otros lo que en ellas hagan. Porque ¿qué temerán los que hacen esto, dedicándose ellos mismos á Dios y renunciando á la vida hecha en público? Y queremos ciertamente que esto tenga así validez ahora y en todo el tiempo futuro, sin que ninguno tenga, según se ha dicho, habitación por separado, sino debiendo estar todos reunidos é inspeccionar lo que por los otros se hace. Porque es lo cierto que procurarán ejecutar cosas tales, que en absoluto sean inculpables. Pero si apareciere alguno tan desvergonzado, que se atreviera á intentar infringir lo que ha sido sancionado, examine el caso el prior del monasterio. Porque queremos que la observancia se haga más rigurosa que lo es ahora, y en primer lugar ciertamente que no sean muchas las entradas al monasterio, sino una sola ó acaso dos, y que haya á la puerta varones ancianos y castos y para todos de buena fama, los que ciertamente no les permitan ni á los reverendísimos monjes salir del monasterio sin la voluntad del abad, sino que los retengan dentro, mostrando celo por las cosas que son de Dios y no empleándose mal ellos mismos, ni empleando mal sus actos ni sus estudios, y no dejen que de día ni de noche entren en el monasterio otros cualesquiera, que procuren que no permanezca siendo recta la voluntad de los venerables monjes. Y esté resguardado el monasterio con una cerca segurísima, á fin de que no haya salida alguna por otra parte sino por las puertas.

Cap. II

Deinde vel si ulla ecclesia in monasterio sit, neque sic occasione ecclesiarum ingredi, et deambulationes licite illic facere, et confabulari, cum quibus non convenit, sed venire quidem tempore sacri ministerii cum abbate suisque prioribus et senibus, sacrificioque completo omnes monachi rursus ad coenobium revertantur, ibique sedeant, magnumque deum honorent (4), et sacris scripturis incumbant. Plurimus itaque (5) est horum librorum chorus, et possibile est unicuique animam corrigere atque rigare sacris scripturis, quas si frequenter legent, nunquam decipientur, nec ad humanas descendent sollicitudines. Quatuor autem vel quinque seniores ex ipso monasterio esse in constituta ecclesia, quibus iam omnis exercitatio est expleta in continentia, et qui ordinationem habere meruerunt in clero, presbyterorum forsan, aut diaconorum, aut deinceps habentium schema. Dicti enim et supervenientes alloquentur, et de divinis eloquiis disputabunt, et putari omnes esse tales pro-

Capítulo II

Además, aun si en el monasterio hubiera alguna iglesia, ni tampoco así entren con ocasión de las iglesias, y den allí lícitamente paseos, y se confabulen con quienes no es conveniente, sino que vayan ciertamente al tiempo de celebrarse el sagrado ministerio con el abad y con sus priores y ancianos, y concluído el sacrificio vuelvan de nuevo todos los monjes al convento, y residan en él, y honren á Dios grande, y ocúpense en las sagradas escrituras. Pues es grande el número de estos libros, y le es posible á cada cual corregir y refrescar su alma con las sagradas escrituras, pues si con frecuencia las leyeren, nunca serán defraudados, ni descenderán á los cuidados humanos. Mas haya en la iglesia establecida cuatro ó cinco de los más ancianos del mismo monasterio, que ya hayan terminado todos sus ejercicios de continencia, y que hayan merecido tener la ordenación en el clero, teniendo acaso el orden de presbíteros, ó de diáconos, ó de otra clase. Porque los dichos hablarán á los que

(1) aperiesque eis mutuam inspectionem et videbunt omnes ab alterutris celebrata, *Bk.*
(2) li, *Bk. ed. estereotipada.*
(3) *Acaso se debería leer* intra *ó* intus, *según escribe Bk.*
(4) *Quizá se deba leer* orent.
(5) etenim, *Bk.*

curabunt, et custodient sacram domum, iuventutem autem exardescentem et suos terminos exsilire volentem in continentia detinebunt.

Cap. III

Non ingredientur autem neque mulieres in virile monasterium, neque viri in femineum occasione mortui et ibi sepulti memoriae (1), vel per aliam causam, et maxime si quis fratrem forte, vel sororem, aut aliquem ex genere habere in monasterio dicat. Cognatio enim monachis in terra non est, caelestem zelantibus vitam. Quid enim volentes tales ingressus faciant, nisi voluerint aliquid agere interdictorum? quum liceat et viris convenientia in monasteriis virilibus celebrare, et mulieribus similiter distributa in muliebribus monasteriis facere mulieres, nullo permixto alterutri, neque si forte frater esse dicatur, aut soror, aut cognatus alter. Neque enim per hanc occasionem ingredi sinemus aliquem. Si enim ipsa principia abscindamus, et per ipsum adspectum insitam animabus delinitionem et ex hoc lapsum prohibeamus, erit multo possibilis ac facilior sacris decertatoribus melioris vitae status. Omnes ergo huic legi obediant, et neque viri recondant in muliebri monasterio sepulchra, neque mulieres in virilibus asceteriis fodiant. Neque enim viros mulierum studia decent, neque rursus virilia mulierum collegiis conveniunt, neque ex hoc propter defunctos turpes et mali principii tales permixtiones agi volumus, ut non iter ex hoc fiat naturae apud se inhonestate grassari (2), et ludere, et divinas confundere causas, et pietatis quasi velamine et cognationis schemate haec agere, quae neque dicere, neque cogitare singularem vitam eligentibus est bonum. Illo exsistente manifesto, quia necessarium est sepulturae ministrantes, et maxime lectis (3), et fodientes non (4) ingredi monasteria. Sed in virilibus quidem monasteriis causa facilis est, in muliebribus autem non ita, propter memoratam interdictionem.

§ 1.—Sancimus igitur, si quando aliquid futurum sit tale fieri, et sepeliri mulier in muliebri monasterio (virum namque non sinimus), reverendissimas quidam feminas in suo manere habitaculo, solam vero ostiariam et abbatissam forte ipsam, si voluerit, interesse his, quae aguntur, et ipsos celerius illa agentes, quae circa funus solennia sunt, et sepulchrum fodientes, et corpus obvelantes repente discedere, neque videntes aliquas reverendissimarum mulierum, neque ab aliqua earum visos. Sed neque aliquam (5) excogitent occasionem aut viri ad muliebria monasteria ingrediendi, aut mulieres viris deputata, occasione horum, quae circa funus aguntur, quas utique memorias vocant, in tertiam et nonam convenientes diem, aut dum quadraginta compleantur, aut etiam annus, quum liceat, si quidem muliebre sit monasterium, mulieres omnia agere, si vero virorum, viros, et non oc-

(1) *Bk.*; memoriam, *Cont.*
(2) *Otros* gloriari, *según anota Cont. al márgen.*
(3) lectos ferentes, *Bk. ed. estereotipada.*

vayan llegando, discutirán sobre las sagradas escrituras, procurarán que se considere que todos son tales, guardarán la sagrada casa, y retendrán en la continencia á la juventud que se enardece y quiere salirse de sus propios términos.

Capítulo III

Mas no entrarán ni mujeres en monasterio de hombres, ni hombres en otro de mujeres, con ocasión de memoria de un fallecido y allí enterrado, ó por otra causa, y principalmente si alguno dijera que tiene en el monasterio acaso un hermano, ó una hermana, ó alguien de su parentela. Porque no tienen parientes en la tierra los monjes, los cuales aspiran con celo á la vida celestial. Porque ¿qué harán los que quieren tales entradas, si no quisieren hacer algo de lo prohibido? Pues así á los varones les es lícito practicar en los monasterios de hombres lo conveniente, como igualmente á las mujeres hacer en los monasterios de mujeres lo que les está señalado, sin que unos y otras deban mezclarse, ni aunque acaso se dijera que alguien es hermano, ó hermana, ú otro pariente. Porque ni aun con esta ocasión dejaremos que entre alguien. Pues si impedimos los mismos principios, y evitamos la corrupción que penetra en las almas por medio de la simple vista, y el peligro que de ella se origina, les será mucho más práctico y fácil á los sagrados combatientes el estado de una vida mejor. Obedezcan, pues, todos esta ley, y ni los hombres hagan sepulcros en monasterios de mujeres, ni las mujeres los abran en conventos de hombres. Pues ni á los varones les cuadran las ocupaciones de las mujeres, ni tampoco á su vez las de los hombres convienen á los colegios de mujeres, ni queremos que por esto se hagan con ocasión de los fallecidos tales mezclas torpes y de mal principio, para que no se le abra por esto camino á la naturaleza para conducirse deshonestamente y burlarse de las cosas divinas y desconsiderarlas, y so pretexto de piedad y con apariencia de parentesco hacer lo que no les es bueno decir ni pensar á los que eligen la vida monástica. Siendo manifiesto esto, que es necesario que los que prestan servicio para las sepulturas, y principalmente para los féretros, y los que cavan la fosa no entren en los monasterios. Mas la cosa es fácil ciertamente en los monasterios de hombres, pero no así en los de mujeres, á causa de la mencionada prohibición.

§ 1.—Mandamos, pues, que cuando se haya de hacer alguna tal cosa, y se haya de enterrar una mujer en un monasterio de mujeres, (porque no dejamos que en él se entierre un hombre), permanezcan ciertamente las reverendísimas mujeres en su propia habitación, y solamente la portera, y acaso la misma abadesa, si quisiere, intervengan en lo que se hace, y que aquellos, haciendo más rápidamente lo que es de costumbre en los enterramientos, y cavando la sepultura, y recubriendo el cuerpo, se marchen inmediatamente, no viendo á ninguna de las reverendísimas mujeres, ni siendo vistos por alguna de ellas. Mas no imaginen ocasión alguna ó los varones para entrar en monasterios de mujeres, ó las mujeres en los destinados á hombres, con motivo de lo que se hace en los funerales, lo que ciertamente llaman memorias, reuniéndose el tercero y el noveno día, ó al cumplirse

(4) non, *la suprimió Bk.*
(5) aliam, *Bk. ed. estereotipada.*

casione talium observationem inhonestatem quandam venerabilibus monasteriis imponere.

Cap. IV

Quia vero nihil, quod sancitur, nisi custodiam habeat competentem, poterit servari decenter, sancimus, per tempus uniuscuiusque monasterii praesulem frequenter inspicere et perscrutari uniuscuiusque conversationem et disciplinam, et sicubi aliquid parvum fiat contra quam decet, hoc repente corrigere, et non sinere maius fieri lapsum, et periro animam ad salutem conversationis confugientem. Monasteriorum autem exarchus, si quis fuerit per loca, sicut in hac felicissima civitate, haec sollicite curet, et mittat eos, qui appellantur responsarii eius per monasteria, et requirat etiam vicinos, ne forte aliquid nequam in aliquo monasteriorum proximo fiat, et haec universa castiget, et competente digna faciat providentia. Sed etiam uniuscuiusque civitatis episcopus huius rei providentiam habeat, sive patriarcha, sive metropolita, sive singuli sunt episcoporum, et reverendissimos defensores ecclesiae qui et mittant (1) haec requirentes et servantes, et non sinentes quidquam fieri, extra quam decet, sed et si quid fiat, velociter hoc emendare. Sanctissimus autem patriarcha felicissimae huius urbis de monasteriis hic positis similiter examinet, et custodes rei deo amabiles ecclesiae defensores sanctissimae maioris ecclesiae, et quos putaverit perfectos et honestissimos esse, constituat, ut per plures custodia facta, adhuc amplior observatio et super peccatis vindicta fiat.

Cap. V

Oportet autem unumquodque monasterium sub abbate constitutum habere, sicut praediximus, eos, qui vocantur responsarii, viros senes et monachicum certamen superantes, et non facile corporales iniurias (2) passuros, qui eorum (3) rebus et eorum occupentur utilitatibus. Et non solum si virorum sit monasterium, sed etiam si mulierum contingant (4), esse duos aut tres viros, aut vel eunuchos, si possibile est, esse, aut senes et castitatis testimonium habentes, qui causas agant, et ineffabilem eis praebeant communionem, quum huius tempus fuerit. Si vero de alia (5) monasterii utilitate aut ad unam reverendissimarum ascetriarum pertinente dicere aliquid necessariorum voluerint, loquentur abbatissae, et alteri penitus nulli feminarum, quae in monasterio sunt, haec per reverendissimas ostiarias agentes. Oportet enim tales aliquas ad ianuas ordinari, quae similiter ingressus et egressus in monasterium inspiciant, et egressus prohibeant, et inaccessibiles viris ingressus, praeterquam aprocrisiariis, constituant. Illi vero ad ostiariam loquentur, et dicent suum adventum, abbatissae vero per eas agnoscentes et descendentes his loquentur, et illi referent ad illas de earum gubernalos cuarenta, ó también el año, pues es lícito, si verdaderamente el monasterio fuera de mujeres, que las mujeres lo hagan todo, y si de varones, los hombres, sin que con ocasión de tales cosas se les imponga á los venerables monasterios alguna práctica deshonesta.

Capítulo IV

Mas como nada de lo que se dispone podrá ser guardado convenientemente, si no tuviera el correspondiente guardador, mandamos que el que á la sazón sea prior de cada monasterio inspeccione frecuentemente é investigue la manera de ser y la disciplina de cada uno, y si alguna vez se hiciera alguna pequeña cosa contra lo que es decoroso, corríjala repentinamente, y no deje que la falta se haga mayor, y que perezca alma q[illegible] se acoge á la salvación de este género de vida. Mas cuide solícitamente de estas cosas el general de los monasterios, si hubiere alguno en las localidades, como en esta felicísima ciudad, y envíe los que se llaman delegados suyos á los monasterios, é investigue también por los vecinos si es que acaso en algún monasterio próximo se hace alguna cosa mala, y castíguelas todas estas, y hágalo con la correspondiente digna providencia. Pero tenga también cuidado de esta cosa el obispo de cada ciudad, ó el patriarca, ó el metropolitano, ó cualquiera de los obispos, quienes asimismo envíen reverendísimos defensores de la iglesia, que investiguen estas cosas y las guarden, y no dejen que se haga nada fuera de lo que es decoroso, sino que, si algo se hiciera, corríjanlo también inmediatamente. Mas examine igualmente el santísimo patriarca de esta felicísima ciudad los monasterios aquí establecidos, y nombre guardadores de esto á los defensores de la santísima iglesia mayór, amantes de Dios, y á quienes juzgare que son perfectos y honradísimos, para que, haciéndose por muchos la guarda, sean todavía mayores la observancia, y el castigo de los pecados.

Capítulo V

Mas [illegible]r que cada monasterio constituído bajo la dependencia de un abad tenga, según antes hemos dicho, los que se llaman apocrisiarios, varones ancianos y que hayan dominado la lucha monástica, y que no hayan de sufrir con facilidad las injurias del cuerpo, quienes se ocuparán en las cosas y conveniencias de aquellos. Y no solamente si el monasterio fuera de varones, sino también si aconteciera que lo es de mujeres, haya dos ó tres varones, que sean ó eunucos, si es posible, ó ancianos y que tengan reputación de castidad, los cuales defiendan las causas, y les den la inefable comunión, cuando fuere el tiempo de ella. Mas si quisieren decir alguna cosa necesaria sobre otra conveniencia del monasterio, ó sobre alguna que pertenezca á una de las reverendísimas monjas, le hablarán á la abadesa, y absolutamente á ninguna otra de las mujeres que hay en el monasterio, haciendo esto por medio de las reverendísimas porteras. Porque es menester que para las puertas sean nombradas algunas tales, que inspeccionen igualmente las entradas y las salidas del monasterio, y prohiban las salidas, y hagan inaccesibles las entradas para los varones, excepto para los apocrisia-

(1) defensores ecclesiae mittat, *Bk. ed. estereotipada.*
(2) *Otros* violentias, *según anota Cont. al márgen.*
(3) eorum, *omitela Bk. en su ed. estereotipada.*
(4) *Mejor estaría* contingat.
(5) aliqua, *Bk. ed. estereotipada.*

tione aut utilitate, pro qua venerint, et ita et quae humana sunt agentur bene, et castitas permanebit undique a nullo tentata malo. Si quis autem deliquerit (nam multa sunt humana, et nullus potest naturam sic retinere, ut non peccet nihil, hoc enim proprium est solum dei), hunc, si quidem mediocre peccatum est, et monere, et suspendere, et poenitentiae ei dare tempus, ut meliorem ordinem sumens mox revertatur ad semetipsum, et non quos iam posuit amittat labores. Si vero maior culpae sit modus, secundum commissum et medelam correctionis esse, et rursus admonitionem vehementiorem et poenitentiam fortem exigere. Et si quidem valuerit istis modis amovere lapsum, et corrumpi coeptum (hoc autem et in mulieribus conversis et viris dicimus), grates agere magno deo, quum et in caelo fiat magnum gaudium angelicis virtutibus, quando aliquis salvus fit peccatorum. Si vero potiores ultra medicinam causae fiant, tunc etiam expelli eum a monasterio, quatenus dans semetipsum ex melioribus ad peiora, ipse suis malis potiatur solus, et non per eius malum etiam alii violentur, sicut morbosorum et inexcusabiliter languentium iumentorum. Neque enim imperium despiciet hos negligi, neque retinebit indignationem adversus abbam, neque contra loci episcopum et sub eo positos defensores ecclesiae, si non haec observaverint, tanquam necessaria sit etiam imperio rei diligentia. Si enim illi puris manibus et nudis animabus pro republica supplicent deo, manifestum, quod et exercitus habebunt bene, et civitates bene disponentur. Deo quoque placato et propitio exsistente, quomodo non erunt (1) universa plena totius pacis et devotionis? Sed et terra nobis feret fructus, et mare quae sua sunt dabit, illorum oratione propitiationem dei ad omnem rempublicam deducente. Sed et ipsum commune schema hominum reverentius erit, et vivet melius, illorum erubescens perdurationem (2). Ideoque una pariter conspiratio erit, omnibus simul ad hoc concurrentibus, et in exsilium missa, quantum possibile est, malitia omni, et melioribus et sanctioribus studiis introductis, et rebus ipsis decentibus. Quod nos requirentes, causam agimus, ut putamus, utilem.

Cap. VI

Illud quoque omnibus servari volumus modis, si visus fuerit aliquis reverendissimorum monachorum et (3) in aliqua tabernarum conversari, hunc repente dari locorum defensoribus, aut hic gloriosissimis praefectis sacrorum praetoriorum, et castigari convictum, et nunciari hoc abbae, quatenus eum expellat monasterio, qui talia deliquit, utpote in confusionem vitae angelicam hanc conversationem mutantem. Oportet enim duplex hoc opus monachis esse, aut divinis vacare scripturis, aut

(1) *Bk.*; erunt, *omitela Cont.*
(2) puritatem aut perpurgationem, *Cont. al márgen.*

rios. Mas estos hablarán con la portera, y avisarán su llegada, y las abadesas conociéndola por medio de aquéllas y bajando hablarán con ellos, y éstos les darán á ellas cuenta de la administración ó de la conveniencia de ellas, por la que hubieren ido, y así se ejecutarán bien las cosas que son humanas, y la castidad permanecerá siempre sin haber sido tentada por ningún mal. Pero si alguien hubiere delinquido (porque muchas son las flaquezas humanas, y nadie puede reprimir la naturaleza de modo que en nada peque, pues esto es propio solamente de Dios), si verdaderamente el pecado es mediano, amonéstelo, y suspéndalo, y déle tiempo para el arrepentimiento, para que adoptando mejor régimen vuelva inmediatamente en sí mismo, y no pierda el trabajo que ya empleó. Mas si la entidad de la culpa fuera mayor, sea el remedio de la corrección ajustado á lo cometido, é impóngale á su vez más severa amonestación y fuerte penitencia. Y si verdaderamente pudiere salvar de estos modos al que tropezó, y comenzó á corromperse, (y esto lo decimos respecto á los convertidos, tanto mujeres como varones), dé gracias á Dios grande porque también en el cielo se hace grande el regocijo para las virtudes de los ángeles, cuando se salva algún pecador. Pero si las causas se hicieran más poderosas que el remedio, entonces sea él también expulsado del monasterio, á fin de que entregándose él mismo de lo mejor á lo peor él solo disfrute de sus propios males, y con su mal no se contaminen también otros, como si fuera de caballerías enfermas y que irremediablemente padecen. Pues tampoco el imperio despreciará que á estos se los descuide, ni contendrá su indignación contra el abad, ni contra el obispo de la localidad y los defensores de la iglesia puestos bajo su dependencia, si no hubieren observado estas disposiciones, puesto que también es necesario para el imperio el cuidado de este particular. Porque si con puras manos y almas pulcras ellos suplicaran por la república á Dios, es manifiesto que los ejércitos se hallarán bien, y que las ciudades serán convenientemente gobernadas. Habiendo sido aplacado Dios y estando propicio, ¿cómo no estará todo lleno de plena paz y devoción? Mas también la tierra nos producirá sus frutos, y el mar nos dará lo que le es propio, llevando la oración de aquellos la benevolencia de Dios á toda la república. Pero también el mismo común estado de los hombres será más reverente y vivirá mejor, reverenciando la persistencia de aquéllos. Y habrá, por lo tanto, una sola común aspiración, concurriendo todos juntamente á ello, quedando desterrada, en cuanto es posible, toda malicia, é introduciéndose empeños mejores y más santos, y convenientes para las mismas cosas. Y al perseguir nosotros esto hacemos, á lo que creemos, una cosa útil.

Capítulo VI

También queremos que de todos modos se observe esto, que si se hubiere visto que algún reverendísimo monje frecuenta alguna taberna, sea entregado inmediatamente á los defensores de las localidades, y aquí á los gloriosísimos prefectos de los sacros pretorios, y sea castigado convicto, y se ponga esto en conocimiento del abad, á fin de que expulse del monasterio al que en tales cosas delinquió, como por haber cambiado en desarreglo de la vida esta manera de vivir angélica. Porque es conve-

(3) et, *omitela Bk.*

quae monachos decent (quae vocant manuum opera) meditari et operari. Mens enim frustra vacans nihil bonorum parit. Pro his hanc ponimus legem, et in hac regia civitate valentem, et in gentibus omnibus. Utique ad singulos patriarcharum dirigimus (1) eam ad cautelam observationemque competentem, illi vero sub se constitutis metropolitis mittent. Illi quoque aliis omnibus innotescent episcopis, et per episcopos omnia haec reverendissimis monachis et abbatibus eorum fient manifesta. Damus autem causae observationem non solum abbatibus monasteriorum singulorum, nec solum deo amabilibus episcopis, nec sanctissimis metropolitanis, neque sanctissimis patriarchis, sed hic quidem et tuae excellentiae, ut, si cuius causa egeat vehementioris correctionis, discentes a deo amabilibus viris exsequantur, in provinciis autem earum iudicibus, primitus a deo amabilibus episcopis quod agitur agnoscentibus, et ut (2) sint per omnia et personis sacratis et magistratibus innoxia ea, quae ad deum et prae sanctis (3) imperio, tanquam nihil sit sanctius custodiri rempublicam (4) magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi clementia frui per reverendissimorum virorum puritatem, quam custodient quoque clerici, et monachi, et episcopi, maiores et minores, sacrorum memores canonum sacrarumque legum et constitutionum de hoc scriptarum, quas et valere et ratas (5) esse etiam per praesentem sancimus legem.

Epilogus

Tua igitur beatitudo quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem cognoscens, operi effectuique tradere festinet.

Dat. Non. Maj. Constant. imper. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XIII., APIONE V. C. Cons. [539.]

CONST. CXXVIII (6)

UT NULLI IUDICUM LICEAT HABERE LOCI SERVATOREM, NISI IN CERTIS CAUSIS (7) DIVINA CONCESSERIT IUSSIO

(Coll. IX. tit. 9.)

In nomine domini Iesu Christi, dei nostri, Imperator Caesar Flavius IUSTINIANUS, *Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, felix, pius, gloriosus, victor, triumphator, nunquam non colendus, Augustus,* MUSONIO, *Praefecto Urbis* (8).

Praefatio

Quaecunque ad utilitatem nostrorum subiecto-

(1) dirigemus, *Bk. ed. estereotipada.*
(2) ut, *omitela Bk. en su ed. estereotipada.*
(3) sanctis *dice el texto, sin duda por errata, por lo que para la traducción se ha preferido leer* cunctis, *como se halla en Godofredo y en otras ed. N. del Tr.*
(4) nihil sanctiorum et custodiri iustorum neglecto a nobis, sed per omnia studentibus communem rempublicam, *Bk.*
(5) *Bk.*; gratas, *Cont.*
(6) *El texto griego (Novela CXXXIV.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. IV. 22. Parat. § 1. Athan. tit. 1. Parat. Coll. const. eccl. III 1. Balsam. ad Photii Nomoc. XIII. 5. —Las diferentes partes se hallan dispersas en las Bas.—Iulian. Const. 125.—La versión latina es la antigua glosada.*
(7. *El aid. Hamb.*; certis in causis, *Trid.*; certis ex causis, *Port., y Cont.*
(8) Idem Augustus Petro Prepo., *Trid.*; In nomine—Musanio prefecto urbis, *Port.*

niente que los monjes tengan esta doble ocupación, ó que se dediquen a las divinas escrituras, ó mediten y ejecuten los trabajos que son decorosos para los monjes (que llaman manuales). Porque la mente que inútilmente está ociosa no produce ningún bien. En favor de ellos establecemos esta ley, valedera así en esta real ciudad, como en todas las regiones. Y se la dirigimos ciertamente á cada uno de los patriarcas para su correspondiente guarda y observancia, y ellos se la enviarán á los metropolitanos constituídos bajo su dependencia. Estos también se la harán conocer á todos los demás obispos, y por medio de los obispos se harán manifiestas todas estas disposiciones á los reverendísimos monjes y á los abades de éstos. Mas encomendamos la observancia de lo mandado no solamente á los abades de cada monasterio, ni únicamente á los obispos amantes de Dios; ni á los santísimos metropolitanos, ni á los muy santos patriarcas, sino aquí ciertamente también á tu excelencia, para que, si algún caso necesitara más severo correctivo, lo impongan los que hayan sido informados por los varones, amantes de Dios, pero en las provincias á los jueces de ellos, siendo primeramente informados, de lo que se hace, por los obispos, amantes de Dios, y de suerte que queden enteramente ilesas así para las personas sagradas como para los magistrados las cosas que se refieren á Dios y sobre todo al imperio, como quiera que nada se ha de guardar más santamente sino que la república disfrute de la clemencia de Jesucristo, Dios grande y salvador nuestro, por medio de la pureza de los reverendísimos varones, que guardarán también los clérigos, y los monjes, y los obispos, mayores y menores, acordándose de los sagrados cánones y de las sacras leyes y constituciones escritas sobre esto, que también por la presente ley mandamos que tengan validez y queden ratificadas.

Epílogo

Por tanto, al conocer tu beatitud lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra ley, apresúrese á llevarlo á ejecución y efecto.

Dada en Constantinopla el día de las Nonas de Mayo, en el año décimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de APIÓN, varón muy esclarecido. [539.]

CONSTITUCION CXXVIII

DE QUE Á NINGÚN JUEZ LE SEA LÍCITO TENER SUPLENTE EN SU CARGO, Á NO SER QUE EN CIERTAS CAUSAS SE LO CONCEDIERE DIVINA DISPOSICIÓN

(Colección IX. título 9.)

En el nombre del señor Jesucristo, Dios nuestro, el Emperador Cèsar Flavio JUSTINIANO, *Alemánico, Gótico, Fránacico, Germánico, Antico, Alánico, Vandálico, Africano, feliz, pio, glorioso, vencedor, triunfador, siempre digno de veneración, Augusto, á* MUSONIO, *Prefecto de la ciudad.*

Prefacio

Teniendo siempre puesta la mira en todo cuanto

rum intentionem habentes (1) semper, invenimus diversas laesiones nostris subiectis inferri ab emissis vicariis in provincias ab aliquibus civilibus et militaribus iudicibus. Et de hoc dudum legem scripsimus, particularem aliquam facientes rei emendationem.

Cap. I

Nunc vero perfecte iuvare nostros subiectos studentes, sancimus, nullam licentiam habere pro tempore praefectos tam Orientis quam Illyrici praetoriorum, aut comitem largitionum, aut comitem privatarum locorum servatores destinare in provincias, aut ipsos provinciarum iudices facere, et proprii cinguli loci servatores emittere, sed neque vicaneos iudices in creditis eis provinciis loci servatores emittere in qualibet civitate. Solum vero iubemus esse loci servatores praefecturae in Osroëna (2) et (3) Mesopotamia, et, si necessitas vocaverit, in aliis locis tempore expeditionis pro nutrimento eis (4) destinato, et hoc quidem per nostram iussionem. His insuper iubemus, ut neque magistri militum, neque duces in provinciis, in quibus administrare iussi sunt, loci servatores, aut biocolytas, aut latronum expulsores habeant (5). Si vero contigerit, necessitate faciente, sive magistros militum, sive duces destinari (6) per nostram iussionem in aliis locis, tunc fieri loci servatores absentis (7), et hoc secundum nostram praeceptionem. Nulli vero liceat civili aut militari iudici circumire provinciam sine causa necessaria. Si vero aliqua necessitas vocaverit tale aliquid fieri, expensis propriis hoc facere iubemus tam iudices, quam competens eis (8) et obediens eis officium. Neque vero angariis, aut iis, quae vocantur, epidemeticis (9), aut alio quolibet dispendio gravare (10) nostros subiectos, neque consuetudines nominare aut quaerere, quae forsitan aliqui praedictorum (11) in proprium lucrum iniuste adinvenerunt. Male enim adinventa malaeque consuetudines neque ex longo tempore neque ex longa consuetudine confirmantur (12), scientibus omnibus praedictis iudicibus civilibus et militaribus, quod, si aliquid praeter hoc fiat, et qui facit loci servatorem (13), viginti librarum auri inferet poenam, et cingulo spoliabitur, et qui fieri se acquievit, cadens propria substantia, exsilio subiicietur.

Cap. II

Ad maiorem autem nostrae dispositionis cautelam iubemus, per loca episcopos, et provinciarum rectores, et eos, qui civitates habitant, nullum contra praesentem nostram dispositionem suscipere biocolytam aut latronum persecutorem (14); omnino enim nullum iudicum civilium aut militarium constitutum in provincia habere loci servatorem concedimus. Praecipue (15) quidem iubemus, pro-

tiende á utilidad de nuestros súbditos, hallamos que á nuestros súbditos se les causan diversas lesiones por los vicarios enviados á las provincias por algunos jueces civiles y militares. Y sobre esto escribimos hace poco una ley, haciendo alguna especial corrección en el particular,

Capitulo I

Pero procurando ahora favorecer cumplidamente á nuestros súbditos, mandamos que no tengan licencia alguna los que á la sazón sean prefectos de los pretorios así de Oriente como de Iliria, ó conde de las liberalidades, ó conde de los bienes privados, para enviar vicarios á las provincias, ó los mismos jueces de las provincias para nombrar y para enviar lugartenientes de su propio cíngulo, sino que tampoco los jueces locales envíen en las provincias á ellos confiadas vicarios á cualquiera ciudad. Y mandamos que solamente haya vicarios de la prefectura en la Osroena y en la Mesopotamia, y si la necesidad lo reclamare, en otras localidades en tiempo de expedición para el aprovisionamiento á ellos destinado, y esto ciertamente por mandato nuestro. Además de esto mandamos, que ni los maestres militares, ni los duques tengan en las provincias, en que se dispuso que administraran, vicarios, ó biocolitas, ó perseguidores de ladrones. Mas si aconteciere, que por exigirlo la necesidad fuesen destinados por orden nuestra á otros lugares los maestres militares ó los duques, en este caso nómbrense lugartenientes del ausente, y esto con arreglo á mandato nuestro. Mas no le sea lícito á ningún juez civil ó militar recorrer la provincia sin causa necesaria. Pero si alguna necesidad reclamare que se haga alguna tal cosa, mandamos que la hagan á sus propias expensas tanto los jueces como los oficiales que les corresponden y están á sus órdenes. Mas tampoco graven á nuestros súbditos con bagajes, ó con los que se llaman alojamientos, ó con otro cualquier dispendio, ni aleguen ó reclamen costumbres, que acaso inventaron en su propio lucro algunos de ellos. Porque las malas invenciones y las malas costumbres no se confirman ni por un largo tiempo, ni por la larga duración de la costumbre, teniendo entendido todos los susodichos jueces civiles y militares, que si contra esto se hiciera alguna cosa, el que nombra vicario suyo pagará la pena de veinte libras de oro, y será despojado del cíngulo, y el que consintió ser nombrado, perdiendo sus propios bienes, será condenado á destierro.

Capitulo II

Mas para mayor seguridad de nuestra disposición mandamos, que los obispos de las localidades, y los gobernadores de las provincias, y los que habitan las ciudades no admitan contra nuestra presente disposición ningún biocolita ó perseguidor de ladrones; porque absolutamente á ningún juez civil ó militar constituído en una provincia le concedemos que tenga vicario suyo. Y, á la verdad, man-

(1) habere, *el cód. Hamb., Trid. y Port.*
(2) Hosdrusma, *el cód. Hamb.*; Hosdroma, *Trid., Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*; et in, *las ed.*
(4) ei, *Bk.*
(5) habeant, *omitenla el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(6) destinare, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(7) *Bk.*; absentes, *el cód. Hamb., y las ed.*
(8) *El cód. Hamb.*; eis, *omitenla las ed.*
(9) *Bk.*; emphydrometis, *el cód. Hamb.*; epydemeticis, *Trid.*; epidemeticis, *Port. y Cont.*
(10) gravari, *el cód. Hamb., Trid., y Port.*
(11) praedecessorum, *Bk.*
(12) continuantur, *el cód. Hamb.*
(13) *El cód. Hamb., y Trid.*; et qui facit, si loci servator est, *Port., y Cont.*
(14) *Bk.*; persecutores, *el cód. Hamb., y las ed.*
(15) Et praecipue, *Bk.*

vinciarum rectores sic recte conversari aut (1) res gubernare, ut non necessitas fiat de qualibet re debente quaeri aut gubernari ad provincias aliquem destinari; si vero opus fuerit transmitti aliquos in provincias occasione publicarum exactionum, aut quarumlibet emergentium querelarum, neque ordinem, neque nomen habere loci servatoris. Destinatus vero in provinciam nullum quidem (2) subiectis inferat dispendium, creditum vero sibi opus adimpleat, iudice provinciae eum et eius officio (3) adiuvante. Si vero contra ipsum iudicem forte accusatum transmittatur, tunc iubemus, et provinciale officium obedire ei. Quemadmodum vero (4) prohibemus loci servatores fieri, ita omne periculum iubemus habere iudices provinciarum et eorum officium, ut sollicitudinem faciant tam publicarum exactionum, quam locorum quietem (5), et ut omnis iniustitia et laesio suspendatur. In quibus vero provinciis aut vindices (6) aut exactores sunt fiscalium, et opus habuerint aliquo adiutorio, iubemus, iudices provinciarum et officia eorum omne solatium et studium eis conferre, ut sine impedimento fiscalium exactio procedat. Et omnes, quae motae fuerint, sive civiles sive criminales causae, et competentes provinciarum iudices (7), ipsos iubemus inquirere, ut illi proprio periculo has discutiant, et legitimum finem eis imponant. Super hoc autem iubemus, provinciarum iudices mox, qui (8) futuri sunt cingula suscipere, sive praesentes, sive absentes sint, cautelam impendere tam praefecturae, quam nostris largitionibus, et comiti privatarum pro inferendis pecuniis unicuique praedictarum dignitatum, quum, etsi non caveant, tanquam facientes cautelam, ita iubemus eos et eorum officia subiacere praedictis dignitatibus. In illis vero civitatibus et provinciis volumus iudices periclitari pro fiscalibus exigi (9), in quibus neque scriniarii, neque vindices (10), neque alii quidam proprio periculo exactionem faciunt.

damos principalmente que los gobernadores de las provincias se conduzcan ó gobiernen los negocios con tal rectitud, que no se cree la necesidad de que por alguna cosa que se deba investigar ó gobernar se envíe á alguien á las provincias; mas si hubiere necesidad de que en las provincias sean enviados algunos con ocasión de las exacciones públicas, ó de cualesquiera querellas que surjan, no tengan ni la categoría, ni el título de vicario. Mas el enviado á una provincia no cause ciertamente á los súbditos ningún gasto, sino ejecute el trabajo que se le encomendó, ayudándole el juez de la provincia y sus oficiales. Mas si fuese enviado contra el mismo juez, que acaso fué acusado, en este caso mandamos que también le obedezcan los oficiales de la provincia. Pero así como prohibimos que se nombren vicarios, así también mandamos que á los jueces de las provincias y á sus oficiales les corresponda toda la responsabilidad, para que tengan cuidado tanto de las exacciones públicas, como del sosiego de las localidades, y para que se evite toda injusticia y lesión. Mas en las provincias en que hay protectores ó recaudadores de los tributos fiscales, y necesitaren de algún auxilio, mandamos que los jueces de las provincias y sus oficiales les presten todo auxilio y apoyo, para que sin impedimento se verifique la exacción de los tributos fiscales. Y mandamos que de todas las causas que se hubieren promovido, ya civiles, ya criminales, y que competan á los jueces de las provincias, conozcan ellos mismos, de suerte que bajo su responsabilidad las discutan ellos, y les pongan legítimo término. Pero además de esto mandamos, que los jueces de la provincia tan pronto como hayan de recibir el cíngulo, ya estén presentes, ya ausentes, presten caución tanto á la prefectura, como á nuestras liberalidades, y al conde de los bienes privados, por las cantidades que se le han de entregar á cada una de las susodichas dignidades, pues, aunque no den la caución, mandamos que, como si hubiesen dado la caución, queden sujetos ellos y sus oficiales á las susodichas dignidades. Pero queremos que los jueces sean responsables de la exacción de los tributos fiscales en aquellas ciudades y provincias, en que ni empleados de secretaría, ni protectores, ni algunos otros hacen la exacción bajo su propia responsabilidad.

Cap. III

Et hoc pervenit ad nos, quod quidam provinciarum iudices ita inique agunt, occasione lucrorum, ut neque testamenta concedant facere, neque facta insinuare, neque nuptias aliquas facere aut super nuptialibus donationibus monumenta componere, neque defunctorum corpora sepulturae tradi, neque rerum descriptionem concedunt fieri, aut aliud quid huiusmodi agi aut ex gestis, aut ex testimoniis. Propterea interdicimus omnibus iudicibus, tam civilibus quam militaribus, et eorum officiis, aut alii cuilibet tale aliquid praesumere. Si vero quidam huiusmodi odibilem rem in quolibet loco nostrae reipublicae praesumserit agere, aut ministrare ei, qui hoc praesumserit facere, iubemus, huiusmodi extra cingulum factos in exsilium destil-

Capítulo III

Y ha llegado á nosotros, que algunos jueces de provincias obran tan inicuamente, con ocasión de lucros, que ni permiten hacer testamentos, ni insinuar los hechos, ni celebrar algunas nupcias, ó formalizar los documentos relativos á las donaciones nupciales, ni que se dé sepultura á los cadáveres de los fallecidos, ni consienten que se haga el inventario de los bienes, ó que se ejecute alguna otra cosa de esta naturaleza, ó mediante actas, ó en virtud de testimonios. Por lo tanto, les prohibimos á todos los jueces, así civiles como militares, y á sus oficiales, ó á otro cualquiera, que se atrevan á alguna tal cosa. Mas si alguno se hubiere atrevido á hacer una cosa odiosa de estas en una localidad cualquiera de nuestra república, ó á prestarle su

(1) et, *Bk.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; quidem, *omitenlas Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb., y Trid*; iudice provinciae eum et eius officium. *Port., y Cont.*
(4) *El cód. Hamb.*; enim, *las ed.*
(5) quietis, *Bk*
(6) *Cont. al márgen*; iudices, *el cód. Hamb., y las ed.*
(7) causas—iudicibus, *Bk. en su ed. estereotipada.*
(8) quum, *Bk.*
(9) *El cód. Homb.*; pro fiscalibus et exigi, *las ed.*; pro fiscalium exactione, *Bk.*
(10) iudices, *el cód. Hamb., y las ed. Véase la nota 6.*

nari, et de substantia eorum eveniens dispendium laesis in duplum restitui, non sublato eis (1) neque alio quidem ex legibus adiutorio. Omnem vero damus licentiam locorum sanctissimis episcopis et primatibus civitatum huiusmodi praesumtiones prohibere, et studere, ut haec omnia sine impedimento et sine dispendio secundum legum virtutem procedant, et de his nobis nuntiare. Il[illegible]ro, quae secundum leges offeruntur, appe[illegible]nes et (2) suscipere volumus omnino iudices [illegible]eos, qui secundum nostram iussionem speciali[illegible] [quia et a divinis licet appellare iudicibus] (3) audiunt, sive maiores sive minores sint, et edere gesta sine aliqua dilatione litigantibus, ut quaestio legitima de his procedat. Super hoc iubemus, appellatione porrecta secundum leges, neque exactionem fieri, neque possessiones rerum transferri usque ad finitum (4) super ea iudicium.

ministerio al que se hubiere atrevido á hacerla, mandamos, que, privados de este modo del cíngulo, sean enviados al destierro, y que de sus bienes les sea resarcido en el duplo á los lesionados el daño causado, no privándoseles tampoco ciertamente de otro auxilio de las leyes. Y les damos plena facultad á los santísimos obispos de las localidades y á los principales de las ciudades para impedir tales atrevimientos, y procurar que todas estas cosas se hagan sin impedimento y sin dispendio, con arreglo al tenor de las leyes, y darnos conocimiento de ello. Mas queremos que de todos modos admitan los jueces las apelaciones que conforme á las leyes se les presenten, y también los que especialmente conocen de una causa por mandato nuestro [porque también es lícito apelar de los jueces imperiales], ya sean superiores, ya inferiores, y que sin ninguna dilación les den las actas á los litigantes, para que en virtud de ellas se examine la cuestión legal. Ademas de esto mandamos, que, presentada con arreglo á las leyes una apelación, no se haga exacción, ni se transfieran las posesiones de los bienes hasta haber finido el juicio sobre ellas.

Cap. IV

Quoniam vero contingit adulteria, aut raptus mulierum; aut homicidia, aut alia quaelibet crimina in provinciis committi, iubemus, provinciarum iudices omnia secundum leges vindicare, et peccantes tenere, et non alios pro aliis, aut ex quibus nati sunt vicis, qui crimina praesumserunt, alium pro alio comprehendere, aut damnum eorum inferre vicis, sed neque pignorationes facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprii lucri causa inferre, aut delinquentium res proprium lucrum facere. Nos enim reos quidem ex legibus poenas sustinere volumus, damna vero subiectis nostris, aut lucrum ex hoc iudicibus aut eorum hominibus sive officialibus fieri nullatenus concedimus, ut ne propter rerum desiderium inveniantur iniuste aliquos castigantes, aut (5) peccantes vendere. Si enim praeter haec fiat, ipse provinciae iudex omne ex hoc accidens damnum laesis medebitur, et suppliciis subiectus exsilio tradetur, et consiliarius eius (6) simile sustinebit supplicium, si factis a iudice contra leges (7) in scriptis consentiat, officium vero eius, et alii, qui circa hoc propter lucrum proprium ei obsecundant, non solum damna laesis compellentur restituere, sed culpabiliores eorum legalibus suppliciis subiecti exsilio tradentur.

Capitulo IV

Mas como acontece que en las provincias se cometen adulterios, ó raptos de mujeres, ú homicidios, ú otros cualesquiera crímenes, mandamos, que todo esto lo castiguen los jueces de las provincias con arreglo á las leyes, y retengan á los delincuentes, y no prendan á unos por otros, ó á uno por otro de las poblaciones de que son oriundos los que se atrevieron á cometer los crímenes, ó á causarles algún daño á las poblaciones de ellos, pero ni hagan pignoraciones por razón del delincuente, ó impongan por causa de propio lucro el castigo del delito, ó conviertan en lucro propio los bienes de los delincuentes. Porque nosotros queremos que los reos sufran las penas con arreglo á las leyes, pero de ninguna manera concedemos que á nuestros súbditos se les causen daños, ó que por esto se realice lucro para los jueces ó para sus hombres ú oficiales, á fin de que no se halle que algunos castigan injustamente por su deseo de bienes, ó que venden á los delincuentes. Pues si contra esto se hiciera alguna cosa, el mismo juez de la provincia les resarcirá á los lesionados todo el daño que de aquella les provenga, y sometido á suplicios será enviado á destierro, y su consejero sufrirá análogo suplicio, si por escrito consintiera lo hecho por el juez contra las leyes, y sus oficiales, y los demás que en esto le secunden por propio lucro, no solamente serán compelidos á restituirles el daño á los lesionados, sino que, sometidos á los suplicios de las leyes los más culpables de ellos, serán enviados al destierro.

Cap. V

Si vero quis comprehensorum criminum (8) latuerit, aut reliquerit provinciam illam, in qua crimina deliquit, iubemus, legitimis edictis a iudice evocari eum, et si non obaudiat (9), illa in eum procedere, quae nostris legibus definita sunt. Si vero cognoscatur, quod in aliam provinciam (10)

Capitulo V

Mas si alguno de los criminales descubiertos se ocultare, ó abandonare la provincia en que cometió los crímenes, mandamos que por medio de los edictos legales sea llamado por el juez, y si no obedeciera, sea procedente contra él lo que se halla determinado en nuestras leyes. Pero si se supiera

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; sublato ab eis, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*
(3) *Las palabras que están entre paréntesis no se hallan en el texto griego.*
(4) *El cód. Hamb.*; definitum, *las ed.*
(5) et, *Bk.*
(6) *El cód. Hamb., Trid., y Port.*; eis, *Cont.*
(7) contraria legibus, *el cód. Hamb, Trid., y Port.*
(8) criminibus, *Bk.*
(9) *El cód. Hamb., y Trid.*; obediat, *Port., y Cont.*
(10) *El cód. Hamb., y Trid.*; alia provincia, *Port., y Cont.*

degit, iubemus, provinciae illius iudicem in qua peccari quid huiusmodi contigerit, epistola publica uti ad provinciae illius iudicem, in qua delinquens persona degit, illum vero, qui publicas susceperit litteras, et periculo suo et officii sui comprehendere huiusmodi, et ad iudicem provinciae transmittere, in qua peccavit, suppliciis legitimis subiiciendum. Si vero qui publicam epistolam susceperit neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut imperata neglexerit, tunc et ipsum iudicem tres auri libras, et officium eius alias tres pro poena inferre iubemus (1). Si vero iudex aut aliquis officii eius propter lucrum huiusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, et hoc agens convincatur, spoliatus cingulo exsilio tradatur.

que habita en otra provincia, mandamos que el juez de aquella provincia en que aconteciere que se delinquió en algo de esto dirija epístola pública al juez de la otra provincia en que vive la persona delincuente, y que el que hubiere recibido la carta pública prenda á aquel bajo su propia responsabilidad y la de sus oficiales, y lo remita al juez de la provincia, en que delinquió, para que sea sujetado á los legítimos suplicios. Mas si el que hubiere recibido la carta pública hubiere descuidado hacerlo, ó sus oficiales hubieren dejado de entregarlo, ó de ejecutar lo mandado, en este caso mandamos que el mismo juez pague por vía de pena tres libras de oro, y sus oficiales otras tres. Mas si el juez ó alguno de sus oficiales no prendiera por causa de lucro á tal persona, ó prendiéndola no la remitiera, y de ello fuera convicto el que lo hace, sea, despojado del cíngulo, enviado al destierro.

Cap. VI

Et hoc vero iubemus observari ab omni administratore, ut, si contigerit in scriptis nostram iussionem fieri ad aliquem iudicem, et interea iste quiescat ab administratione, is, qui post illum susceperit dignitatem, accipiat eam, et insinuet. Et si quidem privata est causa, et implere eam, et assequi, quemadmodum ad eum promeruit rescriptum. Si vero huiusmodi in scriptis iussio publicum respicit, inquirat eam, et si quidem non laedatur fiscus, quae in ea comprehensa sunt, adimpleat; si vero ad laesionem est fisci, nihil super ea omnino agi, nuntiare vero nobis primum, ut secunda nostra fiat de hoc iussio. Si vero et praecepta cuiuslibet iudicis sint, et prius, quam insinuentur haec, aut praecipientem, aut ad quem praecepta facta sunt contigerit removeri de cingulo, et (2) sic qui factus fuerit iudex haec suscipiat et exigat, si legitime facta sunt; si vero contra legem aut contra publicum facta sunt, haec pro non scriptis esse iubemus.

Capítulo VI

Y mandamos que por todo administrador se observe esto, que, si aconteciere que por escrito se le da una orden nuestra á algún juez, y mientras tanto cesa éste en su administración, reciba aquella el que después de él hubiere obtenido la dignidad, y déla á conocer. Y si verdaderamente es privada la causa, cúmplalo y ejecútelo, como si á él hubiere sido dirigido el rescripto. Mas si tal orden escrita se refiere á la cosa pública, examínela, y si verdaderamente no fuere lesionado el fisco, ejecute lo que en ella se consignó; pero si tendiera á lesionar al fisco, no se ejecute absolutamente nada respecto á ella, sino póngala primeramente en nuestro conocimiento, para que sobre ello se expida una segunda orden nuestra. Mas también si se tratara de mandamientos de algún juez, y antes que ellos fueran notificados aconteciere que es separado del cíngulo ó el que manda ó aquel á quien se le dirigieron los mandatos, también en este caso hágase cargo de ellos y cumpliméntelos el que hubiere sido hecho juez, si hubieren sido dados legítimamente; pero si fueran dados contra ley ó contra la cosa pública, mandamos que se tengan como no escritos.

Cap. VII

Quia vero et huiusmodi iniquitatem in diversis locis nostrae reipublicae cognovimus admitti, quia creditores filios debitorum praesumunt retinere aut in pignus, aut in servile ministerium, aut conductionem (3), hoc modis omnibus prohibemus. Et iubemus, ut, si quis huiusmodi aliquid deliquerit, non solum debito cadat, sed tantam aliam quantitatem adiiciat, dandam ei, qui retentus est ab eo, aut parentibus eius; et post hoc etiam corporalibus poenis ipsum subdi a loci iudice, quia personam liberam pro debito praesumserit retinere, aut locare, aut pignorare.

Capítulo VII

Mas como hemos sabido que en diversos lugares de nuestra república se comete también la iniquidad de que los acreedores se atreven á retener á los hijos de los deudores ó en prenda, ó para servicio de esclavos, ó en arrendamiento, lo prohibimos esto de todos modos. Y mandamos, que, si alguien delinquiere en algo semejante, no solamente pierda lo que se le debe, sino que agregue otra tanta cantidad, que le habrá de ser entregada al que fué retenido por él, ó á los padres de aquél; y después de esto sea él mismo sujetado también á penas corporales por el juez de la localidad, por haberse atrevido á retener, arrendar, ó pignorar una persona libre por una deuda.

Cap. VIII

Et illud vero praevidimus pro subiectorum utilitate corrigere, ut, si qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro aut scribat, et propriam substantiam aut se ipsam obligatam faciat, iubemus, nullatenus huiusmodi valere aut tenere, sive

Capítulo VIII

Y también nos ha parecido conveniente corregir en utilidad de los súbditos esto, que, si en un documento de préstamo le prestara alguna mujer su consentimiento á su marido, ó subscribiera, y obligara sus propios bienes ó se obligara ella misma,

(1) iudicem quatuor auri libras et officium eius pro poena (?) inferre iubemus, *el cód. Hamb.*

(2) *El cód. Hamb., y Trid.*; et, *omitenla Port., y Cont.*

(3) *El cód. Hamb., y Trid.*; in conductionem, *Port., y Cont.*

semel, sive multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat, sive privatum sive publicum sit debitum, sed ita esse, ac si neque scriptum esset, nisi manifeste probetur, quia pecuniae in propriam ipsius mulieris utilitatem expensae sunt.

Cap. IX

Necessarium vero credimus et illud competente adiutorio emendare, ut nulla mulier de qualibet re includatur aut custodiatur. Sed si quidem pro fiscalibus debitis aut privatis pulsetur, secundum legem mulier aut per virum suum, aut per se, aut per quam voluerit personam legitime respondeat, et transigat rem. Si vero vidua sit, aut non a principio viro coniuncta, liceat similiter mulieri aut per se, aut per quos voluerit propria iura proponere secundum legem. Eum vero, qui praeter haec praesumserit agere aliquid praedictorum, iubemus, si quidem maiores iudices sint, viginti auri librarum, si vero minores sint, decem librarum auri poenae subiacere, obedientes autem eis in praedictis causis, spoliatos cingulo, poenis subiici, et in exsilium destinari. Si vero mulier post legitimam admonitionem noluerit instituere aliquem, qui pro ea respondeat, aut litigans addicta sit, nec sic includi aut custodiri eam, sed legitima iura in competentibus ei rebus procedere. Si vero crimen sit, quod infertur mulieri, in quo necessarium est ipsam custodiri, si quidem fideiussorem personae praestare potest, ipsi credatur; si vero iuraverit, non posse se dare fideiussorem, iuratoriam cautionem faciat de observatione iudicii. Si vero gravissimum inveniatur crimen, in quo accusatur, in monasterium aut in asceterium (1) mittatur, aut mulieribus tradatur, per quas potest publice et libere custodiri, donec causa eius manifestetur; tunc autem illa procedant in ea (2), quae legibus definita sunt. Nullam enim mulierem pro pecunia fiscali, sive privata causa, aut pro criminali quolibet modo aut in carcerem mitti concedimus, aut a viris custodiri, ut non per huiusmodi occasiones inveniantur circa castitatem iniuriatae. Monastriam quidem aut ascetriam per nullam actionem trahi concedimus de propriis monasteriis aut asceteriis.

Cap. X

quae a sanctis apostolis et patribus pro omnium hominum salute canonice disposita sunt, contemni patiamur? Multos vero ideo maxime in peccata incidisse invenimus, quod synodi sanctissimorum sacerdotum secundum ea, quae a sanctis apostolis et sanctis patribus definita sunt, non celebrantur. Nam si hoc observatum esset, quilibet reprehensionem coram synodo reveritus operam dedisset, ut et sacras liturgias ediscerat, et honeste viveret, ne condemnationi sacrorum canonum subiiceretur. Illa vero non minus quibusdam peccandi occasio exstitit, quod episcopi, et presbyteri, et diaconi, et ceteri clerici absque examine et testimonio de recta fide vitaeque honestate creantur. Nam si illi, quibus pro populo precari commissum est, indigni ministerio dei inveniantur, quomodo deum propter peccata populi placare poterunt? Creationes vero sacerdotum cum omni diligentia fieri debere, docet nos etiam Gregorius theologus, qui inter sanctos est, sanctos apostolos sacrosque canones secutus. Ita enim ait in magno Apologetico: Qui autem ad canones vel regulas Pauli se dirigit, quas de episcopis et presbyteris constituit, ut sobrii sint, casti, non vinolenti, non percussores, ad docendum idonei, in omnibus inculpati, et inaccessibiles perversis hominibus, is non multum a canonum rectitudine se aberrare inveniet. Et rursus idem sic loquitur: Purgari prius oportet, deinde purgare, sapientem esse, et ita sapientes facere, lucem esse, et illuminare, appropinquare, deo, et adducere alios, sanctificatum esse, et sanctificare, manibus ducere, consulere cum ratione. Et rursus idem sanctus Gregorius de illis in eodem sermone hoc scribit: Quis est, qui, sicut figuli, uno die fingat verae liturgiae antistitem, qui cum angelis staturus, et cum archangelis laudes dicturus, et cum Christo sacerdotium gesturus est? Atque per haec quidem ostendit theologus, quales ad sacerdotium promoveri oporteat. De illis vero, qui indigne creati sunt, idem in eodem sermone haec dicit: Qui nihil ad sacerdotium attulerunt, nec prius in recto laborarunt, simul discipuli et magistri pietatis ostenduntur, et antequam purgati sunt, purgant, heri sacrilegi, et hodie sacerdotes, heri extra sacra, hodie mystagogi, veterani malitia et tirones pietate, qui sunt opus humanae gratiae, non spiritus. Sacros autem canones eos, qui secundam uxorem duxerint, prohibere clericos esse, beatus quoque Basilius docens ita dicit: Secundum matrimonium contrahentes, quique ex his nati sunt, canon a ministerio exclusit. Et haec quidem beatus Basilius. Tantam autem curam sancti patres pro sacerdotio gesserunt, ut illi, qui Nicaeae congregati erant, canonem fecerint, qui ita se habet: Prohibuit in universum magna synodus, nec episcopo, nec presbytero, nec diacono, nec alii plane, qui in clero est, licere extraneam habere, nisi forte amitam, vel eas solum personas, quae suspicione carent.

Cap. II

Sequentes igitur ea, quae a sacris canonibus de-

y castigo los delitos de los láicos, ¿cómo toleraríamos que se menosprecie lo que canónicamente ha sido dispuesto por los santos apóstoles y padres para la salvación de todos los hombres? Pero hallamos que muy principalmente incurrieron muchos en pecados, porque no se celebran sínodos con arreglo á lo que se determinó por los santos apóstoles y los santos padres. Porque si se hubiese observado esto, cualquiera, temiendo la reprensión ante el sínodo, habría procurado aprender las sagradas liturgias, y vivir honestamente, para no quedar sujeto á la condenación de los sagrados cánones. Y no es para algunos menor ocasión de pecar, que los obispos y los presbíteros, y los diáconos, y los demás clérigos sean ordenados sin examen y sin testimonio de recta fe y de honestidad de vida. Porque si aquellos á quienes se les encomendó que rueguen por el pueblo fueran hallados indignos del ministerio de Dios, ¿cómo podrán aplacar á Dios por los pecados del pueblo? Mas que las ordenaciones de sacerdotes deben hacerse con toda diligencia nos lo enseña también el teólogo Gregorio, que figura entre los santos, ateniéndose á los santos apóstoles y á los sagrados cánones. Porque dice así en su grande Apologético: Mas el que se dirige según los cánones ó las reglas de Pablo, que estableció respecto á los obispos y á los presbíteros, para que sean sóbrios, castos, no aficionados al vino, no pendencieros, idóneos para enseñar, sin culpa en todo, é inaccesibles para los hombres perversos, se hallará que no se aparta mucho de la rectitud de los cánones. Y en otra parte habla el mismo de este modo: Es menester purificarse antes y purificar después, ser sabio y hacer de este modo sabios, ser luz, é iluminar, acercarse á Dios y acercar á otros, haberse santificado y santificar, conducir por la mano, y aconsejar con la razón. Y luego el mismo San Gregorio escribe respecto de ellos esto en el mismo sermón: ¿Quién es el que, como los alfareros, formará en un solo día un prelado de la verdadera liturgia, que haya de estar con los ángeles, y decir alabanzas con los arcángeles, y desempeñar el sacerdocio con Cristo? Y con estas palabras muestra ciertamente el teólogo quiénes deben ser promovidos al sacerdocio. Mas respecto á los que fueron indignamente ordenados dice él esto en el mismo sermón: Los que nada llevaron al sacerdocio, y antes no trabajaron en la rectitud, se muestran al mismo tiempo discípulos y maestros de la piedad, y antes que hayan sido purificados, purifican, siendo ayer sacrílegos y hoy sacerdotes, ayer extraños á las cosas sagradas y hoy guardadores de ellas, veteranos en malicia y soldados bisoños de la piedad, que son hechura de la gracia humana, no de la del espíritu. Mas también el beato Basilio, enseñando que los sagrados cánones prohiben que sean clérigos los que se hubieren casado segunda vez, dice así: El cánon excluye del ministerio á los que contrajeron segundo matrimonio, y á los que nacieron de ellos. Y esto dice ciertamente el beato Basilio. Mas los santos padres mostraron tanta solicitud por el sacerdocio, que los que se congregaron en Nicea hicieron un cánon, que dice así: El grande sínodo prohibió en absoluto que ni al obispo, ni al presbítero, ni al diácono, ni á otro ciertamente que sea del clero, le sea lícito tener una mujer extraña, como no sea tía paterna, ó únicamente aquellas personas, que están exentas de sospecha.

Capítulo II

Ateniéndonos, pues, á lo que ha sido determina-

finita sunt, praesentem legem facimus, qua sancimus, ut, quoties episcopus creandus est, clerici et primores urbis, in qua episcopus creandus est, conveniant, et proposius sacris evangeliis de tribus personis decreta faciant, et unusquisque eorum per sacra eloquia iuret, atque in illis scribat, se eos nec per largitionem nec promissionem aut amicitiam aut gratiam, aut alium quemcunque affectum elegisse, sed quod ipsos rectae et catholicae fidei, et honestae vitae, et ultra trigesimum annum esse sciant, et quod neque uxorem neque liberos quendam ex illis habere cognoverint, vel concubinam vel naturales libéros eos habuisse vel habere noverint, sed et si quis antea ex illis uxorem habuit, eam tamen solam, et neque viduam, neque a viro separatam, neque sacris canonibus et legibus prohibitam habuisse eum; sed quod nec curialem nec cohortalem esse quendam ex iis, qui electi sunt, sciant, nisi in monasterio non minus quindecim annis monachicam vitam curialis aut cohortalis inculpate transegerit, dicta scilicet a nobis antea observatione etiam de his personis in electionibus eorum observanda, ut ex tribus ita definitis personis praestantior creetur electione et iudicio creantis. Is vero, qui creat, prius ab illo, qui creandus est, libellum, cum propria eius subscriptione, exigat, qui rectam eius fidem contineat. Pronunciet autem is sacram etiam oblationem, quae in sacra communione fit, et preces in sacro baptismate, ceterasque precationes. Iusiurandum etiam is, qui creatur, per sacras scripturas praestet, se neque ipsum neque per aliam personam dedisse aliquid aut promisisse neque posthac daturum esse vel ipsi, qui eum creat, vel qui suffragia ei dederunt, vel alii cuidam pro creatione facienda. Si quis autem praeter memoratam observationem episcopus creatus sit, iubemus, et ipsum omnimodo episcopatu eiici, et eum, qui illum contra haec creare ausus fuerit.

Cap. III

Si quis vero contra eum, qui episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut alius clericus, aut etiam abbas creandus est, accusationem quacunque de causa instituat, differatur eiusmodi creatio, et prius accusatio examinetur, praesente etiam accusatore, et quae ab ipso delata sunt prosequente. Si vero accusator deserat vel differat, etiam sic is, qui creationem facturus est, exactissimam quaestionem intra tres menses constituat; et si quidem eum, qui accusationem sustinet, sive secundum sacros canones, sive secundum leges nostras reum inveniat, inhibeatur creatio, sin vero innocens inveniatur sive praesente accusatore, sive etiam eo absente, fiat creatio. Accusator autem, sive praesens non probaverit, sive deseruerit accusationem, si quidem clericus sit, deiiciatur gradu suo, sin autem laicus sit, decentem castigationem sustineat. Si quis vero accusatum ante examinationem creaverit, et is, qui creavit, et qui creatus est sacerdotio expellatur.

Cap. IV

Quoniam vero id, quod in canonibus dicitur de synodis sanctissimorum episcoporum, quae debent fieri in singulis provinciis, hucusque non observa-

do por los sagrados cánones, hacemos la presente ley, por la cual mandamos, que cuando se haya de ordenar un obispo se reunan los clérigos y los principales de la ciudad, en que haya de ser ordenado el obispo, y teniendo á la vista los santos evangelios hagan decretos respecto á tres personas, y cada uno de ellos jure por las sagradas escrituras, y escriba en aquellos, que ellos no los eligieron ni por liberalidad ni por promesa ó amistad ó favor, ó por otro cualquier afecto, sino porque saben que ellos son de recta y católica fe, y de vida honesta, y de más de treinta años, y porque saben que ninguno de ellos tiene ni mujer ni hijos, ó no saben que ellos hayan tenido ó tengan concubina ó hijos naturales, sino que si alguno de ellos tuvo antes mujer tuvo á ésta sola, y no viuda, ni separada de su marido, ni prohibida por los sagrados cánones y las leyes; pero que saben que ninguno de los que son elegidos es curial ni cohortal, á no ser que el curial ó el cohortal haya pasado sin culpa en un monasterio no menos de quince años de vida monástica, habiéndose de observar también respecto á estas personas en cuanto á su elección la formalidad ciertamente dicha antes por nosotros, para que de las tres personas así determinadas sea ordenada la más digna á elección y juicio del que la ordena. Mas el que ordena exíjale antes al que ha de ser ordenado un libelo con la propia firma de éste, que contenga su recta fe. Mas pronuncie éste la sacra oblación, que se hace en la sagrada comunión, y las preces que en el sagrado bautismo, y las demás oraciones. Y preste también el que es ordenado juramento por las sagradas escrituras, de que ni él por sí mismo, ni por medio de otra persona, dió ó prometió cosa alguna, ni después la habrá de dar ó al que lo ordena, ó á los que le dieron sus sufragios, ó á otro cualquiera por la ordenación que se haya de hacer. Mas si alguno fuera ordenado obispo contra la mencionada observancia, mandamos que de todos modos sean echados del episcopado él mismo y el que contra esto se hubiere atrevido á ordenarlo.

Capítulo III

Mas si alguien entablara por una causa cualquiera acusación contra el que ha de ser ordenado obispo, ó presbítero, ó diácono, ú otra clase de clérigo, ó aun abad, difiérase tal ordenación, y examínese antes la acusación, estando también presente el acusador y llevando á su término la delación que por el mismo se hizo. Mas si el acusador la abandonase ó la difiriese, aun así practique el que ha de hacer la ordenación exactísima información dentro de tres meses; y si verdaderamente al que es objeto de la acusación lo hallara reo, ya con arreglo á los sagrados cánones, ya conforme á nuestras leyes, impídase la ordenación, pero si fuera hallado inocente, ora estando presente el acusador, ora estando también éste ausente, hágase la ordenación. Mas el acusador, ya si estando presente no hubiere probado la acusación, ya si la hubiere dejado desierta, si ciertamente fuera clérigo, sea expulsado de su grado, pero si fuera láico, sufra el castigo conveniente. Pero si alguien hubiere ordenado antes del examen al acusado, sean expulsados del sacerdocio así el que lo ordenó, como el que fué ordenado.

Capítulo IV

Mas como lo que en los cánones se dice respecto á los sínodos de santísimos obispos, que deben celebrarse en cada provincia, no ha sido observado

tum est, hoc ut corrigamus maxime necessarium est. Sancti igitur apostoli et patres definiverunt, ut singulis annis synodi sanctissimorum sacerdotum seu episcoporum in singulis provinciis bis celebrarentur, et quae emergerent examinarentur, et convenientem emendationem nanciscerentur, scilicet una quidem quarta septimana sanctae pentecostes, altera vero mense Octobri. Nos vero, quum per istam neglectionem multos variis peccatis implicitos invenerimus, iubemus, ut omnimodo una synodus singulis annis in singulis provinciis mense Junio vel Septembri celebretur, et apud beatissimos quidem patriarchas illi conveniant, qui ab ipsis creati sunt, neque ius habent alios episcopos creandi, apud sanctissimos autem metropolitanos cuiusque provinciae illi, qui ab ipsis creati sunt, ut causae motae, aut quae a quibusdam denunciantur vel ratione fidei, vel canonicarum quaestionum, vel administrationis rerum ecclesiasticarum, vel de episcopis et presbyteris, aut diaconis, aut aliis clericis, aut abbatibus, aut monachis, aut de vita reprehensibili, vel aliis quibusdam, quae correctione indigent, moveantur et decenter examinentur, sacrisque canonibus et legibus nostris convenienter emendentur.

hasta hoy, es muy necesario que esto lo corrijamos. Así, pues, los santos apóstoles y padres determinaron, que cada año se celebraran dos veces en cada provincia sínodos de santísimos sacerdotes ú obispos, y fuesen examinados los casos que surgieran, y alcanzaran la conveniente enmienda, á saber, uno ciertamente en la cuarta semana de la santa pentecostés, y otro en el mes de Octubre. Y como nosotros hayamos encontrado que por tal negligencia muchos están complicados en tales pecados, mandamos que de todos modos se celebre un solo sínodo cada año en el mes de Junio ó de Septiembre en cada provincia, y que ante los beatísimos patriarcas se reunan ciertamente los que por ellos mismos fueron ordenados, y no tienen el derecho de ordenar á otros obispos, pero ante los santísimos metropolitanos de cada provincia los que por los mismos fueron ordenados, para que las causas promovidas, ó las cosas que por algunos se denuncian ó por razón de fe, ó de cuestiones canónicas, ó de administración de bienes eclesiásticos, ó respecto á á obispos y presbíteros, ó á diáconos, ó otros clérigos, ó á abades, ó á monjes, ó por vida reprensible ó por algunos otros motivos, que requieren correctivo, sean ventiladas y examinadas cual corresponde, y corregidas convenientemente con arreglo á los sagrados cánones y á nuestras leyes.

Cap. V

Non solum autem in synodis singulis annis congregandis haec quaerantur, sed et quoties quidam ex sacerdotibus, vel clericis, vel abbatibus, vel monachis vel de fide, vel de turpi vita, vel quod contra sacros canones quid fecerint, accusantur. Et si quidem episcopus sit, qui accusatur, metropolitanus eius inquirat in ea, quae dicta sunt, si vero metropolitanus sit, beatissimus archiepiscopus, cui subest, si autem presbyter, vel diaconus, vel alius clericus, vel abbas, vel monachus sit, sanctissimus episcopus, sub quo hi constituti sunt, in ea, quae denunciantur, inquirat, et veritate probata unusquisque pro delicto suo canonicis poenis iudicio examinantis subiiciatur. Haec autem omnia obtineant non solum in episcopis et clericis et abbatibus post haec creandis, sed et in iis, qui nunc sunt, et a quibusdam forte ob quasdam causas sacris canonibus et legibus nostris prohibitas accusantur. His enim ita observatis laici etiam, circa rectam fidem et honestam vitam multos exinde profectus atque emendationem accipient.

Capítulo V

Mas no se investiguen estas cosas solamente en los sínodos que se hayan de congregar cada año, sino también siempre que algunos sacerdotes, ó clérigos, ó abades, ó monjes sean acusados ó respecto á la fe, ó por su torpe vida, ó porque hayan hecho alguna cosa contra los sagrados cánones. Y si verdaderamente fuera obispo el que es acusado, haga su metropolitano las investigaciones sobre lo que fué denunciado, y si fuera metropolitano, el beatísimo arzobispo á quien está subordinado; mas si fuera presbítero, ó diácono, ú otro clérigo, ó abad ó monje, el santísimo obispo bajo el cual éstos se hallan constituídos haga investigaciones sobre lo que se denuncia, y probada la verdad sea cada cual sometido con arreglo á su delito á las penas canónicas á juicio del juzgador. Mas esté en vigor todo esto no solamente en cuanto á los obispos, y clérigos, y abades, que después de ahora se hayan de ordenar, sino también respecto á los que ahora lo están, y son acusados por algunos acaso por ciertas causas prohibidas en los sagrados cánones y en nuestras leyes. Porque, observadas así estas disposiciones, también los láicos alcanzarán por ellas en cuanto á la recta fe y á la vida honesta muchos provechos y enmienda.

Cap. VI

Ad haec iubemus, ut omnes episcopi et presbyteri non tacite, sed ea voce, quae a fideli populo audiatur, sacram oblationem precesque in sancto baptismate faciant, ut inde audientium animi ad maiorem contritionem et laudem domini dei excitentur. Ita enim sanctus quoque apostolus docet, dicens in priore epistola ad Corinthios: Si benedixeris spiritu, quomodo idiota post tuam gratiarum actionem amen deo dicet? quoniam quid dicas nescit; tu quidem pulchre gratias agis, alter vero non aedificatur. Et rursus in epistola ad Romanos ita dicit: Corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. His igitur de causis in sacra oblatione reliquas etiam preces clara voce

Capítulo VI

Además de esto mandamos, que todos los obispos y presbíteros hagan no en voz baja, sino con la que sea oída por el pueblo fiel, la sagrada oblación y las preces en el santo bautismo, para que por esto sean estimulados los ánimos de los oyentes á la mayor contrición, y á la alabanza del señor Dios. Porque así también lo enseña el santo apóstol, diciendo en su primera epístola á los Corintios: Si solamente bendigeres de espíritu, ¿cómo el láico lo dirá amén á Dios después de tu acción de gracias? Porque ignora lo que tú dices; tú, á la verdad, darás pulcramente gracias, pero él no se edificará. Y luego en su epístola á los Romanos dice así: Se confía ciertamente con el corazón en la justicia, pero con los

per sanctissimos et episcopos et presbyteros domino nostro Iesu Christo, Deo nostro, cum patre et spiritu sancto offerri convenit, sciantque sanctissimi sacerdotes, si quid horum neglexerint, et in terribili iudicio magni dei et servatoris nostri Iesu Christi se rationem reddituros, et neque nos ea cognoscentes passuros aut impunita relicturos esse.

§ 1.—Iubemus autem et provinciarum praesides, si quid eorum, quae a nobis sancita sunt, neglectum viderint, ut primum quidem metropolitanos et reliquos episcopos cogant, ut dictas synodos celebrent, omniaque impleant, quae de synodis hac lege iussimus. Si vero viderint eos differre, tunc ad nos referant, ut a nobis conveniens emendatio procedat contra eos, qui synodos celebrare differant, atque sciant ipsi magistratus et cohortes ipsis subiectae, si haec non observaverint, ultimis se suppliciis subiiciendos fore. Omnia autem hac etiam lege confirmamus, quae a nobis in diversis constitutionibus et de episcopis, et presbyteris, et reliquis clericis, et insuper xenodochis, et orphanotrophis, et ceteris, qui sacris domibus praesunt, sancita sunt.

labios se hace la confesión para la salvación. Por estas causas, pues, es conveniente que en la sagrada oblación se ofrezcan también las demás preces con clara voz por los santísimos obispos y presbíteros á nuestro señor Jesucristo, Dios nuestro, junto con el Padre y el Espíritu Santo, y tengan entendido los santísimos sacerdotes, que, si descuidaren alguna de estas cosas, habrán de dar ellos cuenta en el terrible tribunal de Jesucristo, Dios grande y Salvador nuestro, y que sabiéndolo nosotros no lo habremos de tolerar ó de dejar impune.

§ 1.—Pero mandamos, que también los presidentes de las provincias, si vieren desatendida alguna de estas cosas, que por nosotros han sido dispuestas, obliguen ciertamente cuanto antes á los metropolitanos y á los demás obispos, para que celebren dichos sínodos, y cumplan todo lo que respecto á los sínodos hemos mandado en esta ley. Pero si vieren que ellos lo demoran, en este caso dennos de ello cuenta para que de nosotros emane el conveniente correctivo contra los que difieren celebrar los sínodos, y tengan entendido los mismos magistrados, y las cohortes á ellos mismos subordinadas, que, si no hubieren observado esto, habrán de ser ellos sometidos á los últimos suplicios. Mas confirmamos también por esta ley todo lo que por nosotros ha sido sancionado en diversas constituciones respecto á los obispos, y á los presbíteros, y á los demás clérigos, y además en cuanto á los encargados de los hospicios de peregrinos, y de los asilos de huérfanos, y los demás, que están al frente de sagradas casas.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt, gloria tua per edicta locis consuetis regiae urbis proposita omnibus nota, et rectoribus provinciarum manifesta facere studeat.

Dat. VII. Kal. April. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XXXVII., post Basilii V. C. cons. ann. XXIII. [564.]

Epílogo

Por tanto, procure tu gloria hacer conocido á todos por edictos, expuestos en los lugares acostumbrados de esta real ciudad, y manifiesto á los gobernadores de las provincias, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado en esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 7 de las Calendas de Abril, en el año trigésimo séptimo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, vigésimo tercero después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [564.]

NOVELLA CXXXVIII (1)

DE USURIS SUPRA DUPLUM NON COMPUTANDIS

Imperator Iustinianus *PP. Augst.* Hermogeni, *Magistro officiorum.*

Manifestissima est nostri numinis constitutio, quae usque ad dupli quantitatem exactionem (2) debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii adhuc minus consecuti sunt, hi quidem, qui in duplum ex usurarum quantitate per diversa tempora consecuti sunt, nullam adversus te inquetudinem proponere concedantur, alii autem, si simili modo repleti fuerint, eo modo silere compelluntur. Et si debita subsecuti fuerint, foeneratitias cautiones recuperare, vel si remanserint, suis viribus vacare, si preces verae sunt, praesentis oraculi sanctione decernimus (3).

(1) *Esta constitución latina fué publicada primeramente por A. Agustín en la ed. de Julian., (1567), y aquí se ha tomado el texto de Julian., P. Pithoei, año 1576.— Scrimg. tiene solamente la rúbrica, ó, más bien, un brevísimo resumen.—Hal. y las Bas. XXXIII. 3. 78. dan un resumen en griego.— Esta Novela no es de las glosadas.*

NUEVA CONSTITUCION CXXXVIII

DE QUE NO SE HAYAN DE COMPUTAR INTERESES EN MÁS DEL DUPLO

El Emperador Justiniano, *perpétuamente Augusto, á* Hermógenes, *Maestre de los Oficios.*

Es conocidísima la constitución de nuestro númen, que limita la exacción de una deuda hasta la cantidad del duplo. Así, pues, si algunos acreedores tuyos percibieron hasta el duplo, y otros consiguieron todavía menos, no se les conceda ciertamente á los que en diversos tiempos alcanzaron hasta el duplo por la cantidad de los intereses, que promuevan contra tí ninguna inquietud; y los otros, si del mismo modo hubieren sido satisfechos, sean compelidos de igual manera á guardar silencio. Y si después se hubieren contraído deudas, mandamos por la sanción de la presente disposición, que recobren las cauciones de préstamos á interés, ó que si estas subsistieren, carezcan de su propia fuerza, si son verdaderas las súplicas.

(2) et actionem, *August.*

(3) *Atendiendo á la inscripción es verosímil que esta constitución fuese publicada en el año 535.*

NOVELLA CXXXIX (1)

REMISSIO POENAE ILLICITARUM NUPTIARUM

In nomine domini Iesu Christi, dei nostri, Imperator Caesar Flavius IUSTINIANUS FLORO.

Praefatio

Retulit ad nos gloria tua, incolas pagi Syndios et Hebraeos urbis Tyri illicitas nuptias contrahentes in sacram nostram constitutionem incidisse, neque secundum ea, quae hac de re disposita sunt, quartam partem substantiae suae dare, iam vero etiam quosdam ex illis intra tertiam aetatem, liberorumque patres esse, ac propterea lacrimantes supplicare, ne nunc uxores dimittere cogantur, sed ut sibi liceat et retinere eas et liberos ex iis procreatos vel procreandos successores sibi habere, nec ullam exinde poenam metuere.

Cap. I

Sancimus igitur, ut illi pro hac remissione decem auri libras propter causas ante dictas solvant, ipsis vero solis maior poena remittatur, et uxores atque ex illis natos et forte etiam nascituros successores habeant; neque hoc ad exemplum aliorum a nobis sancitum sit, sed reliqui omnes sciant, si tale quid petierint, praeterquam quod nihil eorum, quae petent, consequentur, ipsos et bona amissuros, et praeterea poenis corporalibus inflictis in perpetuo exsilio victuros esse. Nemo autem iis, quos speciali liberalitate dignati sumus, vel eorum uxoribus, aut liberis, qui sunt vel futuri sunt, neque per iudicialem sententiam, neque alio quocunque modo molestus sit.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac pragmatica sanctione vim specialis indulgentiae nostrae habente declarata sunt, ea gloria tua effectui tradere studeat.

CONST. CXL (2)

UT POSSIT EX CONSENSU DISSOLVI MATRIMONIUM

Imp. Caesar Fl. IUSTINUS *Alamannicus, Gothicus, Francicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Gloriosus, Victor ac Triumphator, Semper Colendus Augustus,* IULIANO, *Praefecto Urbis Constantinopolitanae.*

Praefatio

Nuptiis decentius nihil est hominibus, ex quibus filii ceteraeque nationum successiones, fundorum quoque et civitatum habitacula et reipublicae eximius status. Propter quod nuptias felices esse eis, qui eas ineunt, sic optamus, ita ut nunquam eis sinistri ominis opus fieri, neque nuptiis copulatos

(1) *El texto griego (Novela CXXXIX.) se halla en Hal. y falta en Scrimg., quien en lugar de esta constitución da una pequeña parte de la Novela 134.—No queda antigua versión latina.*

(2) *El texto griego (Novela CXL.) falta en Hal. y en Scrimg., pero en éste es la segunda de las Novelas de Justino, de quien realmente es.—Athan. X. 11.—En las Bas. no se halla esta Novela.—La versión latina es antigua, no glosada, y se halla en el apéndice del Cód. ms. Ranconet. de Iulian., de donde se tomó después para las ed. de Iulian.*

NUEVA CONSTITUCION CXXXIX

DE LA REMISIÓN DE LA PENA POR NUPCIAS ILÍCITAS

En el nombre del señor Jesucristo, Dios nuestro, el Emperador César Flavio JUSTINIANO *á* FLORO.

Prefacio

Nos informó tu gloria de que los habitantes del territorio de Sindio, y los Hebreos de la ciudad de Tiro, contrayendo nupcias ilícitas incurrieron en nuestra sacra constitución, y de que no daban, con arreglo á lo que sobre este particular se halla dispuesto, la cuarta parte de sus propios bienes, y de que también algunos de ellos se hallaban en la tercera edad de su vida, y eran padres de hijos, y por ello nos suplicaban con lágrimas que no se vieran ahora obligados á rechazar á sus mujeres, sino que les fuera lícito retenerlas, y tener como sucesores suyos á los hijos procreados ó que procrearen de ellas, y no temer por esto pena alguna.

Capítulo I

Así, pues, mandamos, que ellos paguen para esta remisión por las causas antes dichas diez libras de oro, y que á ellos solos se les remita la pena mayor, y tengan como sucesores á sus mujeres y á los hijos nacidos y quizá también nacederos de ellas; y esto no ha sido sancionado por nosotros para ejemplo de los demás, sino sepan todos los demás, que si pidieren alguna tal cosa, sobre que no conseguirán nada de lo que pidieren, habrán de perder ellos sus bienes, é infligiéndoseles además penas cõrporales habrán de vivir en perpétuo destierro. Mas nadie moleste ni por sentencia judicial, ni de otro cualquier modo, á los que hemos honrado con esta especial liberalidad, ó á sus mujeres, ó á los hijos que tienen ó hayan de tener.

Epílogo

Por tanto, apresúrese tu gloria á llevar á efecto lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra pragmática sanción, que tiene fuerza de especial indulgencia nuestra.

CONSTITUCION CXL

DE QUE POR CONSENTIMIENTO SE PUEDA DISOLVER EL MATRIMONIO

El Emperador César Flavio JUSTINO, *Alemánico, Gótico, Fráncico, Alánico, Vandálico, Africano, Pio, Feliz, Glorioso, Vencedor y Triunfador, siempre venerando Augusto, á* JULIANO, *Prefecto de la ciudad de Constantinopla.*

Prefacio

Nada es más decoroso para los hombres que las nupcias, de las que provienen los hijos y las demás sucesiones de las naciones, y también los poblados de fundos y de ciudades, y el eximio estado de la república. Por lo cual deseamos que las nupcias sean felices para los que las contraen, de suerte

ab invicem separari iustam non habentes absolutionis (1) nuptiarum occasionem. Sed quoniam difficile est in omnibus hominibus hoc servari, (in multitudine enim tanta non aliquas incidere irrationabiles simultates unum de impossibilibus existit) oportere putavimus his reperire quandam medelam, magis vero illic, ubi pusillanimitas in tantum erigitur, ita ut implacabilis horror fiat coniugibus una manentibus. Antiquitus quidem libebat sine periculo tales ab invicem separari secundum communem voluntatem et consensum hoc agentes, sic ut et plurimae tunc leges extarent hoc dicentes, et *bona gratia* sic procedentem solutionem nuptiarum patria vocitantes voce. Postea vero divae memoriae nostro patri pietate et temperantia omnes ubicumque aliquando imperantes excedenti (2) visum est, qui ad suam utilem (3) et firmam respiciens voluntatem, non autem miserias pusillanimitatis coniiciens, legem sancire, qua (4) prohibuit consensu (5) coniugia solvi, quod nos quoque volebamus nimis obtinere in hoc ipso. Plurimi autem nos adierunt inter se coniugium horrentes et abominantes et praelia discordiasque propter hoc domi contingere accusantes (hoc quod valde doloriferum et triste consistit) dissolvere propter hoc precantes connubia, etsi occasiones non habuerunt dicere, per quas sine timore hoc lex dabat facere ipsis. Desiderium vero et studium eorum pro hac re in aliquanto distulimus tempore, aliquando quidem monentes, aliquando vero minantes quiescere eos ab irrationabili circa invicem horrore et ad unanimitatem properare, et melioris fieri voluntatis. Agebamus vero plus nihil. Quoniam vero difficile est immutare semel detentos irrationabili passione et horrore, forsitan enim contingit istis et insidias adgredi adinvicem et venenis aliisque ad mortem agentibus uti, ita ut nec filios eis factos valere ad unam similemque tales voluntatem immiscere.

que nunca tengan necesidad de presagio favorable, ni los unidos en nupcias se separen entre sí sin tener justa ocasión para la disolución de las nupcias. Mas como es difícil que en todos los hombres se observe esto, (pues es una de las cosas imposibles que en tanta muchedumbre no surjan algunas irracionales aversiones), hemos juzgado que era conveniente hallar para esto cierto remedio, y principalmente en los casos en que la pusilanimidad es llevada á tal punto, que se produce implacable horror en los cónyuges que permanecen juntos. En la antigüedad era ciertamente lícito que sin responsabilidad se separasen mútuamente los tales, haciéndolo por común voluntad y consentimiento, de suerte que había entonces también muchas leyes que decían esto, llamando en la lengua patria *de buen grado* á la disolución de las nupcias que de este modo se verificaba. Pero á nuestro padre, de divina memoria, que en piedad y templanza excedió á todos que los que en cualquier lugar y tiempo fueron Emperadores, ateniéndose á su conveniente y firme voluntad, y no reparando en las miserias de la pusilanimidad, le pareció bien después sancionar una ley, por la cual prohibió que los matrimonios se disolvieran por el consentimiento, cosa que también nosotros queríamos con empeño que subsistiera ahora mismo. Pero se nos dirigieron muchos que tenían horror á la unión celebrada entre ellos y abominaban de la misma, y que manifestaban que por esta razón tenían lugar en su casa guerras y discordias, (lo que es mucho más doloroso y triste), y suplicando por ello que se disolviesen sus matrimonios, aunque no pudieron alegar motivos por los que la ley les concediera hacer esto sin temor. Por algún tiempo diferimos el deseo y el empeño de ellos sobre este particular, amonestándoles ciertamente unas veces, y amenazándoles otras, para que cesaran en el irracional horror mútuo y se apresurasen á volver á la unanimidad, y se hicieran de mejor voluntad. Pero no hacíamos nada. Porque es difícil cambiar á los que una vez han sido poseídos de irracional pasión y horror, porque á veces acontece que ellos se entregan á mútuas acechanzas, y se valen de venenos y de otras cosas que causan la muerte, de suerte que ni los hijos que les nacieron pueden reducir á los tales á una sola y misma voluntad.

Cap. I

Haec igitur aliena nostris iudicantes temporibus, in praesenti sacram constituimus legem, per quam sancimus licere, ut antiquitus, consensu coniugum solutiones nuptiarum fieri, non (6) ultra vero obtinere constitutas poenas constitutione nostri patris adversus eos, qui cum consensu coniugii faciunt solutionem. Si enim alterutrum adfectus nuptias solidat, merito contraria voluntas istas cum consensu dissolvit, adsignificantibus rebus, quae nuptias solvunt. Certum autem, ut (7) omnia alia quantacunque legibus ac potissimum sacris (8) constitutionibus nostri patris dicta sunt de nuptiis et filiis occasionibusque, ex quibus praecipitur dissolvi nuptias (si et sine ratione non et cum communi consensu, secundum quod et praesens nostra constituit divinitas, hoc agentibus et disponentibus

Capítulo I

Así, pues, juzgando ajenas á nuestros tiempos estas cosas, hemos establecido al presente una sacra ley, por medio de la que mandamos que sea lícito, como antiguamente, que por el consentimiento de los cónyuges se disuelvan las nupcias, y que no tengan en lo sucesivo validez las penas establecidas en la constitución de nuestro padre contra los que con su consentimiento disuelven los matrimonios. Porque si el mútuo afecto consolida las nupcias, con razón las disuelve por el consentimiento una voluntad contraria, significándola las cosas que disuelven las nupcias. Pero es lo cierto que subsiste y tiene por virtud de la presente ley enteramente su propio vigor todo lo demás, que en las leyes y principalísimamente en las sacras constituciones de nuestro padre se halla dicho respecto á las nup-

(1) *Seguramente sería preferible leer* solutionis *en lugar de* absolutionis.
(2) excedere, *Iulian. Mir.*
(3) utilitatem, *en vez de* utilem *referida á* voluntatem, *se halla en Iulian. Mir.*
(4) qua, *omitela Iulian. Mir.*
(5) cum consensu, *Iulian. Mir.*
(6) non, *omitela Iulian. Mir.*
(7) sit, *Iulian. Pith., la que parece que es corrupción de* ut; ita ut, *Iulian. Mir.*
(8) legibus adposita, sacrisque, *en lugar de* legibus ac potissimum sacris, *Iulian. Mir.*

poenis interpositis) obtinere et ex praesenti nostra lege per omnia habere virtutem propriam.

Epilogus

Quae ergo nobis visa sunt et per praesentem manifestata (1) legem, tua gloria per consuetum sibi modum omnibus fieri manifesta praecipiat in hac urbe regia.

Dat. XVIII. Kal. Octobr. Calcedone imp. DN. IUSTINO P. P. Aug. anno I., indictione XV. [566.]

NOVELLA CXLI (2)

EDICTUM IUSTINIANI AD CONSTANTINOPOLITANOS DE IMPUDICIS

Praefatio

Semper quidem humanitate et clementia dei omnes indigemus, maxime vero nunc, quum multitudine peccatorum nostrorum multis eum modis ad iracundiam provocavimus. Et minatus est quidem, et ostendit, quid peccata nostra mereantur, clemens tamen fuit iramque reiecit poenitentiam nostram exspectans, ut qui nolit mortem nostram, peccantium, sed conversionem et vitam. Quare iustum non est, ut omnes divitias bonitatis, et tolerantiae, et patientiae clementis dei contemnamus, ne duro et poenitentiam non agente corde nostro accumulemus nobis iram in diem irae, sed ut omnes quidem pravis cupiditatibus et actionibus abstineamus, maxime vero illi, qui in abominabili et deo merito exosa atque impia actione contabuerunt. Loquimur autem de stupro masculorum, quod multi impie committunt masculi cum masculis turpitudinem perpetrantes.

Cap. I

Scimus enim sacris scripturis edocti, quam iustam poenam deus illis, qui Sodomae olim habitarunt, propter insanam hanc commixtionem inflixerit, adeo ut hucusque regio illa inexstincto igne ardeat, atque per hoc nos docet, ut impiam illam actionem aversemur. Rursus vero scimus, quid de his sanctus apostolus dicat, quidque reipublicae nostrae leges sanciant, atque ut omnes, qui timori dei intenti sunt, impia et profana actione abstinere debeant, quae nec a brutis perpetrata invenitur, atque illi quidem, qui eius rei sibi conscii non sunt, in futurum etiam tempus sibi caveant, qui vero hoc affectu iam contabuerunt, non solum in posterum desistant, sed etiam veram poenitentiam agant, et deo supplicentur, et beatissimo patriarchae vitium indicent, et sanationis modum accipiant, et secundum id, quod scriptum est, fructum poenitentiae ferant, ut clemens deus pro divitiis misericordiae suae nos quoque clementia sua dignetur, et omnes pro illorum, qui poenitentiam agunt, salute gratias Ipsi agamus, in quos etiam nunc magistratus inquirere iussimus, deum placantes, qui iuste nobis iratus est. Et nunc quidem

(1) *Iulian. Mir.*; manifesta, *en lugar de* manifestata, *se lee en Iulian. Pith.*

cias y á los hijos y á los motivos por los que se manda que se disuelvan las nupcias, (si también sin razón y no por común consentimiento, según lo que establece al presente nuestra divinidad, hicieron esto), y sobre lo que disponen las penas señaladas.

Epílogo

Por tanto, disponga tu gloria que á todos se les haga manifiesto en esta real ciudad en la forma acostumbrada lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de la presente ley.

Dada en Calcedonia á 18 de las Calendas de Octubre, en el año primero del imperio del señor JUSTINO, Augusto perpétuo, indicción décima quinta. [566.]

NUEVA CONSTITUCION CXLI

EDICTO DE JUSTINIANO SOBRE LOS IMPÚDICOS DIRIGIDO Á LOS HABITANTES DE CONSTANTINOPLA

Prefacio

Verdaderamente necesitamos todos siempre de la humanidad y clemencia de Dios, pero principalmente hoy, que por la multitud de nuestros pecados lo hemos provocado de muchos modos á la ira. Y ciertamente que nos amenazó y mostró lo que merecen nuestros pecados, pero fué clemente y rechazó la ira esperando nuestro arrepentimiento, como el que no quiere nuestra muerte, siendo pecadores, sino nuestra conversión y vida. Por lo cual, no es justo que despreciemos todos los beneficios de la bondad, y de la tolerancia y de la paciencia de Dios clemente, á fin de que con nuestro corazón duro y que no hace penitencia no acumulemos sobre nosotros la ira para el dia de la ira, sino para que todos nos abstengamos ciertamente de los malos deseos y acciones, y principalmente los que se consumieron en acción abominable y con razón odiosa para Dios é impía. Nos referimos al estupro de varones, que impíamente cometen muchos varones perpetrando con varones una cosa torpe.

Capítulo I

Porque sabemos, aleccionados por las sagradas escrituras, cuán justa pena les infligió Dios á los que en otro tiempo habitaron á Sodoma á causa de esta inicua unión, de tal suerte, que hasta hoy arde aquella región con fuego inextinguible, y con ello nos enseña á que tengamos aversión á aquella impía acción. Pero también sabemos qué es lo que sobre esto dice el santo apóstol, y qué disponen las leyes de nuestra república, y que todos los que están poseídos del temor de Dios deben abstenerse de acción impía y profana, que ni por los brutos se halla perpetrada, y los que ciertamente no son sabedores de esta cosa guárdense de ella también el tiempo futuro, mas los que ya se consumieron con tal afición no solamente desistan para lo sucesivo, sino hagan también verdadera penitencia y eleven súplicas á Dios, indiquen su vicio al beatísimo patriarca, reciban la manera de curarse, y alcancen, según lo que se halla escrito, el fruto de su arrepentimiento, á fin de que Dios clemente nos conceda por los tesoros de su misericordia también su clemencia, y todos le demos al mismo gracias por la salvación de los que hacen penitencia, respecto

(2) *El texto griego (Novela CXLI) se halla en Hal. y Scrimg.—No queda antigua versión latina.*

ad sacrorum dierum honorem respicientes benignum deum rogamus, ut illi, qui in impiae huius actionis coeno volvuntur, ita resipiscant, ut alia eam puniendi occassio nobis non detur; denunciamus autem omnibus, qui eiusmodi peccati sibi conscii sunt, nisi peccare desinant, atque se ipsos beatissimo patriarchae deferentes salutis suae curam agant, propter impias eiusmodi actiones deum intra sanctum festum placantes, acerbiores sibi poenas arcessituros esse, tanquam nulla in posterum venia dignos. Neque enim remittetur aut negligetur huius rei inquisitio et emendatio illorum, qui intra sanctum festum se non detulerunt, vel in impia illa actione perseveraverunt, ne per negligentiam hac in re commissam deum contra nos irritemus, si tam impiae et prohibitae actioni, quaeque maxime idonea sit ad bonum deum ad omnium perniciem irritandum, conniveamus.

Proponatur Constantinopolitanis civibus nostris (1). Dat. Id. Mart. Constantinop. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. ann. XXXII., post BASILIUM V. C. Cons. ann. XVIII. [559.]

NOVELLA CXLII (2)

DE HIS, QUI CASTRANT

Imperator IUSTINIANUS *Augustus* MARTHANAE

Praefatio

Poenae, quae ab anterioribus Imperatoribus constitutae sunt in eos, qui castrare audent, omnibus notae sunt. Quoniam vero quidam salute sua contemta ante conspicuum tempus impium eiusmodi delictum omnino perpetrare plane ausi sunt, propterea alii quidem ex illis dignas poenas dederunt, alii vero post supplicia et in exsilium missi sunt. Verum quum ne sic quidem ab impio facto abstinuerint, sed scelus illud saepissime commissum sit, ut saepe pauci e multis serventur, adeo ut quidam ex illis, qui servati sunt, nobis praesentibus testati fuerint, ex nonaginta vix tres servatos esse, quis salutem suam adeo contemnat, ut ea negligat atque inulta relinquat? Nam si leges nostrae eos, qui gladium contra quosdam stringunt, suppliciis subiiciunt, quomodo caedes adeo impudenter factas, et rem, quae contra deum nostrasque leges fit, praetermittere possimus? Necessarium igitur duximus, eos, qui talia audent, per hanc legem severius persequi.

Cap. I

Sancimus itaque, ut illi, qui in qualicunque reipublicae nostrae loco qualemcunque personam castrare audent vel ausuri sunt, si quidem viri sint, qui hoc ausi sunt vel audent, id ipsum patiantur, quod fecerunt, et si serventur, eorum res fisco per

(1) *Esta versión latina y la indicación de la fecha faltan en Hal.*

(2) *El texto griego (Novela CXLII.) se halla en Hal. y Scring. – Athan. XVIII. 8.—Excepto el prólogo y el epílogo esta Novela se encuentra en las Bas. XL. 51. 57. Schol. d.—Balsam. ad Photii Nomoc. I. 14. publicó esta Novela tomándola de las Bas.—No queda antigua versión latina.*

de los que también ahora hemos mandado que hagan investigaciones los magistrados, aplacando á Dios, que con justicia se mostró airado contra nosotros. Y ahora ciertamente atendiendo á la solemnidad de los días sagrados rogamos á Dios benigno, que los que se revuelcan en el cieno de tan impía acción vuelvan en sí, de suerte que no se nos dé otra ocasión de castigarla; mas les prevenimos á todos los que son culpables de tal pecado, que si no dejan de pecar, y confiándose ellos mismos al beatísimo patriarca no procuran su propia salvación, aplacando por tales impías acciones á Dios en santo día festivo, echarán sobre sí más severas penas, como no dignos de perdón en lo sucesivo. Porque no se perdonará ó desatenderá la investigación sobre el particular y la corrección de los que no se confesaron dentro de la santa fiesta, ó perseveraron en aquella impía acción, á fin de que con negligencia cometida en esto no irritemos á Dios contra nosotros, si tuviéramos connivencia para acción tan impía y prohibida, y que muy principalmente es adecuada para irritar á Dios bueno para la perdición de todos.

Déseles á conocer á nuestros ciudadanos de Constantinopla. Dada en Constantinopla los Idus de Marzo, en el año trigésimo segundo del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, décimo octavo después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [559.]

NUEVA CONSTITUCION CXLII

DE LOS QUE CASTRAN

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto*, á MARTANA.

Prefacio

De todos son conocidas las penas que por los anteriores Emperadores fueron establecidas contra los que se atreven á castrar. Mas como algunos se han atrevido ciertamente hace poco tiempo á perpetrar este delito absolutamente impío, por eso algunos de ellos sufrieron, á la verdad, las penas merecidas, y otros fueron enviados después de los suplicios al destierro. Pero como ni así ciertamente se abstuvieron del acto impío, sino que aquel delito fué cometido muchísimas veces, de suerte que con frecuencia de muchos se salvan pocos, en tanto que algunos de los que se salvaron han atestiguado en nuestra presencia que de noventa apenas se han salvado tres, ¿quién menospreciará hasta tal punto su salvación que desatienda estas cosas y las deje sin castigo? Porque si nuestras leyes sujetan á suplicios á los que contra otros esgrimen el hierro, ¿cómo podríamos pasar por alto las muertes hechas tan descaradamente, y cosa que se hace contra Dios y nuestras leyes? Hemos, pues, considerado necesario perseguir más severamente por esta ley á los que se atreven á tales cosas.

Capítulo I

Así, pues, mandamos, que los que se atreven ó se atrevieren en cualquier lugar de nuestra república á castrar á una persona cualquiera, si verdaderamente son hombres los que á esto se atrevieron ó se atreven, sufran lo mismo que hicieron, y

eum deferantur, qui eo tempore gloriae tuae magistratum gerit, ipsique in Gypsum mittantur, ut per omne vitae suae tempus ibi maneant. Sin autem mulieres sint, quae id faciunt, eae quoque puniantur, et bona earum per illum, qui pro tempore eundem magistratum gerit, fisco deferantur, atque in exsilium mittantur, ut, unde impietatis lucrum sibi acquirere putarunt vel putant, inde supplicium et amissionem bonorum suorum sustineant. Illos vero, qui hoc mandarunt, et qui personas ad id tradiderunt, vel etiam domos aut locum aliquem ad id praebuerunt vel praebent, sive viri, sive feminae sint, easdem poenas sustinere iubemus, utpote impiae illius actionis conscios.

si se salvaran, sean aplicados al fisco sus bienes por el que á la sazón desempeñe la magistratura de tu gloria, y sean ellos enviados á Gipso, para que allí permanezcan todo el tiempo de su vida. Mas si fueran mujeres las que hacen esto, sean también ellas castigadas, y sean aplicados sus bienes al fisco por el que entonces desempeñe la misma magistratura, y sean enviadas al destierro, á fin de que por lo que pensaron ó piensan adquirir para sí lucro de impiedad sufran el suplicio y la pérdida de sus bienes. Mas disponemos que los que mandaron esto, y los que para ello entregaron personas, ó facilitaron ó facilitan casas ó algun lugar, ya sean varones, ya hembras, soporten las mismas penas, como cómplices de aquella impía acción.

Cap. II

Ipsos vero castratos oportebat quidem ab antiquioribus temporibus liberos esse, insuper tamen iubemus, ut qui a duodecima indictione cycli nunc praeteriti per quemcunque in locis reipublicae nostrae castrati sunt, liberi sint, nec ullo modo per qualiscunque generis contractum in servitutem trahantur, nec instrumentum publicum vel privatum de illis qualicunque modo vel per fraudem factum aut faciendum valeat. Sed neque ἀναζητήσεις, quae appellantur, in eiusmodi personis fiant, aut factae valeant, sed et omnes, qui eiusmodi contractibus in posterum inserviunt, supra dictas poenas subire iubemus. Si tamen ex morbo quodam contingat, ut servus castretur, eum quoque iubemus libertate potiri. Qui enim ab initio liberi constituti in talem forte morbum inciderunt, sui potestatem habent, ut quam velint sibi medicinam adhibeant. Castratos igitur qui a memorato tempore in republica nostra apud qualemcunque personam sunt, conquiri iubemus, et liberos esse et nequaquam eos ad servitutem retrahi. Si tamen quidam aliquos ex ipsis castratis post hanc nostram legem detinere audebunt, ipsis etiam castratis facultatem concedimus, utpote semel libertatem hac lege consecutis, hic quidem tam Imperatorem adeundi, quam sanctissimo, qui est, patriarchae gloriosissimisque nostris magistratibus denunciandi, in provinciis vero sanctissimis episcopis regionis earumque magistratibus, ut providentia omnium nostrorum magistratuum et periculo cohortium, quae illis parent, sive Constantinopoli, sive in alio quolibet reipublicae nostrae loco, illi vindicentur, atque libertas hac nostra lege illis data conservetur. Tot enim caedes in republica nostra ab iis, qui talia audent, patratas negligi, nullo modo sustinemus. Nam si barbari audientes haec nostra de his rebus mandata ea observarunt, quomodo nos permittemus, ut post tot anteriorum Imperatorum constitutiones tale quid committatur vel impunitum in republica nostra relinquatur?

Capítulo II

Mas aunque ciertamente desde los tiempos antiguos debían ser libres los mismos castrados, sin embargo, mandamos además, que los que desde la duodécima indicción del ciclo ahora pasado hayan sido castrados por cualquiera en localidades de nuestra república, sean libres, y no sean de ningún modo reducidos á esclavitud por medio de un contrato de cualquier género, ni tenga validez un instrumento público ó privado que sobre esto se haya hecho ó se haya de hacer de cualquier manera ó por fraude. Pero tampoco se hagan las que se llaman investigaciones respecto á tales personas, ó valgan las hechas, sino que mandamos que también todos los que en lo sucesivo presten sus servicios para tales contratos sufran las penas antes dichas. Mas si por virtud de alguna enfermedad aconteciera que un esclavo fuera castrado, mandamos que también éste disfrute de la libertad. Porque los que siendo libres desde un principio fueron acaso presa de tal enfermedad, tienen libre potestad para aplicarse la medicina que quieran. Así, pues, mandamos que los castrados, que desde el mencionado tiempo se hallan en nuestra república en poder de cualquiera persona, sean libres y no sean de ningún modo reducidos á esclavitud. Mas si algunos se atrevieren á retener después de esta ley nuestra á algunos de los mismos castrados, les concedemos también á los mismos castrados la facultad, como habiendo ya una vez conseguido por esta ley la libertad, tanto para dirigirse aquí ciertamente al Emperador, cuanto para denunciar el hecho al que sea santísimo patriarca, y á nuestros gloriosísimos magistrados, y en las provincias á los santísimos obispos de la región y á sus magistrados, para que por providencia de todos nuestros magistrados y bajo la responsabilidad de las cohortes, que les prestan obediencia, sean ellos reivindicados ora en Constantinopla, ora en otro cualquier lugar de nuestra república, y se les conserve la libertad á ellos dada por esta ley nuestra. Porque de ningún modo toleraremos que sean desatendidas tantas muertes perpetradas en nuestra república por los que á tales cosas se atreven. Pues si los bárbaros, al oir estos mandatos nuestros sobre tales cosas los observaron, ¿cómo permitiremos nosotros, que después de tales constituciones de los anteriores Emperadores se cometa alguna tal cosa ó se deje impune en nuestra república?

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac generali lege declarantur, gloria tua et hic et in provincia faciet atque custodiet.

Epílogo

Por tanto, tu gloria hará y guardará así aquí como en las provincias lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley general.

Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinop. DN. Iustiniano PP. Aug. Basilio V. C. Cons. (1) [541.]

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Diciembre, en el imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [541.]

NOVELLA CONST. CXLIII (2)

DE RAPTIS MULIERIBUS, QUAE RAPTORIBUS NUBUNT (3)

(Auth. const. CXXXII. Coll. IX. tit. 13.)

Imperator Iustinianus *Augustus* Areobindo (4), *gloriosissimo Praetoriorum Praefecto, Expraefecto almae urbis et Exmagistro militum.*

Legis interpretationem culmini tantum principali competere nemini venit in dubium, quum promulgandae quoque legis auctoritatem (5) sibi vindicet eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, sive iam desponsatae fuerint vel maritis coniunctae, sive non, vel etiam si viduae sint, legem antea posuisse, et capitis subiecisse supplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum, nec non alios, qui eis auxilium tempore invasionis contulisse noscuntur, et non tantum parentibus mulierum, verum etiam consanguineis, et tutoribus, et curatoribus huiusmodi dedisse per eandem legem vindictam, et praesertim (6) poenis locum dedisse, si iam nuptae vel desponsatae mulieres rapiantur, quum non solum raptus mulieris, verum etiam adulterium per huiusmodi temeritatem committitur. Et super alias poenas raptoris etiam, nec non aliorum, qui cum eo fuerint (7), patrimonium raptae mulieri vindicari per eandem legem praecipimus, ut dotis etiam marito legitimo dandae copia per raptoris ei ministretur substantiam. Illo quoque specialiter adiecto, ut nulla sit mulieri vel virgini raptae licentia raptoris eligere matrimonium, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) legitimo matrimonio copulari, nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptae permissa raptoris se coniungere matrimonio. Sed parentes etiam, si tali consenserint matrimonio, deportari praecipimus. Sed mirati sumus, quod conati sunt aliqui dicere, raptam mulierem, sive volentem sive nolentem, etsi raptoris matrimonium contra nostrae constitutionis tenorem amplexa sit, debere tamen eam raptoris habere substantiam vel quasi legis praemium, vel ex testamento forte, si hoc etiam factum esse contigerit. Qui enim talia dicere praesumserunt, hi praedictae legis seriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale stare matrimonium, etsi rapta voluerit, prohibuimus, et ob hoc parentes raptae mulieris deportationis subiecimus poenae, si huiusmodi consenserint matrimonio, quomodo raptas mulieres raptorum eligentes connubium praemiis honorassemus raptae datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem vel in posterum resecantes, priorem legem per praesentem (8) interpretari censuimus. Sancimus itaque, si rapta mulier, cuiuscunque sit conditionis vel aetatis, raptoris nuptias eligendas esse censuerit,

NUEVA CONSTITUCION CXLIII

DE LAS MUJERES RAPTADAS, QUE SE CASAN CON LOS RAPTORES

(Constitución auténtica CXXXII. Colección IX. título 13.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Areobindo, *gloriosísimo Prefecto de los Pretorios, Exprefecto de la alma ciudad y Exmaestre militar.*

A nadie le ocurre dudar que la interpretación de la ley le compete solamente á la alteza del príncipe, puesto que la eminencia del mismo reivindica para sí la autoridad también para promulgar la ley. Y así recordamos haber establecido antes, respecto al rapto de mujeres, ya estuvieren desposadas ó unidas á maridos, ya no, ó también si fueran viudas, una ley, y haber sujetado al suplicio capital no solamente á los raptores, sino también á sus acompañantes, y á los demás que se sabe que les prestaron auxilio al tiempo del rapto, y haberles concedido por la misma ley acción para tal castigo no solamente á los ascendientes de las mujeres, sino también á sus consanguíneos, y á los tutores y á los curadores, y haber dado principalmente lugar á las penas, si las mujeres fueran raptadas estando ya casadas ó desposadas, puesto que con tal temeridad se comete no solamente rapto de mujer, sino también adulterio. Y además de las otras penas mandamos por la misma ley, que también se reivindicase para la mujer raptada el patrimonio del raptor, y de los demás que con él hubieren estado, de suerte que también al marido legítimo se le diese posibilidad de que se le entregue la dote, de los bienes del raptor. Habiéndose agregado especialmente también esto, que no tuviera licencia alguna la mujer ó la vírgen raptada para elegir su matrimonio con el raptor, sino para unirse en legítimo matrimonio con quien quisieren sus ascendientes, (excepto con el raptor), no concediéndosele de ningún modo ni en ningún tiempo licencia á la mujer raptada para unirse en matrimonio con el raptor. Pero aun mandamos que los ascendientes fueran deportados, si hubieren consentido tal matrimonio. Mas nos maravilla que algunos hayan intentado decir que la mujer raptada, ya con su voluntad, ya no queriendo, aunque haya contraído matrimonio con el raptor contra el tenor de nuestra constitución, debia, sin embargo, tener ella los bienes del raptor ó como premio de la ley, ó acaso por virtud de testamento, si aconteciere que también se hizo éste. Porque los que se atrevieron á decir tales cosas no pudieron entender el alcance de la susodicha ley. Porque los que hemos prohibido que subsista tal matrimonio, aunque lo hubiere querido la raptada, y por esto sujetamos á la pena de la deportación á los ascendientes de la raptada, si hubieren consen-

(1) *A Bien. le parece que esta Constitución es del año 552. ó 553., pero según Athan. fué promulgada en el año décimo cuarto después del consulado de Basilio. (555.)*

(2) *Esta Constitución fué promulgada en latín. — Hal. tiene un resumen en griego, y Sorimg. publica erradamente parte de la Novela 145.— Mas esta Constitución fué comprendida dos veces en el Cuerpo de las 168 Novelas, porque la Novela 150 en nada difiere de esta. De lo que resultó que tenemos dos epítomes en las Bas. LX. 58. 2.-5. LX. 58. 6, cuyos epítomes pasaron á las ed. de Hal.— Athan. XI. 5. y Photii Nomoc. IX. 30.— Se halla esta Novela en Append. Codd. mss. de Juliano, y en Coll. Ans. ded. VII. 24.— Esta Novela está entre las glosadas.*

(3) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* De muliere raptum passa, *Cont.*

(4) *En el códice manuscrito Ranconet. Iuliani y en la Coll. Ans. ded. va dirigida esta Constitución á Leon, Prefecto de Italia.*

(5) *El cód. Hamb.;* fortunae, *adicionan las ed.*

(6) *El cód. Hamb.;* praescriptis, *las ed.*

(7) fuerant, *el cód. Hamb.*

(8) *El cód. Hamb.;* priorem per praesentem legem, *las ed.*

parentibus praesertim non consentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex testamento raptoris hereditatem suscipere, vel quocunque modo substantiam vindicare, sed praemium, quod per legem nostram raptae mulieri datum est, ut raptoris, et eorum, qui ei auxilium tempore invasionis praebuerint, bona vindicet, hoc ad parentes, si ambo vel unus supersit, qui nuptiis specialiter non probantur consensisse, ex tempore raptus ipso iure transferri, et patrimonium raptoris non raptam iam habere mulierem, quae coniugio se raptoris inquinare non piguit, sed in personas transferri, quas superius nominavimus, eius (1) non consentientes coniugio. Nam nefarios huiusmodi coitus poenis corrigi, non praemiis honorari convenit. Quodsi parentes iam decesserunt, vel huiusmodi sceleri consenserunt, substantia raptoris, nec non et aliorum, qui facinoris fuerunt (2) participes, fisci viribus (3) vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo casibus, verum in praeteritis etiam valere sancimus, tanquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali a nobis promulgata fuisset, pater carissime (4) atque amantissime. Quae igitur per hanc legem nostra statuit aeternitas (5), tua celsitudo effectui mancipari, observarique praecipiat.

Dat. XII. Kal. Iun. imp. DN. Iustiniani ann. XXXVII., post Basilii V. C. Cons. ann. XXII. [563.]

NOVELLA CXLIV (6)

DE SAMARITIS

Imperator Iustinus Diomedi, *praefecto praetorio.*

Praefatio

Impiam Samaritanorum haeresin et irrationabilem eorum insaniam tam piae memoriae pater noster, quam nos ipsi saepius ad meliora deducere, eorumque animos a morbo, quo detinentur, liberare voluimus. Sed in permultis illorum id, quod nobis et veteribus studio fuit, perficere non potuimus. Progressi enim sunt quidam ex iis ad tantam insaniam, ut accepto etiam salutari baptismate ad id malum redierint, unde exierant, eademque cum Samaritis honorare et eodem furore agi deprehensi fuerint. Placuit igitur veterem illam et a patre nostro adversus eos antea latam legem renovare.

tido tal matrimonio, ¿cómo habríamos de honrar á las mujeres raptadas, que eligen matrimonio con los raptores, con los premios dados á la mujer raptada? Así, pues, disipando aun para lo sucesivo la duda de éstos, hemos determinado interpretar la anterior ley por medio de la presente. Y por lo tanto, mandamos, que si la mujer raptada, de cualquier condición ó edad que sea, hubiere determinado elegir sus nupcias con el raptor, principalmente no consintiéndolo sus ascendientes, no reciba ni por beneficio de la ley, ni por testamento, la herencia del raptor, ó no reivindique bienes de modo alguno, sino que el premio, que por nuestra ley se le dió á la mujer raptada, para que reivindicase los bienes del raptor y de los que á éste le hubieren prestado auxilio al tiempo del rapto, sean transferido de derecho desde el momento del rapto á los padres, si ambos sobrevivieran, ó á uno de ellos, que no se pruebe que especialmente consintieron las nupcias, y no tenga ya el patrimonio del raptor la mujer raptada que no se avergonzó de mancillarse con el matrimonio del raptor, sino sea transferido á las personas que antes hemos nombrado, que no consintieron el matrimonio de ella. Porque es conveniente que tales nefandos ayuntamientos sean corregidos con penas, no honrados con premios. Pero si ya fallecieron los padres, ó consintieron tal delito, sean reivindicados para los recursos del fisco los bienes del raptor, y también de los demás que fueron cómplices del delito. Cuya interpretación queremos, muy querido y amantísimo padre, que tenga validez no solamente en los casos futuros, sino también en los pasados, como si desde un principio hubiese sido promulgada por nosotros nuestra ley con tal interpretación. Por tanto, disponga tu excelsitud que se lleve á efecto y se observe lo que por medio de esta ley ha establecido nuestra eternidad.

Dada á 12 de las Calendas de Junio, en el año trigésimo séptimo del imperio del señor Justiniano, vigésimo segundo después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [563.]

NUEVA CONSTITUCIÓN CXLIV

DE LOS SAMARITANOS

El Emperador Justino, *á* Diomedes, *Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Tanto nuestro padre, de piadosa memoria, como nosotros mismos, quisimos muchas veces convertir en cosa mejor la impía herejía de los Samaritanos y su irracional locura, y librar sus almas de la enfermedad de que están poseídos. Pero en cuanto á muchísimos de ellos no pudimos llevar á cabo lo que fué empeño nuestro y de los antiguos. Porque algunos de ellos llegaron á tan grande locura, que, aun habiendo recibido el saludable bautismo, volvieron á la maldad de que habían salido, y se descubrió que honraban con los Samaritanos las mismas cosas, y que estaban poseídos por el mismo furor. Por lo cual nos plugo renovar aquella antigua ley promulgada antes contra ellos también por nuestro padre.

(1) *El cód. Hamb., y Trid.*; ei, *Port., y Cont.*
(2) *El cód. Hamb.*; fuerint, *las ed.*
(3) *Bk.*; iuribus, *Trid., Port., y Cont. En el cód. Hamb. no se puede ver claro nada.*
(4) *El cód. Hamb., y Port.*; ariobide pater clariasime, *Trid.*; praefecte charissime, *Cont.*
(5) aequitas, *el cód. Hamb.*
(6) *Esta Novela (CXLIV.), de Justino, la inserta aquí Hal.; Scrimg. no la pone en este lugar, sino entre las de Justino, con el número quinto. —Athan. III. 3. y Coll. Const. eccl. III. 3. 3.—Photii Nomoc. X. 8. y Balsam. ad Photii Nomoc. IV. 7.—Excepto el prosmio y el epílogo, esta Novela se halla en las Bas. I. 1. 56.—No queda antigua versión latina*

Cap. I

Ac propterea sancimus, ut non ex testamentis, vel sine his heredes fiant, nec legata accipiant, aut donationis modo res acquirant. Sed nec ab intestato vocatos successores habeant Samaritae vel in universum haeretici, nec ii, qui rectam Christianorum fidem amplecti simulant, revera autem non ita sentiunt, nec faciunt, quae illi conveniunt, nec testamenta in eorum commodum scribant, aut legata relinquant, aut donent, nisi orthodoxi sint et fide et factis, qui accepturi sunt. Si enim nemo horum sit, facultates eorum ad sacratissimum aerarium post mortem pertinere iubemus. Ita ut et sacra forma a patre nostro olim iis data, quae legis vicem obtinet, quaeque concedit iis hereditatem accipere et relinquere, et legatis honorari, vel ea relinquere, in posterum cesset, neque ullam vim habeat. Quum enim humanitate illa se ipsi indignos osteaderint, qui Samaritarum insania aguntur, non alios, quam se ipsos accusent, quod quidem a magni dei et servatoris nostri Iesu Christi humanitate alieni sint, amittant vero etiam ab imperio nostro ipsis olim ideo concessas liberalitates, ut ad meliorem mentem redeant, non ut perpetuo in perversa hac opinione sua perseverent.

Capitulo I

Y por lo tanto, mandamos, que ni por testamentos, ni sin ellos, sean hechos herederos, ni reciban legados, ó adquieran bienes por vía de donación. Mas tampoco tengan los sucesores llamados abintestato los Samaritanos ó en general los herejes, ni los que simulan abrazar la recta fe de los cristianos, pero que en realidad no lo sienten así, ni hacen lo que es consiguiente á ella, ni hagan testamentos en beneficio de ellos, ó dejen legados, ó hagan donaciones, si no fueran ortodoxos, así por la fe como por sus hechos, los que los hayan de recibir. Porque si no hubiera ninguno de éstos, mandamos, que los bienes de aquéllos pertenezcan después de su muerte al sacratísimo erario. De tal suerte, que deje de subsistir en lo sucesivo y no tenga ninguna fuerza tampoco la sacra disposición dada en otro tiempo para ellos por nuestro padre, que hace las veces de ley, y que les concede recibir y dejar herencia, y ser honrados con legados, ó dejarlos. Porque habiéndose mostrado indignos de aquella humanidad los que están poseídos por la insania de los Samaritanos, no acusen á otros, sino á sí mismos, pues ciertamente son ajenos á la humanidad de Jesucristo, Dios grande y salvador nuestro, sino pierdan también las liberalidades á ellos mismos concedidas en otro tiempo por nuestro imperio con objeto de que volvieran á mejor propósito, no para que perpétuamente perseveraen en esta perversa opinión.

Cap. II

Excipimus vero ab hac lege colonos, qui Samaritarum partes sequuntur, non ipsorum gratia, sed propter conditionem praediorum, quae ab iis coluntur, et propter reditus et proventus, qui exinde colliguntur, quum ex rusticitate errent. His enim permittimus ascendentes et descendentes et cognatos suos ex latere et heredes et legatarios scribere, etsi Samaritarum errore teneantur, agros scilicet colentes, quum exinde divitiae ad possessores praediorum et per eos ad fiscum deferantur. Sed et ab intestato praedicti ad mutuam hereditatem propter eandem causam venient. Sin autem horum nemo inveniatur, dominum praedii, in quo agricola defunctus est, ab hoc relicta accipere, et fisci locum obtinere volumus, ut qui et publica tributa pro illo solvat. Nullo autem modo Samaritam militare permittimus, sed neque ad civile munus accedere, neque advocatum vel assessorem esse, vel omnino inter dissertissimos rhetores referri, vel adolescentes instituere. Si vero quidam ex illis accepto salutari baptismate ad priorem errorem redire, sabbata servare, vel etiam ea facere videantur, quae probent per simulationem ipsos sanctum baptisma accepisse, eos proscribi, et in perpetuum exsilium mitti iubemus. Atque iisdem poenis etiam eos subiicimus, qui impium illis patrocinium contra rectam Christianorum fidem praebent. Bene autem hoc se habere videtur, ut illi, qui ad immaculatum baptisma accurrant, non temere suscipiantur, sed cum quadam observantia et instructione per sufficiens tempus facta. Dicimus autem, ut illi quidem, qui salutaris doctrinae sensum habent, per duos annos instituantur et scripturas, quoad eius fieri potest, discant, atque tum redemtionis baptismati offerantur, tanti temporis poenitentia veram redemtionem lucrantes. Illis vero, qui admodum iuvenes sunt, et doctrinam non intelligunt, permittimus e sine observatione illa ad sacrum baptisma admitti.

Capitulo II

Pero exceptuamos de esta ley á los colonos que siguen el partido de los Samaritanos, no en gracia de los mismos, sino por causa de la condición de los predios, que por ellos se cultivan, y por razón de las rentas y de los provechos que con ellos se obtienen, puesto que yerran por virtud de su rusticidad. Porque á estos les permitimos que instituyan así herederos como legatarios á sus ascendientes y descendientes y cognados colaterales, aunque estén poseídos por el error de los Samaritanos, que, por supuesto, cultiven los campos, porque por esto se adquieren riquezas para los poseedores de los predios y por medio de ellos para el fisco. Pero también abintestato irán por la misma causa los susodichos á su mútua herencia. Mas si no se hallara ninguno de ellos, queremos que el dueño del predio, en que falleció el agricultor, reciba lo dejado por éste y ocupe el lugar del fisco, para que él pague también por ello los tributos públicos. Mas de ningún modo permitimos que sea militar un Samaritano, ni llegue á un cargo civil, ni sea abogado ó asesor, ni de ningún modo sea comprendido entre los elocuentísimos profesores de elocuencia, ó que instruyan á los adolescentes. Mas si pareciere que algunos de ellos, habiendo recibido el saludable bautismo, vuelven á su primer error, observan los sábados, ó hacen también cosas que prueben que por fingimiento recibieron ellos el santo bautismo, mandamos que sean proscritos y enviados á perpétuo destierro. Y á las mismas penas sujetamos también á los que les prestan impío patrocinio contra la recta fe de los cristianos. Mas parece que es conveniente que no sean admitidos con precipitación los que acudan al inmaculado bautismo, sino con cierta observancia y con instrucción recibida suficiente tiempo. Mas decimos que los que ciertamente tienen sentido para la saludable doctrina sean instruídos durante dos años, y aprendan, en

Nullus autem Samarita servum Christianum habeat, sed simul atque emtus fuerit, statim in libertatem rapiatur. Si vero servus in eadem perversa, qua illi, sit opinione, liceat illi, si Christianorum doctrinam amplectatur, statim etiam Romana libertate frui.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et hac lege declarata sunt, ea gloria tua locis consuetis proponens effectui dari praecipiat.

Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. imp. DN. Iustini PP. Aug. ann. VII., post cons. eiusdem ann. VI. [572.]

CONST. CXXIV (1)

UT DE CETERO NULLAM LICENTIAM HABEAT DUX AUT BIOCOLYTA LYDIAE ET LYCAONIAE IN PHRYGIAM UTRAMQUE ET PISIDIAM ADVENIRE

Imperator Iustinianus Areobindo, *gloriosissimo Pf. P.*

Praefatio

His, quae semper incidunt, competentem singulis medicinam invenientes, postquam quae utilitatis sunt praeterierint, iterum prioris efficimur ordinis, usque ad solum dolentem medicinam sustinentes. Quod tale aliquid (2) praesens nostra sacra vult lex. Modice enim prius aliud quidem (3) indisciplinationes populares, aliud vero latronum incursus in Phrygiam atque Pisidiam fieri discentes, eo quod civilem gubernationem scindat rei sollicitudo tam his, quam Lycaoniae et Lydiae militarem administrationem praeposuimus, ducem seu biocolytam nominantes eum, qui super hanc ordinatus est partem. Sed nunc (4) adiere nos, qui Phrygiam utramque et Pisidiam habitant, ut ea, quae pridem commissa sunt in eis, compescantur, dicentes, neque latrocinia in locis illis compescita, neque enim in hominibus enutriri provincias, onus (5) vero non ferri (6) a nobis inventi cinguli, quod ministrantes ei continuo invadant provincias, (7) et comprehendant aliquos, et damnis afficiant, et quod turbis militaribus impleta sint loca illa; et omnino inhabitabiles esse eis provincias. Etenim et ipsis per se civilibus iudicibus copiosis ad rei correctionem constitutis, et eorum, qui provincias habitant, multos aliorum quietem inventum facientes, quo cinguli huius abutantur περιβολῇ, et comprehendant (8) innocentes, et quae non sunt iusta in eis agi.

(1) *El texto griego (Novela CXLV.) se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. IV 23.—Bas. VI. 20.—Concio fué el primero que publicó (1571) una antigua versión latina.*
(2) *Bk.*: aliud, *Cont.*
(3) *Bk.*; quiddam, *Cont.*
(4) Sed et nunc, *Bk. ed. estereotipada.*
(5) bonus, *Cont.*
(6) ferre, *Bk.*
(7) *Este pasaje está adulteradísimo, así en el texto griego como en el latino, siendo imposible precisar su sentido, que se ha procurado que en la traducción ajuste de algún modo á la conjetura que parece más probable.—N. del Tr.*
(8) comprehendere, *Bk.*

cuanto pueda lograrse, las escrituras, y sean entonces presentados para el bautismo de la redención, alcanzando la verdadera redención con la penitencia de tan largo tiempo. Mas á los que son muy jóvenes y no entienden la doctrina, les permitimos que sean admitidos al sagrado bautismo aun sin aquella observancia. Pero ningún Samaritano tenga un esclavo cristiano, sino que tan pronto como éste hubiere sido comprado, séale arrancado para la libertad. Mas si el esclavo fuera de la misma perversa opinión que aquél, séale lícito, si abrazara la doctrina de los cristianos, disfrutar al punto también de la libertad romana.

Epílogo

Por tanto, disponga tu gloria que sea llevado á efecto, exponiéndolo en los lugares acostumbrados, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado en esta ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Junio, en el año séptimo del imperio del señor Justino, Augusto perpétuo, sexto después del consulado del mismo. [572.]

CONSTITUCIÓN CXXIV

DE QUE EN LO SUCESIVO NO TENGA EL DUQUE Ó EL BIOCOLITA DE LA LIDIA Y DE LA LICAONIA LICENCIA ALGUNA PARA IR Á UNA Y Á OTRA FRIGIA Y Á LA PISIDIA

El Emperador Justiniano á Areobindo, *gloriosísimo Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Hallando nosotros el conveniente remedio para cada uno de los casos que siempre ocurren, después que ha pasado lo que se refiere á la conveniencia, nos constituímos de nuevo en nuestro anterior modo de ser, buscando medicina solamente para el que padece. Algo de esto quiere nuestra presente sacra ley. Pues habiendo sabido hace poco que en la Frigia y en la Pisidia tenían lugar ya insurrecciones populares, ya incursiones de ladrones, de tal modo que el cuidado de ello quebrantaba el gobierno civil, pusimos al frente tanto de ellas, como de la Licaonia y de la Lidia, una administración militar, nombrando duque ó biocolita al que fué designado para aquella región. Pero ahora se nos han dirigido los que habitan ambas Frigias y la Pisidia, para que se reprima lo que antes se cometía en ellas, diciendo que no se habían reprimido en aquellos lugares los latrocinios, ni se nutrían de hombres las provincias, y que no era soportable la carga de la magistratura creada por nosotros, porque los que le prestaban servicio invadían continuamente las provincias, y prendían á algunos, y les causaban perjuicios, y porque aquellos lugares estaban llenos de turbas militares; y que las provincias eran absolutamente inhabitables para ellos. Pues aun siendo los mismos jueces civiles suficientes por sí para la corrección de esto, y causando muchos de los que habitan las provincias perturbación en el sosiego de otros para abusar del auxilio de esta magistratura, prenden á inocentes, y se hace con ellos lo que no es justo.

Cap I

Haec saepius dicentes eos miserti (1), ad praesentem nostram sacram venimus legem, per quam sancimus, auferri de cetero quae dictae sunt a nobis provinciae (2) (dicimus Phrygiam salutarem et Phrygiam Pacatianam, et Pisidiam) de cingulo illo, quod tam ipsis, quam Lycaonis, et Lydis imposuimus olim, et nullam licentiam ex praesenti esse eis, qui eam habent administrationem, ita (3) in eis fieri provinciis, tanquàm dignitates habentes (4) aliquod cum eis participium, aut transmittere aliquem de officio suo aut aliter eis competentibus, et comprehendere aliquos. Sed neque eis licentiam esse (5), qui ex illis provinciis sunt, confugere ad unumquemque hanc habentem dignitatem, et querelam insinuare adversus invicem, sive pro pecuniariis, sive pro criminalibus fuerit, quod movetur, poenam metuentibus triginta librarum auri, utpote nobis omnem transitum ad dictas nobis provincias excludentibus his, qui per tempus habuerint dignitatem, aut his omnino, qui in eorum ordinem relati fuerint, ut neque praecepta in illis provinciis aut contra eos, qui in eis habitant, faciant, neque aliter sibi aliquid vindicabunt eorum, quae in his feruntur, sed contenti sint tam Lycaoniorum quam Lydorum provincia, in ipsis iubentes solis, tanquam si in principio istis duabus provinciis conclusissemus dignitatem eorum, nullum participium in Phrygiam utramque aut Pisidiam dantes ei. Omni enim ex hoc difficultate provincias liberamus illas (6), civilium iudicum dignas in omnibus tam pecuniariis quam criminalibus respicientium (7), scientibus his, quod, si quodlibet factum latrocinium aut iuvasionem in illis locis, aut abblationem rerum persequantur (8), et ablatum vindicent, ex ipsis suis facultatibus ex hoc datum dispendium curare necessitatem habebunt, tam in cingulo constituti, quam etiam post depositum illud. Itaque si vel tentaverit post praesens tempus, qui Lycaoniae et Lydiae militarem habet dignitatem, aut ipse ire ad praedictas nobis provincias, aut dirigere aliquos de suo officio, fiduciam damus episcopis civitatum prohibere eum, aut eos, qui ab eo destinati fuerunt, irruere volentes, et expellere de locis eos, utpote semel per praesentem sacram prohibitos legem; super quod et poenam XXX. librarum auri impositam tam ei, qui pro tempore habet cingulum, quam his, qui ei obedire deputati sunt, sive tale aliquid iubeat, aut ipsi praesumserint ministrare; et super hoc cinguli amissione periclitabunt et ipsius substantiae.

Epilogus

Tua igitur gloria, quae per praesentem nobis divinam legem sancita sunt cognoscens, faciet quidem decreta consequentia ipsis, edictis vero utetur et praeceptis ad eos, qui provincias moderantur, et

(1) miserati, *Bk.*
(2) provincias, *Bk.*
(3) aut, *Bk. ed. estereotipada.*
(4) dignitatem habentibus, *Bk. ed. estereotipada.*
(5) *Bk.*; Sed neque eis licentiam esse eis, *Cont.*

Capítulo I

Habiéndonos compadecido de los que repetidas veces decian esto, hemos venido á dar nuestra presente sacra ley, por la cual mandamos, que en lo sucesivo las provincias que han sido mencionadas por nosotros (nos referimos á la Frigia salubre, y á la Frigia Pacaciana, y á la Pisidia), sean eximidas de aquella magistratura, que en otro tiempo les impusimos tanto á ellas mismas como á las de Licaonia y de Lidia, y que desde el presente no tengan licencia alguna los que desempeñan esta magistratura para que de este modo sean nombrados en estas provincias unas como dignidades que tengan alguna participación con ellos, ó envíen á alguno de sus oficiales ó de los que de otra manera les estén subordinados, y prendan á otros. Mas tampoco tengan licencia los que son de aquellas provincias para recurrir á cualquiera que tenga esta dignidad, y para promover entre sí querella, ya fuere por causa pecuniaria, ya por otra criminal, la que se promoviere, temiendo la pena de treinta libras de oro, como quiera que le cerramos nosotros todo pase á las provincias dichas por nosotros á los que á la sazón tuvieren la dignidad, ó á los que en general hubieren sido comprendidos en el orden de los mismos, de suerte que no expidan mandatos á aquellas provincias ó contra los que en ellas habitan, ni de otro modo reivindiquen para sí cosa alguna de lo que en ellas se paga, sino que se contenten así con la provincia de Licaonia como con la de Lidia, mandando en ellas solas, como si desde un principio hubiésemos circunscrito á estas dos provincias la dignidad de ellos, no dándole ninguna intervención en ambas Frigias ó en la Pisidia. Porque libramos á estas provincias de toda dificultad proveniente de esto, siendo ellas dignas de jueces civiles que conozcan de todas las causas, tanto pecuniarias como criminales, teniendo éstos entendido, que si en aquellas localidades se hubiere cometido algún latrocinio ó invasión, ó no persiguieran el despojo de cosas, y reivindicaran lo quitado, tendrán la necesidad de resarcir con sus propios bienes el perjuicio causado con esto, tanto hallándose revestidos del cíngulo, como también después de haberlo dejado. Y así, si después del tiempo presente hubiere intentado el que tiene la dignidad militar en la Licaonia y en la Lidia ir á las provincias antes dichas por nosotros, ó enviar á algunos de sus oficiales, les damos facultad á los obispos de las ciudades para prohibírselo á él, ó á los que por él fueren enviados, que quieran penetrar, y para expulsarlos de aquellos lugares, como habiéndoseles prohibido ya por la presente sacra ley; además de lo que séales impuesta la pena de treinta libras de oro así al que á la sazón tiene el cíngulo como á los que fueron nombrados para prestarle obediencia, ya si él mandara alguna tal cosa, ya si los mismos se hubieren atrevido á servirle; y además de esto sufrirán la pérdida del cíngulo y de sus propios bienes.

Epílogo

Por tanto, al conocer tu gloria lo que por la presente divina ley nuestra ha sido sancionado, expedirá ciertamente los decretos á ello consiguiente, y se servirá de edictos y de mandamientos dirigidos

(6) liberamus, illas, *Cont.*
(7) civilibus iudicibus incedentibus in omnibus, tam pecuniis, quam crimina respicientibus, *Bk.*
(8) non persequantur, *Bk. ed. estereotipada.*

civitatum episcopos, ut et hanc per civitates proponant legem, et omnibus manifesta faciant, quae per eam nobis placuerunt occasionem (1).

Dat. VI. Id. Sept. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XXVI., post cons. BASILII V. C. anno XII. [553.]

CONST. CXXV (2)

UT LICEAT HEBRAEIS SECUNDUM TRADITAM LEGEM SACRAS SCRIPTURAS LATINE VEL GRAECE VEL ALIA LINGUA LEGERE, ET UT DE LOCIS SUIS EXPELLANTUR NON CREDENTES IUDICIUM VEL RESURRECTIONEM, AUT DICENTES, ANGELOS SUBSISTERE CREATURAM DEI (3)

Idem Augustus AREOBINDO *Pf. P.*

Praefatio

Necessarium quidem erat Hebraeos sacros audientes libros non solis litteris adhaerere, sed ad reconditas eis prophetias respicere, per quas magnum deum et salvatorem generis humani Iesum Christum annunciant. Sed etiamsi insensatis semetipsos interpretationibus tradentes a recta usque nunc aberraverunt gloria, tamen certare ad invicem discentes ipsos, non sustinuimus sine iudicio eis relinquere tumultum. Per has enim ipsorum, quae nobis adductae sunt, προχειρίσεων didicimus (4), quod quidam (5) solam habentes hebraicam vocem, et ipsa uti in sacrorum librorum lectione volunt, nec graecam tradere dignantur, et multum dudum tempus pro hoc ad invicem commoventur. Nos igitur huiusmodi discentes, meliores iudicavimus esse et graecam vocem ad sacrorum librorum lectionem tradere volentes, et vocem omnem simpliciter, quam locus aptiorem et magis cognitam audientibus facit.

Cap. I

Sancimus igitur, licentiam esse volentibus Hebraeis per synagogas suas, in quocunque Hebraei omnino loco sunt, per graecam vocem sacros libros legere convenientibus, vel etiam patria forte (italica hac dicimus) lingua, vel etiam aliorum simpliciter, una scilicet cum locis etiam lingua commutata, et per ipsorum lectionem (6), per quam clara sunt, quae dicuntur, convenientibus omnibus deinceps, et secundum haec vivere et conversari, neque fiduciam esse his, qui apud eos sunt, expositoribus, solam hebraicam tradentibus, malignari hanc, quemadmodum voluerint, multorum ignorantia suam ipsorum abscondentes malam consuetudinem. Veruntamen hi, qui per graecam legunt, septuaginta utantur traditione, quae omnibus certior est et prae aliis melior iudicata, praecipue propter quod circa interpretationem contigit, quia et (7)

(1) *Bk.*; occupationem, *Cont.*

(2) *El texto griego Novela CXLVI. se halla en Hal. y Soring.—Athan. III. 5. y Coll. const. eccl. III. 3. 5.—Bas. I. 1. 57.—Conoio fué el primero que publicó (1571.) una antigua versión latina, no glosada.*

(3) *La negación ó ha de ser añadida en estas últimas palabras, ó ha de ser repetida tomándola de las anteriores*

(4) *Enmienda Cram.*; dicimus, *Cont.*; discimus, *Bk.*

(5) *Bk.*; quidem, *Cont.*

(6) per ipsos lectione, *en lugar de* per ipsorum lectionem *se lee en Bk.*

(7) et, *parece que debe ser suprimida.*

á los que gobiernan las provincias, y á los obispos de las ciudades, para que expongan también en las ciudades esta ley y hagan manifiesto á todos lo que en esta ocasión nos ha parecido bien.

Dada en Constantinopla á 6 de los Idus de Septiembre, en el año vigésimo sexto del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, duodécimo después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [553.]

CONSTITUCION CXXV

DE QUE LES SEA LÍCITO Á LOS HEBREOS LEER CON ARREGLO Á LA LEY TRADICIONAL LAS SAGRADAS ESCRITURAS EN LATÍN Ó EN GRIEGO Ó EN OTRA LENGUA, Y DE QUE SEAN EXPULSADOS DE SUS LOCALIDADES LOS QUE NO CREEN EN EL JUICIO Ó EN LA RESURRECCIÓN, Ó LOS QUE DICEN QUE LOS ÁNGELES NO SUBSISTEN SIENDO CRIATURAS DE DIOS

El mismo Augusto á AREOBINDO, *Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Era ciertamente necesario que los hebreos, que oyen los sagrados libros, no solamente se atuvieran á su letra, sino que atendieran á las profecías recónditas en ellos, con las que anuncian á Jesucristo, Dios grande y salvador del género humano. Pero aunque entregándose ellos mismos á insensatas interpretaciones se apartaron del recto sentido hasta ahora seguido, sin embargo, sabiendo que entre sí contienden ellos no hemos tolerado dejarles sin correctivo su perturbación. Pues, por las relaciones que de las mismas cosas se nos han hecho hemos sabido, que algunos, poseyendo únicamente la lengua hebráica, se quieren servir también de ella en la lectura de los sagrados libros, y no se dignan emplear la griega, y desde hace mucho tiempo contienden entre sí por esto. Así, pues, informados nosotros de tales cosas, hemos juzgado que son mejores los que quieren emplear también la lengua griega para la lectura de los sagrados libros, y en general cualquiera lengua que la localidad hace que sea más apta y más conocida para los oyentes.

Capítulo I

Mandamos, pues, que tengan licencia los hebreos, que quieran, para leer en sus sinagogas á los congregados, en general en cualquier lugar en que hay hebreos, en lengua griega los sagrados libros, ó acaso también en la lengua patria (queremos decir, en esta de Italia), ó sencillamente también en la de otros, cambiándose, por supuesto, también la lengua juntamente con las localidades, y por la lectura de los mismos, por medio de la cual sean claras en lo sucesivo para todos los congregados las cosas que se dicen, vivan y conversen con arreglo á ellas, y no tengan facultad los que entre ellos son expositores, empleando solamente la lengua hebraica, para adulterarla como quisieren, ocultando su propia mala costumbre con la ignorancia de muchos. Mas los que leen en griego sírvanse de la versión de los setenta, que es la más cierta de todas y mejor juz-

per duos divisi, et per diversa interpretantes loca, tamen unam tradiderunt omnes compositionem.

§ 1.—Ad haec vero quis non horum virorum et illud admiretur, quia multo antiquiores salutari apparitione magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi constituti, tamen illam futuram tanquam videntes sacrorum librorum traditionem fecerunt, tanquam prophetiae gratia circumfulgente eos? Et haec quidem utantur (1) praecipue omnes. Sed non tamen tanquam (2) eis residuus excludere sanciverimus interpretationes, licentiam damus et Aquilae uti, etsi alienae tribus ille, et non competentem in aliquibus sermonibus habet cum septuaginta interpretatione dissonantiam. Eam vero, quae ab eis dicitur secunda editio, interdicimus omnimodo, utpote sacris non coniunctam libris, neque desuper traditam de prophetis, sed inventionem constitutam virorum ex sola loquentium terra, et divinum in ipsis habentium nihil. Et ipsas ergo sacras voces legant, codices ipsos respuentes, sed non abscondentes quidem, quae per eos dicta sunt, exterioribus vero traditis sine scriptis vanae vocis utentes, ad simpliciorum per ipsos excogitatis perditionem, ut hac data a nobis licentia neque damnis aliquibus subiiciantur omnino, qui graecam vocem et alias tradunt, neque ab alio quovis prohibeantur. Neque licentiam habebunt hi, qui ab eis maiores omnibus (3) archipherecitae, aut presbyteri forsitan, vel magistri appellantur, perinoeis aliquibus aut anathematismis hoc prohibere, nisi velint propter hos castigari corporis poenis, et insuper privationem facultatum nolentes sustinere, meliora vero (4) et deo amabiliora volentibus nobis et iubentibus.

Cap. II

Si quidam vero apud eos atheos (5) vanae novae vocis eloquia inferre praesumserint, aut resurrectionem et iudicium negare, aut facturam dei et creaturam angelos subsistere, hos et expelli volumus loco omni, et non relinqui vocem blasphemiae, et ita a dei simul lapsam notitia; praesumentes enim eos affari aliquid huiusmodi ultimis subdantur suppliciis, illato errore ex hoc Iudaeorum emendantes gentem.

Cap. III

Oramus vero eos aut per istam aut per illam linguam sacros libros audientes, servare quidem interpretantium malignitatem, non solas vero considerare litteras, sed rebus refici, et divinum veraciter intellectum accipere, ut et redoceri (6), quod melius est, et quiescere aliquando errantes, et in hoc ipso, quod est omnium καιριώτατον, peccantes, in deum spem dicimus. Propterea enim omnem eis vocem aperimus ad sacrorum librorum lectionem, ut omnes de cetero eorum accipientes scientiam doctiores ad melius fiant, re confessa constituta, paratiorem multo ad discretionem esse, et ad megada que las demás, principalmente por lo que se refiere á la interpretación, porque aun separados entre sí y haciendo la interpretación en diversos lugares dieron, sin embargo, todos una sola versión.

§ 1.—Además de esto ¿quién no admirara en aquellos varones también esto, que siendo muy anteriores á la saludable aparición de Jesucristo, Dios grande y salvador nuestro, hicieron, sin embargo, como viéndola futura, la tradición de los libros sagrados, como si los iluminara la gracia de la profecía? Y sírvanse, á la verdad, principalmente de esta todos. Pero, sin embargo, como si no determinaramos privarles de las demas interpretaciones, les damos licencia para servirse también de la de Aquila, aunque éste es de otra tribu, y tiene en algunos pasages no conveniente discordancia con la interpretación de los setenta. Mas prohibimos de todos modos la que por ellos se llama segunda exposición, como quiera que no está unida á los libros sagrados, ni fué transmitida de lo alto por los profetas, sino que es invención de hombres que hablan solamente de la tierra y que no tienen en sí mismos nada divino. Lean, pues, las mismas letras sagradas, rechazando los mismos códigos, pero no escondiendo ciertamente lo que por medio de ellos se ha dicho, y sirviéndose de exterioridades transmitidas meramente de palabra sin escritura, imaginadas por los mismos para perdición de los sencillos, de suerte que con esta licencia dada por nosotros no queden sujetos de ningún modo á quebranto alguno los que traducen á la lengua griega y á otras, ni sufran prohibición por parte de cualquiera. Y no tendrán licencia los que por ellos son llamados arquiferecitas mayores, ó quizá presbíteros, ó maestros, para prohibir esto con algunos ardides ó anatemas, á no ser que quieran ser por causa de ellos castigados con penas corporales, y sufrir además, sin querer, la privación de sus bienes, por querer y mandar nosotros lo mejor y lo más grato para Dios.

Capítulo II

Mas si algunos de entre estos ateos se hubieren atrevido á introducir escrituras de nuevas palabras vanas, ó á negar la resurrección y el juicio, ó que los ángeles subsisten siendo hechuras y criaturas de Dios, queremos que éstos sean también expulsados de todo lugar, y que no se tolere expresión de blasfemia, y que al mismo tiempo está de tal manera falta del conocimiento de Dios; pues los que se atrevan á decir alguna tal cosa serán sometidos á los últimos suplicios, enmendando con esto, en el error introducido, á la gente judía.

Capítulo III

Pero les rogamos á los que en esta ó en aquella lengua oigan los libros sagrados, que se guarden ciertamente de la maldad de los intérpretes, y no consideren solamente la letra, sino que se edifiquen con la realidad, y perciban en verdad la divina inteligencia, á fin de que se instruyan en lo que es mejor, y dejen de errar á veces y de pecar contra lo mismo que es lo más excelente de todo. queremos decir, contra la esperanza en Dios. Pues les dejamos expeditas para la lectura de los sagrados libros todas las lenguas, para que, adquiriendo todos en lo sucesivo el conocimiento de ellos se ha-

(1) *Bk.*; utuntur, *Cont.*
(2) Sed ne tamen, *Bk.*
(3) maiores omnibus, *omitelas Bk.*
(4) vero, *omitela Bk.*
(5) athes, *Bk.*
(6) *Parece que se debe leer* redocere.

lioris intentionem sacris innutritum libris, et parum quod desit habentem ad emendationem, quam scientem quidem horum nihil, solo vero cultus inchoatum nomine, et tanquam ancora retentum sacra, et doctrinam piam haeresis appellationem esse putantes (1).

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc praesentem piam legem declarata sunt, custodiet quidem tua gloria, et quod tibi obtemperat officium, servabit et qui pro tempore in eodem cingulo ordinabitur, et non permittet omnino Hebraeos praeter haec facere, sed insistentes et prohibere omnino nitentes corporalibus primum poenis subiiciens, exsilium incolere compellet, auferens et bona, ut non simul ipsi contra deum, sed et imperium audaciter insurgant. Utetur autem et praeceptionibus ad provinciarum praesides, praecipiens ipsis nostram legem, ut et ipsi hanc discentes proponant per civitatem unamquamque, scientes, quod haec observari utile erit his, qui nostram indignationem veriti fuerint.

Dat. Id. Febr. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XXVI. post Basilii V. C. cons. anno XII. [553.]

CONST. CXXVI (2)

DE RELIQUIS PUBLICIS NON EXIGENDIS ET DE DISCUSSIONE DIVERSARUM ACTIONUM

Idem Augustus Arebindo *Pf. P.*

Praefatio

Etsi expensam multam, nunc supra quam aliquando, reipublicae esse oportet, tantam magnitudinis praebitionem benignitate accipienti dei, et ad augmenti rationem superimpositos expugnanti barbaros, omnem tamen providemus vim, ut et expensarum non prohibita fiant, et nulla misericordiae species circa subiectos nostros relinquatur. Quanta igitur singulis interpellantibus nobis, et debita praetendentibus publica, et inopiam reddit ionis praeparate remuneramus, et qualiter nullus misericordiam petens sine actu a nostra recessit facie, hoc dicere non nostrum est, his, quae pro his scripta sunt, et ipsis, qui remunerationes acceperunt, attestantibus nobis. Sed quia modicum et imperio indignum est de singulis interpellantibus proprias aliquorum munerationes facere, aut etiam usque ad villas, aut civitates solas, aut in solas provincias nostram extendere misericordiam, et non magnum aliquid et commune de omnibus subiectis facere,

(1) putantem *sic lee en Godofredo, y parece más correcto.* — *N. del Tr.*

(2) *El texto griego (Novela CXLVII.) se halla en Hal. y Scrimg. — Concio fué el primero que publicó (1571) una antigua versión latina, no glosada.*

CONSTITUCION CXXVI

DE QUE NO SE HAYAN DE EXIGIR LOS ATRASOS PÚBLICOS Y DE LA DISCUSIÓN DE DIVERSAS ACCIONES

El mismo Augusto á Arebindo, *Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Aunque es menester que haga ahora más que otras veces muchos gastos la república, que por benignidad de Dios recibe tan grande aumento de grandeza, y que en relación á su aumento combate á los bárbaros que la rodean, proveemos, sin embargo, todos los medios para que los gastos se hagan sin dificultad y no se desatienda ninguna especie de misericordia para nuestros súbditos. Y no nos corresponde á nosotros decir cuántas deudas públicas y cuánta falta de pago hemos deliberadamente dispensado á cada uno de los que han recurrido á nosotros y nos las han expuesto, y cómo ninguno que nos haya pedido misericordia se ha retirado de nuestra presencia sin lograrla, pues nos lo atestiguan los escritos que hay sobre esto y los mismos que recibieron las liberalidades. Mas como es mezquino é indigno del imperio hacer particulares liberalidades á cada uno de los que la solicitan, ó aun extender nuestra misericordia á villas, ó á ciudades solas, ó á determinadas provincias, y no hacer alguna cosa grande y común para todos los súbditos,

Cap. I

propter hoc ad praesentes nostras venimus donationes, per quas sancimus, dimitti omnibus nostris subiectis reliqua omnino debita a praeterito circulo primae indictionis, et eius, et (1) in quam praecedentes nostras conclusimus donationes, usque adhuc currentem septimam indictionem et ipsam, ut sint viginti duo anni continui in nostros subiectos a nobis factae largitatis, et nulla reliqua exigi ex illo relata tempore. Haec vero dicimus non in his, quae in auro solum, sed etiam si argentum, aut triticum, aut quaedam alia species debita sit, et hoc quidem sive quod a subiectis debitum sit, sive ab Illyrica praefectura (2) aut sacrorum nostrorum thesaurorum, sive pro fructibus, sive pro residuis titulis quomodocunque inferendis ab eis. In commune enim omnibus nostris subiectis hanc nostram largitatem concedimus, ut nemo pro temporibus illis super eos reliquum inducat, qualemcunque faciens reliquorum exactionem, sive ab ipsis destinatus cingulis, aut qualitercunque publicam personam sibi vindicans, sive aliqua inferens praecepta aut deputationes, quoniam quidem et his, qui huiusmodi quid acceperint, et tanto continue non exigere (3) tempore, contra subiectos nostros auferimus exactionem, insuper et contra ipsum publicum. Qui enim debet continue tantum, vel negligens, vel sportulis magis et non principalibus factus, et neque ab eis, neque a publico accipiens, non in tempore deinde memoratur (4) deputationum, aut exinde exactionem inferre tentat (5). E contrario autem eum, qui huiusmodi aliquid facere praesumserit, tanquam nostris pestiferum repellimus donationibus, ut omnem de cetero repetitionis occasionem aut perinoeam auferri tam contra subiectos, quam contra publicum, et maiorem praevalere et ex hoc ἀπραγμοσύνην nostris subiectis. Quoniam autem et his perfruentur donationibus et quae sacris nostris privatis aut divino nostro patrimonio competunt possessiones, et neque contra colonos, neque contra locatores aut emphyteutas exactio fiscalium pro praedictis a nobis fiet temporibus aut ab his, qui publicum exigunt, aut palatinis ipsis, manifestum est. Haec vero dicimus de his, quae debentur adhuc, et apud nostros sunt subiectos. Si enim aliquid contigerit illis dare, et hoc apud curiales forsan, aut officiales, aut hypodectas, aut delegatores, aut apud hos, qui provinciarum sunt numerarii, remansit, hoc non comprehendimus, neque partem facimus praesentis nostrae donationis, sed servabitur publico, inutilissimo constituto, ut, quod a subiectis datum est, non fiscus accipiat, sed proprium aliorum lucrum fiat.

Cap. II

Hac vero nostra largitate excludimus et quae cauta sunt forsitan aut fideiussa publico a nume-

(1) et, *omitela Bk.*
(2) et hoc quidem sive sedt tuae a subiectis debitum sit, sive apud Illyrios praefecturae, *Bk.*

Capítulo I

hemos venido por esto á hacer nuestras presentes donaciones, por las que mandamos que se les dispense á todos nuestros súbditos absolutamente todos los atrasos debidos del pasado ciclo de la primera indicción, y de esta, á la cual limitamos nuestras precedentes condonaciones hasta esta misma séptima indicción corriente, de suerte que sean veintidós años continuos los de la liberalidad hecha por nosotros á favor de nuestros súbditos, y no se les exijan ningunos atrasos que se refieran á aquel tiempo. Pero esto lo decimos no solamente en cuanto á lo que fué debido en oro, sino también si se debió plata, ó trigo, ú otra cualquier especie, y ciertamente si la cosa fuera debida por los súbditos, ó por la prefectura de Iliria ó de nuestros sacros tesoros, ya por frutos, ya por otros títulos que de cualquier modo debieran ser pagados por ellos. Porque en general les concedemos esta nuestra liberalidad á todos nuestros súbditos, para que nadie les imponga con relación á aquellos tiempos el pago de atrasos, haciéndoles cualquiera exacción de atrasos, ya hubiera sido aquel enviado por los mismos magistrados, ya ostente de algún modo representación pública, ya sea portador de algunos mandatos ó de delegaciones, porque ciertamente que también á éstos que tales cosas hubieren recibido, y que por tan largo tiempo continuado no exigieron los cobros, les privamos que hagan exacción contra nuestros súbditos, y además también contra el mismo fisco. Porque el que solamente debe hacer exacción continuamente, ó es negligente, ó se mostró asiduo más bien por las espórtulas que por las deudas principales, y no las percibe ni de aquellos, ni del fondo público, no se ha de acordar en el tiempo posterior de las delegaciones, ó no ha de intentar hacer las exacciones del mismo. Mas por el contrario, al que se hubiere atrevido á hacer alguna cosa semejante lo rechazamos de nuestras donaciones como á apestado, de suerte que en lo sucesivo se le prive de toda ocasión ó ardid para reclamar tanto contra los súbditos, como contra el fisco, y resulte por ello mayor seguridad para nuestros súbditos. Mas como disfrutarán también de estas donaciones las posesiones que competen á nuestros sacros bienes privados ó á nuestro divino patrimonio, es manifiesto que ni contra sus colonos, ni contra sus arrendatarios ó enfitéutas se hará con relación á los tiempos antes dichos por nosotros la exacción de los tributos fiscales ó por los que cobran los tributos públicos, ó por los mismos palatinos. Mas esto lo decimos en cuanto á lo que se debe todavia y se halla en poder de nuestros súbditos. Porque si aconteciere que á ellos se les había dado algo, y que esto quedó en poder acaso de los curiales, ó de los oficiales, ó de los cobradores, ó de los delegados, ó en poder de los que son contadores de las provincias, esto no lo comprendemos, ni lo hacemos parte de nuestra presente donación, sino que se reservará para el fisco, siendo absurdísimo que no reciba el fisco lo que se dió por los súbditos, sino que se haga lucro propio de otros.

Capítulo II

Mas excluímos de esta nuestra liberalidad también aquello de lo que acaso se dió caución ó fianza

(3) continuo non exegere, *Bk.*
(4) memoretur, *Bk.*
(5) tentet, *Bk.*

rariis, aut arcariis, aut scriniariis; nihil enim neque his de aequa conferimus donatione, quia semel propria fecit et paene habet haec accipiens fiscus. De sacra vero hac largitate excipimus tam militares, quam foederaticas discussiones; ipsae enim non contingunt quidem nostros subiectos, iustam vero exactionem contra illos inferunt, qui non competenter de publico accipiunt, quanquam si occasione militaris vel foederaticae expensae contigerunt accipientes, tamen proprium hoc lucrum facientium. Et multo magis hac nostra excipimus (1) donatione civilium pecuniarum inquisitiones, et insuper operum discussiones, tam quae in hac felicissima civitate, quam in aliis (2) provinciis, quoniam non est iustum, tanto a nobis emisso auro pro occasione munitionis reipublicae, administrantes quidem lucrum iniustum habere, fraudari vero loca nostra largitate aut debita eis munitione, aut civitates pecuniis, quae ad ornatum earum divisae sunt, defraudari. Quia vero, etsi malignantes omnino odimus, sed nostras tamen humanitates oblivisci nullo possumus modo, propterea sancimus, quae a nobis in quibusdam capitulis facta exceptio est, locum habere super his, quae nuper transiit, primae iudictionis temporibus, hanc vero dicimus sedecim pridem annis factam. De his enim, quae praecedunt temporibus, simplicem et generalem omnibus continue nostram humanitatem concedimus, nullam exceptionem in ea facientes, ut communem omnes homines perfruantur securitatem, et nullam reliquorum exactionem ex qualibet occasione ex illis procedere temporibus. Hanc nos quidem subiectis humanitatem concedentes, deo magno offerre actum existimavimus oportere, ut omnes his perfruentes bonis gratias pro imperio confiteantur magno deo, qui et hunc nobis in mentem actum immiserit.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarantur legem, ea studeto tua excellentia ad opus adduci, et servari festinet.

Dat. XVII. Kal. Mai. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XXVIII., post. cons. Basilii V. C. ann. XIII. [554.]

NOVELLA CXLVIII (3)

DE REMISSIONE RELIQUORUM PUBLICORUM

Praefatio

Quantam providentiam et diligentiam circa res communes statim ab initio imperii nostri adhibuerimus, traditae nobis a deo reipublicae curam gerentes, ex iis, quae iam geasimus, omnibus manifestum fecimus. Quum enim fiscum multis debitis oneratum et ad ultimam paupertatem redactum

(1) *Bk.*; excepimus, *Cont.*
(2) aliis, *omitela acertadamente Bk.*
(3) *Esta Novela CXLVIII., de Justino, la inserta aquí en este lugar Hal., y Scrimg. la pone como primera entre las de Justino.—Athan. XX. 6.—No queda antigua versión latina.*

al fisco por los contadores, ó cajeros, ó empleados de secretarías; porque tampoco á éstos les concedemos nada por igual donación, porque el fisco una vez que recibio estas cosas se las apropia y casi las tiene en su poder. Mas exceptuamos de esta sacra liberalidad lo destinado tanto á los militares como á los federados; porque ello no afecta ciertamente á nuestros súbditos, sino que determina justa exacción contra los que incompetentemente lo perciben de los fondos públicos, aunque si acontece que lo reciben con ocasión de gasto militar ó de los federados, hacen, sin embargo, suyo propio este lucro. Y con mucha más razón exceptuamos de esta donación nuestra las reclamaciones de cantidades civiles, y además lo destinado á obras, tanto en esta felicísima ciudad como en las otras provincias, porque no es justo que, habiéndose gastado tanto dinero por nosotros con ocasión de la defensa de la república, tengan ciertamente los administradores este injusto lucro, y sean las localidades defraudadas de nuestra liberalidad ó de la defensa que les es debida, ó que las ciudades sean privadas de las cantidades que les fueron destinadas para su ornato. Mas como aunque en absoluto odiamos á los que obran mal, no podemos, sin embargo, olvidar de ningún modo nuestra humanidad, mandamos por lo mismo, que la excepción que respecto á ciertos capítulos se hizo por nosotros tenga aplicación á los tiempos de la primera indicción, que hace poco transcurrió, queremos decir, la transcurrida dieciseis años antes. Pues respecto á los tiempos que precedieron les concedemos á todos para lo sucesivo nuestra simple y general liberalidad, no haciendo en cuanto á ella excepción alguna, á fin de que todos los hombres disfruten de común seguridad, y no sea procedente con tal ocasión exacción alguna de atrasos relativos á aquellos tiempos. Y ciertamente que al hacer á nuestros súbditos esta liberalidad hemos estimado que debíamos ofrecer á Dios grande lo hecho, para que disfrutando todos de estos beneficios le dieran gracias por el imperio á Dios grande, que nos infundió en la mente este acto.

Epilogo

Por tanto, procure tu excelencia que sea llevado á ejecución, y cuide de que se guarde, lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Mayo, en el año vigésimo octavo del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, décimo tercero después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [554.]

NUEVA CONSTITUCION CXLVIII

DE LA CONDONACIÓN DE LOS ATRASOS EN LAS CONTRIBUCIONES PÚBLICAS

Prefacio

A todos hemos hecho manifiesto con lo que ya hemos ejecutado cuánta previsión y diligencia hemos mostrado desde el comienzo de nuestro imperio por los intereses comunes, cuidando de la república que nos fué encomendada por Dios. Porque habiendo hallado el fisco gravado con muchas deu-

invenerimus, in nos debita illa recepimus, onere magnaque difficultate illum liberantes. Rem quoque militarem, quae rerum necessariarum penuria iam diffluxerat, ita ut respublica barbarorum invasionibus infinitisque incursionibus affligeretur, quoad eius facere potuimus, decente emendatione dignati sumus. Verum non in his solum circa subditos tutelam subsistere debere putavimus, sed et alterius cuiusdam clementiae subditos participes faciendos, eosque a reliquis fisco debitis liberandos esse existimavimus.

Cap. I

Communem igitur etiam hanc nostram benignitatem ad omnes extendentes residua praeteriti temporis usque ad octavam atque ipsam praesentis cycli indictionem, quae a subditis fisco debentur, indulgemus, et sancimus, ut nulla fiat exactio eorum, quae in reliquis usque ad dictam indictionem debentur, sive generalem, sive specialem gloriae tuae mensam spectant, vel magistratum sacri apud Illyricos praetorii, vel gloriosissimi Iustinianei praefecti numerorum militarium in Mysia et Scythia, vel etiam sacrorum nostrorum thesaurorum, vel sanctissimi nostri aerarii, vel sacri patrimonii, vel magnificentissimi curatoris domuum, sed quidquid tam in auro quam argento aliisque speciebus debetur, hoc omnibus debitoribus remittatur, ut neque ab agricolis, neque a conductoribus, neque ab emphyteutis, neque a possessoribus reliqua fisco debita usque ad dictam indictionem et ipsam exigantur.

Cap. II

Ab hac autem liberalitate nostra militares et foederatorum discussiones excipimus. Hae enim subditos omnino non tangunt, nisi illos et solos, qui a fisco pecunias acceperunt, et in lucrum suum converterunt, quae militaribus ordinibus vel foederatorum data sunt a fisco dicta. Verum quidem si quae apud eos, qui susceptores, vel exactores, vel exceptores dicuntur, vel in auro, vel in argento, vel aliis speciebus solvenda a subditis soluta inveniuntur, et ipsa exigentur, dictisque a nobis magistratibus, quibus convenit, solventur. Pari autem modo reliquos omnes, qui a subditis nostris aurum vel aliud quid in dictis a nobis indictionibus acceperunt, neque id fisco solverunt, si eos id solvere par erat, a praesente donatione nostra excipimus, ut illud fisco vel etiam quibus convenit solvant. Subditorum enim miserati hac eos humanitate dignamur, non autem eorum, qui ab ipsis publicas pecunias acceperunt, fiscum vero privare volunt sive illos, ubicunque sunt constituti. Manifestum autem est, si quidam hanc nostram liberalitatem praesentientes pro indultis reliquis fraude quadam a subditis nostris cautionem vel constituta acceperint, vel etiam ad privatos usus converterint, vel aliud quid eius generis ad circumscriptionem meditati esse vel fecisse videantur, nullam eos utilitatem ex iis habituros, sed cautiones illis reddituros esse, a quibus eas acceperunt. Omnes autem deo et nobis gratias agent, illi quidem, qui residua debent, quod horum remissione et clementia digni habiti sint, hi vero, qui residuorum nomine nihil debent, quod liberati sint cura custodiendi apochas, ne illi, quibus saepe accidit, ut pro iisdem temporibus molestia afficiantur, rursus vero ζυγο-

das y reducido á extrema pobreza, echamos sobre nosotros aquellas deudas, librándolo de su carga y de grande dificultad. Y también nos dignamos poner, en cuanto pudimos hacerlo, el conveniente correctivo á los asuntos militares, que ya se relajaban por la penuria de las cosas necesarias, de tal suerte, que la república se veía afligida por las invasiones y las infinitas correrías de los bárbaros. Mas no solamente á esto hemos creído que debíamos limitar el cuidado por nuestros súbditos, sino que hemos juzgado que también debíamos hacer á los súbditos partícipes de otra cierta clemencia, y librarlos de los atrasos debidos al fisco.

Capítulo I

Así, pues, extendiendo á todos también esta nuestra común benignidad, condonamos los atrasos del tiempo pasado hasta esta misma octava indicción del pasado ciclo, que por los súbditos se le deben al fisco, y mandamos que no se haga exacción alguna de lo que por atrasos se debe hasta dicha indicción, ya si afectan á la caja general, ya si á la especial de tu gloria, ó á la magistratura del sacro pretorio de Iliria, ó del gloriosísimo prefecto Justinianeo de los cuerpos militares de la Misia y de la Scitia, ó también á la de nuestros sacros tesoros, ó de nuestro santísimo erario, ó del sacro patrimonio, ó del muy magnífico administrador de las casas; sino que á todos los deudores se les condone todo lo que se adeude tanto en oro, como en plata, y en otras especies, de suerte que ni á los agricultores, ni á los arrendatarios, ni á los enfitéutas, ni á los poseedores se les exijan los atrasos debidos al fisco hasta la misma dicha indicción.

Capítulo II

Mas de esta liberalidad nuestra exceptuamos lo destinado á gasto de los militares y de los federados. Porque esto no afecta de ningún modo á los súbditos, sino á aquellos solos que del fisco recibieron cantidades y aplicaron á su propio lucro lo que se ha dicho que fué dado por el fisco para los cuerpos de militares ó de federados. Pero si verdaderamente se halla pagado en poder de los que se llaman cobradores, ó exactores, ó recaudadores, lo que en oro, ó en plata, ó en otras especies se ha de pagar por los súbditos, exíjase esto, y entréguese les á los magistrados dichos por nosotros, á quienes compete. Y de igual modo exceptuamos de nuestra presente donación á todos los demás, que en las indicciones dichas por nosotros recibieron de nuestros súbditos oro ú otra cualquiera cosa, y no la entregaron al fisco, si era obligado que ellos la entregaran, á fin de que se la entreguen al fisco ó también á quienes corresponde. Porque les concedemos esta liberalidad á los súbditos habiéndonos compadecido de ellos, mas no de los que de ellos mismos recibieron caudales públicos, y quieren privar de estos al fisco ó á los que en algún punto se hallan establecidos. Pero es manifiesto, que si presintiendo algunos esta nuestra liberalidad hubieren recibido de nuestros súbditos por virtud de algún fraude caución ó consignaciones por los atrasos perdonados, ó hubieren aplicado estos á sus usos particulares, ó pareciera que para defraudar meditaron ó hicieron alguna otra cosa de esta clase, no habrán de tener ellos por esto ninguna utilidad, sino que les habrán de devolver las cauciones á aquellos de quienes las recibieron. Mas todos darán gracias á Dios y á nosotros, los que deben los atrasos, porque

χλιπτήσαντες usque ad octavam indictionem accedant, id habentes, ut sine cura sint, quo inter omnes merito hoc nostrum donum distribuatur.

fueron considerados dignos de su condonación y de clemencia, y los que nada deben en concepto de atrasos, porque fueron librados del cuidado de custodiar las ápocas, para que aquellos, á quienes con frecuencia acontece que son molestados por razón de los mismos tiempos, no vayan á pagar de nuevo como el que por hurto hubiere perdido alguna cosa, teniendo hasta la octava indicción la seguridad de que con razón se distribuirá entre todos este donativo nuestro.

Epilogus

Quae igitur a nobis sancita et sacra hac pragmatica sanctione declarata sunt, illa gloria tua litteris utens in hac regia urbe omnibus manifesta faciat (1).

Epilogo

Por tanto, haga tu gloria manifiesto á todos en esta real ciudad, valiéndose de cartas, lo que por nosotros ha sido sancionado y declarado en esta sacra pragmática sanción.

NOVELLA CXLIX (2)

UT PRAESIDES PROVINCIARUM GRATIS FIANT EX SUPPLICATIONIBUS ET PIISSIMORUM EPISCOPORUM ET POSSESSORUM ET INCOLARUM PROVINCIARUM AD PIISSIMUM IMPERATOREM FACTIS, UT IS, QUI NOMINATUS EST, FISCO CAVEAT; SI VERO HOC FACERE DIFFERANT, UT NEMO IN PRAESIDEM EXSURGAT, SI QUIDQUAM CIRCA TRIBUTA FECERIT

NUEVA CONSTITUCION CXLIX

DE QUE LOS PRESIDENTES DE LAS PROVINCIAS SEAN NOMBRADOS GRATUITAMENTE POR VIRTUD DE SÚPLICAS DE LOS PIADOSÍSIMOS OBISPOS Y DE LOS POSEEDORES Y DE LOS HABITANTES DE LAS PROVINCIAS, DIRIGIDAS AL PIADOSÍSIMO EMPERADOR; DE QUE DÉ CAUCIÓN AL FISCO EL QUE FUÉ NOMBRADO; Y DE QUE SI DIFIRIESEN HACER ESTO, NADIE SE VUELVA CONTRA EL PRESIDENTE, SI RESPECTO Á LOS TRIBUTOS HICIERE ALGUNA COSA

Praefatio

Reipublicae a deo nobis traditae curam gerentes, operamque dantes, ut subditi nostri in omni iustitia vivant, unum hunc finem ab initio nobis proposuimus, ut omne, si quid antea imperfectum erat et confusum, id et emendaretur et perfectum redderetur. Quare quum cogitaremus, quomodo tam fiscus, quam subditi indemnes et illaesi constituerentur, id nos facile obtenturos intelleximus, si efficeremus, ut praesides provinciarum gratis magistratum suscipientes et fisco cautionem praestantes, recte et legitime omnibus uterentur, atque omni et iniustitia, et lucri turpis aliasque etiam prohibiti abstinerent.

Prefacio

Cuidando de la república que por Dios nos fué encomendada, y procurando que nuestros súbditos vivan en plena justicia, nos propusimos este único fin desde un principio, que cualquiera cosa, que antes era imperfecta y confusa, fuese enmendada y hecha perfecta. Por lo cual, pensando cómo se dejaría indemnes é ilesos tanto al fisco como á los súbditos, entendimos que esto lo obtendríamos fácilmente, si hiciéramos que, recibiendo los presidentes de las provincias gratuitamente la magistratura y prestándole caución al fisco, se sirvieran de aquella en todo recta y legítimamente, y se abstuvieran de toda injusticia, y de lucro torpe y también de otro modo prohibido.

Cap. I

Ne igitur peregrini quidam provincias ingressi eas iniuria afficiant, nos vero propter frequentes interpellationes illorum causa factas, molestias sustineamus, hortamur cuiusque provinciae sanctissimos episcopos, atque eos, qui inter possessores et incolas principatum tenent, ut per communem supplicationem ad potentiam nostram eos deferant, quos ad administrationem provinciae suae idoneos existiment. His enim insignia magistratus gratis tradituri sumus, atque publicum canonem se illaturos caveant, significantes ipsis, ne quid faciant, quod legibus repugnet, nec quidquam vi a subditis extorqueant, sed contenti annonis suis, publicorum tributorum exactioni invigilent, illisque, qui in piis illationibus religiosi sunt, mansuete simul et paterne se praebeant, a contumacibus autem severius exigant, nullum omnino in hoc privatum lucrum auferentes. Nihilo minus vero etiam omnibus litigantibus aequitatem et iustitiam eos tribuere, eosque celeriter dimittere oportet ad leges re-

Capitulo I

Así, pues, á fin de que entrando algunos extranjeros en las provincias no las abrumen con injusticias, y nosotros no soportemos molestias por frecuentes reclamaciones hechas por causa de aquellos, exhortamos á los santísimos obispos de cada provincia, y á los que tienen primacía entre los poseedores y los habitantes, para que por medio de súplica común indiquen á nuestra potencia los que estimen que son idóneos para la administración de su provincia. Porque les habremos de entregar gratuitamente á éstos las insignias de la magistratura, y darán caución de que ellos pagarán el cánon público, significándoles á los mismos que no hagan nada que pugne con las leyes, ni arranquen con violencia cosa alguna á los súbditos, sino que, contentos con sus propias annonas, vigilen la exacción de los tributos públicos, y se muestren al mismo tiempo que apacible también paternalmente á los que son religiosos para los piadosos pagos, pero se los exijan con más severidad á los contu-

(1) *No se ha conservado la indicación de la fecha.—Biener dice que esta constitución es de Justino, del año 566 ó 567.*

(2) *Esta Novela CXLIX. es de Justino.—No se halla su texto griego en Hal., y la publica Scrimg. entre las Novelas de Justino con el número cuatro.—No queda antigua versión latina.*

spicientes, ne et sumtibus et longinquitate temporis eos atterant; imminere vero etiam delinquentibus, et secundum leges poenas illis infligere, omnemque iustitiam ostendere.

Cap. II

Non solum autem illis haec praecipimus, sed et cuiusque magistratus assessoribus, reliquisque, qui illis ministrant. Si quis enim eorum vel circa tributorum exactionem negligens sit, vel damnis, aut iniuriis subditos nostros afficiat, et facultatibus privabitur, et maximis suppliciis subiicietur. Nobis enim deo duce unum quoddam est studium, ut provinciae et bonis legibus utantur, et secure habitentur, atque praesidum iustitia fruantur, et publica tributa promte inferantur. Neque enim aliter respublica, nisi piis tributis illatis, servari potest, ex quibus exercitus quidem quae assignata ei sunt accipiens hostibus resistit, et a barbarorum incursione et improbitate subditos liberat, agros vero etiam et civitates a latronum aliasque inordinatam vitam sectantium iniuriis et invasione defendit, fruuntur vero etiam reliquae cohortes commodis iis deputatis, muri et urbes instaurantur, publicarum balnearum calefactiones procedunt, theatrorum etiam cura, et alia, quae ad subditorum utilitatem inventa sunt, ut ab illis collata partim in ipsos, partim etiam propter eos expendantur et erogentur, nobis vero omnino nihil, nisi illarum rerum curam exinde habere contingat, licet et hanc non sine mercede, quum magnus deus et servator noster Iesus Christus magnitudine clementiae suae multis nos bonis propter hoc etiam remuneretur.

Cap. III

Nos igitur haec omnia illis, qui in provinciis sunt, praedicantes, et quae nostra erga subditos sit clementia hoc ipso ostendentes, magis propitium et benevolum deum habebimus, quum indemnitatis subdidorum tantam curam agamus. Si vero hanc nostram benignitatem consecuti in magistratuum electione erraverint, neminem omnino, nisi se ipsos accusabunt. Quod si vero etiam differant illos eligere, et ad nos referre, non iuste amplius eos accusabunt, qui hinc in provinciis missi sunt, et propter tributorum collectiones omnia facere instituerunt, neque nos in posterum passuri sumus, ut illi nos adeant, eosve accusent. Qui enim potestatem a nobis eligendi praesidem acceperunt, ut magistratu gratis accepto publica tributa inferant, ipsique ab illis nulla iniuria afficiantur, hi, si circa eorum electionem negligentes sint, plane tolerandi non erunt, quando de iis conqueruntur, nobisque interpellationibus contra eos molesti sunt. Dilatione vero nemo plane in solvendis publicis tributis utetur, non sacra domus, non sanctissima ecclesia, non venerabile ptochium vel monasterium, sed nec maior aut minor quaedam persona. Neque vero curiales, neque eos, qui exceptores vocantur, neque reliquos, quibus publicorum tributorum cura

maces, no sacando de esto absolutamente ningún lucro privado. Pero es menester además que ellos, atendiendo á las leyes, concedan á todos los litigantes equidad y justicia, y que los despachen con celeridad, para no abrumarlos con gastos y con larga duración de tiempo; y que amenacen también á los delincuentes, y les inflijan penas con arreglo á las leyes, y hagan ostentación de entera justicia.

Capítulo II

Mas no solamente á ellos les mandamos esto, sino también á los asesores de cualquier magistrado, y á los demás que les sirven. Pues si alguno de ellos fuera negligente en la exacción de los tributos, ó les causara á nuestros súbditos daños ó injurias, será privado de sus bienes, y sometido á los mayores suplicios. Porque, bajo los auspicios de Dios, tenemos este único empeño, que las provincias se sirvan de buenas leyes, y sean con seguridad habitadas, y disfruten de la justicia de los presidentes, y en ellas se paguen prontamente los tributos públicos. Porque no se puede conservar de otro modo la república, sino habiéndose pagado los piadosos tributos, por virtud de los que el ejército, habiendo recibido ciertamente lo que le está asignado, resiste á los enemigos, y libra á los súbditos de las correrías y de la maldad de los bárbaros, y defiende también los campos y las ciudades de las injurias y de la invasión de ladrones y de los que siguen otro género de vida desordenada, y disfrutan además las otras cohortes de los provechos á ellas asignados, se restauran las murallas y las ciudades, se hacen las calefacciones de los baños públicos, se cuida también de los teatros y de lo demás que se ha inventado para utilidad de los súbditos, de suerte que lo pagado por ellos se invierta y se gaste, parte en ellos mismos, y parte también á causa de ellos, y á nosotros no nos corresponda tener de ello nada absolutamente, sino el cuidado de estas cosas, aunque tampoco éste sin retribución, porque Jesucristo, Dios grande y Salvador nuestro, nos remunera también por ello con muchos bienes por la magnitud de su clemencia.

Capítulo III

Así, pues, nosotros comunicándoles todas estas cosas á los que se hallan en las provincias, y mostrándoles con esto mismo cuál sea nuestra clemencia para los súbditos, tendremos más bien propicio y benévolo á Dios, porque tenemos tanto cuidado de la indemnidad de los súbditos. Pero si los que alcanzaron esta benignidad nuestra hubieren errado en la elección de los magistrados, no acusarán absolutamente á nadie, sino á sí mismos. Mas si también difirieran elegirlos, é indicárnoslos, tampoco acusarán con justicia á los que de aquí fueron enviados á las provincias, y determinaron hacerlo todo por causa de la recaudación de los tributos, ni habremos de consentir nosotros en lo sucesivo que ellos recurran á nosotros, ó los acusen. Porque los que de nosotros recibieron la potestad de elegir presidente, para que obteniendo gratuitamente la magistratura ingresen los tributos públicos, sin que por ellos sean molestados con ninguna injuria, estos, si fueran negligentes para la elección de aquéllos, no habrán de ser ciertamente tolerados cuando se querellen de aquéllos, y nos molesten con reclamaciones contra los mismos. Mas nadie ciertamente empleará dilaciones para pagar los tributos públicos, ni la sacra casa, ni la santísima iglesia, ni

incumbit, periculo exinde veniente eximimus. Quae enim in commune omnibus prosunt, haec illorum iniusto proposito, qui erga fiscum improbi esse volunt, praeferimus.

Epilogus

Ut vero ea, quae recte nobis placuerunt, omnibus manifesta fiant, celsitudinem tuam quum in felici hac urbe, tum in provinciis sacrum hoc edictum in publicis cuiusque civitatis locis proponere iubemus, ut neminem providentia a serenitate nostra quum pro fisco, tum et pro subditorum indemnitate inventa fugiat.

Dat. XV. Kal. Febr. Constantinop. imp. DN. Iustini PP. Aug. ann. IV., post cons. eiusdem ann. II. [569.]

NOVELLA CL (1)

DE RAPTIS MULIERIBUS, QUAE RAPTORIBUS NUBUNT (2)

(Auth. const. CXXXII. Coll. IX. tit. 13.)

Imperator Iustinianus *Augustus* Areobindo (3), *gloriosissimo Praetoriorum Praefecto, Expraefecto almae urbis et Exmagistro militum.*

Legis interpretationem culmini tantum principali competere nemini venit in dubium, quum promulgandae quoque legis auctoritatem (4) sibi vindicet eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, sive iam desponsatae fuerint vel maritis coniunctae, sive non, vel etiam si viduae sint, legem antea posuisse, et capitis subiecisse supplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum, nec non alios, qui eis auxilium tempore invasionis contulisse noscuntur, et non tantum parentibus mulierum, verum etiam consanguineis, et tutoribus, et curatoribus huiusmodi dedisse per eandem legem vindictam, et praesertim (5) poenis locum dedisse, si iam nuptae vel desponsatae mulieres rapiantur, quum non solum raptus mulieris, verum etiam adulterium per huiusmodi temeritatem committitur. Et super alias poenas raptoris etiam, nec non aliorum, qui cum eo fuerint (6), patrimonium raptae mulieri vindicari per eandem legem praecipimus, ut dotis etiam marito legitimo dandae copia per raptoris ei ministretur substantiam. Illo quoque specialiter adiecto, ut nulla sit mulieri vel virgini raptae licentia raptoris eligere matrimonium, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) legitimo matrimonio copulari, nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptae permissa raptoris se coniungere matrimonio. Sed parentes etiam, si tali consenserint matrimonio, deportari praecipimus. Sed mirati sumus, quod consti sunt aliqui dicere, raptam mulierem, sive volentem sive nolentem, etsi raptoris matrimonium contra nostrae constitutionis tenorem amplexa sit, debere tamen eam raptoris habere substantiam vel quasi legis prae-

un venerable hospicio de pobres ó monasterio, ni una cualquiera persona, mayor ó menor. Y no eximimos de la responsabilidad de aquí proveniente á los curiales, ni á los que se llaman recaudadores, ni á los demás á quienes incumbe el cuidado de los tributos públicos. Porque lo que en común aprovecha á todos lo anteponemos al injusto propósito de los que quieren no ser probos respecto al fisco.

Epilogo

Mas para que se haga manifiesto á todos los que nos ha parecido bien, mandamos que tu excelsitud exponga tanto en esta felicidad, cómo en las provincias, este sacro edicto en los lugares públicos de cada ciudad, á fin de que para nadie pase desapercibida la determinación hallada por nuestra serenidad así en interés del fisco, como también en pró de la indemnidad de los súbditos.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Febrero, en el año cuarto del imperio del señor Justino, Augusto perpétuo, segundo después del consulado del mismo. [569.]

NUEVA CONSTITUCION CL

DE LAS MUJERES RAPTADAS, QUE SE CASAN CON LOS RAPTORES

(Constitución auténtica CXXXII. Colección IX. título 13.)

El Emperador Justiniano, *Augusto, á* Areobindo, *gloriosísimo Prefecto de los Pretorios, Exprefecto de la alma ciudad y Exmaestre militar.*

A nadie le ocurre dudar que la interpretación de la ley le compete solamente á la alteza del príncipe, puesto que la eminencia del mismo reivindica para sí la autoridad también para promulgar la ley. Y así recordamos haber establecido antes, respecto al rapto de mujeres, ya estuvieren desposadas ó unidas á maridos, ya no, ó también si fueran viudas, una ley, y haber sujetado al suplicio capital no solamente á los raptores, sino también á sus acompañantes, y á los demás que se sabe que les prestaron auxilio al tiempo del rapto, y haberles concedido por la misma ley acción para tal castigo no solamente á los ascendientes de las mujeres, sino también á sus consanguíneos, y á los tutores y á los curadores, y haber dado principalmente lugar á las penas, si las mujeres fueran raptadas estando ya casadas ó desposadas, puesto que con tal temeridad se comete no solamente rapto de mujer, sino también adulterio. Y además de las otras penas mandamos por la misma ley, que también se reivindicase para la mujer raptada el patrimonio del raptor, y de los demás que con él hubieren estado, de suerte que también al marido legítimo se le diese posibilidad de que se le entregue la dote, de los bienes del raptor. Habiéndose agregado especialmente también esto, que no tuviera licencia alguna la mujer ó la vírgen raptada para elegir su matrimonio con el raptor, sino para unirse en legítimo matrimonio con quien quisieren sus ascendientes, (excepto con el raptor), no concediéndosele de ningún modo ni en ningún tiempo licencia á la mujer raptada para unirse en matrimonio con el raptor. Pero aun mandamos que los ascendientes fueran depor-

(1) *Esta Novela latina fué insertada dos veces en el Cuerpo de las 168 Novelas. Véase la página 493.*
(2) *El cód. Hamb., Trid., y Port.;* De muliere raptum passa, *Cont.*
(3) *En el códice manuscrito Ranconet. de Iulian. y en la Coll. Ans. ded. va dirigida esta Constitución á Leon, prefecto de Italia.*
(4) *El cód. Hamb.;* fortunae, *adicionan las ed.*
(5) *El cód. Hamb.;* praescriptis, *las ed.*
(6) fuerant, *el cód. Hamb.*

mium, vel ex testamento forte, si hoc etiam factum esse contigerit. Qui enim talia dicere praesumserunt, hi praedictae legis seriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale siare matrimonium etsi rapta voluerit, prohibuimus, et ob hoc parentes raptae mulieris deportationis subiecimus poenae, si huiusmodi consenserint matrimonio, quomodo raptas mulieres raptorum eligentes connubium praemiis honorassemus raptae datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem vel in posterum resecantes, priorem legem per praesentem (1) interpretari censuimus. Sancimus itaque, si rapta mulier, cuiuscunque sit conditionis vel aetatis, raptoris nuptias eligendas esse censuerit, parentibus praesertim non consentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex testamento raptoris hereditatem suscipere, vel quocunque modo substantiam vindicare, sed praemium, quod per legem nostram raptae mulieri datum est, ut raptoris, et eorum, qui ei auxilium tempore invasionis praebuerint, bona vindicet, hoc ad parentes, si ambo vel unus supersit, qui nuptiis specialiter non probantur consensisse, ex tempore raptus ipso iure transferri, et patrimonium raptoris non raptam iam habere mulierem, quae coniugio se raptoris inquinare non piguit, sed in personas transferri, quas superius nominavimus, eius (2) non consentientes coniugio. Nam nefarios huiusmodi coitus poenis corrigi, non praemiis honorari convenit. Quodsi parentes iam decesserunt, vel huiusmodi sceleri consenserunt, substantia raptoris, nec non et aliorum, qui facinoris fuerunt (3) participes, fisci viribus (4) vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo casibus, verum in praeteritis etiam valere sancimus, tanquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali a nobis promulgata fuisset, pater (5) cariissime atque amantissime. Quae igitur per hanc legem nostra statuit aeternitas (6), tua celsitudo effectui mancipari, observarique praecipiat.

Dat. XII. Kal. Iun. imp. DN. Iustiniani ann. XXXVII., post Basilii V. C. cons. ann. XXII. [563.]

NOVELLA CLI (7)

NE CURIALIS VEL COHORTALIS SINE IMPERIALI IUSSU PRAEFECTIS INSINUANDO SISTATUR AUT IN IUS VOCETUR

Idem Imperator Ioanni, *gloriosissimo Praefecto Praetorio.*

Praefatio

Suggestio nobis missa est excellentiae tuae, di-

(1) *El cód. Hamb.*; priorem per praesentem legem, *se les en las ed.*
(2) *El cód. Hamb., y Trid.*: ei. *Port., y Cont.*
(3) *El cód. Hamb.*: fuerint, *las ed.*
(4) *Bk.*: iuribus, *Trid., Port., y Cont. En el cód. Hamb. no se puede ver claro nada.*

tados, si hubieren consentido tal matrimonio. Mas nos maravilla que algunos hayan intentado decir que la mujer raptada, ya con su voluntad, ya no queriendo, aunque haya contraído matrimonio con el raptor contra el tenor de nuestra constitución, debía, sin embargo, tener ella los bienes del raptor ó como premio de la ley, ó acaso por virtud de testamento, si aconteciere que también se hizo éste. Porque los que se atrevieron á decir tales cosas no pudieron entender el alcance de la susodicha ley. Porque los que hemos prohibido que subsista tal matrimonio, aunque lo hubiere querido la raptada, y por esto sujetamos á la pena de la deportación á los ascendientes de la raptada, si hubieren consentido tal matrimonio, ¿cómo habríamos de honrar á las mujeres raptadas, que eligen matrimonio con los raptores, con los premios dados á la mujer raptada? Así, pues, disipando aun para lo sucesivo la duda de éstos, hemos determinado interpretar la anterior ley por medio de la presente. Y por lo tanto, mandamos, que si la mujer raptada, de cualquier condición ó edad que sea, hubiere determinado elegir sus nupcias con el raptor, principalmente no consintiéndolo sus ascendientes, no reciba ni por beneficio de la ley, ni por testamento, la herencia del raptor, ó no reivindique bienes de modo alguno, sino que el premio, que por nuestra ley se le dió á la mujer raptada, para que reivindicase los bienes del raptor y de los que á éste le hubieren prestado auxilio al tiempo del rapto, sean transferido de derecho desde el momento del rapto á los padres, si ambos sobrevivieran, ó á uno de ellos, que no se pruebe que especialmente consintieron las nupcias, y no tenga ya el patrimonio del raptor la mujer raptada que no se avergonzó de mancillarse con el matrimonio del raptor, sino sea transferido á las personas que antes hemos nombrado, que no consintieron el matrimonio de ella. Porque es conveniente que tales nefandos ayuntamientos sean corregidos con penas, no honrados con premios. Pero si ya fallecieron los padres, ó consintieron tal delito, sean reivindicados para los recursos del fisco los bienes del raptor, y también de los demás que fueron cómplices del delito. Cuya interpretación queremos, muy querido y amantísimo padre, que tenga validez no solamente en los casos futuros, sino también en los pasados, como si desde un principio hubiese sido promulgada por nosotros nuestra ley con tal interpretación. Por tanto, disponga tu excelsitud que se lleve á efecto y se observe lo que por medio de esta ley ha establecido nuestra eternidad.

Dada á 12 de las Calendas de Junio, en el año trigésimo séptimo del imperio del señor Justiniano, vigésimo segundo después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [563.]

NUEVA CONSTITUCION CLI

DE QUE UN CURIAL Ó UN COHORTAL NO COMPAREZCA Ó SEA LLAMADO Á JUICIO SIN ORDEN IMPERIAL QUE HAYA DE SER INSINUADA Á LOS PREFECTOS

El mismo Emperador á Juan, *gloriosísimo Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Se nos ha enviado una representación de tu ex-

(5) *El cód. Hamb., y Port.*; arlobide pater clarissime, *Trid.*; praefecte charissime *Cont.*
(6) aequitas, *el cód. Hamb.*
(7) *El texto griego de esta Novela CLI. se halla en Hal. y en Scrimg. — Excepto el epílogo esta Novela se encuentra en las Bas. VII. 3. 27. — No queda antigua versión latina.*

cens, non debere curiales vel cohortales ex diversis iudiciis vel ad hanc felicem urbem duci litigaturos, vel ad aliam mitti, saepe vero etiam sacras nostras iussiones proferri, quae id velint; ac petiisti, ut sacra pragmatica sanctione illud prohiberetur, ne quisquam cohortalis vel curialis neque ex alia in aliam regionem ducatur, neque ad hanc felicem urbem trahatur, si vero sacrae hac de re fiant litterae, ut eae dicasterio excellentiae tuae insinuentur, et decreta consona accipiant.

Cap. I

Nos igitur omnem quidem deductionem et exhibitionem aversamur, si vero aliquid tale fieri necesse sit, nulli ex magistratibus nostris, praeterquam throno tuo, permittimus cohortalem vel curialem ad felicem hanc urbem ducere, nisi id sacra iussione expresse permittente fiat; quam et excellentiam tuam scire, neque citra sententiam tuam illum in ius duci, propter publicam scilicet utilitatem convenit, ne forte inde qui publica gerunt evocati hanc reipublicae laedendae occasionem sumant.

Epilogus

Excellentia igitur tua quae nobis placuerunt et sacra hac nostra sanctione declarata sunt effectui et fini dare studeat.

Dat. XVII..... (1).

NOVELLA CLII (2)

NE SACRAE FORMAE DE PUBLICIS NEGOTIIS EDITAE ALITER VALEANT, NISI SI GLORIOSISSIMIS PRAEFECTIS PRAETORIO INSINUATAE FUERINT VEL INSINUENTUR, ET INDE CONFIRMENTUR

Idem Imperator IOANNI, *gloriosissimo Praefecto Praetorio.*

Praefatio

Quum operam demus, ut deo iuvante diligenter negotia reipublicae a domino deo nobis concreditae administremus, sanctionem de publicis rebus ad magnificentissimum ducem, vel etiam augustalem, vel ad clarissimos provinciarum praesides factam non aliter valere iubemus, nisi si prius iudicio excellentiae tuae insinuetur, quae vero insinuatae non sunt, nullam vim habere. Absurdum enim est, sacram sanctionem de publicis negotiis factam non prius throno excellentiae tuae insinuari, et ita deinde ad magnificentissimum ducem, vel augustalem, vel reliquos provinciarum praesides mitti. Sacras enim tales sanctiones throno excellentiae tuae insinuatas ita in provincias mitti et effectui dari oportet.

(1) *Meerm. III.; en Scrimg. y Hal. no hay vestigios de la indicación de la fecha. A Biener le parece, que, si la constitución fué verdaderamente dirigida á Areobindo, debió ser dada entre los años 551-563.*

celencia, que dice que los curiales ó los cohortales que hayan de litigar no deben ser enviados de los diversos tribunales á esta feliz ciudad, ó ser remitidos á otra, pero que con frecuencia se presentan también sacras disposiciones nuestras, que así lo quieren; y pediste que se prohibiera esto por sacra pragmática sanción, para que ningún cohortal ó curial sea conducido de una á otra región, ni traido á esta feliz ciudad, y que, si sobre el particular se extendieran sacras cartas, sean ellas insinuadas en el tribunal de tu excelencia, y obtengan los correspondientes decretos.

Capitulo I

Así, pues, nosotros tenemos ciertamente aversión á toda conducción y exhibición, pero si fuera necesario que se haga alguna tal cosa, no le permitimos á ninguno de nuestros magistrados, excepto á tu trono, que conduzca á un cohortal ó curial á esta feliz ciudad, á no ser que esto se haga permitiéndolo expresamente una sacra disposición; la cual es conveniente, por razón ciertamente de pública utilidad, que la conozca también tu excelencia, sin que sin sentencia tuya sea aquel llevado á juicio, no sea que llamados quizá de aquí los que desempeñan cargos públicos aprovechen esta ocasión para perjudicar á la república.

Epilogo

Por tanto, procure tu excelencia llevar á efecto y á término lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado en esta sacra disposición nuestra.

Dada en..... á 17.....

NUEVA CONSTITUCION CLII

DE QUE LAS SACRAS DISPOSICIONES DADAS SOBRE NEGOCIOS PÚBLICOS NO TENGAN VALIDEZ DE OTRA SUERTE, SINO SI HUBIEREN SIDO INSINUADAS Ó SE INSINUAREN Á LOS GLORIOSÍSIMOS PREFECTOS DEL PRETORIO, Y FUERAN DE ESTE MODO CONFIRMADAS

El mismo Emperador á JUAN, *gloriosisimo Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Procurando administrar diligentemente, con el auxilio de Dios, los negocios de la república que nos fué confiada por el Señor Dios, mandamos que una disposición dirigida sobre negocios públicos á un muy magnífico duque, ó también á un augustal, ó á los muy esclarecidos presidentes de las provincias, no tenga validez de otra suerte, sino si antes fuera insinuada en el tribunal de tu excelencia, y que las que no hayan sido insinuadas no tengan ninguna fuerza. Porque es absurdo que una sacra disposición expedida sobre negocios públicos no sea insinuada primeramente al trono de tu excelencia, y de este modo después al muy magnífico duque ó al augustal, ó á los demás presidentes de las provincias. Porque es conveniente que tales sacras disposiciones sean enviadas á las provincias y llevadas á efecto habiendo sido insinuadas al trono de tu excelencia.

(2) *El texto griego de esta Constitución CLII. se halla en Hal. y Scrimg.—No queda antigua versión latina.*

Cap. I

Si quid igitur ad detrimentum publicum factum est, hoc irritum esse iubemus, sancientes, ut in posterum quaelibet sacra pragmatica sanctio (sive ad augustalem, sive ad ducem, sive ad reliquos provinciarum praesides de publicis negotiis, sicut dictum est, fiat), omnino iudicio excellentiae tuae insinuetur, atque ita in provincias mittatur, firmata per iussionem, ut dictum est, excellentiae tuae. Quaecunque igitur sacrae sanctiones non ad detrimentum publicum fiunt, illae suscipiantur, et per praecepta iniungantur, atque ab excellentia tua in provincias, ut effectui dentur, mittantur; quae autem ad detrimentum publicum per obreptionem fiunt, tales quidem sanctiones excellentia tua suscipiat, non vero quae in illis continentur faciat, antequam ad nos retulerit, ut, si quid forte ad detrimentum publicum factum est, id emendetur. Quaecunque igitur sacra pragmatica sanctio de publicis negotiis facta throno excellentiae tuae non insinuatur, illam nullo tempore valere volumus.

Dat. Kal. Iun. Constantinop. DN. Iustiniano PP. Aug..... (1).

NOVELLA CLIII (2)

DE INFANTIBUS EXPOSITIS

Idem Imperator Mennae, *gloriosissimo Praefecto Illyrici.*

Praefatio

Crimen a ratione humana alienum, et quod nec inter omnes barbaros committi credibile est, Andreas dei amantissimus presbyter et sanctissimae Thessalonicensis ecclesiae apocrisiarius denunciavit nobis, quosdam ex utero materno prodeuntes infantes statim abiicere, eosque in sanctis ecclesiis relinquere, postea vero quam ii a piis hominibus educationem et alimenta consecuti sunt, eos vindicare et in servitutem adserere atque cupere eos suae crudelitati hoc addere, ut, quos in ipsis vitae primordiis morti tradiderint, eos, postquam adoleverint, libertate privent. Quoniam igitur eiusmodi delictum multa in se continet scelera, caedem et calumniam, et quanta quis in tali facto facile numeraverit, eos, qui talia committunt, vindictam legum non effugere, sed quo reliqui moderatiores fiant, extremis poenis subiici decet, ut qui per impudentiam actionis crimina sua detulerunt. Id in posterum custodiri iubemus.

Cap. I

Quicunque igitur in ecclesiis, vel vicis, vel aliis locis expositi probantur, eos omnibus modis liberos esse iubemus, licet actori manifesta probatio suppetat, qua personam illam ad suum dominium pertinere ostendat. Si enim legibus nostris praeceptum est, ut servi aegrotantes, qui a dominis ne-

(1) *Por la inscripción induce Biener que esta constitución fué dada entre los años 534-541.*

(2) *El texto griego de esta Constitución CLIII. se halla en Hal. y Scrimg.—Athan. XVIII. 7.—Excepto el prólogo y el epílogo esta Novela se encuentra en las Bas. XXXIII. 2. 4.—No queda antigua versión latina.*

Capítulo I

Si pues se hizo alguna cosa en detrimento público, mandamos que sea nula, disponiendo que en lo sucesivo cualquiera sacra pragmática sanción, (ya sea hecha para el augustal, ya para un duque, ya para los demás presidentes de las provincias, sobre negocios públicos, según se ha dicho), sea de todos modos insinuada en el tribunal de tu excelencia, y así enviada á las provincias, confirmada por el mandato, conforme se ha dicho, de tu excelencia. Así, pues, cualesquiera sacras disposiciones, que no se den en detrimento público, sean admitidas é impuestas por preceptos, y enviadas por tu excelencia á las provincias, para que se lleven á efecto; pero las disposiciones que por engaño se dan en detrimento público no las acoja ciertamente tu excelencia, la cual no haga lo que en ellas se contiene antes de que nos hubiere informado, para que si acaso se hizo alguna cosa en detrimento público sea ella enmendada. Así, pues, queremos que cualquier sacra pragmática sanción hecha sobre negocios públicos, que no sea insinuada al trono de tu excelencia, no tenga validez en tiempo alguno.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Junio..... del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo.

NUEVA CONSTITUCION CLIII.

DE LOS NIÑOS EXPÓSITOS

El mismo Emperador á Menna, *gloriosísimo Prefecto de Iliria.*

Prefacio

»prietatem eiusdem proastii sive domus viro ma»gnifico eius patri Constantino, sub eadem condi»tione, non alienari aliquando de mea familia aut »de meo nomine». In istis quidem ipsum procedere, Hierii vero gloriosissimi domum (1), quae in Theopolis adiacet ei, et ex paterna in eum pervenit successione, aliis vendidit (2) personis, eam vero domum, quae in hac felicissima civitate, insuper et per codicillos datum sibi proastium, in quibus omnibus alienatio interdicta est, Constantino gloriosissimo eius transmittere filio, illum vero, mox praegnantem relinquentem uxorem, vita functum, scripsit (3) testamentum, per quod disposuit, si non nascantur filii, aut natus impubes moriatur, tam matrem suam Mariam gloriosissimam, quam eius uxorem nobilissimam Mariam in eius vocari successionem. Et quum nata fuit filia, et ipsa pupilla et tenera adhuc aetate ex hominibus decessit, in praedictas nobilissimas pervenire mulieres; reliqua vero (4) substantiae, quae in hac magna civitate sunt domus, insuper et proastium, expressim in codicillis gloriosissimo relicta sunt Hierio, locum forsitan tam ex testamento, quam ex codicillorum sermonibus adhibere, ipse domum et proastium defendere, solus ex Hierii gloriosissimi familia derelicta, quae nunc et primum habens in Hierio meo nomine gradum. Sed ii, qui pro Maria et Maria gloriosissimis feminis verba faciebant, testamenti quidem verbis nullum dicebant locum (5), neque cum legitur Alexandrum virum gloriosissimum locum habere et utrumque (6) suum perficere ipsum et citra Constantinum gloriosae memoriae quam ad hos tanquam ad locum alienantem proastium, quod ei derelictum est, super quod alienationem inaequaliter aliis quod ei pater interdicens competit, et allos fratrum eius hoc facere, et leges nostras, quoniam (7) omnes continue, in quibus tale aliquid dispositum est, transgredi defuncti voluntatem, omnibus similiter restitutionem dicere (8), ut non permutans eis (9) invicem pulsantes, multis pro una cognitione iudiciis subiiciantur. Ideo positas nos rememorare leges. Alexander vero gloriosus magis quidem et de proprlis alterutrum recte visus est appellare, super codicillum enim sapientem et de residuis rebus voluntatem suam defunctum facientem familiae reservari (10) volens, sed in proastio iustioribus verbis usus, nihil recte ei alienationem conferre illas, ex imperiali hoc facere impellenti iussione. Venerabilibus (11) pro his verbis usa est pars alterutra, tam testatoris interpretantis (12) voluntatem, quam nostris utentibus (13) legibus, quae (14) sibi expedire putabant.

»tro de las puertas, que conducen cerca del vene»rable oratorio de la santa iglesia, permanezca en »todo tiempo y se perpetúe en mi familia, y no salga »nunca de mi nombre. Mas quiero y mando, que si »aconteciere que el susodicho honrado varón Hierio, »mi nieto, muere impúbero, ó después de la puber»tad, pero sin hijos nacidos para él de legitimo ma»trimonio, vayan y competan la posesión y la pro»piedad de la misma finca suburbana ó de la casa, »ó restitúyalas, al magnifico varón Constantino, su »padre, bajo la misma condición, de que no sean »nunca enajenadas de mi familia ó de mi nombre». Esto así, fallece él, y el gloriosísimo Hierio vendió á otras personas la casa que en Teópolis le pertenece y fué á su poder de la herencia paterna, pero la casa que se halla sita en esta felicísima ciudad, y además la finca suburbana que se le dió por codicilos, respecto á todas cuyas cosas se prohibió la enajenación, las transmitió á su gloriosísimo hijo Constantino; mas éste, habiendo fallecido luego dejando embarazada á su mujer, escribió testamento, por el que dispuso, que si no le nacieran hijos, ó si el nacido muriese impúbero, fueran llamadas á su sucesión tanto su gloriosísima madre María, como su nobilísima consorte María. Y habiendo nacido una hija, y habiendo fallecido ésta siendo pupila y todavía de tierna edad, pasaron á las susodichas nobilísimas mujeres los demás bienes, tanto la casa que hay en esta grande ciudad, como la finca suburbana, que expresamente fueron dejados en los codicilos al gloriosísimo Hierio; pero que acaso tanto en virtud del testamento, como por las cláusulas de los codicilos, habia lugar á que él mismo pudiese reclamar la casa y la finca suburbana, porque él solo era, de la familia dejada por el gloriosísimo Hierio, el que tenía entonces el primer grado en el nombre de Hierio. Mas los que hablaban en pro de las gloriosísimas mujeres María y María decían, que ciertamente no tenían aplicación alguna las palabras del testamento (*). Porque ni Constantino, de gloriosa memoria, falleció sin hijos, para que hubiera lugar á la restitución de una y de otra casa, ni el gloriosísimo Alejandro, por lo que se refiere á la finca suburbana, atacaba á aquellas con arreglo á las leyes, porque también él había enajenado antes el predio suburbano que á él mismo se le había dejado, cuya enajenación había prohibido el padre común igualmente que tratándose de los demás, y los otros hermanos hicieron lo mismo, y nuestras leyes, si todos los demás, respecto á los que se dispuso alguna tal cosa, infringieron la voluntad del difunto, les quitan igualmente á todos la restitución, á fin de que, si mútuamente se demandaran ellos, no queden sujetos por una misma causa á muchas sentencias. Y nos recordaron también las leyes sobre esto establecidas. Pero el gloriosísimo Alejandro decía, que con razón promovía él acción principalmente respecto á una y á otra casa; porque el difunto declaró bien en el codicilo su voluntad también en cuanto á los demás bienes, como el que quiere conservarlos para su familia, pero se valió de más justas razones tratándose del predio suburbano. Y que ellas no le objetaban con razón la enajenación, puesto que por orden imperial había sido concedido hacer esto. Y ambas partes hablaron mucho sobre el particular, ora interpretando la voluntad del testador, ora sirviéndose de las leyes nuestras, que juzgaban que les eran útiles.

(1) Hierium vero gloriosae memoriae domum, *Bk.*
(2) vendidisse, *Bk.*
(3) *Port., y Cont.;* rescripsit, *el cód. Hamb., y Trid.:* scripsisse, *Bk.*
(4) *El cód. Hamb., y Trid.;* reliquae vero, *Port., y Cont.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* habere, *adicionan Port., y Cont.*
(6) *Port., y Cont.;* gloriosissimum locum habere tam ex omnibus locum habere et utrumque, *el cód. Hamb.;* gloriosissimum locum habere tam ex hominibus locum habere et utrumque, *Trid.*
(7) quando, *Bk.*
(8) adimere. *Bk.*
(9) *El cód. Hamb.:* pcrn itten· eis, *Trid.;* permittas eis. *Port., y Cont.*
(10) res servari, *conjetura acertadamente Bk. en su ed. estereotipada.*
(11) Verum multis, *Bk.*
(12) Interpretantes, *Bk.*
(13) utentes, *Bk.*
(14) quas, *Bk.*

(*) En este pasaje, y en otros que le siguen, siéndonos imposible traducir el texto latino, de la glosa, atendemos al de la versión hecha del griego por Hombergk, pero sin perder nunca de vista á aquél.—*N. del Tr.*

Cap. I

Nos igitur legis et testamenti interpretationem propositam (1) non sola sententia, sed lege complecti cognitionis decisionem putavimus oportere, ut tam praesentem quaestionem decernamus, quam reliquis auferamus de huiusmodi contentiones. Unde subtilius testamentum considerantes, verbis ipsis invenimus heredibus demonstratis filiis alienationem interdictam, quando futuri essent sine filiis fungi vitam, non ulterius vero iis, qui solum (2) eis successerint, filiis, sed sufficere defunctorum (3), usque ad filium stare interdictionem. Si enim et ipsi filios relinquentes moriantur, quod est relictum, neque in longiori a filiorum vita alienationis prohibitionem voluisse facere, codicillum vero in proastio solo factum prohibere et iis, qui ex testamento Hierio gloriosae memoriae, iuniore dicimus, res suscipientibus proastium alienare. Etenim istis qui remanserunt velle defunctum perpetuo in familia manere sua. Ea quidem, quae in quaestionem deducta sunt, talia (4).

Cap. II

Considerantes oportere humilitatis cognitionem, in aliis quidem rebus, quae Constantinus gloriosae memoriae Hierio seniori, de quibus ex testamento factus est dominus nihil accipere ex his existimavimus bene surgere (5) quaestionem, vacare vero in istis actione non Alexandrum solum virum gloriosum, sed etiam reliquam omnem familiam, ex testamenti verbis usque ad filios solum stare prohibitionem, et ipsum Hierium gloriosae memoriae filium, per quos ei facientes smaripos eos (6). Hierii iura, qui post eos familiae substituentes partem, alienaverunt quae apud eos, tanquam in substitutione ex voluntate interdictorum ciantibus unius. In proastio vero, neque si dominum codicilli Hierium ostendant gloriosae memoriae, multum nobis visum est plenum esse pietate, quatuor postea generationes huiusmodi in medium deduci quaestionem. Nunc igitur gloriosis feminis Maria et Maria adhuc superstitibus, quas et ipsas in familia iacendo, nostris legibus et nuris (7) huiusmodi verbis promeritis, non recte neque competenter Alexander gloriosus ad se venientem instituit litem. Transeundo vero et istorum quatuor iam generationes transiisse videntur non facere quidem antiquam taliter iudici cognitionem tradi, maxime constituens filia adhuc pupillaris taliter (8) aetatis functa vita, ut, si etiam sine testamento ille esset, in matrem eius pervenire proastium, non ipsius novellae vero legi utpote factae horum causa, et nullis Hierii gloriosae memoriae heredibus circa voluntatem peccantibus eius. Etenim testamentum Constantinus scribens substitutiones aliquas fecit filia defuncta impubere, attamen nil ex hoc introducitur magnum, et ipsius secundum hoc legis pu-

Capítulo I

Por tanto, hemos creído nosotros que era conveniente comprender no en una sola sentencia la interpetación propuesta de la ley y del testamento, sino en una ley la decisión del caso contencioso, tanto para decidir la presente cuestión, como para librar á los demás de análogas contiendas. Por lo cual, considerando más escrupulosamente el testamento, hallamos en sus mismas palabras que les fué prohibida la enajenación á los hijos designados herederos, cuando hubiesen fallecido sin hijos, pero no á los ulteriores hijos que solamente á ellos les hubieren sucedido, y que le bastó al difunto limitar al hijo la prohibición. Si, pues, también ellos fallecieran dejando hijos, no quiso hacer, en cuanto á lo que se dejó, prohibición de enajenación por más largo tiempo que el de la vida de los hijos, pero el codicilo hecho solamente en cuanto á la finca suburbana les prohibe también á los que por virtud del testamento de Hierio, de gloriosa memoria, queremos decir, el menor, reciben los bienes, que enajenen la finca suburbana. Porque, también en cuanto á estos que quedaron, quiso el difunto que perpétuamente permaneciese en su familia. Y tales son ciertamente los puntos que fueron puestos en cuestión.

Capítulo II

Y habiendo considerado el caso con toda la diligencia que conviene, hemos juzgado, ciertamente respecto á los otros bienes, de que por virtud del testamento del padre fué hecho dueño Constantino, de gloriosa memoria, hijo de Hierio el más joven, que tampoco se promovió rectamente la cuestión, sino que creemos que respecto á tales bienes ha de ser excluído de la acción no solamente el gloriosísimo Alejandro, sino también toda la demás familia, porque en virtud de las palabras del testamento la prohibición se limita solamente á los hijos, y los mismos hijos de Hierio, de gloriosa memoria, por los cuales reivindican para sí los que después de ellos son parte de la familia los derechos de Hierio, enajenaron algunas cosas dejadas á ellos mismos, y renunciaron ciertamente á la substitución casi por una sola voluntad. Pero en cuanto al predio suburbano, cuyo señor demuestra el codicilo que es Hierio, de gloriosa memoria, nos pareció que era estar muy lleno de piedad proponer después de cuatro generaciones semejante cuestión. Ahora, pues, sobreviviendo todavía las gloriosas mujeres Maria y Maria, las que también han de ser contadas en la familia, porque nuestras leyes comprendieron también á las nueras en esta denominación, no sostiene recta ni competentemente el glorioso Alejandro el litigio á él promovido. Pero además, habiendo fallecido ellas, de suerte que parezca que ya han pasado cuatro generaciones, no consentimos que cuestión tan antigua sea llevada á juicio, mayormente habiendo fallecido siendo todavía de edad pupilar la hija de Constantino, de modo que, aunque éste no hubiese hecho testamento, la finca suburbana pasaría á su madre, como si no

(1) videntes; *adiciona aquí en este lugar Bk. en su edición estereotipada.*
(2) semel, *Bk.*
(3) defuncto, *Bk.*
(4) sunt, sunt talia, *Bk. Parece que el antiguo traductor latino-unió estas palabras con las siguientes, del capítulo segundo.*
(5) *El cód. Hamb., y Trid.;* suggerere, *en vez de* surgere, *se lee en Port., y Cont.*
(6) *Trid.;* smariposeos, *Port., y Cont. En el códice Hamb. faltan aquí algunas palabras.*
(7) *Trid.;* nuris, *omitenla Port., y Cont.*
(8) *El cód. Hamb., Trid., y Cont.;* aliter, *en lugar de* taliter, *se halla en Port.*

pillae matri substantiam praebente, marito circa transitum eam (1).

Cap. III

Sancimus igitur, neque Alexandrum virum gloriosum, aut eius filios, neque successores relinquere (2) Hierii gloriosae memoriae senioris filios, neque alium quendam ex omnibus in eius constitutum familia aut (3) contra Mariam et Mariam gloriosas feminas occasione rerum apud eas constitutarum, aut contra alios agere, apud quos res constitutae sunt. Nunc autem in quibus (4) futuro pervenerint tempore, in quibus Hierius gloriosae memoriae prohibens fecit (5) alienationem, aut omnino quo memoriam prohibitione et familiae nomen, et aliquod ius fabricare ex hoc, ut aliis Hierii gloriosae memoriae filiis ipsorum ipsis alienantibus et convenientibus sicut et reliquorum alienationibus, et primitus levarentur, et successoribus quae possunt actiones competere de hoc et aliis, quos apprehendentes relinquimus intellectui ad huiusmodi nobis sufficientibus iudicium et legislationem. Et hanc esse decisionem non praesentis cognitionis solum, sed et (6) reliquarum, in quibus prohibitiones (7) factae huiusmodi successiones tantae processerunt, et heredum ultimus per medium aliquem pupillum successerit. Tunc enim tempus (8) et exterius a familia primi prohibentis licentiam habebit ex praesente nostra lege transmittere res. Communem enim hanc fecimus legem tam praesentis cognitionis, quam post hanc evenientium taliter prohibitionem, tam evenientem nunc dirimentes contentionem quam eas, quae futurae sunt, resecantes. (9)

la misma pupila, sino la ley, fuese la causa de esto, y ninguno de los herederos de Hierio, de gloriosa memoria, hubiese infringido la voluntad de él. Porque si Constantino al escribir su testamento hizo algunas substituciones, si su hija hubiera fallecido impúbera, no se produce con esto ninguna grande dificultad, pues también la misma ley le concede por sí á la madre los bienes de la pupila, fallecida esta sin testamento.

Capítulo III

Por tanto, mandamos, que ni Alejandro, varón glorioso, ó sus hijos, ni los sucesores de los demás hijos del anciano Hierio, de gloriosa memoria, ni otro cualquiera de todos los comprendidos en la familia de éste, ejerciten acción contra las gloriosas mujeres María y María, con motivo de los bienes que se hallen en poder de ellas, ó contra otros en cuyo poder estén en la actualidad, ó á quienes hayan de ir en el siguiente tiempo, los bienes cuya enajenación prohibió Hierio, de gloriosa memoria, ni en lo sucesivo hagan en absoluto mención de la prohibición y del nombre de la familia, y de aquí deriven algún derecho, porque habiendo enajenado también los demás hijos de Hierio, de gloriosa memoria, sus propios bienes, y casi consentido asimismo las enajenaciones de los demás, auprimieron tanto para sí mismos, como también para sus sucesores, las acciones que de aquí podían competerles, y nos bastan para esta sentencia y juicio las demás razones, que antes hemos dicho. Y sea esta la decisión no solo del presente caso, sino también de los demás, en que hecha tal prohibición hubieren pasado tantas sucesiones, y el último de los herederos haya recibido la herencia por medio de algún impúbero. Porque en este caso le será lícito transmitir también á los que están fuera de la familia del primero, que hizo la prohibición, los bienes en virtud de esta ley nuestra. Pues hemos dado esta ley común tanto para el presente caso, como también para las prohibiciones que después de él se hayan de hacer, así resolviendo la contienda que ahora surgió, como impidiendo las futuras.

NOVELLA CLX (10)

EXEMPLUM SACRAE PRAGMATICAE SANCTIONIS

Imperator IUSTINIANUS *Augustus* PAPIO.

Praefatio

Aristocrates facundissimus pater Aphrodisiensis civitatis, et qui in ea sunt possessores supplices nobis facti sunt, dicentes, praedictam urbem etc. Ac primum quidem illud putamus, quosdam leges nostras ita accipere et intelligere, ut exinde, quod minime oportebat, iniustarum actionum occasiones sibi sumant. Edocti enim sumus a patre civitatis, multum auri collectum esse civitati ex legatis a quibusdam civitati Aphrodisiensium relictis, et ne id periret, quosdam ex potentibus civitatis aurum

NUEVA CONSTITUCION CLX

COPIA DE UNA SACRA PRAGMÁTICA SANCIÓN

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto*, á PAPIO.

Prefacio

Aristócrates, elocuentísimo padre de la ciudad de Afrodisia, y los poseedores que hay en ella, nos han elevado súplicas diciendo, que la ausodicha ciudad etc. Y en primer lugar ciertamente consideramos que algunos interpretan y entienden nuestras leyes de modo que, lo que de ningún modo es conveniente, se procuran ocasiones para acciones injustas. Pues hemos sido informados por el padre de la ciudad, que se había reunido para la ciudad mucho dinero por virtud de legados dejados por al-

(1) *El cód. Hamb., Port., y Cont.*; testamento circa transitum eam, *Trid. Acaso deba leerse* mortua citra testamentum ea.
(2) reliquorum, *Bk.*
(3) *El cód. Hamb., Trid., y Cont.*; quae, *Port.*
(4) sunt nunc aut in quos, *Bk.*
(5) fuit, *Bk.*
(6) *El cód. Hamb.*; et, *omitenla las ed.*
(7) *Acaso escribió* prohibitionis *el antiguo traductor latino.*
(8) temporis, *Bk.*
(9) *Bisner conjetura que esta Constitución fué dada en el año 556, pero por la subscripción que le pone Athan. fue publicada* Kal. Febr. Imp. Iustiniani anno 19. post cons: Basil. anno 4. (545.)
(10) *El texto griego de esta Novela CLX. se halla en Hal. y Scrimg.—Excepto el prosmio, la Novela se encuentra en las Bas. XXIII. 3. 79. Schol. q. r. — No queda antigua versión latina.*

illud collocasse, ut pro eo civitati singulis annis solveretur, sive quis intributionem, sive reditum, sive et usuras id appellare vellt, quod civitatem accipere convenit, quamdiu aurum apud accipientem maneat; illos tamen, qui pecuniam acceperunt, quia constitutionem fecimus, ne creditoribus duplum debiti exigere permittatur, sed ut eo solo contenti sint, dicere, quia ultra duplum solverint, debere legatum civitati perire, atque calefactiones quidem publicarum balnearum inde factas laedi, opera vero publica deminui, et legem nostram illorumque interpretationem civitatem affligere.

Cap. I

Quae omnia ex civitate nostra expellentes sancimus, illos, qui aurum ita acceperunt, ut pro eo pensionem quandam civitati solvant, quamdiu aurum habent, id inferre cogantur, quod pro eo singulis annis constituerunt, neque plane sacra constitutione ad hoc utantur. Illam enim de creditoribus quidem et speciebus in ea expresse comprehensis conscripsimus, praesens vero casus illam non tangit, siquidem magis reditui annuo, quam solutioni usurarum similis est, nos autem aequaliter et fisci et civitatum curam gerere oportet. Si quis autem post hanc etiam sanctionem nostram aliter ea, quae a nobis sancita sunt acceperit, et civitatem data pecunia privare velit, et pro omni tempore quantum civitati debet deponat, et duplum reddat, ut dolosae interpretationis iustam remunerationem accipiat: quia quum bonus posset civis esse, ita malus est, ut patriam laedat.

NOVELLA CLXI (1)

DE PRAESIDIBUS

Praefatio

Non solum ea, quae decet, legibus sancire, maximo bono est, sed et sancita diligenter servare et effectui dare, transgressoresque convenientibus poenis subiicere. Quae enim utilitas erit legum, si illae in litteris consistant, neque commodum per res ipsas et facta subditis praebeant? Iam scimus, Imperatorem magnam subditorum curam gessisse, quum saepius definierit, ut provinciarum praesides gratis magistratus accipiant, quo et ipsi sancte iis utentes subditis iustum et aequum tribuant, et fiscus propter subditorum indemnitatem abundet. Sed haec quidem ab avaritia eorum, qui magistratus emunt magis, quam accipiunt, devicta paulatim oblivioni tradita sunt.

Cap. I

Nos vero latas de his leges renovantes sancimus, ut illi quidem magistratum gerant, qui bona existi-

gunos á la ciudad de Afrodisia, y que, para que no desapareciera, algunos de los poderosos de la ciudad habían colocado este dinero, de suerte que por él se le pagase á la ciudad cada año lo que á la ciudad le conviniese recibir, ya alguien lo quiera llamar contribución, ya renta, ya también intereses, mientras el dinero permaneciera en poder del que lo recibe; pero que los que recibieron el dinero, como quiera que hicimos una constitución para que no se les permitiera á los acreedores exigir más del duplo de la deuda, sino que se contentasen con este solo, decían, que, pues habían pagado más del duplo, debía extinguirse el legado hecho á la ciudad, y se perjudicaban ciertamente las calefacciones de los baños públicos hechas con él, y se diminuían las obras públicas, y nuestra ley y la interpretación de aquellos causaban perjuicio á la ciudad.

Capítulo I

Desterrando todo esto de nuestra república, mandamos, que los que recibieron dinero, para pagar por él cierta posesión á una ciudad, sean obligados á pagar mientras tienen el dinero lo que por él establecieron para cada año, y no se sirvan ciertamente para esto de la sacra constitución. Porque ésta la escribimos ciertamente respecto á los acreedores y á las especies expresamente comprendidos en ella, pero el presente caso no le corresponde á ella, pues más bien es semejante al de una renta anual, que al de pago de intereses, y es menester que nosotros cuidemos igualmente tanto del fisco como de las ciudades. Mas si aun después de esta sanción nuestra alguien entendiere de otro modo lo que por nosotros ha sido sancionado, y quisiera privar á la ciudad del dinero dado, pague á la ciudad cuanto por todo el tiempo le debe, y devuelva el duplo, para que reciba justa renumeración por su dolosa interpretación: porque, pudiendo ser buen ciudadano, es de tal manera malo, que perjudica á su patria.

NUEVA CONSTITUCION CLXI

DE LOS PRESIDENTES

Prefacio

Es muy grande bien no solamente sancionar en las leyes lo que es conveniente, sino también guardar con diligencia y llevar á efecto lo sancionado, y sujetar á los transgresores á las penas competentes. Pues ¿cuál sería la utilidad de las leyes, si ellas consistieran en la letra escrita, y no les dieran en realidad y de hecho utilidad á los súbditos? Ya sabemos que el Emperador tuvo grande cuidado de los súbditos, habiendo determinado muchas veces que los presidentes de las provincias recibieran gratuitamente las magistraturas, para que sirviéndose los mismos santamente de ellas les den á los súbditos lo justo y lo equitativo, y el fisco prospere con la indemnidad de los súbditos. Mas debilitadas ciertamente estas disposiciones por la avaricia de los que más bien compran, que obtienen, las magistraturas, han sido dadas paulatinamente al olvido.

Capítulo I

Pero renovando nosotros las leyes dadas sobre esto mandamos, que desempeñen ciertamente la

(1) *El texto griego de esta Novela CLXI., tercera de Tiberio II., se halla en Hal. y falta en Scrimg. — Bas. VI.3. 46. 12. 47. — No queda de la misma antigua versión latina.*

matione spectati sunt, plurimamque in iustitia curam collocarunt, sine ullo autem dono et largitione magistratus suscipiant; ac subditos quidem illaesos indemnesque servent, publica vero tributa diligenter exigant, neque per se, vel assessores suos, vel cancellarios, vel domesticos, vel quemquam ex illis, qui ad eos pertinent, a subditis quidquam accipiant, nisi quadruplum (ut leges loquuntur) eius, quod ab ipsis acceptum est, solvere velint, sed illis contenti sint, quae ex fisco et lege ipsis definita sunt. Magistratu abeuntes per legitimos quinquaginta dies in publico conspectu versentur, illisque, qui agere volunt, respondeant. Lite vero intra quinquaginta dies non finita, si quidem pecuniaria sit, procuratorem dent, sin autem criminalis, ad finem usque causae maneant, atque iudices, sive magistratus sint, sive a praefectis dati, nisi intra viginti dies a lite coepta eam finierint, decem auri libris mulctentur, lite secundum ea, quae dicta sunt, procedente. Nam si quidam ex illis mala conscientia acti clam aufugient, vel etiam ad sacras domus accurrant, substantiam suam amittant, quae inter eos, qui iniuria affecti sunt, secundum legem et pro modo iniuriae illatae dividatur, et quemadmodum constitutio de hoc edita, et ex una parte, prout ante sancitum est, doceat. Ea, quae pro subditis introducta sunt, firma maneant, firmis scilicet manentibus reliquis etiam, quae ad utilitatem subditorum de praesidibus bene ab Imperatore sancita sunt. Sicut autem eos, qui ita peccaverunt, punimus, ita illos quoque, qui hac occasione ex rebus prohibitis aliquid ab iis accipiunt, quadrupli restitutioni subiicimus.

magistratura los que hayan sido considerados de buena estimación, y pusieron mucho cuidado en la justicia, y sin algún donativo y liberalidad obtuvieran las magistraturas; y conserven, á la verdad, ilesos é indemnes á los súbditos, exijan con diligencia los tributos públicos, y ni por sí, ó por sus asesores, ó cancilleres, ó domésticos, ó por alguno de los que les pertenecen, reciban cosa alguna de los súbditos; á no ser que quieran pagar (como dicen las leyes) el cuádruplo de lo que se recibió por ellos, sino conténtense con lo que para los mismos ha sido señalado del fisco y por la ley. Los que cesen en la magistratura muéstrense á la vista del público durante los cincuenta días legales, y respóndanles á los que quieran ejercitar acción. Pero no habiéndose terminado el litigio dentro de los cincuenta días, si verdaderamente fuese pecuniario, nombren procurador, y si criminal, permanezcan hasta el fin de la causa, y si los juzgadores, ya sean magistrados, ya hayan sido nombrados por los prefectos, no lo hubieren terminado dentro de veinte días de haberse comenzado el litigio, sean multados en diez libras de oro, prosiguiéndose el litigio, conforme á lo que se ha dicho. Mas si movidos algunos de ellos por su mala conciencia huyeran clandestinamente, ó también si se acogiesen á sagradas casas, pierdan sus propios bienes, los cuales se dividan, entre aquellos á quienes afectó la injusticia, con arreglo á la ley y á proporción de la injuria inferida, y según indique la constitución dada sobre esto, aun por una parte, conforme antes se dispuso. Y subsista firme lo que en pro de los súbditos se introdujo, quedando, por supuesto, también firme lo demás que para utilidad de los súbditos fué bien sancionado por el Emperador respecto á los presidentes. Mas así como castigamos á los que de tal modo delinquieron, así también sujetamos á la restitución del cuádruplo á los que en tal ocasión reciben de ellos algunas de las cosas prohibidas.

Cap. II

Atque ut haec sanciremus in mentem nobis venit, qui subditorum opulentiam et commoda pluris facimus, quam reditus exinde reipublicae illatos. Tollimus enim una cum magistratuum largitionibus etiam suffragia, quae imperialibus rationibus inferuntur, magnumque pecuniae acervum efficiunt, ut et hac re respublica bonum successum habeat, et ad opulentiorem statum redeat, sublatis tributis, quae ab aliquo tempore a quibusdam in damnum eius excogitata sunt. Potentiae enim nostrae unica haec cura est, ut provinciae et bonis legibus utantur, et secure inhabitentur, iustitiaque praesidum fruantur, et publica tributa sine querela inferantur. Neque enim aliter respublica servari potest, nisi piae contributiones inferantur, ex quibus res quidem militaris sustentata hostibus resistit, agros vero et urbes custodit, ceteri vero ordines illis fruuntur, quae iis attributa sunt, muri et urbes instaurantur, et reliqua omnia procedunt, quae ad communem subditorum utilitatem spectant.

Capítulo II

Y se nos ocurrió sancionar esto á nosotros, que estimamos en más el enriquecimiento y el bienestar de los súbditos, que las rentas pagadas por esto á la república. Pues suprimimos juntamente con las liberalidades de los magistrados también los sufragios que se pagan para los fondos imperiales, y que constituyen una grande cantidad de dinero, para que también con esto obtenga buen resultado la república, y vuelva á más opulento estado, suprimidos los tributos que en daño de ella se imaginaron en otro tiempo por algunos. Porque este el único cuidado de nuestra potestad, que las provincias se sirvan de buenas leyes, y sean habitadas con seguridad, y disfruten de la justicia de los presidentes, y se paguen sin querellas los tributos públicos. Porque no se puede conservar la república de otro modo, sino si se satisfacen las piadosas contribuciones, con las que substentada ciertamente la fuerza militar opone resistencia á los enemigos, y custodia los campos y las ciudades, y disfrutan los demás órdenes de lo que les está asignado, se restauran los muros y las ciudades, y se hace todo lo demás que se refiere á la común utilidad de los súbditos.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et sacra hac lege declarata sunt gloria tua in felici hac urbe consuetis in locis proponat, mittat vero etiam in provincias solitis praeceptis utens, ut omnes videant,

Epílogo

Por tanto, exponga en esta feliz ciudad tu gloria en los lugares acostumbrados lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado en esta sacra ley, y envíelo también á las provincias valiéndose de los

quantae nobis tam fisci quam subditorum nostrorum incolumitas curae sit. (1)

NOVELLA CLXII (2)

SACRA FORMA TRANSMISSA DOMINICO, GLORIOSISSIMO PRAEFECTO, DE VARIIS CAPITIBUS

Interrogavit nos gloria tua de quibusdam controversiis, agitatis inter disertissimos Illyrici fori causarum patronos, quas decisione nostra egere dixisti, ne in perpetuum moveantur.

Cap. I

Primum igitur caput hoc erat: Mulier quaedam in his rebus, quae ipsi a marito donatae, nec vero traditae erant, mortuo marito et de donatione tacente res vindicare voluit, tanquam earum domina tam donatione quam silentio mariti facta. Opponebatur a detentoribus, habere illam in ius vocatam solam exceptionem, si possideat, non vero etiam ab alio eas vindicare posse. Quod igitur controversum fuit, tale erat. Nos vero recordati sumus constitutionis nostrae, quae donatori, etsi non stipuletur traditionem, necessitatem tradendi rem donatam incumbere dicit. Neque enim ad deceptionem, nec ut nudae sint litterae, instrumentum conficere oportet. Meminimus insuper etiam veteris legis Cinciae legislationis, quam recte e legibus suis olim respublica eiecit, ea sancientem, de quibus nunc controversia movetur.

§ 1.—Et sancimus, si secundum antea a nobis dicta donatio talis per omnia perfecta sit, quum quantum ad quantitatem, tum quantum ad insinuationem, ut illa secundum constitutionem nostram ex silentio viri omnimodo statim ab initio valeat, ex quo facta est, ut, etsi maritus postea rem hypothecae det, vel pignori obligaverit, [non] tamen is, qui, quamdiu superstes fuit, silueri', iam ante alienasse videatur: et traditio, sive facta fuit, exceptionem illi det, sive non facta sit, etiam exactionem, si quidem stipulatio intervenerit, per actionem ex stipulato, sin vero non intervenerit, per condictionem ex lege praebeat, ut rem donatam accipiat.

§ 2.—Illud vero etiam iuste constituendum duximus, ut si quidem donationes ab initio actis insinuatae fuerint, eae omnibus modis silentio confirmentur, si vero insinuatae non fuerint, modum autem, qui insinuatione indiget, excedant, eatenus solum eae valeant, quatenus etiam non insinuatas donationes firmas esse a nobis sancitum est. Hoc enim ultimo constituentes obtinere volumus, nec etiam id quod recte se habere poterat, propter adiectionem quantitatis intercidere, id quod etiam de donationibus in universum iam lex nostra dicit. Atque haec non solum in viro et muliere, sed et in aliis personis obtineant, in quibus donationes constante matrimonio prohibitae sunt.

(1) *Falta la subscripción, pero, siendo de Tiberio la constitución, parece que debió ser dada entre los años 578-582.*

(2) *El texto griego de la Novela se halla en Hal. y Saring. —Athan. XVIII. 4.—Esta Novela está incluida en las Bas. en varios lugares.—No queda antigua versión latina.*

mandatos acostumbrados, para que todos vean cuánto nos importa mantener incólumes tanto al fisco como á nuestros súbditos.

NUEVA CONSTITUCION CLXII

SACRA DISPOSICIÓN SOBRE VARIOS CAPÍTULOS ENVIADA Á DOMINGO, GLORIOSÍSIMO PREFECTO

Nos ha consultado tu gloria sobre algunas controversias ventiladas entre los elocuentísimos patronos de causas del foro de Iliria, que dijiste necesitan decisión nuestra, para que no se promuevan en lo sucesivo.

Capítulo I

El primer capítulo era este: Cierta mujer, tratándose de bienes que á ella misma le habían sido donados por el marido, pero que no le habían sido entregados, quiso, habiendo fallecido el marido y guardado silencio respecto á la donación, reivindicar los bienes, como por haber sido hecha dueña de ellos, tanto por la donación como por el silencio del marido. Se le oponía por los detentadores, que, llamada á juicio, tenía ella excepción solamente si los poseyera, pero que no podía reivindicarlos también de otro. Tal era, pues, lo que se controvertía. Pero nosotros recordamos nuestra constitución, que dice, que, aunque no estipule la entrega, le incumbe al donante la necesidad de entregar la cosa donada. Porque no se debe hacer instrumento para defraudar, ni para que sean vanas las palabras. Recordamos también la legislación de la antigua ley Cincia, que con razón borró en otro tiempo de sus leyes la república, y que sancionaba esto sobre lo que se promueve ahora la controversia.

§ 1.—Y mandamos, que, si tal donación fuera en todo perfecta conforme á lo que antes se dijo por nosotros, así en cuanto á la cantidad, como en cuanto á la insinuación, sea ella de todos modos válida, con arreglo á nuestra constitución, por virtud del silencio del marido, inmediatamente desde el instante en que fué hecha, de suerte que, aun cuando el marido dé después la cosa en hipoteca, ó la hubiere obligado en prenda, no se considere, sin embargo, que ya antes la enajenó el que mientras vivió hubiere guardado silencio: y la entrega, si se hizo, déle á ella excepción, y, si no se hizo, déle también la exacción por medio de la acción de lo estipulado, si verdaderamente hubiere mediado estipulación, y, si no hubiere mediado, por la condicción nacida de la ley, para obtener la cosa donada.

§ 2.—Mas también hemos considerado justo determinar esto, que si verdaderamente se hubieren insinuado desde un principio en actas las donaciones, sean estas confirmadas de todos modos con el silencio, pero que si no hubieren sido insinuadas, y excedieran de la cuantía que requiere insinuación, sean válidas solamente por tanto cuanto aun no habiendo sido insinuadas se dispuso por nosotros que fueran firmes las donaciones. Pues queremos que tenga validez lo que en este último lugar determinamos, y que por razón del aumento de la cantidad no se invalide tampoco lo que válidamente podía subsistir, cosa que también dice ya nuestra ley sobre las donaciones universales. Y rija esto no solamente respecto al marido y á la mujer, sino también en cuanto á las otras personas respecto á las que están prohibidas las donaciones durante el matrimonio.

Cap. II

De secundo vero etiam capite ab excellentia tua interrogati sumus, utrum post constitutionem nostram, quae velit, ut ex libera et adscriptitio nati quidam deinde propter matris conditionem liberi sint, ita spectari debeant, tanquam si neque facti fuerint adscriptitii secundum ius antiquum, an nihilominus coloni fiant propter aliam nostram constitutionem, quae et filiis colonorum terram relinquere non permittat, sed iubeat manere colonos, et num multo magis hoc esse debeat, quandoquidem sit omnino in his personis adscriptitiorum vestigium. Haec igitur interrogatio quidem tua in dicto capite complectebatur. Nostram autem mentem considerantes scire oportet, nunquam permisuros nos esse, ut liber venter adscriptitium pariat, sed hoc symbolum et signum nato post legem tunc positam imponi oportet, ut omnino libertas illis, qui ex libera matre nati sunt, competat. Si quis igitur ex libera et adscriptitio natus sit, manet is quidem liber, et maternam ingenuitatem nullo modo abiicit, ostendit vero constitutio a nobis posita, tales habitatores praediorum cultoresque agrorum, utpote ibi natos, manere se velle. Hoc enim sibi vult coloni appellatio. Licentiam igitur illis non concedimus praedium relinquendi et ad alia migrandi. Sed si omnino quidam in praedio quodam nati sint, si quidem ex adscriptitia matre, manifestum est, omnes adscriptitios futuros esse, sin vero ex libera matre, manebunt quidem liberi, et quae ab ipsis possidentur, illorum erunt, nec peculii dominorum fient, non autem egredientur praedium, sed illud colent, neque ipsis hoc relinquere, atque in alienis oberrare licebit, nisi domini facti sint propriae cuiusdam possessionis, quae eos sufficienter occupet, nec aliam etiam colere permittat atque in illam transmigrent. Alioquin omnimodo ut maneant sancimus in praedio, liberi quidem constituti, in domicilio vero detenti. Atque hoc quidem hactenus constitutum esto.

Capítulo II

Mas también respecto á un segundo capítulo hemos sido interrogados por tu excelencia, sobre si después de la constitución nuestra, que quiere que algunos hijos nacidos de mujer libre y de adscripticio sean después libres por la condición de la madre, deban ser considerados como si no se hubieren hecho adscripticios, según el derecho antiguo, ó si se harán, sin embargo, colonos por virtud de otra constitución nuestra, que no les permite á los hijos de los colonos dejar la tierra, sino que manda que permanezcan siendo colonos, y si con mucha más razón debe ser esto así en este caso, puesto que hay en todas estas personas vestigio de su condición de adscripticio. Y esto comprendía ciertamente tu pregunta en dicho capítulo. Mas conviene saber, considerando nuestra intención, que nunca hemos de permitir nosotros que un vientre libre para un adscripticio, sino que es menester que al nacido después de la ley entonces establecida se le imponga este símbolo y signo, de suerte que en todo caso les competa la libertad á los que nacieron de madre libre. Si, pues, alguno hubiera nacido de mujer libre y de adscripticio, permanece él ciertamente libre, y no se despoja de ningún modo de la ingenuidad de la madre, pero indica la constitución establecida por nosotros, que ella quiere que los tales permanezcan siendo habitantes de los predios y cultivadores de los campos, como nacidos en ellos. Pues esto requiere la denominación de colono. Por lo tanto, no les concedemos á ellos licencia para abandonar el predio y pasar á otros. Mas si algunos hubieran nacido en algún predio, es manifiesto que, si verdaderamente nacieran de madre adscripticia, todos habrán de ser adscripticios, pero si de madre libre, permanecerán ciertamente libres, y será de ellos lo que por los mismos se posee, y no se hará del peculio de sus dueños, mas no saldrán ellos del predio, sino que lo cultivarán, y no les será lícito dejarlo y pasar á otros ajenos, á no ser que se hayan hecho dueños de cualquiera posesión propia, que los ocupe suficientemente, y no les permita cultivar también otra, y pasen á ella. De otra suerte, mandamos, en absoluto que permanezcan en el predio, siendo ciertamente libres, pero estando retenidos en el domicilio. Y quede esto ciertamente establecido de tal modo.

Cap. III

Non absurdum autem nobis visum est, etiam illam quaestionem decisione nostra dignari. Etenim si adscriptitia mulier adscriptitii cuiusdam ad alium pertinentis contubernio se copulaverit, de prole quaesitum est, si liberi ex illis nascantur, utrum ad dominum viri, an ad dominum mulieris sobolem pertinere conveniat? Sancimus igitur, si tale quid fiat, et adscriptitii diversorum dominorum sibi iungantur, quoniam quae ad conditionem spectant controversa non sunt, quum venter non sit liber, nati quidem adscriptitii sint, non tamen matri, nec eius domino omnes dabimus; sed si quidem unus natus sit filius, venter semini praeiudicet, et quod natum est domini sit matris, si vero duo forte sint liberi, ambo dividantur, electione per sortem facienda, sin autem inaequalis sit numerus liberorum, sinus matris plus obtineat, ut, si tres sint, duo quidem sint matris, unus vero patris, et rursus si quinque, tres ex natis domini matris, et duo patris. Et secundum hanc accessionem numerus procedat, ut id quidem, quod aequaliter dividi

Capítulo III

Mas no nos ha parecido absurdo que también sea digna de decisión nuestra esta cuestión. Pues si una mujer adscripticia se hubiere unido en contubernio á un adscripticio cualquiera perteneciente á otro, se preguntó respecto á la prole, si, naciendo hijos de ellos, ¿es conveniente que la prole le pertenezca al dueño del marido, ó al dueño de la mujer? Mandamos, pues, que si sucediera alguna tal cosa, y se unieran entre sí adscripticios de diversos dueños, como quiera que no hay controversia sobre lo que se refiere á la condición, porque el vientre no es libre, sean ciertamente adscripticios los nacidos, pero sin que se lo demos todo á la madre, ni al dueño de esta; pero si ciertamente hubiera nacido un solo hijo, perjudíquele el vientre al germen, y sea del dueño de la madre lo que nació, mas si fueran dos acaso los hijos, divídanse ambos, haciéndose á la suerte la elección; y si fuera impar el número de los hijos, obtenga más el claustro materno, de suerte que si fueran tres sean dos ciertamente de la madre, y uno del padre, y á su vez, si cin

potest, ex aequo distribuatur, quod vero excedit, quod et gratius, matri tribuatur. Hanc enim maiore studio dignari oportet, quae et dolores partus sustinuit, et peperit, et nutrivit, quam eum, qui ut voluptatis opus filii generationem effecit.

Epilogus

Quae igitur sacra hac pragmatica sanctione continentur gloria tua in similibus casibus observare studeat. Etenim et communem hac de re scribemus legem, tum illa ipsa, tum et alia insuper disponentes, in quibus legem necessariam esse credimus.

Dat. V. Id. Septemb. Constantinop. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XIII. Apione V. C. Cons. [539.]

NOVELLA CLXIII (1)

DE RELEVATIONE TRIBUTORUM

Praefatio

Maxima inter homines bona sunt iustitia et humanitas, quarum altera suum cuique tribuit nec aliena concupiscit, altera vero ad misericordiam decurrit gravibusque debitis egentes liberat. Haec ornare imperium et munire, et rempublicam servare, et viam humanam bene gubernare consueverunt. Quare et nobis, qui a deo sceptra accepimus, magno estudio est, ut eiusmodi benefactis conspicui simus, et utilitatem subditis praebentes ex virtute et gloria remunerationem habeamus. Scimus igitur mutua fila et varia hominum exitia ad tantam inopiam possessiones redigere, ut neque reditus inde dominis produci, neque publica tributa sufficienter inferri possint, idque militaribus aliisque necessariis impensis impositis, et nobis saepe multis bellis circumdatis multam pecuniam expendere coactis. Saepe igitur cogitavimus, qua fieri possit ratione, ut et necessitati satisfaceremus, et subditorum egestati mederemur, quumque nostra hac de re sententia in varia distraheretur, magis tamen obtinuit, ut ad humanitatem respiceremus, et quod deo placeret auxilium subditis praestaremus, quod vero deesset communibus sumtibus potius ex imperialibus thesauris introduceremus.

Cap. I

Hanc igitur etiam curam nostram domino Christo acceptam ferentes, atque quae praesentibus magni festi salutaris passionis sanctaeque illius resurrectionis diebus conveniunt facientes, merito illi pro republica hanc quoque praesente donationem offerimus, qua et agricolis omnibusque collatoribus (idem vero dictu est praediorum dominis) integrum unum publicorum tributorum canonem

co, tres de los nacidos sean del dueño de la madre, y dos del de el padre. Y con arreglo á este aumento fíjese el número, de suerte que lo que se pueda dividir por igual, se distribuya por igual, y lo que haya de exceso, y también de gracia, concédasele á la madre. Porque es menester que sea considerada digna de mayor solicitud la que sufrió los dolores del parto, y parió, y amamantó, que no el que realizó la generación del hijo como obra de recreo.

Epílogo

Por tanto, procure observar tu gloria en los casos semejantes lo que se contiene en esta pragmática sanción. Porque escribiremos también una ley común sobre este particular, disponiendo ya esto mismo, ya también otras cosas además, sobre las que creemos que es necesaria una ley.

Dada en Constantinopla á 5 de los Idus de Septiembre, en el año décimo tercero del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, bajo el consulado de Apión, varón muy esclarecido. [539.]

NUEVA CONSTITUCIÓN CLXIII

DE LA RELEVACIÓN DE TRIBUTOS

Prefacio

Los más grandes bienes entre los hombres son la justicia y la humanidad, una de las que da á cada cual lo suyo y no desea lo ajeno, y la otra se inclina á la misericordia y libra de grandes deudas á los necesitados. Estas cosas solieron ser ornato del imperio y fortificarlo, conservar la república, y regir bien la vida humana. Por lo que también nosotros, que hemos recibido de Dios el cetro, tenemos grande empeño en distinguirnos por tales buenos hechos, y, siendo útiles á nuestros súbditos, en tener la renumeración de la virtud y de la gloria. Y sabemos que los mútuos y diversos quebrantos de los hombres redujeron á tanta escasez las posesiones, que no se podían producir de ellos rentas para sus dueños, ni pagar cumplidamente los tributos públicos, y esto habiéndose impuesto gastos militares y otros necesarios, y habiéndonos visto con frecuencia obligados por hallarnos rodeados por muchas guerras á gastar mucho dinero. Así, pues, con frecuencia hemos pensado de qué modo podía lograrse que satisficiéramos la necesidad, y remediáramos la pobreza de los súbditos, y siendo solicitada en diversas direcciones sobre este punto nuestra opinión, prevaleció, sin embargo, que atendiéramos á la humanidad, y les prestásemos á los súbditos auxilio que agradase á Dios, y que más bien entregáramos de los tesoros imperiales lo que faltase para los gastos comunes.

Capítulo I

Así, pues, considerando aceptable para nuestro Señor Jesucristo también este cuidado nuestro, y haciendo lo que conviene en los presentes días de la grande festividad de su saludable pasión y santa resurrección, con razón le ofrecemos al presente por la república también esta donación, por la cual les concedemos á los agricultores y á todos los contribuyentes (y lo mismo es de decir de los dueños de

(1) *El texto griego de esta Novela CLXIII. se halla en Hal. y falta en Scrimg. — Según se dice en la ed. Scrimg., esta Novela es la quinta de Tiberio, y fué dada entre los años 578 y 582; pero por las indicaciones, de que se hace mención en esta constitución, indicó R. Schneider en nota á la versión alemana, que más bien parece que es de Justino II. y que fué dada entre los años 573 y 575 cerca de la festividad de la Pascua.—No queda antigua versión latina.*

in quadriennium dividendum concedimus, hoc est quartam quidem eius partem venturae nonae indictionis, decimae vero, quae hanc secutura est, tantam aliam partem, similiter et quartam simul partem undecimae (1) indictionis, minuentes etiam consuetudines, quae qualitercunque pro his rebus quibusdam praebentur.

Cap. II

§ 2.—Pero si el mencionado cuerpo de adictos Terciodelmatos fuera trasladado por orden nuestra á otras localidades, cuidaremos de que se le subrogue otro en su lugar, para que no le falte nada absolutamente del auxilio establecido y suficiente. En las susodichas cosas no tendrá participación alguna el espectable duque. Porque no queremos que tenga él intervención alguna ni con los soldados expresamente asignados al espectable corregidor, ni con alguno de los particulares, ni en las controversias de ellos, cuando entre sí las tuvieren, ni si fuera demandado alguno de los particulares, sobre los cuales no le concedemos ningún derecho, porque hay mucha diferencia entre el cuidado de las cosas militares y la administración civil, y es conveniente que estén separadas estas cosas, como nos lo ordenaron y lo establecieron los padres de la república. Y sepan los espectables duques, que si se atrevieran á ingerir en los asuntos civiles, no retendrán los militares, y habrán de quedar sujetos á esta magistratura; porque no queremos que en nada sea inferior esta magistratura á la magistratura del duque, sino que ciertamente se dedique, como se ha dicho, con todo empeño á la exacción de los tributos fiscales, pero cuide también de la incolumidad de los particulares, y no les permita á los espectables duques, ni á los muy esclarecidos tribunos, ni á alguien de casas poderosas, ni aun á nuestro sacro patrimonio, ó á nuestros sacros bienes privados, ó á nuestra sacra casa, que infieran un daño cualquiera á nuestros tributarios, ni se doblegue ni se atemorice, sino que presida con virilidad á nuestros súbditos, y haga todo lo que en cuanto á otros corregidores está mandado. Y así ciertamente se administrará todo por él mismo.

Cap. III

Illud sane etiam fieri et obtinere volumus, ut spectabiles duces inde annonas percipiant, unde spectabilis provinciae moderator constituerit, quum manifestum sit, eos non tam socorditer ad res animum adversuros esse, ut quae sibi competant petere non possint, scituri, quod, si praeter haec quidpiam fecerint, viginti librarum auri mulctam persolvant.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram declarantur iegem, excellentia tua effectui et fini tradere studeat (1).

EDICTUM V

DE TEMPORE ACTIONUM, QUAE SACRIS LOCIS COMPETUNT

Praefatio

Quod medicamenta morbis, id leges praestant negotiis. Unde facile intelligitur, saepe ea, quae ab aliquo probata fuerint, contrarium habuisse effectum, et quodcunque coniectura crederetur utile esse, ex ipsa experientia inutile inventum esse. Ostendit hoc praesentis quoque legis necessitas, etc. (2)

EDICTUM VI

EDICTUM PIENTISSIMI DOMINI NOSTRI IUSTINIANI DE CONSTITUTIONE ARTIFICUM

Praefatio

Cognovimus, post castigationem secundum domini dei clementiam factam eos, qui negotiationes et artificia exercent, atque diversi generis artifices, etc. (3)

EDICTUM VII

FORMA PRAGMATICA DE ARGENTARIORUM CONTRACTIBUS

In nomine Domini Iesu Christi Dei nostri, Imp. Caesar Flavius Iustinianus, *Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, omni aevo adorabilis, augustus.*

Praefatio

Quemadmodum semper virtutis vis in rebus adversis elucet, ita etiam imperatoria providentia et gubernatio in subditorum difficultatibus manifestatur. Et optandum quidem nobis est, ne quid unquam reipublicae nostrae adversi eveniat, verum si aut rerum humanarum mutabilitas, aut divinae voluntatis commotio humanis malis instat, desuper benigne inducta castigatio imperatoriae providen-

Capítulo III

Mas también queremos que se haga y se observe esto, que los espectables duques perciban las annonas de donde determinare el espectable corregidor de la provincia, porque es manifiesto que no mirarán tan descuidadamente las cosas, que no puedan pedir las que les competan, debiendo tener entendido que, si contra esto hubieren hecho alguna cosa, pagarán la multa de veinte libras de oro.

Epílogo

Por tanto, procure tu excelencia llevar á efecto y á término lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por esta sacra ley.

EDICTO V

DEL TIEMPO DE LAS ACCIONES QUE COMPETEN Á LOS SACROS LUGARES

Prefacio

Lo que los medicamentos en las enfermedades, eso hacen las leyes en los negocios. Por lo que fácilmente se comprende, que muchas veces haya producido efecto contrario lo que por alguien había sido aprobado, y que lo que por conjetura se creía que era útil se halló por la misma experiencia que es inútil. Y esto lo prueba también la necesidad de la presente ley, etc.

EDICTO VI

EDICTO DE NUESTRO PIADOSÍSIMO SEÑOR JUSTINIANO SOBRE LA REGLAMENTACIÓN DE LOS ARTÍFICES

Prefacio

Hemos sabido, que, después del castigo dado conforme á la clemencia del Señor Dios, los que se dedican á negociaciones y á artificios, y los artífices de diverso género, etc.

EDICTO VII

PRAGMÁTICA DISPOSICIÓN SOBRE LOS CONTRATOS DE LOS BANQUEROS

En el nombre del Señor Jesucristo, Dios nuestro, el Emperador César Flavio Justiniano, *Alemánico, Gótico, Fráncico, Germánico, Antico, Alánico, Vandálico, Africano, pio, feliz, inclito, vencedor, triunfador, en todo tiempo adorable, Augusto.*

Prefacio

Así como siempre brilla en los negocios adversos la fuerza de la virtud, así también se manifiestan en las dificultades de los súbditos la providencia y la gobernación del Emperador. Y ciertamente es para nosotros de desear, que nunca le sobrevenga ninguna adversidad á nuestra república, pero si la variabilidad de las cosas humanas, ó un cambio de la voluntad divina apremia con males á los huma-

(1) *Falta la subscripción. — Biener conjetura que esta Constitución es del año 536 ó del 537. — El texto griego del Edicto se halla en Scrimg.*

(2) *Esta Constitución fué dada en griego y en latín, y en la colección de las 168 Novelas se halla solamente la latina, que es la Novela 111.—Scrimg. publicó la forma griega aquí entre los Edictos.—Como una y otra dicen lo mismo, suprimimos en este lugar el texto de la versión latina de Agilseo, remitiendo al lector á la Novela 111, página 375.—N. del Tr.*

(3) *Este Edicto es la Novela 122 en la Colección de las 168 Novelas; y por eso no se repite aquí en este lugar.— Véase la página 419.*

tiae et benignitatis occasio fit. Quod etiam hoc tempore ita evidenter accidit, ut opus expositione non sit. Mortis enim periculum per omnia loca propagatum non necessarium reddit illud audire, quod quisque sustinuit. Quum itaque multa quasi ex improviso inciderunt, quae non facile tempus aliud induxisset, qui in collegio argentariorum recensentur, nos adierunt, dicentes, heredes nonnullos ac successores quorundam, qui sine scriptura ab argentariis aurum, aut argentum etiam, aut etiam alias species accepissent, in ingratitudinem spectare, quod videlicet neque qui ceperint superessent, neque ipsi heredes vel successores ex non scripto convinci possint.

nos, el castigo venido benignamente de lo alto se convierte en ocasión de providencia y de benignidad del Emperador. Lo cual acontece también con tanta evidencia en este tiempo, que no hay necesidad de demostración. Porque el peligro de la muerte, propagado á todos los lugares, no hace necesario oir lo que cada cual ha soportado. Y así, habiendo sobrevenido casi de improviso muchos, que no produjo con facilidad otro tiempo, se dirigieron á nosotros los que se cuentan en el gremio de banqueros, diciéndonos, que algunos herederos y sucesores de quienes sin escritura habían recibido de los banqueros oro, ó también plata, ó aun otras especies, tendían á la ingratitud, porque ni sobrevivían los que las habían recibido, ni sus mismos herederos ó sucesores podían ser convictos no habiendo escritura.

Cap. I

Huic igitur rei mederi studentes sancimus, ut qui ad hunc modum in iudicium vocati sunt, prae omnibus ad rectam conscientiam spectantes, indubitanter confiteantur data ab argentariis illis, in quorum iura successerunt, atque id ipsum etiam si qui superstites sunt circa collegium, quod contra eos est, faciant. Quod etiam a servis, qui ab iisdem adversariis examinantur, fieri iubemus. Sciat vero utraque pars, si aut ministrorum testimonio, aut scriptorum diariorum productione sub iureiurando facta, aut alia quadam apta probatione res convincetur, improbos duplum eius, quod fraudulenter et per improbitatem negaverint, soluturos esse, sive rei veritatem occultaverint, sive eam cognoscere neglexerint.

Capítulo I

Procurando poner remedio á esto mandamos, que los que de este modo son llamados á juicio confiesen indudablemente, atendiendo ante todo á su recta conciencia, lo que por los banqueros se les dió á aquellos en cuyos derechos sucedieron, y hagan esto mismo los que sobreviven respecto al gremio, que va contra ellos. Lo que mandamos que se haga también por los esclavos, que son examinados por los mismos adversarios. Pero sepan ambas partes, que si por el testimonio de los auxiliares, ó habiéndose hecho bajo juramento la presentación de los escritos diarios, ó con otra cualquier prueba adecuada, se hubiera justificado la cosa, habrán de pagar los faltos de probidad el duplo de lo que fraudulentemente y con improbidad hubieren negado, ya si hubieren ocultado la verdad del caso, ya si hubieren sido negligentes para conocerla.

Cap. II

Alterum ad nos ab eodem argentariorum corpore relatum est caput, ut ne teneantur ipsi, prolatis a se contractuum confessionibus, aut tabulis, aut ratiociniis illorum manu conscriptis, deinde in dubium vocatis, per publicorum instrumentorum collationem fidem imponere, propterea quod ipsorum collegium multis, et praecipue nobilibus hominibus credat, qui contractus suos publicari, aut statum rerum suarum manifestum fieri non sustineant, malintque, ut consentaneum est, extraneis maiores quam minores videri, sed ut propria manu, ut dictum est, in se conceptae litterae eandem cum publicis instrumentis vim obtineant.

§ 1.—Et in hoc igitur mediam nos quandam viam ingressi, qua et argentarios adversus eos, qui de talibus capitulis litem movebunt, et rursus illos adversus hos uti volumus, sancimus, si istiusmodi autographae contrahentium litterae proferantur, quas aut ipse, cuius esse dicuntur, aut ipsius heredes successoresve non possunt cum iureiurando abnegare, tanquam ab illo, cuius prae se nomen ferunt, scriptae sint, non numeratae pecuniae exceptionem opponi non posse. Insuper etiam si argentarius ex publico instrumento propriae manus scripturam confirmare possit, aut ipse quidem id negligat, adversarius vero ex alterius publici scripti comparatione scripturam illam ut falsam redarguere nequeat, tunc ex certis et indubiis et testium subscriptione firmatis autographis documentis, ad ea scripta, quae ab argentariis, aut contra proferuntur contrahentium autographa, comparatio fiat,

Capítulo II

De otro particular se nos hizo relación por el mismo cuerpo de banqueros, para que, producidas por ellos las confesiones de contratos, ó tablas, ó cuentas escritas por mano de ellos, y puestas después en duda, no se vean obligados á probarlas con la aportación de instrumentos públicos, porque el gremio de ellos presta á muchos, y principalmente á personas nobles, que no soportan que se publiquen sus contratos, ó se haga manifiesto el estado de sus bienes, y prefieren, como es consiguiente, parecerles superiores á otros más bien que inferiores; sino que las cartas escritas contra ellos por su propia mano, según se ha dicho, tengan la misma fuerza que los instrumentos públicos.

§ 1.—Y habiendo, pues, entrado nosotros en cierta vía intermedia, que queremos utilicen así los banqueros contra los que promovieren litigio sobre tales particulares, como á su vez éstos contra aquéllos, mandamos, que, si se produjeran tales cartas autógrafas de los contratantes, que ó el mismo de quien se dice que son, ó los herederos ó sucesores del mismo, no pueden desconocer con juramento, como si hubieran sido escritas por aquel cuyo nombre llevan al frente, no se pueda oponer la excepción de dinero no entregado. Además de esto, si el banquero pudiera confirmar con un instrumento público la escritura de su propia mano, ó si él ciertamente prescindiera de esto, pero su adversario no pudiera redargüir como falsa aquella escritura por la comparación de otra escritura pública, en este caso hágase el cotejo de documentos autógrafos ciertos é indubitados, y confirmados con la firma de

et firma haec sint, nec minorem, quam publica instrumenta, vim et auctoritatem habeant, non ex securitate, quae illis insit, sed ex sola forma. Nec praiudicium supplicantibus inde fiat, quod in scriptis a contrahentibus in eos expositis hypothecae, aut heredum successorumve nomen non inveniatur.

testigos, con los escritos autógrafos de los contratantes, que por los banqueros, ó contra ellos, se producen, y sean válidos, y tengan no menos fuerza y autoridad que los instrumentos públicos, no por la seguridad que en ellos haya, sino en cuanto á su sola forma. Y no se les origine á los suplicantes perjuicio, de que en las escrituras presentadas contra ellos por los contratantes no se halle el nombre de hipoteca, ó el de los herederos ó sucesores.

Cap. III

Habeant vero ex eodem argentariorum corpore, aeque et iam qui cum illis contrahunt, quando similes adversus illos actiones movent, facultatem, si quidam defunctorum propter inopiam heredes quidem non habuerint, debitores vero reliquerint, aut res aliquae apud illos depositae vel suppositae a quibusdam inveniantur, adversus illos competentes actiones movendi, et ex illis satisfactionem sibi parandi. Eadem ipsis servabuntur etiam in bonis eorum qui in vita sunt contrahentium, et debitorum, ut liceat ipsis, sive actores, sive etiam rei sint, si velint, etsi in instrumentis hypothecae nulla mentio insit, hypothecarias tamen actiones movere, quasi eae naturaliter argentariorum et cum ipsis contrahentium, contractus sequantur, et habere quoad posteriores tempore creditores praerogativam. Iniustum enim est, et a nostrorum temporum iustitia alienum, creditores quidem rebus suis privari, debitores vero alienis gloriari.

Capítulo III

Pero tengan los del mismo cuerpo de banqueros, é igualmente los que con ellos contratan también cuando contra ellos promueven análogas acciones, facultad, si algunos de los difuntos no tuvieren ciertamente por razón de su pobreza herederos, y hubieren dejado deudores, ó si se hallaren algunas cosas en poder de ellos depositadas ú obligadas por algunos, para promover contra ellos las acciones competentes, y procurarse por virtud de ellas el pago. Y lo mismo se observará respecto á ellos también en cuanto á los bienes de los contratantes, que viven, y son deudores, de suerte que les sea lícito á los mismos, ya sean actores, ya también demandados, promover, si quisieran, aunque en los instrumentos no se haga mención alguna de hipoteca, las acciones hipotecarias, como si estas siguieran naturalmente á los contratos de los banqueros y de los que con los mismos contratan, y tener prerogativa sobre acreedores posteriores en tiempo. Porque es injusto, y ajeno á la justicia de nuestros tiempos, que los acreedores sean ciertamente privados de sus bienes, y que los deudores se glorien con los ajenos.

Cap. IV

Illud vero etiam praesidio, quod iis largimur, addimus. Quoniam enim factis ab ipsis contractibus vehementer novella nostra lex repugnat, quae iubet, ne creditores adversus eos, qui aliquid a debitoribus emerint, prius agant, quam principales debitores per cessionem bonorum non solvendo esse constet (quod omnino illis molestum fuit, propterea quod ementes velut ex consuetudine et fideiussores quaerant, et aliam sibi securitatem parent, ipsis vero id neque consuetudo, neque in conficiendis contractibus celeritas permittat), sancimus per praesentem sacram pragmaticam formam, ex speciali ipsis datam munificentia, quae alteri personae, vel collegio, vel corpori, vel officio nullo modo competere potest, et ipsos, et qui cum ipsis contrahunt, quando adversus ipsos actiones instituunt, eo privilegio uti in inquirendis persequendisque rebus, in quibus ipsis tempus praerogativam praebet, quale ante legis nostrae lationem habuerunt, ut probatione bonorum cessionis a debitoribus factae non gravati, si quidem satisfactionem a principalibus consequi nequeant, veniant adversus res ab illis alienatas, et ex speciali vel generali hypotheca ipsis obnoxias, in quibus, ut dictum est, antiquius, quam ceteri creditores, ius habent, actionem movere possint. Existimamus enim, ea quae praedicto argentariorum corpori et qui cum ipsis contrahunt conceduntur, in communem se beneficentiam extendere, ideo quod illi non paucis quibusdam, sed omnibus fere in universa republica factis contractibus ministerium praestant.

Capítulo IV

Pero añadimos también esto al auxilio que les concedemos. Porque como á los contratos hechos por los mismos se opone enérgicamente nuestra nueva ley, que manda que los acreedores no ejerciten acción, contra los que de los deudores hubieren comprado alguna cosa, antes que conste mediante la cesión de bienes que los deudores principales no son solventes, (lo que les fué sumamente molesto, porque los compradores requieren como por costumbre fiadores, y se procuran otra seguridad, y á ellos mismos no les permiten esto ni la costumbre ni la celeridad de la formalización de los contratos), mandamos por la presente sacra pragmática disposición, dada para los mismos por especial munificencia, que de ningún modo puede competer á otra persona, ó colegio, ó corporación, ú oficio, que así ellos, como los que con los mismos contratan, cuando contra ellos entablan acciones, utilicen en la investigación y persecución de bienes, sobre los que el tiempo les da á los mismos prerogativa, el mismo privilegio que tuvieron antes de la promulgación de nuestra ley, para que, no estando gravados con la prueba de haberse hecho por los deudores cesión de bienes, se dirijan y puedan promover acción, si verdaderamente no pudieran obtener de los deudores principales el cobro, contra los bienes enajenados por estos, y obligados á ellos mismos por hipoteca especial ó general, sobre los que, como se ha dicho, tienen derecho más antiguo que los demás acreedores. Porque estimamos que esto que se concede al susodicho cuerpo de banqueros y á los que con los mismos contratan, lo extienden ellos en beneficio común, porque ellos prestan servicio, no en algunos pocos, sino en casi todos los contratos hechos en toda la república.

Cap. V

Hoc vero etiam illis petentibus concedere providimus, ut, quando litem aliquibus inferunt, et ad confessionem decimae partis conveniunt, ab illis fideiussiones non exigantur, sed sufficiat ipsorum hac de re facta promissio, quum digni sint, quibus per se credatur, quorum fides etiam pro aliis sufficere censetur. Manifestum autem est, si legi succubuerint, nihil illis prodesse, quod fideiussorem non dederint, sed etiam decimae eos partis poenam soluturos esse, quemadmodum et qui litem ipsis inferunt, et insuper qui ab illis in ius vocantur, similibus poenis subiicientur, hoc solo discrimine in hoc capite servato, quod, sicut iam dictum est, actoribus e collegio argentariorum fideiussorum datio in decimam partem per speciale quoddam nostrum beneficium remissa est.

Cap. VI

Quoniam vero etiam quod supplices ad diversa tribunalia protrahuntur, quando plurimi sunt cum ipsis contrahentes, et quod fit pauci probi, non solum ipsis damnum, verum etiam communibus rebus impedimentum inferre compertum est, etiam in hac parte priorem nostram circa illos providentiam imitamur, ac iubemus tales illis iudices esse, sive agant, sive conveniantur, tuam autem prudentiam, et Petrum gloriosissimum sacrarum nostrarum largitionum comitem, exconsule et patricium, (1) apud alterutrum horum movendae inter ipsos et alios qualescunque lites, aut etiam apud iudices antehac a nobis illis datos deinde defunctos, iam motae examinentur, et brevem, nostrisque legibus convenientem finem accipere, et supplices praetoriorum vexatione liberatos domesticis rebus vacare, tantoque liberalius circa subditorum contractus versari, quanto minorem improbitatem experientur, aut qui improbi esse conantur, iniqua illis damna inferre non sinentur.

Cap. VII

Sed quoniam et alium quendam nobis dolosorum hominum dolum manifestarunt, denuntiantes, nonnullos a dicti collegii personis pecunias mutuatos aut mutuantes emisse aut emere possessiones immobiles suarum uxorum aliorumve quorundam, qui circa eos sunt, nomine, ad circumscriptionem generalis ab ipsis, acquisitorum et acquirendorum bonorum oppignerationis, nonnullos vero ipsis debita a debitoribus aut in pecuniis, aut omnino in immobilibus rebus recipientes, non in suam personam, sed, ut dictum est, aut in uxorum, aut cognatorum nomen istiusmodi solutionem, aut cessionem, aut venditionem fieri a debitoribus curare, ita ut per talem modum illi quidem inopiam praetendant, ipsi vero, qui ex dicto argentariorum corpore benigne iis crediderunt, hos, quibuscum contractum iniisse non videantur, in ius vocare nequeant, in hoc quoque capite parem munificentiam tam argentariis, quam qui adversus ipsos similes controversias movent exhibentes, iubemus, ut, si

(1) *Aquí parece que falta* ut, *como se halla en el texto íntegro de Agileo, y como requiere, á nuestro juicio, el contexto, que además creemos que está muy mal puntuado en este pasaje.—N. del Tr.*

Capítulo V

Mas también hemos proveído concederles esto que nos pedían, que, cuando promueven litigio á algunos, y comparecen para la confesión de la décima parte, no se les exijan fianzas, sino que baste la promesa de los mismos hecha sobre este particular, pues son dignos de que se les crea por sí mismos aquellos cuya fe se estima que es suficiente también respecto á otros. Pero es manifiesto, que, si hubieren sucumbido á la ley, de nada les aprovechará no haber dado fiador, sino que habrán de pagar ellos también la pena de la décima parte, así como los que á ellos mismos les promueven litigio, y además los que por ellos son llamados á juicio quedarán sujetos á análogas penas, observándose esta sola diferencia en este particular, que, como ya se ha dicho, á los actores del gremio de banqueros se les ha dispensado la dación de fiadores respecto á la décima parte, por cierto especial beneficio nuestro.

Capítulo VI

Mas como también los suplicantes son llevados á diversos tribunales, porque son muchos los que con ellos contratan, y, como acontece, pocos los probos, y se ha visto que no solamente á los mismos se les causa daño, sino también impedimento á los negocios comunes, imitamos también en este particular nuestra anterior providencia respecto á ellos, y mandamos que tengan, ya si son actores, ya si fueran demandados, como jueces especiales á tu prudencia, y á Pedro, gloriosísimo conde de nuestras sacras liberalidades, exconsul y patricio, de suerte que los litigios que se hayan de promover entre los mismos y otros cualesquiera, ó también los ya promovidos ante los jueces dados á ellos por nosotros antes de ahora y que después han cesado, sean examinados ante uno ú otro de éstos, y reciban término breve y que convenga con nuestras leyes, y, librados de la vejación de los pretorios los suplicantes, puedan dedicarse á sus asuntos domésticos, y se conduzcan tanto más liberalmente en los contratos de los súbditos, cuanto menor falta de probidad experimenten, ó si no se deja que los que intentan ser ímprobos les causen á ellos daños injustos.

Capítulo VII

Pero como nos manifestaron asimismo otro cierto fraude de hombres dolosos, denunciándonos que algunos, habiendo recibido, ó recibiendo, en mútuo dinero de personas de dicho gremio, compraron ó compran posesiones inmuebles á nombre de sus mujeres ó de otros cualesquiera, que están cerca de ellos, para defraudación de la obligación general de los bienes adquiridos y que se hayan de adquirir por los mismos, y que algunos, al recibir lo que á los mismos se les debe por sus deudores, ya en dinero, ya en general en bienes inmuebles, cuidan de que por los deudores se haga este pago, ó cesión, ó venta, no á favor de su persona, sino, como se ha dicho, ó á su mujer, ó á nombre de sus cognados, á fin de procurarse ellos ciertamente de este modo la pobreza, y de que los que de dicho gremio de banqueros les prestaron con benignidad no puedan llamar á juicio á estos con quienes no parece que hicieron el contrato; concediéndoles también en este particular igual munificencia tanto á los ban-

quis debitorum dolo fecisse, quominus res suas possideat, et ius suum clam in alium transtulisse demonstretur, liceat actoribus per in rem, aliamve legitimam actionem et factum demonstrare, et adversus dictas res, quasi debitoris sint, procedere, et undique machinatione pulsa, indemnitati suae et in debito, et in factis propter hoc expensis consulere. Scimus enim, tantam esse prudentiae tuae memoratique gloriosissimi viri diligentiam, ut ita motas, nondum autem finitas, aut etiam in posterum movendas controversias diiudicaturi sitis, ut neque supplicantes ex debitorum improbitate aut fallacia iniustum dispendium subeant, neque vero innoxii ex iniquis commentis impórtunas eversiones sustineant, sed et quae nuper ipsis petentibus praebita sunt, rata et inconcussa maneant, et per praesentem sacram nostram pragmaticam formam concessa ad nostrum consilium perficiantur, qui hoc amplectimur, ut omnes subditi recte et non captiose in negotiis versentur, et quibus debetur, quod ministerium reipublicae negotiis praebent, quieta vita fruantur, nec per improborum machinationes iudiciis, quaeque inde manant difficultatibus et dispendiis, implicentur.

Cap. VIII

Quod autem in quoque dictorum capitum specialiter posuimus, id tu orationis confirmatione generaliter ponere visum est, ut in omnibus propositis his, qui in praedicto argentariorum corpore recensentur, eorumque heredibus et successoribus [tum etiam illis, qui cum ipsis contrahunt, atque eorum heredibus et successoribus], in quibus rebus adversus argentarios actiones movent, aequalia privilegia sint. Convenit enim, ut utraque pars eam simplicitatem in contractibus ac negotiis suis servet, quam sibi ab altera servari velit.

§ 1.—Haec igitur per praesentem sacram uostram pragmaticam formam iubentes, etiam hoc addimus, ut prudentia tua omnesque magni magistratus eos, qui in praedicto collegio recensentur, iuvent, ut sive per edicta, sive per litteras, sive per alium quemcunque consuetum modum servato iuris ordine competens subsidium consequantur, possitque illis adversus improbos succurri, neque cogantur et ipsi adversus alios improbi esse, sed potius aequos atque bonos se illis, qui cum ipsis contrahunt, exhibeant, quippe quum id nostrorum temporum bonitati universaeque reipublicae contractibus, quorum praecipui et maxime necessarii semper per praedictum collegium fiunt, conveniat.

Epilogus

Quae igitur uobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, prudentia tua et quilibet alius reipublicae nostrae iudex, firma servet, licentia data supplicibus hanc sacram pragmaticam formam in omni iudicio, et maiore et minore, producendi, illamque recipiendi, et inde subsidium consequendi, utpote quae tantam in praesente casu et in praedictis capitibus vim haqueros, como á los que contra los mismos promueven análogas controversias, mandamos, que, si se demostrase que algún deudor hizo con dolo de modo que no posea sus propios bienes, y que clandestinamente transfirió á otro su derecho, les sea lícito á los actores probar el hecho por medio de la acción real ó de otra legítima, y proceder contra dichos bienes, como si fueran del deudor, y, rechazada por completo la maquinación, procurar su propia indemnidad tanto en cuanto á la deuda, como respecto á los gastos hechos por causa de esto. Pues sabemos que es tanta la diligencia de tu prndencia y del mencionado gloriosísimo varón, que habreis de juzgar las controversias así promovidas, pero aun no terminadas, ó también las que en lo sucesivo se hayan de promover, de suerte que ni los suplicantes sufran injusto dispendio por la improbidad ó la falacia de los deudores, ni los inocentes soporten importunos quebrantos por virtud de inícuas ficciones, sino que lo que recientemente ha sido concedido á los mismos peticionarios subsista válido é inalterable, y lo otorgado por nuestra presente sacra pragmática disposición sea ejecutado conforme al designio de nosotros, que aceptamos esto para que todos los súbditos se conduzcan recta y no capciosamente en los negocios, disfruten de vida sosegada, y no se vean complicados, por maquinaciones de los que no son probos, en juicios, y en las dificultades y dispendios que de ellos dimanan.

Capítulo VIII

Mas lo que en cada uno de los dichos capítulos hemos puesto especialmente nos ha parecido bien establecerlo en general en la confirmación de la oración, á fin de que en todas las cuestiones propuestas tengan iguales privilegios los que se cuentan en el susodicho cuerpo de banqueros, y sus herederos y sucesores, (y también los que contratan con los mismos, y sus herederos y sucesores), sobre los bienes en que se promueven acciones contra los banqueros. Porque es conveniente que ambas partes conserven en sus contratos y negocios la sencillez que quiera que por la otra parte se le guarde á ella.

§ 1.—Mandando, pues, esto por nuestra presente sacra pragmática disposición, añadimos también que tu prudencia y todos los magistrados superiores favorezcan á los que se cuentan en el susodicho gremio, de suerte que, guardado el orden de derecho ya por edictos, ya por cartas, ya de otro cualquier modo acostumbrado, consigan el competente auxilio, y se les pueda socorrer contra los ímprobos, y no se vean obligados también ellos á ser ímprobos contra otros, sino que antes bien se muestren equitativos y justos á los que con ellos mismos contratan, porque esto es lo que conviene ciertamente á la bondad de nuestros tiempos y á los contratos de toda la república, de los que los principales y los más necesarios se hacen siempre por el susodicho gremio.

Epílogo

Por tanto, conserven firme tu prudencia y cualquier otro juez de nuestra república lo que nos ha parecido bien y se declara por medio de esta sacra pragmática disposición, quedándoles dada á los suplicantes licencia para producir esta sacra pragmática disposición en todo juicio, tanto mayor como menor, y para admitirla, y para obtener por ella auxilio, como quiera que tiene en el presente caso

bet, quantam in aliis negotiis generales nostrae leges obtinent.

Dat. V. Kal. Mart. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XV., post. BASIL. V. C. cons. [542.] (1)

EDICTUM VIII

DE PONTICI TRACTUS VICARIO

Idem Imperator BASSO, *gloriosissimo Praefecto Praetorio.*

Praefatio

Nos sufficere quidem civiles magistratus Ponticae dioecesis provinciis existimantes, olim excogitatum illis locis vicarium in medio hoc tempore inhibuimus, nihil eorum, quae postea ab iis facta sunt, commissum iri exspectantes. Sed quandoquidem ex ipsis rebus cognovimus, viros incolere illas provincias latrociniis et caedibus innutritos et qui viros semper congregent armiferos iisque etiam utantur adversus se quique defugiant poenas de his constitutas, quum deserunt provincias, in quibus deliquerint, provincialium magistratuum nullo ex tradita sibi provincia egredi audente, ita ut nos saepe viros in provinciam emiserimus, et fiscum expensis gravaverimus, effecerimus vero amplius nihil, quod ad manum non esset magistratus, qui auxilium ferre et istiusmodi flagitia reprimere posset,

Cap. I

visum est revocare iterum vicarii magistratum et Galatiae primae praeside ad pristinum statum redacto, ut non nisi civilis sit, sicut ante erat, quam nos eum, sublato vicarii magistratu, dignitate annonaque maiore decoravimus, vicarium denuo omnibus Ponticae dioecesis provinciis praeficere, ita ut non solius praefecti locum adimpleat, sed et gloriosissimi magistri sacrorum nostrorum officiorum atque gloriosissimorum etiam ducum, magnificentissimorum denique eorum magistratuum, qui sacro nostro patrimonio nec non thesauro et praeterea qui domesticis et protectoribus praesunt; atque talem licentiam habeat et potestatem, qualem ipsi praesides per se in locis habere solent, ut neque quis propter dignitatem, neque propter sacerdotium neque cingulum neque militiam neque propter aliud quidquam ex eius iurisdictione eximatur, sed omnes ei subsint eodem modo sive privati sunt, sive cingulo vel dignitate vel militia vel etiam sacerdotio decorati, idque non in criminibus solum (non enim militarem tantum hunc magistratum facimus), verum etiam si quis de pecuniis litem instituere velit. Communem enim hunc magistratum omnibus hominibus omnibusque rebus facimus.

§ 1.—Reddimus vero ei etiam quod ante habuit, sacrum auditorium, ut lites usque ad quingentos aureos appellatione suspensae in aliqua Ponticae

y en los susodichos particulares tanta fuerza cuanta en otros negocios alcanzan nuestras leyes generales.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Marzo, en el año décimo quinto del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto, después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [542.]

EDICTO VIII

DEL VICARIO DE LA REGIÓN DEL PONTO

El mismo Emperador á BASSO, *gloriosísimo Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Estimando nosotros que cie tamente eran suficientes para las provincias de la diócesis del Ponto las magistraturas civiles, suprimimos on este tiempo intermedio el vicario antes imaginado para aquellos lugares, esperando que no se haría nada de lo que después se hizo por ellos. Pere como por la misma realidad hemos sabido que en aquellas provincias habitan hombres avezados á latrocinios y á muertes, y que congregan siempre á hombres armados, y que de ellos se sirven también contra si mismos, y eluden las penas establecidas sobre esto, abandonando las provincias en que delinquieron, sin que ninguno de los magistrados provinciales se atreva á salir de la provincia á él confiada, de tal suerte que muchas veces enviamos individuos á la provincia, y gravamos con gastos al fisco, pero no hemos hecho además nada que no estuviera al alcance del magistrado, que podría prestar auxilio y reprimir tales delitos,

Capítulo I

nos ha parecido bien restablecer de nuevo la magistratura del vicario, y, habiendo vuelto también á su primitivo estado al presidente de la primera Galacia, para que no sea sino civil, como era antes que nosotros, suprimida la magistratura del vicario, lo hubiésemos decorado con mayores dignidad y anuonas, poner de nuevo al frente de todas las provincias de la diócesis del Ponto un vicario, de suerte que tiene el lugar no solamente del prefecto, sino también del gloriosísimo maestre de nuestros sacros oficios, y asimismo de los gloriosísimos duques, y finalmente de aquellos muy magníficos magistrados, que están al frente de nuestro sacro patrimonio y también del tesoro, y además el de los que presiden á los domésticos y á los protectores; y tenga tal licencia y potestad cual suelen tener por sí en las localidades los mismos presidentes, de suerte que nadie se exima de su jurisdicción por razón de dignidad, ni de sacerdocio, ni de cíngulo, ni de milicia, ni por otra cosa cualquiera, sino que todos estén sujetos á él del mismo modo, ya sean particulares, ya estén decorados con cíngulo ó dignidad ó milicia ó también sacerdocio, y esto no solamente en las causas criminales, (pues no hacemos solamente militar esta magistratura), sino también si alguien quisiera entablar litigio sobre cantidades de dinero. Pues hacemos á esta magistratura común para todos los hombres y para todos los negocios.

§ 1.—Pero le devolvemos también la sacra audiencia que antes tuvo, para que los litigios hasta quinientos áureos, pendientes de apelación en algu-

(1) *El texto griego de este Edicto se halla en Scrimg.—Coléjense las disposiciones del mismo con las de la Novela CXXXVI., página 479, y con las del siguiente Edicto IX.—N. del Tr.*

dioecesis provincia, non ad hanc felicem deducantur urbem, sed apud eum ad sacrarum formam examinentur, sive ex ipsa civilium magistratuum iurisdictione provenerint, sive ex sententiis cuiuspiam magnae huius urbis magistratuum vel etiam ex nostra iussione. Nemini vero licentiam damus, ut quando appellatione suspensa controversia mota fuerit, altera appellatione utatur. Attamen si qua controversia principaliter apud eum mota sit, procedet appellatio, quemadmodum solebat, antequam nos magistratum univimus, tanquam si nihil medio tempore novi factum esset. Quod sane et in Galatiae praeside iubemus, quem simplicem denuo magistratum facimus, quasi in eo nihil medio tempore innovatum esset.

Cap. II

Licentiam etiam huic vicario damus, ut in quamcunque velit provinciam Ponticae dioecesis proficiscatur, incipiens a vicina hac Bithynia usque ad Armenios ipsos et Trapezunta et nostrae reipublicae ad Persas fines, ut principaliter quae adhuc commissa sunt poenis persequatur (nam etiam gladii ius ei concedimus), praecipue vero milites coërceat, si qui eorum desertis stationibus suis istiusmodi flagitiis se dediderint. Si quem vero criminibus obnoxium invenerit, hunc cingulo privet, qualecunque habeat, non exspectans donec magistratum qui eiusmodi militiis praeest, ea de re certiorem fecerit, ut qui semel et illius locum adimplet et in omnes omnino ius et potestatem habet. Atque licentiam ei damus omnibus locis et vicis praesse, sive ad sanctissimas ecclesias aut ad religiosa pertineant ministeria aut ad sacra nostra privata, aut etiam ad sacrum patrimonium aut ad nostram domum et, ut simpliciter dicamus, nullum omnino locum ex eius iurisdictione eximimus.

Cap. III

Inspiciet vero etiam militares transitus, an satis ordinatim procedant, et si quid in iis commissum invenerit, hoc corriget tum milites ipsos castigando, tum etiam subditis nostris, in quibus iniuria affecti fuerint, satisfactionem curando. Potestatemque ei concedimus, ut armis privet, qui non propter aliquam militiae necessitatem ea habent, omniaque inferat in publica huius magnae urbis armamentaria.

§ 1.—Inhibebit etiam adulteria et homicidia et latrocinia, praecipue autem mulierum raptus, rerum ereptiones, infestationes et vim, denique universum istiusmodi delictorum cumulum, ut quod potissimum magistratus a nobis ei dati caput est. Refrenabit quoque iniuriosos, sive sacerdotes sive magistratus sint, sive possessores sive plebeii, nec cuiquam permittet facere quid quod leges nostrae non probent.

§ 2.—Sustinebit vero et controversiarum examinationes et diiudicationes, atque habebit propriam cohortem virorum vicarianorum septuaginta, qui per sacra nostra probatoria stipendia facient, quae ex illo scrinio praebebuntur, ex quo et olim sole-

ua provincia de la diócesis del Ponto, no sean traidos á esta feliz ciudad, sino examinados ante él en la forma de los sacros conocimientos, ya si provinieren de la misma jurisdicción de los magistrados civiles, ya si de sentencias de cualquiera de los magistrados de esta grande ciudad, ó también de orden nuestra. Mas á nadie le damos licencia para que, cuando se hubiere promovido la controversia suspensa por la apelación, utilice otra apelación. Sin embargo, si principalmente se hubiera promovido ante él alguna controversia, procederá la apelación, como solía antes que hubiésemos unido nosotros la magistratura, como si en el tiempo intermedio no se hubiese hecho nada nuevo. Lo que ciertamente mandamos también respecto al presidente de la Galacia, cuya magistratura hacemos otra vez sencilla, como si respecto á ella no se hubiese innovado nada en el tiempo intermedio.

Capítulo II

Le damos también á este vicario licencia para que vaya á cualquier provincia que quiera de la diócesis del Ponto, comenzando por esta vecina de Bitinia hasta la misma Armenia, y Trebizonda y hasta los confines persas de nuestra república, para principalmente persiga con penas los delitos que hasta ahora se han cometido, (porque también le concedemos el derecho de espada), pero especialmente castigue á los militares, si algunos de ellos se hubieren entregado á tales crímenes habiendo desertado de sus puestos. Mas si hallare á alguno responsable de crímenes, privelo del cíngulo, que tenga, no esperando que el magistrado que está al frente de tales milicias le haga sabedor de la cosa, puesto que llena el lugar de él y tiene absolutamente sobre todos derecho y potestad. Y le damos licencia para que esté al frente de todos los lugares y aldeas, ya si pertenecieran á las santísimas iglesias ó á ministerios religiosos, ó á nuestros sacros bienes privados, ya si también al sagrado patrimonio ó á nuestra casa, y, para decirlo de una vez, no eximimos de su jurisdicción absolutamente ningún lugar.

Capítulo III

Inspeccionará también los tránsitos militares, si se hacen bastante ordenadamente, y si hallare que en ellos se cometió alguna cosa, la corregirá ya castigando á los mismos militares, ya también procurándoles satisfacción á nuestros súbditos en lo que hubieren sido afectados por injuria. Y le concedemos facultad para privar de armas á los que no las tengan por alguna necesidad de su milicia, y para llevarlas todas á los arsenales públicos de esta grande ciudad.

§ 1.—Prohibirá también los adulterios y los homicidios y los latrocinios, pero principalmente los raptos de mujeres, los robos de cosas, las agresiones y la violencia, y finalmente todo el cúmulo de tales delitos, como siendo este el principal encargo de la magistratura dada á él por nosotros. Refrenará también á los que injuriau, ya sean sacerdotes, ya magistrados, ora poseedores, ora plebeyos, y no le permitirá á nadie hacer cosa alguna que no aprueben nuestras leyes.

§ 2.—Pero hará el examen y el fallo de las controversias, y tendrá propia cohorte de setenta hombres vicarianos, que devengarán en virtud de sacras credenciales nuestras estipendios, los que serán pagados por aquella secretaría por la que también

bant praeberi, cum vicarius esset. Reddimus etiam mulas, quot quondam vicario assignatas nunc provinciae praeses accepit in suum ministerium; quoniam illi, qui nihil aliud nisi civilis sit magistratus, superfluus est talium usus, spectabili vero vicario, ut qui hac illac circumcursare debeat, necessarium earum ministerium est.

§ 3.—Obediet vero ipsi universus in illis locis constitutus exercitus, dictoque illi obedientes erunt domestici et protectores, scholares et milites, ita ut praesidali mandato nostrove iussu non indigeant, sed ipso magistratus iure ministerium praebeant. Praebebunt autem ministeria quo loco degunt, praeterquam si qua iusta et inevitabilis necessitas, quae maioris auxilii indigeat, inducat eum, ut ex uno loco in alterum transferre ipsos necesse habeat.

§ 4.—Utetur etiam praeconis voce, et quatuor facibus, quippe quum in hanc rem sumptus a nobis constitutus sit, atque ceteris omnibus, quaecunque civilis simul et militaris magistratus sunt, insigniis. Unde etiam ad responsum ministrare ei iubemus ad imitationem gloriosissimorum nostrorum ducum, per quem et coërcebit milites, si quando ita tempus postulabit, et in necessariis rerum ministeriis continebit. Quantas vero annonas assignaverimus ei et assessori et cohorti ei subiectae, et quantas debeat de cetero primae Galatiae praeses habere pro se et assessore et obediente ei cohorte, item quantum ipsum aut in sacro nostro palatio aut in gloriosissimorum praefectorum praetorio pro magistratus codicillis dare conveniat, per subiectam descriptionem omnibus fiet manifestum. Hunc autem nos magistratum illis locis reddidimus, ut qui iniuria afficiantur, in promtu auxilium haberent, omnesque, qui in illis locis habitent, quibus hactenus pressi sunt difficultatibus liberarentur, et vero quiete atque recta legum moderatione fruerentur ab omni magistratu, quem illis locis praefecimus, ut ad omnem iniuriam et latrocinium reprimendum sufficere queat.

Epilogus

Haec igitur manifesta tuae gloriae facere visum est, ut cognoscens quae hac de re nunc nobis placuerint, observet in deinceps tempus, et annonas ei praebeat, quemadmodum in subiecta a nobis descriptione comprehenditur.

Dat. XV. Kal. Oct. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. ann. XXI. (1) post Basilii V. C. cons. ann. VI. [547.] (2)

solían pagarse antes, cuando había vicario. Le damos también tantas mulas cuantas asignadas en otro tiempo al vicario recibió ahora para su servicio el presidente de la provincia; porque el uso de las tales es supérfluo para el que no sea nada más que magistrado civil, pero es necesario su servicio para el espectable vicario, puesto que deberá andar de acá para allá.

§ 3.—Y le prestará al mismo obediencia todo el ejército constituído en aquellos lugares, y obedecerán sus órdenes verbales los domésticos y los protectores, los escolares y los militares, de suerte que no necesiten mandato presidencial ú orden nuestra, sino que le presten servicio por el mismo fuero de la magistratura. Mas prestarán servicio en la localidad en que viven, salvo si alguna justa é inevitable necesidad, que requiera mayor auxilio, lo lleve á tener precisión de trasladarlos de una localidad á otra.

§ 4.—Se servirá también de pregonero, y de cuatro faces, puesto que para esto ha sido consignado gasto por nosotros, y de todas las demás insignias que son propias de la magistratura civil y también de la militar. Por lo cual, mandamos, que también le preste servicio un responsario á la manera que á nuestros gloriosísimos duques, por medio del cual castigará á los militares, si alguna vez lo requiriere así la ocasión, y los contendrá en sus necesarios ministerios. Mas por la nota que va al pie se hará manifiesto á todos cuántas annonas les hemos asignado á él, y á su asesor, y á la cohorte á él subordinada, y cuántas deberá tener en lo sucesivo para sí, para el asesor y para la cohorte que está á sus órdenes el presidente de la primera Galacia, y también cuánto es conveniente que dé él mismo por las credenciales de su magistratura ó en nuestro sacro palacio ó en el pretorio de los gloriosísimos prefectos. Pero les restituímos esta magistratura á aquellos lugares, para que los que sean perjudicados por injusticia tengan pronto auxilio, y para que todos los que habiten en aquellas localidades se vean libres de las dificultades con que hasta ahora estuvieron abrumados, y disfruten en verdad del sosiego y del recto régimen de las leyes por virtud de la magistratura que hemos puesto al frente de aquellos lugares, para que pueda ser suficiente para reprimir toda injuria y latrocinio.

Epílogo

Por tanto, ha parecido bien hacerle esto manifiesto á tu gloria, para que, conociendo lo que sobre este particular nos ha placido, lo observe en el tiempo futuro, y le dé á aquél annonas en la medida que se contiene en la nota puesta al pie por nosotros.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Octubre, en el año vigésimo primero del imperio del señor Justiniano, Augusto perpétuo, sexto después del consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [547.]

(1) XXV., *consigna Scrimg.*

(2) *El texto griego de este Edicto se halla en Scrimg.—Bk. fué el primero que publicó, tomándola del cód. Vindob., una antigua versión latina, con el epígrafe de Constitución CXXII.*

EDICTUM IX

DE ARGENTARIORUM CONTRACTIBUS

Imp. IUSTINIANUS *Aug.* TRIBONIANO, *Praefecto Urbis.*

Praefatio

Commune collegii argentariorum, qui in hac magna urbe sunt, supplicavit potentiam nostram, ut praeter alia omnia, quae ipsis largiti sumus, alio nunc etiam modo sibi opitulari velimus. Docuerunt enim, quosdam, qui debuerint aut etiam debeant, quando pecuniae aut res ab ipsis repetuntur, et non habeant, unde hoc solvant, ab ipsis petere, ut pura constituta pro ipsis subeant, et alios quidem hoc ipsum in obligatoriis schedulis conscribere, alios vero propter contrahentis fidem et sine scripto ut hoc faciant ipsis mandare, ipsos autem, illorum petitionibus cedentes, iis, qui illis molesti sunt, certum tempus constituere, intra quod constituens omnino debitum solvat, se vero illis spondere, deinde dilatione finita iis, qui constituta susceperunt, satisfacere, ita ut debitores forte et mutui syngraphas, et confessiones suas recipiant, aut etiam apochas capiant, quasi securitate per constitutum facta; multos vero, quum parare sibi rem alicuius voluerint aut velint, ipsis mandare, ut pro ipsis pecuniam aut rem aliquam se daturos constituant, et illis quidem quod quaesierint obtingere, ipsos vero promte pecunias aut res praebere, et omnino ita mandantibus illis constituta fieri, et non aliter pecunias aut res solvere velle, priusquam qui constitutum accepit, probationem pecuniae aut rei fecerit, aut eas se accepisse demonstraverit; et se quidem dare pecunias aut res, postea autem quaestionem ipsis moveri, illis probationem datae pecuniae vel rei exigentibus. Quae res sane quam difficilis et formidabilis illis est, tum quod ad praeterita, tum quod ad futura, ut quae fieri nequit. Quis enim eorum, quibus pecuniae aut res constitutae fuerint vel constituantur, non ad faciendam probationem datorum, vel depositionem in actis, se haec accepisse, ad id velit venire? Saepe vero ipsos defatigatos etiam aliis cedere actiones, neque haec sibi actionem inferentibus opponi solum, verum etiam iis, quibus actiones cessae sint aut cedantur. Et petierunt, ut ab hac difficultate liberentur et si omnino purum mandatum factum sit aut fiat, ut pecunias aut res intra certum tempus solvant, electione nulla proposita, simulatque praefinitum tempus elapsum sit, obnoxius mandator exsistat debiti solutioni et ipsis, et quibus a se actiones cessae sint, aut etiam cedantur, nec solum, si hoc interveniente scriptura mandaverit, verum etiam si sine scripto totum negotium confectum sit.

Cap. I

Nos igitur succurrere rei volentes (cum omni

EDICTO IX

DE LOS CONTRATOS DE LOS BANQUEROS

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* TRIBONIANO, *Prefecto de la ciudad.*

Prefacio

La comunidad del gremio de banqueros, que hay en esta grande ciudad, suplicó á nuestro poder, que, además de todo lo que á los mismos les hemos concedido, quisiéramos favorecerles también de otro modo. Porque nos expusieron que algunos, que habían debido ó que también debían, cuando se les reclaman las sumas de dinero ó las cosas, y no tienen con que pagarlas, les piden á ellos mismos que hagan á favor de ellos puros constitutos; y que unos ciertamente escribían esto en esquelas obligatorias, pero que otros á causa del crédito del contratante les mandaban á los mismos que hicieran esto aun sin escrito, y ellos, cediendo á las peticiones de aquellos, les fijaban á los que molestaban á éstos cierto tiempo dentro del cual el promitente pagaría en todo la deuda, y que ellos les hacían la promesa, y que después, finida la dilación, satisfacían á los que aceptaron el constituto, de tal suerte, que los deudores recuperaban acaso las escrituras del mútuo, y sus propias confesiones, ó recibían también ápocas, como si por medio del constituto se hubiera dado seguridad; y que muchos, cuando habían querido ó querían comprar para sí cosa de alguno, les mandaban á los mismos que prometieran por ellos que darían el dinero ó alguna cosa, y obtenían para sí ciertamente lo que buscaban, y entregaban ellos inmediatamente el dinero ó las cosas, y absolutamente de este modo se hacían los constitutos mandándolo aquellos, y no querían pagar el dinero ó las cosas de otra suerte, sino si antes el que aceptó el constituto hubiere hecho la prueba del dinero ó de la cosa, ó demostrare que ellos las recibieron; y que en realidad daban ellos el dinero ó las cosas, pero después se les promovía á ellos mismos cuestión, por exigirles aquellos la prueba de haberse dado el dinero ó la cosa. Lo que ciertamente era para ellos muy difícil y temible, tanto por lo que respecta á lo pasado, como por lo que á lo futuro, de suerte que no se puede hacer. Porque ¿quién de aquellos, á quienes se les hubieren prometido ó se les prometen las cantidades de dinero ó las cosas, querría acudir para esto, para no hacer la prueba de las cosas dadas, ó la declaración en actas de que ellos las recibieron? Pero que, fatigados ellos, muchas veces cedían también á otros las acciones, y que esto se les oponía no solamente á ellos al intentar la acción, sino también á aquellos á quienes se habían cedido ó se les cedían las acciones. Y pidieron que se les librase de esta dificultad, y que si en cualquier caso se hubiera hecho ó se hiciera un puro mandato, para que paguen ellos dentro de cierto tiempo cantidades ó cosas, no consignándose ninguna elección, quede obligado el mandante, tan pronto como haya transcurrido el tiempo prefijado, al pago de la deuda así á ellos mismos, como á aquellos á quienes hayan sido cedidas, ó también se cedan, por ellos las acciones, y no solamente si esto lo hubiere mandado mediando escritura, sino también si todo el negocio hubiera sido hecho sin escrito.

Capítulo I

Nosotros, pues, queriendo dar auxilio para el

aequitate tamen et iustitia, atque ut in posterum omnimodo valide haec procedant), sancimus, non aliter eos eligere constituta subire, nisi scriptum de his mandatum ipsis detur, omnem rem quomodo fieri oporteat, luculenter definiens, nec ex hac bona fide in evidens exitium manifeste incidere. Si vero aliquo modo scriptum quidem mandatum factum non sit, tempus autem determinatum sit, et tacuerit per omne tempus ille, pro quo constitutum factum est, neque querelam moverit, decurrat vero etiam constitutum tempus, deinde neque intra alios duos menses hoc ipsum in querelam deduxerit, omnibus modis mandatorem solvere constituenti debitum, quod ex ipsius voluntate ab aliquo eorum, qui argentariae mensae praepositi sunt, constitutum esse probetur, et neque ipsis, neque ipsorum heredibus, aut quibus cessae ab ipsis sunt vel ceduntur actiones, istiusmodi quiddam opponere posse, sed illud obtinere, quod mandati ostenderit tenor, si quidem in litteris illud processerit, litteras iudice sequente, si vero non scriptus contractus sit, probationibus ea de re secundum leges prolatis inhaerente. Atque haec quidem teneant et in iam factis ad hunc modum, et in futuris constitutis.

caso, (pero con entera equidad y con justicia, y para que en lo sucesivo esto se haga válidamente en absoluto), mandamos, que no quieran ellos hacer constitutos de otro modo, sino si á ellos mismos se les diera mandato escrito para aquellos, definiendo claramente de qué modo deba hacerse toda cosa, á fin de que por esta buena fe no caigan manifiestamente en evidente quebranto. Mas si de algún modo no se hubiera hecho mandato ciertamente escrito, pero se hubiera determinado tiempo, y durante todo este tiempo hubiere callado aquel á cuyo favor se hizo el constituto, y no hubiere promovido querella, mas transcurriese también el tiempo fijado, y después tampoco hubiere hecho esto mismo objeto de querella dentro de otros dos meses, pague de todos modos el mandante al que hizo la promesa la deuda, que se probara que por voluntad del mismo se prometió por alguno de los que los que están al frente de un establecimiento de banco, y ni á los mismos, ni á los herederos de los mismos, ó á aquellos á quienes por ellos mismos se les cedieron ó se les ceden las acciones, puedan oponerles cosa alguna de estas, sino valga lo que mostrare el contexto del mandato, si verdaderamente este hubiere tenido lugar por escrito, ateniéndose el juez á lo escrito, y si el contrato no fuera escrito, apoyándose en las pruebas presentadas sobre este particular con arreglo á las leyes. Y esto ciertamente valga tanto en los constitutos ya hechos de este modo, como en los futuros.

Cap. II

Si quod vero etiam ipsis in scriptis aut sine scriptis auxilium promissum fuerit aut promittatur, probatio vero sufficiens et legitima aut ex scripturae aut ex testium fide recognitione conficiatur, etiam hanc suam vim habere volumus, ut quod pacto convenerit, exigi possit, nulla prorsus lege obsistente, quasi id gratis et non pro mercede quadam fieri oporteat, propterea quod omnis eorum vita hoc consistat, et usuras iis pendant, et mercedem pro habitatione dent, et communi utilitati prospiciant, non ut damnum sentiant, neque ut omnino alimonia destituantur, sed ut hoc habeant suorum laborum solatium.

§ 1.—Attamen si vel rationes, vel syngraphas vel autographa exponant aut exposuerint aut ipsi illis, qui cum ipsis contrahunt, aut illi ipsis, in quibus pecuniarum acceptum et expensa conscripta sunt, et scripturam praeferant ipsius mensae praepositi et scribae eius, quos Samaritos vocant, et rursum eorum, qui cum ipsis contraxerunt aut per omnia contrahentis manu scripta sunt, vel subscriptionem habent, non poterunt contrahentes pecuniarum quidem acceptum, quod argentarii in subscriptis vel autographis brevibus descripserunt, agnoscere, atque inde eos exigere, expensae vero scripturae contradicere, tanquam non factae, neque rursus argentariae mensae praepositi expensam quidem exigere, acceptum vero non agnoscere.

§ 2.—Verum si ex antisyngraphis, vel rationibus, vel autographis ab alterutra parte prolatis probetur, et tam de acceptis, quam de expensis litterarum veritas, utrumque omnino ratum sit, neque alterum quidem contra ipsos valebit, alterum vero pro ipsis irritum erit, sed exigatur, quantum rationes monstrent, nisi alterutra aut utraque pars errorem calculi, aut laesionem in usuris demonstraverit. Si enim tale quiddam evidenter com-

Capitulo II

Mas si también se les hubiere prometido ó se les prometiera á los mismos algún auxilio por escrito ó sin escrito, y se hiciera prueba suficiente y legítima ó por fe de escritura ó por reconocimiento de testigos, queremos que también esta tenga su propia fuerza, para que se pueda exigir lo que en pacto se hubiere convenido, sin que se oponga absolutamente ninguna ley, como si esto se debiera hacer gratuitamente y no por merced alguna, porque toda la vida de ellos consiste en esto, y les pagan intereses, y dan merced por la habitación, y atienden á la común utilidad, no para experimentar daño, ni para que queden privados en absoluto de alimento, sino para tener este consuelo de sus trabajos.

§ 1.—Pero si expusieran ó hubieren expuesto cuentas, ó escrituras, ó autógrafos, ya ellos á aquellos que con ellos mismos contratan, ya estos á aquellos, en los que se consignó por escrito el dinero recibido y el gastado, y llevaran escritura del mismo que está al frente del banco, y de su escribiente, que llaman Samaritanos, y á su vez de los que con los mismos contrataron, ó íntegramente estuvieran escritos de mano del contratante, ó tienen la firma, no podrán los contratantes reconocer el dinero ciertamente recibido, que los banqueros reseñaron en los resúmenes firmados ó autógrafos, y exigírselo en virtud de ellos, y contradecir los gastos de la escritura, como si no se hubieran hecho, ni á su vez los encargados del establecimiento de banco exigir ciertamente lo gastado, pero no reconocer lo recibido.

§ 2.—Mas si por las escrituras, ó por las cuentas, ó por los autógrafos producidos por una ú otra parte se probara la verdad de las letras así respecto á lo recibido como en cuanto á lo gastado, sean absolutamente válidas ambas cosas, y no valdrá ciertamente la una contra los mismos, y será nula la otra respecto á ellos, sino exíjase cuanto muestren las cuentas, á no ser que una ú otra parte ó ambas hubieren demostrado error de cálculo, ó le-

monstretur, id secundum legem emendatione dignum censemus, ut quisque iustitia et aequitate fruatur.

Cap. III

Hoc vero etiam nos docuerunt, quosdam ex iis, postquam a pluribus confessiones acceperunt, easque ex mutua fideiussione aut ex mandato, deinde plurima debiti parte percepta, et exigua quadam reliqua, propter debiti reliquum extrinsecus ab uno aut duobus illorum confessione accepta, se intra certum tempus ista persoluturos esse, apochas forte aut confessiones pro omnibus edere, contigisse vero aut unum aut plures eorum, qui reliquorum obligationem sublissent, mori, et heredes pecuniam ab illo aut illis professam exsolvere nolle. Sancimus igitur, si haec ita se habeant, pecuniam in confessionibus comprehensam, et a defuncto aut defunctis in scripto professam ab heredibus cum stipulatis usuris exigi.

Cap. IV

Quodsi vero aliqui datis pignoribus ab illis mutuati fuerint aut mutuentur, deinde in mutui syngraphis permiserint aut permittant, ut venditione pignorum sub ipsorum fide facta, eorum pretium in debitum imputetur, illi vero hoc fecerint, non molestentur illi, neque propter hoc negotia sustineant, sed iurantibus, quanti pretii pignora vendiderint, credatur, idque ipsis ad omnis improbitatis abolitionem suppeditet. Si quis vero sine scripto mutuatus pignora det, aut obsignans ea, aut etiam sine sigillo, necesse habebit, qui mutuatus est, aut pignora recipere, agnoscens sigilla, vel etiam ipsa levius tractata, et adimplere et sortem, et stipulatas usuras, aut si pecuniam non habeat debitor, ad iustam aestimationem illa dimittere, et reliquum supplere, neque dicere poterit, illum pignoribus, quanquam minoris aestimationis sint, contentum esse oportere, sed omni modo omne debitum explere, quantum cum pactis usuris in rationem deductum fuerit. Si vero etiam tempus praefinitum sit in mutuo, datis omnino pignoribus sive obsignatis, sive non obsignatis, intra id tempus vero satisfactio non processerit, tantum vero aliud elabatur tempus, liceat ipsis, accurata aestimatione facta, praesentibus et tabulariis, et sacris eloquiis propositis, et aestimatoribus adhibitis, ea aestimare, et illis imputare, sive ad plenum debitum sufficiant, sive etiam ad partem debiti.

Cap. V

Et huic porro medicinam adhiberi cupierunt, ut, quoniam mutuo et dando et accipiendo, et pro aliis constituendo, et usuras pendendo vitam tolerent, ipsis in mutuationibus nostra non opponatur constitutio, quam scripsimus qua nemini ultra duplum accipere quidquam permittimus, si tanta quantitas solvatur, quantam tam sors quam usurae efficiant. Nos igitur in posterum quidem eam legem omnino violari nolumus, quod vero praecessit, quia non recipit omnino machinationem, huic ipsis medentes sancimus, ut in veris contractibus argentario-

sión en los intereses. Porque si alguna tal cosa se hubiere demostrado evidentemente, la estimamos digna de enmienda con arreglo á la ley, á fin de que cada cual disfrute de justicia y de equidad.

Capítulo III

Pero también nos informaron de que algunos de ellos, después que de muchos recibieron confesiones, y estas en virtud de mútua fianza, ó de mandato, percibida luego la mayor parte de la deuda, y quedando alguna exigua, hacían respecto á todos acaso ápocas ó confesiones, habiendo recibido independientemente de uno ó de dos de ellos por el resto de la deuda confesión de que ellos lo pagarían dentro de cierto tiempo, pero que acontecía que fallecían uno ó varios de los que habían contraído la obligación por el resto, y los herederos no querían pagar el dinero confesado por aquel ó por aquellos. Y por tanto mandamos, que, si esto fuera así, se les exija á los herederos, con los intereses estipulados, el dinero comprendido en las confesiones, y declarado en escrito por el difunto ó los difuntos.

Capítulo IV

Mas si algunos hubieren recibido ó recibieran mútuo habiéndose dado por ellos prendas, y después hubieren permitido ó permitieran en las escrituras del mútuo, que, hecha bajo la fe de los mismos la venta de las prendas, se aplicara á la deuda el precio de estas, y ellos hubieren hecho esto, no sean molestados, ni soporten por virtud de ello cuestiones, sino déseles crédito, jurando por cuánto precio vendieron las prendas, y bástele á los mismos esto para la exclusión de toda falta de probidad. Pero si alguno, habiendo recibido sin escritura un mútuo, diera prendas, ó sellándolas, ó aun sin sellos, tendrá necesidad el que recibió el mútuo, ó de recobrar las prendas, reconociendo los sellos, ó aun habiendo sido ellas entregadas más á la ligera, y de cubrir el capital y los intereses estipulados, ó, si el deudor no tuviera dinero, de dejarlas por su justa estimación, y de suplir el resto, y no podrá decir que aquel debe contentarse con las prendas, aunque sean de menor estimación, sino que de todos modos ha de completar toda la deuda, que con los intereses pactados se hubiere comprendido en la cuenta. Mas si también en el mútuo hubiera tiempo prefijado, habiéndose dado en todo caso prendas, ya selladas, ya no selladas, pero dentro de este tiempo no se hubiere verificado el pago, y transcurriera otro tanto tiempo, séales lícito á los mismos, hecha escrupulosa estimación, apreciarlas estando presentes tabularios, teniendo á la vista las sagradas escrituras, y habiéndose agregado tasadores, y ponérselas en cuenta ellos, ya basten para toda la deuda, ya también para una parte de la deuda.

Capítulo V

Y desearon ciertamente que también se diera remedio, para que, puesto que ellos se ganan la vida dando y recibiendo en mútuo, y prometiendo por otros, y pagando intereses, no se les opusiera á los mismos, tratándose de mútuos, la constitución nuestra que escribimos, por la cual á nadie le permitimos recibir cosa alguna sobre el duplo, si se pagara tanta cantidad cuanta formen así el capital como los intereses. Nosotros, pues, no queremos ciertamente que en lo sucesivo sea violada de ningún modo esta ley, pero en cuanto á lo pasado, como quiera

rum ad hunc diem factis, facultas ipsis sit, etsi usurae supra duplum pro iis debitis datae sint, exigant ipsi debita cum constitutis usuris, ita ut neque in usuras, neque in antiquum debitum, quae supra sortem iam soluta sunt, imputare compellantur, nec ipsis in hoc et solo nostra de duplo constitutio obstet, sed secundum contractuum naturam ea exigant; verum neque ipsi adversus eos, qui cum ipsis iam contraxerunt, nostra constitutione abutantur, neque imputare possint solutas iam usuras aut in duplum usurarum, aut in antiquum debitum.

que de ninguna manera fué objeto de maquinación, poniéndole remedio á favor de los mismos, mandamos que en los verdaderos contratos de los banqueros hechos hasta este dia tengan ellos mismos facultad, aunque por aquellas deudas se hubieran dado intereses hasta más del duplo, para exigir las deudas con los intereses establecidos, de manera que no sean compelidos á poner en cuenta ni para los intereses, ni para la antigua deuda, lo que sobre el capital ha sido ya pagado, ni les obste á los mismos sobre esto solo nuestra constitución sobre el duplo, sino exíjanlo con arreglo á la naturaleza de los contratos; pero tampoco abusen ellos de nuestra constitución contra los que con ellos mismos ya contrataron, ni puedan poner en cuenta los intereses ya pagados ó para el duplo de los intereses ó para la antigua deuda.

Cap. VI

Quoniam vero permisimus argentariae mensae praepositis, excepta armata militia, cum omnibus aliis militiis in hac alma urbe commercium instituere, deinde illi, quum mutuum dedissent aut etiam darent, bessiles usuras, quantas argentariis concessimus, stipulati sint, hi vero omnimodo iniqui opponant ipsis militias, dicentes aequum esse eos non quae argentariis, sed quae militantibus conveniant, usuras capere, hanc eorum iniquam et improbissimam obiectionem vacare omnino iubemus, et quae pacto convenerint aut etiam conveniant obtinere.

§ 1.—Neque vero id nobis placet, quod de argentariorum contractibus nonnulli petunt, ut omnino non dentur aut sortes aut usurae, vel, quod iis etiam peius est, ut quae legitimae usurae dantur, sorti imputentur. Etenim hoc in contractibus, qui cum argentariis initi sunt aut ineuntur, obtinere volumus.

Capítulo VI

Mas como les hemos permitido á los que están al frente de establecimientos de banco ejercer en esta feliz ciudad el comercio, exceptuada la milicia armada, con todas las demás milicias, y luego ellos, habiendo dado ó aun dando en mútuo, estipularon intereses al ocho por ciento, los máximos que les concedimos á los banqueros, pero siendo de todo punto injustos les oponen á los mismos las milicias, diciendo que es justo que ellos perciban, no los intereses que corresponden á los banqueros, sino los que á aquellos que ejercen milicia, mandamos que de todos modos cese esta objeción de ellos, inícua y muy falta de probidad, y tenga validez lo que en pacto hubieren convenido ó también convinieran.

§ 1.—Pero tampoco nos place lo que respecto á los contratos de los banqueros piden algunos, que de ninguna manera se den ó los capitales ó los intereses, ó, lo que aun es peor para ellos, que los intereses legítimos que se dan sean tomados en cuenta para el capital. Porque queremos que sea válido esto en los contratos que se hayan hecho, ó se hicieran, con banqueros.

Cap. VII

Unum vero etiam hoc inter petita eorum est, quod persaepe nonnulli, qui ipsis obnoxii sunt, deinde, quum alios obnoxios habeant, ab istis sibi non satisfaciant, sed id suis uxoribus solvendum praetextu dotis, vel paraphernorum, vel aliorum debitorum, et ab iis apochas sive solutionis probationes ferendas procurent, illi vero, quum ad inopiam devenerint aut deveniant, vel mortui sint etiam aut postmodum moriantur, deinde ipsi debitum hoc accipere velint, uxores, licet latenter illa acceperint aut postea accepturae sint, integra tamen ipsis debita opponant, ut inde ipsorum spes concidat. Et petierunt, ut, si quid istiusmodi factum sit aut posthac forte fiat, necesse habeant, qui apochas a mulieribus acceperint, aut liberationes, aut si quod documentum factum sit aut omnino fiat id proferre heredibus ad probationem eorum, quae gesta sunt, ne uxores, quibus nihil debetur, emolumentum sentiant, ipsi vero, quibus debetur, defraudentur. Sancimus igitur, ut, si tale quid factum sit aut fiet, necessitatem illos quidem habere instrumenta proferendi, attamen absque omni damno, et ut nullam laesionem ex prolatione sustineant (meminimus enim nostrae constitutionis, quae coactas documentorum productiones innoxias iis, qui proferunt, esse vult), sed proferre illos quidem instrumenta, et rursus recipere; et si vero

Capítulo VII

Mas hay entre las peticiones de ellos también esta, que muchísimas veces algunos, que les están obligados á los mismos, después, teniendo obligados á otros, no les satisfacen por medio de ellos, sino que procuran que esto se les haya de pagar á sus mujeres so pretexto de dote, ó de bienes parafernales, ó de otras deudas, y se hayan de dar por aquellas ápocas ó pruebas del pago, y que cuando ellos han llegado ó llegan á pobreza, ó han muerto, ó también cuando mueren poco después, y luego quieren los mismos cobrar esta deuda, las mujeres, aunque ocultamente hubieren recibido aquellas cosas, ó las hubieren de recibir después, les oponían, sin embargo, integras las deudas, para que de este modo se desvaneciera la esperanza de los mismos. Y pidieron que si alguna tal cosa se hubiera hecho, ó se hiciera acaso después, tengan necesidad los que hubieren recibido de las mujeres las ápocas ó las liberaciones, ó si se hubiera hecho ó en algún caso se hiciera algún documento, de presentárselo á los herederos para prueba de lo que se hizo, á fin de que no obtengan emolumento las mujeres á quienes nada se les debe. Mandamos, pues, que, si se hubiera hecho ó se hiciere alguna tal cosa, tengan ciertamente aquellos necesidad de presentar los instrumentos, pero sin ningún perjuicio, y de modo que no sufran lesión alguna por la presentación,

inde aliquam utilitatem, qui mulieribus productionem facere coacti sint, habere possint hanc secundum legem ex ipsis sentiant, nulloque prorsus damno, qui protulerint, ob prolationem afficiantur.

§ 1.—Si vero antisyngraphas ad aliquem confessiones, vel liberationes, vel etiam qualescunque conventiones exposuerint aut posthac etiam exponant, et quae apud ipsos manserint modo aliquo perierint, volumus, ut qui adversarias syngraphas habent, eas proferre, aut se nihil istiusmodi habere vel proferre posse, iusiurandum dare cogantur. Si enim hoc iusiurandum apud acta monumentorum praestitum fuerit, non ulterius illos molestia affici oportet. Nemo vero sub praetextu sportularum, vel iudicialium expensarum nostrae constitutionis modum transcendere audeat, poenam, quae talia committentibus imminet, reveritus.

Cap. VIII

Quoniam vero supplicationem instituentes petierunt, ut etiam tua excellentia curam ipsorum suscipiat, et lites ipsis illatis audiat, et si quos obligatos habeant, aut alii ipsos, his secundum modum peculiaris iudicis audientiam praebeat, propter exactum circa leges curam et iuris custodiam, et facilem rationis inventionem, qua quae valde difficilia videntur, et ab aliis vix assequenda dissolvi queant, sancimus, ut secundum ea, quae a nobis constituta sunt, et ipsos, sive actores sive reos, in peculiaris iudicis modum audias, et praeterita secundum hanc legem componas, et quemadmodum aequum tibi videbitur, et futuris curam adhibeas, ut legitimum quoddam ipsis ac decens a nobis accedat auxilium. Convenit enim, ut qui pro omnibus se obstringunt, ac cuique utiles se exhibere student, eximio etiam aliquo fruantur auxilio; omnibus videlicet, quae et hoc tempore et olim aut nostris legibus, aut sacris pragmaticis formis concessa ipsis sunt, illaesis servandis, et in iis, quae iam antea facta sunt et quae posthac fient.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt ac per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea gloria tua et quilibet alius reipublicae nostrae iudex firma servet (1).

EDICTUM X

DE APPARITORIBUS PRAESIDUM

Praefatio

Provincialium apparitorum dolum, quem circa fiscum habent, saepe ex ipsis rebus didicimus.

(1) *Falta la subscripción; mas, como el Edicto aparece dirigido á Triboniano, opina Bk. que no fué escrito después del año 545.—El texto griego de este Edicto IX. se halla en Scrimg.*

(porque nos acordamos de nuestra constitución, que quiere que las presentaciones forzadas de documentos sean inofensivas para los que los presenten), sino que presenten ellos ciertamente los instrumentos, y los recobren otra vez; y si verdaderamente pudieran tener de ellos alguna utilidad los que se vieron obligados á hacerles la presentación á las mujeres, ténganla por virtud de los mismos con arreglo á la ley, y no sean gravados por virtud de la presentación absolutamente con ningún daño los que los hubieren presentado.

§ 1.—Pero si para alguien hubieren extendido, ó también después extendieren, mútuas escrituras de confesiones, ó liberaciones, ó aun cualesquiera convenciones, y de algún modo hubieren perecido las que hubieren quedado en poder de los mismos, queremos que los que tienen las escrituras contrarias sean obligados á presentarlas, ó á dar juramento de que no tienen tal cosa, ó no pueden presentarla. Pues si se hubiere prestado este juramento en actuaciones para constancia, no se les debe abrumar ulteriormente á ellos con molestia. Mas no se atreva nadie á pasar de la tasa de nuestra constitución so pretexto de las espórtulas, ó de los gastos judiciales, temiendo la pena que amenaza á los que cometen tales cosas.

Capítulo VIII

Mas como los que hicieron la súplica pidieron que también tu excelencia cuidara de los mismos, y oyera los litigios á ellos promovidos, y si tuvieran obligados á algunos, ú otros á ellos mismos, les diese audiencia á la manera de juez peculiar, á causa de su exacto cuidado por las leyes y de su custodia del derecho, y porque fácilmente encuentra razón por la que se pueda resolver lo que parece muy difícil y apenas se puede comprender por otros, mandamos que, conforme á lo que por nosotros ha sido constituído, oigas al modo de juez peculiar á los mismos, ya sean actores, ya reos, y resuelvas lo pasado con arreglo á esta ley y según te pareciere justo, y cuides de lo futuro, para que de nosotros les vaya á los mismos cierto legítimo y conveniente auxilio. Pues conviene que los que se obligan por todos, y procuran mostrarse útiles á cada cual, disfruten también de algún muy excelente auxilio; debiéndose, por supuesto, conservar ileso todo lo que así en este tiempo como antes les ha sido concedido á los mismos, ya en nuestras leyes, ya en las sacras pragmáticas disposiciones, tanto respecto á lo que ya antes se hizo, como en cuanto á lo que después de ahora se haga.

Epílogo

Por tanto, mantengan firme tu gloria y cualquier otro juez de nuestra república lo que nos ha parecido bien y ha sido declarado por medio de esta sacra pragmática ley.

EDICTO X

DE LOS ALGUACILES DE LOS PRESIDENTES

Prefacio

Muchas veces hemos conocido por las mismas cosas el dolo con que los alguaciles provinciales obran respecto al fisco.

Cap. I

Quoniam autem etiam hoc unum ipsorum audaciae caput esse edocti sumus, quod fiscalia quidem in manus accipiunt, deinde vero in sacris locis se occultant, et hac ratione poenas, quibus subiici merentur, effugere existimant, sancimus, (id quod et dei amantissimis provinciarum episcopis scripsimus), ut, si qui illorum in sacra septa confugiant, in potestate tuae excellentiae sit, hos relinquere iubere illam provinciam, et in quocunque velis loco esse; quod vero cum iussum fuerit, dei amantissimis episcopis necessitas incumbat illos ex sacris locis producendi, postquam acceperunt fidem quae dicitur, tutos se fore in illis locis, in quos discedere iussi sint et ministros publicos ipsos ducturos esse in illos locos sine ulla difficultate. Ad hunc igitur modum in cohortales excellentia tua imperio utatur. Illud enim etiam dei amantissimis episcopis et ipsorum clericis interminati sumus, nisi velint eos cum fide quae dicitur ex provincia eiicere, et in loca, in quae directi sunt, cum fide eos ducere, ob sacrorum autem fortasse locorum privilegium eos illic morari sinant, ipsos de suo, minime vero de ecclesiasticis proventibus, fisco indemnitatem praestituros, neque a sacerdotii ademtione liberos futuros esse.

Capítulo I

Mas como también hemos sido informados de que esto solo es lo capital de la audacia de los mismos, que reciben ciertamente en sus manos tributos fiscales, y luego se ocultan en lugares sagrados, y juzgan eludir de este modo las penas á que merecen ser sometidos, mandamos, (y también se lo escribimos esto á los obispos de las provincias, amantísimos de Dios), que, si algunos de ellos huyeran á recintos sagrados, esté en la potestad de tu excelencia mandar que ellos abandonen aquella provincia, y residan en el lugar que quieras; y cuando se hubiere mandado esto, incúmbales á los obispos, amantísimos de Dios, la necesidad de sacarlos de los sagrados lugares, después que hubieren recibido la que se llama garantía de que estarán seguros en los lugares á que les haya mandado ir, y de que los ministros públicos los conducirán sin ninguna dificultad á aquellos lugares. Sírvase, pues, de este modo de su imperio tu excelencia contra los cohortales. Porque también á los obispos, amantísimos de Dios, y á los clérigos de los mismos les hemos amenazado con esto, con que si no quisieran echarlos de la provincia, con la que se llama garantía, y conducirlos con la garantía á los lugares á que fueron destinados, sino que quizá por causa del privilegio de los sacros lugares los dejaran morar allí, ellos mismos les responderán de la indemnidad al fisco con lo suyo, y de ninguna manera con los provechos eclesiásticos, y no habrán de estar libres de la privación del sacerdocio.

Epilogus

Tua igitur excellentia quae nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam manifestantur formam operi et effectui tradere studeat (1).

Epílogo

Por tanto, procure tu excelencia llevar á ejecución y efecto lo que nos ha parecido bien y ha sido manifestado por medio de esta sacra pragmática disposición.

EDICTUM XI

UT NULLAM LICENTIAM HABEANT PONDERATORES ET MONETARII APUD AEGYPTIOS DE RELIQUO QUIDQUAM PRO OBRYZO EXIGENDI, SED AD INSTAR MAGNAE HUIUS URBIS ILLIC SIGNATUM AURUM AESTIMETUR, SIGNA VERO ILLI IMPONANT PONDERI IN SIGNATURA SERVATO

EDICTO XI

DE QUE NO TENGAN LOS PESADORES Y LOS MONEDEROS LICENCIA ALGUNA PARA EXIGIR EN LO SUCESIVO ENTRE LOS EGIPCIOS NADA POR EL ORO FINO, SINO QUE, Á LA MANERA QUE EN ESTA GRANDE CIUDAD, SEA ALLÍ ESTIMADO EL ORO ACUÑADO, Y PONGAN ELLOS SELLOS PARA EL PESO CONSERVADO EN LA SIGNATURA

Idem Imperator PETRO, *gloriosissimo sacrorum Orientalium Praetoriorum iterum praefecto, et iterum sacrarum largitionum Comiti, et Exconsuli.*

El mismo Emperador á PEDRO, *segunda vez gloriosimo Prefecto de los sacros Pretorios Orientales, segunda vez Conde de las sacras liberalidades y Exconsul.*

Praefatio

Apud Aegyptios dictum obryzum, quod antiquioribus quidem temporibus incognitum fuit, non multum vero ante in Aegypto contractus turbare coepit, et ad tantam absurditatem processit, ut in unamquamque libram novem aurei dentur, in posterum reprimi ac tolli oportere putavimus, ne et rempublicam laedat, et subditorum contractus turbet, praecipue vero quod huius absurditatis longe maxima pars, ut cognovimus, in ipsa Alexandria solum consederit, neque similiter per Aegyptum aut illius tractus alias civitates in publicum usum pervenerit.

Prefacio

El llamado oro fino entre los Egipcios, que fué ciertamente desconocido en los tiempos antiguos, comenzó á perturbar no hace mucho los contratos en Epipto, é hizo llegar á un absurdo tan grande, que hemos juzgado que era menester que para lo sucesivo se reprimiera y se prohibiese que por cada libra se diesen nueve áureos, á fin de que esto no perjudicara á la república y perturbara los contratos de los súbditos, y principalmente porque, según hemos sabido, la mayor parte de este absurdo tiene su asiento solamente en la misma Alejandría, y no ha llegado á uso público del mismo modo por el Egipto ó por otras ciudades de aquella región.

(1) *El texto griego de este Edicto X. se halla en Scri-*

Cap. I

Sancimus itaque, secundum id, quod olim obtinuit, tametsi mediis temporibus in signatura, quae apud Alexandrinos absoluta dicitur, vitiatum sit, in Aegyptiaco tractu aurum publice haberi, ita ut nemo possit quemquam pro male excogitato obryzo quidquam exigere.

§ 1.—Sed et aurum per Aegyptum usitatum sic in contractibus computari, ut illud, quod in hac magna signatum est urbe; idque periculo pro tempore praefecti apud Alexandrinos augustalis, et quae ipsi parent cohortium, servetur.

Cap. II

Quoniam vero fraudis tam ponderatores quam monetarii auctores sunt, iniunximus illi, qui eos magistratus nunc obtinet, ut sub competente cautione ipsos constituat, quo per absolutam signaturam contractibus ministrent, et, si quando signare oporteat, tantum solummodo inscribant, quantum revera est signati auri pondus, nec liceat pro more perperam hactenus observato illis amplius quam revera signati auri pondus sit, signaturae inscribere. Si enim tale quidpiam ausi fuerint, et bona illorum publicamus, et corporalibus poenis ipsos subiicimus, ut qui secundum iussa nostra a consueto illis scelere non destiterint. Sed et necesse habebunt omne aurum inferre, tum praefecto apud Alexandrinos augustali, quique pro tempore eum magistratum habebunt, in consuetis emissionibus, tum alabarchae, qui nunc est pro tempore, et sacrorum nostrorum thesaurorum praeposito, nullo prorsus accepto lucro pro obryzo.

Cap. III

Ita vero illi huius rei curam iniunximus, iisque, qui magistratum post ipsum suscepturi sunt, et cohortibus, quae ipsis parent, ut sciant, si pro obryzo aut sacrarum nostrarum alabarchiarum praefectos, aut sacrarum nostrarum largitionum praepositum quidquam exegisse manifestum fiat, de suis pendendum esse, tam ex deputatis ipsis et cohortibus annonis, quam ex facultatibus suis, idque non solum donec in magistratu fuerint, verum etiam postquam magistratum deposuerint, et sive scribentes confessiones participes istius lucri fuerint ab initio, sive etiam nihil istiusmodi pacti sint, quoniam nec vetustum illud de obryzo est, sed ex recentioribus incipiens.

§ 1.—Sed et ceteris, quicunque mercaturam faciunt, et hactenus id quod interest capere consueverunt, denunties similiter, si quid in contractibus capere pro obryzo aut in computationem deducere comperiantur, et bona se amissuros, et corporales poenas subituros esse. Rem perverse coeptam, in tantum vero progressam et universam rempublicam dispendiis involventem per praesentem legem in reliquum tempus tolli iubemus, nec de cetero contractus turbare, sed ita id observari periculo praefecti apud Alexandrinos augustalis, quique pro tempore eundem magistratum gesturi sunt, et utrorumque cohortium, ut vel eius memoriam abo-

Capítulo I

Así, pues, mandamos que conforme á lo que en otro tiempo rigió, aunque en los tiempos intermedios se haya viciado en la acuñación que entre los Alejandrinos se llama absoluta, sea estimado públicamente el oro en la región de Egipto, de suerte que nadie pueda exigirle á alguien cosa alguna por el oro fino mal hallado.

§ 1.—Mas compútese también en los contratos el oro usado en Egipto como el que fué acuñado en esta grande ciudad; y obsérvese esto bajo la responsabilidad del que á la sazón sea prefecto augustal entre los Alejandrinos, y de las cohortes que al mismo le prestan obediencia.

Capítulo II

Mas como son autores del fraude tanto los pesadores como los monederos, le imponemos al que en la actualidad tiene estas magistraturas, que bajo la competente caución los obligue á que presten servicio en los contratos mediante la signatura absoluta, y que si alguna vez fuera menester sellar, inscriban solamente tanto cuanto en realidad es el peso del oro sellado, y no les sea lícito con arreglo á la costumbre malamente observada hasta hoy inscribir en la signatura más de lo que en realidad sea el peso del oro sellado. Pues si se hubieren atrevido á alguna tal cosa, les confiscamos sus bienes y los sujetamos á las penas corporales, como por no haber desistido con arreglo á nuestros mandatos del delito acostumbrado por ellos. Pero también tendrán necesidad de entregar todo el oro, así al prefecto augustal de los Alejandrinos, y á los que á la sazón tuvieren esta magistratura, en las acostumbradas remesas, como al alabarca, que hay en la actualidad, y al prepósito de nuestros sacros tesoros, sin recibir absolutamente ningún lucro por el oro fino.

Capítulo III

Y así, les impusimos el cuidado de este particular á él y á los que después de él hayan de obtener su magistratura, y á las cohortes que les obedecen, de suerte que sepan que si se hiciera manifiesto que por el oro fino exigieron alguna cosa los prefectos de nuestras sacras alabarquías, ó el prepósito de nuestras sacras liberalidades, habrá de ser pagada de lo suyo, tanto de las annonas destinadas á los mismos y á las cohortes, como de sus propios bienes, y esto no solamente mientras estuvieren en la magistratura, sino también después que hubieren dejado la magistratura, y ya si los que escriben las confesiones hubieren sido desde un principio partícipes de este lucro, ya también si nada semejante hubieran pactado, porque tampoco es antiguo esto del oro fino, sino que comenzó recientemente.

§ 1.—Mas también á los demás que ejercen el comercio, y acostumbraron hasta ahora á percibir algún interés, les harás saber igualmente, que si se descubriera que en los contratos reciben, ó en las computaciones deducen, algo por el oro fino, perderán ellos sus bienes, y sufrirán penas corporales. Pues mandamos por medio de la presente ley, que para lo sucesivo sea extirpada esta cosa, perversamente comenzada, pero que habiendo progresado tanto ha envuelto en quebrantos á toda la república, y que en lo sucesivo no perturbe los contratos, sino que de tal modo sea esto observado bajo la responsabilidad del prefecto augustal de Alejan-

leri velimus, et a tanto damno per Aegyptiacum tractum contractus liberos esse.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram manifestata sunt legem, gloria tua operi et effectui tradere et observari praecipiat.

Dat. VI. Kal. Ian. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. ann. XXXIII. (1), post BASILII V. C. cons. ann. XVIII. [559.]

EDICTUM XII

DE HELLESPONTO

Praefatio

Edocta nostra est potentia, Ioannem scriniarium per Hellespontum, ut cui nomine ratiociniorum civilium sive, ut vocantur, solennium proventuum commissae formae essent, quum in regionem illam venisset, a nulla re, quae ad summam depraedationem spectaret, abstinuisse, civitates spoliantem, et reversum in almam hanc urbem ipsum quidem auro fuisse abundantem, Hellespontiorum vero regioni summam paupertatem eum reliquisse. Et quantum quidem ad illum, quemadmodum debeat tractari, et iniuria affectis resarciri damnum, a nobis definitum est.

Cap. I

Quoniam vero propter eorum, quibus istiusmodi demandantur, insatiabilem avaritiam generali forma universae rei mederi nos debere putavimus, sancimus, ut, si quis istiusmodi rei causa in provinciam quampiam, sive Hellespontiorum, sive aliam quamlibet veniat, si quidem praesidale praeceptum habeat, nemo prorsus illi obtemperet, sed sine periculo ipsius exactio propulsetur, si vero cum sacra pragmatica forma venerit, si quidem quod profertur commonitorium sit, aut litterae de hoc conceptae, neque iis obtemperetur, ut quae ad depraedationem et praeter nostram voluntatem prodierint, si vero quod ostenditur pragmatica forma sit, ne sic quidem ex ea confestim aliquid fiat, sed talem pragmaticam formam provinciae praeses apprehendat, de eaque ad nos referat, et alteram a nobis iussionem exspectet, ut si quidem eam, et cui talis forma commissa est, agnoscamus, altera nostra pragmatica forma, quae exactionem fieri demandet, procedat, si vero aut rem aut personam reprobemus, nihil istinc fiat, sed sacra forma a provinciae praeside remittatur, sciente, si hanc rem neglexerit, indeque damnum aliquod subditis nostris proveniat, fore ut istud ipse de suo resarciat.

(1) *Spang., Biener; XVII., Scrimg.—El texto griego de este Edicto XI. se halla en Scrimg.*

dría, y de los que á la sazón hayan de desempeñar la misma magistratura, y de ambas cohortes, que querríamos se aboliera hasta la memoria de esto, y que en la región del Egipto quedasen libre de tan grande daño los contratos.

Epílogo

Por tanto, disponga tu gloria que se lleve á ejecución y efecto, y se observe lo que nos ha parecido bien y ha sido manifestado por medio de esta sacra ley.

Dada en Constantinopla á 6 de las Calendas de Enero, en el año trigésimo tercero del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, décimo octavo después del consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [559.]

EDICTO XII

DEL HELESPONTO

Prefacio

Fué informada nuestra potestad de que Juan, encargado de la secretaría del Helesponto, habiéndosele encomendado disposiciones con motivo de las cuentas civiles, ó, como se llaman, de los ingresos públicos, no se abstuvo, al llegar á aquella región de cosa alguna que tendiera á la mayor depredación, despojando á las ciudades, y de que, habiendo regresado á esta feliz ciudad, se halló que él ciertamente abundaba en dinero, pero que había dejado en suma pobreza la región del Helesponto. Y se ha determinado ciertamente por nosotros de qué manera se deberá proceder en cuanto á él, y se ha de resarcir el daño á los perjudicados con injusticia.

Capítulo I

Mas como por causa de la insaciable avaricia de aquellos á quienes tales disposiciones se les encomiendan hemos juzgado que debíamos nosotros poner remedio á todo esto, mandamos, que, si por causa de tal crimen fuera alguien á una cierta provincia, ó á la del Helesponto, ó á otra cualquiera, y ciertamente tuviera mandato del presidente, nadie absolutamente le obedezca, sino sea rechazada sin peligro la exacción del mismo; que, si hubiere ido con sacra pragmática disposición, y fuese, á la verdad, algún conmonitorio lo que se presenta, ó cartas redactadas con tal objeto, tampoco se les obedezca, como si tales cosas las hubieren presentado para depredar y sin nuestra voluntad; pero que si lo que se exhibe fuera pragmática disposición, ni aun así ciertamente se haga desde luego nada en virtud de ella, sino recoja el presidente de la provincia la tal pragmática disposición, y dénos de ella cuenta, y espere de nosotros otra orden, para que, si ciertamente reconociéramos aquella y al que se le encomendó tal disposición, emane otra pragmática disposición nuestra, que ordene que se haga la exacción, y, si desaprobáramos la cosa ó la persona, no se haga nada en virtud de ella, sino sea remitida la sacra disposición por el presidente de la provincia, teniendo entendido, que, si hubiere desatendido esto, y de aquí les proviniera algún daño á nuestros súbditos, habrá de resarcirlo él mismo con lo suyo.

Cap. II

Facultatem vero etiam episcopis damus, ut, si provinciae praeses negligens sit, et pragmaticam formam non inhibeat, sed ei, qui illam producit, conniveat, ipsi eam rem nobis significent. Ac si hoc didicerimus, illum tanquam criminis socium et de magistratu deiiciemus et cingulo eum atque facultatibus privabimus, et eos, qui quacunque in re iniuriam passi fuerint, indemnes praestabimus.

Epilogus

Tua igitur excellentia quae nobis placuerunt, et ex praesente sacra pragmatica forma cognoscens, operi et effectui ea tradere studeat.

Dat. XV. Kal. Sept. Constant. Belisario V. C. Cons. [535.] (1)

EDICTUM XIII

LEX DE ALEXANDRINIS ET AEGYPTIACIS PROVINCIIS

Praefatio

Si vel minima rerum nostra cura dignamur, certe multo magis quae maxima et quae rempublicam nostram continent non relinquemus, neque neglecta et competente ornatu vidua sinemus, praesertim quum tua excellentia ministerio nobis sit, cui per omnia et nostra incolumitas, et rerum publicarum incrementum et subditorum nostrorum curae est. Considerantes itaque, quomodo superioribus temporibus, licet aliis locis publicae exactiones satis constitutae viderentur, in Aegyptiaco tamen tractu adeo confusae fuerint, ut nec quid in provincia ageretur, hic cognosci posset, et eius rei conturbatum ordinem, qui hucusque duravit, mirati sumus. Sed deus etiam hoc temporibus nostris tuoque officio servari voluit. Ut enim nobis frumentum inde adiiciebant, sic nihil aliud contribuere volebant, sed subditi quidem omnia plene a se exigi omnino affirmabant, pagorum autem praefecti, et rei publicae administratores, et fiscalium exactores, et praecipue pro tempore praesides hactenus eam rem ita administrarunt, ut nemini cognita esse posset, ipsis vero solis lucrosa. Quoniam igitur, si rem promiscue administrari sinamus, haud facile illam purgare et decenter constituere possimus, ideo magistratum, qui Aegypti rebus praeest (augustalium dicimus), moderatioribus curis praeficere visum est. Non facile enim unius hominis industria tantis curis sufficere queat, nec ita rem administrare, ut inde cuiuspiam boni sensus ad nos resultet.

Cap. I

Propterea igitur statuimus, ut excellentia tua

Capítulo II

Mas también á los obispos les damos facultad, para que, si fuera negligente el presidente de la provincia, y no retuviera la pragmática disposición, sino que se pusiera en connivencia con el que la presenta, nos manifiesten ellos mismos el caso. Y si de él tuviéremos conocimiento, echaremos de la magistratura á aquel, como á cómplice del delito, y lo privaremos del cíngulo y de sus bienes, y haremos que sean indemnizados los que en cualquiera cosa hubieren sufrido injuria.

Epílogo

Por tanto, procure tu excelencia llevar á ejecución y efecto lo que nos ha parecido bien, y lo que conoce por virtud de la presente sacra pragmática disposición.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de Basilio, varón muy esclarecido. [535.]

EDICTO XIII

LEY RELATIVA Á LAS PROVINCIAS ALEJANDRINAS Y EGIPCIAS

Prefacio

Si nos dignamos poner nuestro cuidado hasta en las cosas más pequeñas, ciertamente que con mucha más razón no abandonaremos las más grandes y las que mantienen á nuestra república, ni las dejaremos desatendidas y privadas del correspondiente ornato, principalmente prestándonos ayuda tu excelencia, que en todo cuida de nuestra incolumidad, y del incremento de las cosas públicas y de nuestros súbditos. Y así, considerando cómo en los tiempos anteriores, aunque en otras localidades parecieran bastante organizadas las exacciones públicas, se hallaban, sin embargo, en la región de Egipto tan desorganizadas, que no se podía conocer aquí lo que se hacía en la provincia, nos ha maravillado el perturbardo orden de esta materia, que ha durado hasta ahora. Pero Dios ha querido que también esto haya sido reservado á nuestros tiempos y á tu oficio. Porque como de allí nos suministraban trigo, no querían contribuir con ninguna otra cosa; pero los súbditos afirmaban ciertamente que se les exigían absolutamente todas, y los prefectos de los poblados, y los administradores de la república, y los cobradores de los tributos fiscales, y principalmente los presidentes de cada tiempo han administrado hasta ahora la cosa de modo, que no pudiera ser conocida de nadie, sino lucrativa para ellos solos. Así, pues, como si dejáramos que la cosa fuera confusamente administrada, no podríamos con facilidad purgarla y constituirla convenientemente, nos pareció por eso bien encargar de los cuidados más llevaderos á un magistrado, que está al frente de las cosas de Egipto, (queremos decir, el augustal.) Porque no fácilmente podría bastar el trabajo de un solo hombre para tantos cuidados, ni para administrar de tal modo las cosas, que de él nos resultara la experimentación de algún bien.

Capítulo I

Así, pues, disponemos por lo tanto, que esta ley

(1) *El texto griego de este Edicto se halla en Serimg.*

hanc nostram ea de re legem ad se receptam sic ordinet, ut iliam nos tulisse, tuam vero excellentiam ministerium habuisse dignum sit. In primis autem spectabilem praefectum augustalem ipsi Alexandriae praeesse, et omnium eius rerum curam habere volumus, et insuper duabus Aegyptis, ac iis solis, excepto oppido Menelaita dicto, quod Aegypto praeiacet, et praeterea Mareotide. De illis enim, quae videbuntur, constituemus.

§ 1.—Volumus autem ipsum, ut dictum est, non uni Alexandriae, verum etiam duabus Aegyptis, dictis Mareotide Menelaitaque exceptis, ita praeesse, ut magistratus provincialis dictarum duarum provinciarum ipsi soli subsit, quemadmodum etiam hucusque obtinuit, sive quod idem est, spectabilem praefectum augustalem, propter dictae maximae urbis populi frequentiam, magistratus etiam militaris ius habere, non ut res dividatur nec in duos magistratus distrahatur (id enim conducere omnino non putamus), sed ut unus homo dicto solio praesit, et in omnes, qui illic sunt, milites, sive in ipsa magna Alexandrinorum urbe, sive in duabus, ut dictum est, Aegyptis stationes habeant, potestatem habeat.

Cap. II

Curare enim etiam te oportet, ut decorum in civitate servetur, neque tumultus in dicto populo fiat, et quum dicti magistratus praefectus et civilis magistratus vim, et militum robur habeat, et quantum ad ipsos milites, tum qui in Alexandria, tum qui in utraque Aegypto sunt, vicarius sit, ille deo prae omnibus duce dicti decori per civitatem servandi curam gerat, illique gloriosissimus et fortissimus dux praesentalium, Orientalis etiam et ad responsum praesto sint, et iussis eius obsequium praestent. Est autem ipsi cohors et augustaliana, et sane etiam ducalis, usque ad sexcentos tamen, non ut seorsum quidem ducales sint, seorsum vero augustaliani, sed ut una cohors et unus catalogus sit, in qua centum primates sint, quinquaginta quidem in augustaliana cohorte, quinquaginta vero primi ducalium, quorum inter ipsos ordo alternet, ut priores quidem partes augustalianus, secundas vero ducalis habeat, et centum inter ipsos primatum forma deinceps conservetur, reliquum vero ita, ut is magistratus providerit, constituatur, ut tamen cohortis, mixtim ex augustalianis et ducalibus constantis numerum sexcentorum militum non excedat.

Cap. III

Mas hemos considerado que también se debía incluir en esta ley aquello de que se nos hizo relación por tu excelencia. Porque tu gloria, investigándolo todo en dicha ciudad de Alejandría, halló en una tabla, que se hizo en tiempos de Anastasio, de piadosa memoria, cuando Mariano, de gloriosa memoria, administraba en la época del mismo los negocios, que existió una tabla pública, cuando á la manera de defensor estaba Potamón al frente de los tributos fiscales de Alejandría. En cuya tabla se hallaba descrito el catálogo de las cosas exportables, el cual comprendía por diversas causas mil áureos así invertidos: cuatrocientos noventa y dos para los baños públicos de la misma ciudad, cuatrocientos diecinueve para el que se llama *anticántaro*, y quinientos cincuenta y ocho áureos y medio para el recaudador de los portazgos, de modo que la suma reseñada asciende á mil cuatrocientos sesenta y nueve áureos. Pero que después se percibieron por la misma causa de cosas exportables cien áureos por los que administran la república, y que el que á la sazón era prefecto augustal recibió por treinta y seis potros trescientos veinte áureos, y daba otros tantos para los juegos ecuestres de dicha ciudad de Alejandría, y que esta disposición era, á la verdad, no solamente de la magistratura del ilustrísimo *Estrategio*, sino que duró también hasta la segunda indicción del ciclo pasado, que transcurrió quince años antes. Mas que desde entonces, por negligencia de algunos, por dolo de otros, y por hurto de muchos se disminuyó paulatinamente esta cosa, y se privaba á los baños públicos de la suma de los cuatrocientos noventa y dos áureos, y á los portazgos del pago de los quinientos cincuenta y ocho y medio áureos, habiéndoseles dado ocasión á ellos por esto, porque algunos se procuraban ya de la corte, ya de tu solio facultad para exportar también gratuitamente de dicha cindad de Alejandría tejas y otras especies, que estaban sujetas á este tributo, y de este modo se fué, á la verdad, empobreciendo paulatinamente la mencionada ciudad.

Cap. XVI

Excellentiam itaque tuam et in haec animum intendentem amplexi sancimus, nec aliquibus istiusmodi omnino sacram principalem formam data (2) quidquam utilitatis afferre, se omnes agnoscere id, quod usque ad illustrissimi Strategii tempora dederunt; nec etiam spectabilem praefectum augustalem maiores sumtus facere, quam antea et temporibus illustrissimi Strategii fieri soliti sunt, neque novo aliquo commento tributa illa attingere, sibique vindicare, sed veterem formam, quae usque ad Strategium illustrissimum illum et ipsum obtinuit, custodiri, nec pro tempore augustali contentionis occasionem dari, ut hic, nihil se cepisse, ille vero, minus se cepisse, dicat, sed ex universa

Capítulo XVI

Y aceptando el parecer de tu excelencia y el propósito á que tiende en esto, mandamos, que absolutamente á nadie le produzca utilidad alguna una tal sacra disposición del príncipe dada para él, sino que paguen todos lo que dieron hasta los tiempos del ilustrísimo *Estrategio;* y que tampoco haga el espectable prefecto augustal mayores gastos de los que solieron hacerse antes y en los tiempos del ilustrísimo *Estrategio*, ni eche mano por alguna nueva ficción á aquellos tributos, y los reivindique para sí, sino que se guarde la antigua disposición que hasta el mismo ilustrísimo *Estrategio* estuvo en vigor, y no se le dé al que á la sazón sea augustal ocasión para contienda, de suerte que uno diga que

(1) trecentos *se lela en el texto latino, sin duda por errata, porque* τετρακοσίους *dice el griego, y* quadringentos *la versión de Agileo.—N. del Tr.*

(2) *Aquí* data, *y poco después* se, *en lugar de* datam *y de* sed, *son, sin duda, erratas que no se hallan en la versión latina de Agileo.—N. del Tr.*

summa mille octingentorum octoginta et novem aureorum aureos trecentos sexaginta novem relevari. Volumus enim benignius quam exactius agere, et ob collectionem praefecti pro tempore augustalis alios mille quingentos et viginti aureos solos ex titulo inferri, ex quo aureos trecentos illos et viginti aureos sibi imputet spectabilis augustalis occasione triginti sex pullorum, quos ex antiqua consuetudine Alexandrinis equestribus ludis suppeditare tenetur, spectabilis praefectus augustalis sibi imputabit (1), reliquos vero mille ducentos aureos eidem in annonas ipsius imputari, ita vero rem facilem esse, pristina ratione servata, et nulli prorsus improbitatis occasione data. De publicarum autem balnearum calefactione, et anticantharo, et publicis portoriis ex aliis causis descriptio in hac sacra lege instituetur.

Cap. XVII

Quoniam vero Mareotidem Libyco tractui subiecimus, et fortasse nonnulli ex Alexandrina civitate in popularibus seditionibus deprehensi illuc fugiant, quo sibi inferendas a spectabili praefecto augustali poenas evitent, sancimus facultatem esse pro tempore spectabili augustali mittendi illuc ob hanc causam et solam commentariensem, cum litteris publicis ad eum, qui clarissimi provinciae Libyae praesidis locum obtinet, datis, ut illos et comprehendat, et per cohortes militesque, qui sub ipso sunt, tradat, ne quisquam eorum, qui Alexandriae publicos tumultus moverint, illuc confugiat, et spectabilis praefecti augustalis poenas evitet. Insuper et illi ipsi, qui istis partibus praeest, facultas erit, ut, si quos tales inveniat, eos et comprehendat, et castiget, atque publice manu liberet eos (2). In his itaque dictum magistratum circumscribimus, et ut ea faciat instituimus, quae hac lege descripsimus. Sic enim et cura ipsi rei sufficiens erit, et undique constituta et bene ordinata, nullamque ad confusionem furtumque propensis maleficii occasionem praebebit.

Cap. XVIII

Hinc nos cura Libycorum limitum vocat, quos ad Paratonium constituimus, dantes ei etiam militarem manum, quae in illis locis barbaros compescat. Volumus enim, spectabilem etiam Libyae ducem castra quidem obtinere, ut dictum est, per Paratonium et per subiectas illi civitates, in quibus constituti sub ipso erunt milites, qui ipsius iussis obsequantur, percipiet autem et ipse deputata ipsi emolumenta, pro annonis quidem in speciebus nonaginta, et pro capitibus centum et viginti aureos supra mille quinque et quadrantem, pro annonis autem in auro quinquaginta, et pro capitibus aureos quadringentos, et insuper quae ei paret cohors aureos centum octoginta septem; et milites, id est ex his Libybus Iustinianeis, et qui apud aliquam Iustinianearum cohortium dictis locis assignatarum sunt, suas annonas, quemadmodum respubli-

él nada recibió, y el otro que él recibió menos, pero de la suma total de los mil ochocientos ochenta y nueve áureos se rebajen trescientos sesenta y nueve áureos. Porque queremos que obre con más benignidad que rigor, y que por causa de la recaudación del que entonces sea prefecto augustal se ingresen solos otros mil quinientos veinte áureos por este título, del cual impútese á sí el espectable augustal aquellos trescientos veinte áureos con ocasión de los treinta y seis potros que por antigua costumbre está obligado á suministrar para los juegos ecuestres de Alejandría, é impútensele los otros mil doscientos áureos para las annonas del mismo, y así será fácil la cosa, conservándose la primitiva cuenta, y no habiéndosele dado absolutamente á nadie ocasión para falta de probidad. Mas en cuanto á la calefacción de los baños públicos, y al anticántaro, y á los portazgos públicos se hará en esta sacra ley señalamiento por otras causas.

Capítulo XVII

Mas como á Mareotis la hemos puesto bajo la dependencia de la región de la Libia, y acaso algunos de la ciudad de Alejandría sorprendidos en sediciones populares huyen allá para evitar las penas que se les deben imponer por el espectable prefecto augustal, mandamos que tenga facultad el que entonces sea espectable augustal para enviar allá por esta sola causa un escribano, con cartas públicas dadas para el que ocupa el lugar del muy esclarecido presidente de la provincia de Libia, con objeto de que los prenda, y los entregue por medio de las cohortes y militares, que están bajo su dependencia, á fin de que no se refugie allá y eluda las penas del espectable prefecto augustal ninguno de los que hubieren promovido tumultos públicos en Alejandría. Tendrá además facultad el mismo que es presidente en estas regiones, para que, si hallara á algunos de estos, los prenda y castigue, y los libre públicamente de su poder. (3) Así, pues, circunscribimos á estas cosas la dicha magistratura, y la instituímos para que haga lo que en esta ley hemos reseñado. Porque así tendrá suficiente cuidado esta cosa, y estando en todo bien establecida y ordenada, no les dará á los propensos á la confusión y al hurto ocasión alguna para hacer mal.

Capítulo XVIII

Nos llama de aquí el cuidado de los límites de la Libia, que hemos establecido en Paratonio, dándole también fuerza militar, que apacigüe en aquellos lugares á los bárbaros. Pues queremos que también el espectable duque de la Libia tenga ciertamente campamentos, como se ha dicho, en Paratonio y en las ciudades dependientes de él, en que hubiere establecidos militares subordinados al mismo, los cuales obedezcan sus órdenes; pero también él percibirá los emolumentos señalados al mismo, por annonas noventa áureos en especies, y por raciones de caballo ciento veinte áureos sobre mil cinco y cuarto, y en oro por annonas cincuenta, y por raciones de caballo cuatrocientos áureos, y además, ciento ochenta y siete áureos la cohorte que está á sus órdenes; y los militares, esto es, los de estas Libias Justinianeas, y los que están en algu-

(1) *Evidentemente, esta oración,* spectabilis—imputabit, *ha de suprimirse por hallarse repetida antes:* sibi imputet spectabilis augustalis. *En la versión latina de Agilseo no hay tal repetición, en la cual se ha incurrido al modificar aquella.—N. del Tr.*

(2) *Esta frase, que aun en el texto griego se halla muy adulterada, no nos ha sido posible traducirla de modo que tenga claro ó exacto sentido.—N. del Tr.*

(3) *Véase la nota 2.*

ca ipsis constituit, percipient; manifestum autem est, et omnia solennia in civitatibus earum constituta eis danda esse, quemadmodum hactenus data sunt. Similiter vero et provincialis magistratus, et parens ipsi cohors suas annonas habebunt.

§ 1.—Verum quoniam, si quis omnes hosce sumtus computet, non sufficiens foret ex locis ipsi subiectis sive ex Libyum provincia illatio, idcirco necessarium esse duximus, ut etiam Mareotidem, quae dicitur, et Menelaitam urbem, quae ante Aegyptiacam provinciam sita est, ipsi adiiceremus. Nec enim aliter efficere possit, ut e publico militibus sub ipso constitutis salarium suppeditetur, si danda aliunde pendeant, ac sub alio magistratu contribuantur et innumerae hinc ex diversitate magistratuum sollicitudines atque tumultus essent uxorituri. Atque ille quidem dictis locis praeerit, tu vero proprio periculo, tibique parens cohors, et civilis magistratus una cum sua cohorte et exactionem perficietis, et quod collegeritis militibus vobisque ipsis distribuetis, ut ipsorum et sumtus et annonae hinc conficiantur, proprio periculo exactione illorum facienda.

Cap. XIX

Ne vero inde cuiquam machinandi, et maiores sumtus faciendi, aut minorem illationem dicendi occasionem demus, hoc etiam convenienter constituentes per subiectam huic sacrae legi descriptionem prudenter constituimus, et manifestum fecimus, quantus quidem est canon, qui tribunali tuae excellentiae competit, et ex dictis provinciis locisque, et ex Libya ipsa, et Mareotide, et Menelaita civitate infertur, quantae vero expensae, quas ibi circa magistratus, et cohortes, et solennia, et devotorum militum alimoniam fieri convenit. Spectabilis autem praefectus augustalis nullam communionem habeat, nec eius cohors, cum dicto duce et subiectis ipsi provinciis, et civitatibus, et locis, neque alius quis provincialis magistratus, sed ipse spectabilis dux, et civilis Libyae magistratus in dictis locis in pecuniariis et criminalibus causis, et in publicis exactionibus omnem potestatem obtinebit, ut tamen quaecunque in Libya sunt, et omnes, qui illa loca habitant possessores in suis possessionibus, et harum incolae, spectabili duci subiecti sint. Etsi enim in aliis provinciis habitent, possideant autem in dictis civitatibus aut locis, quibus spectabilis dux praeest, similiter etiam hos in publicis exactionibus ipsi subiici volumus, ut potestatem habeat, et ad ipsos mittendi, et exigendi, et omnia, quae exactionis ratio postulat, faciendi.

Cap. XX

Quoniam vero etiam sacrae nostrae largitiones ex his provinciis atque locis, quae dicto Libycorum limitum duci parent, nonnulla recipiunt, nos vero aequalem atque similem illis curam impendimus,

na de las cohortes Justinianeas asignadas á dichos lugares, percibirán sus annonas según para los mismos determinó la república; mas es manifiesto que se les habrá de dar también, como hasta ahora se ha dado, todo lo que por costumbre se halla establecido en las ciudades de ellas. Y de igual modo tendrán sus annonas el magistrado provincial, y la cohorte que está á las órdenes del mismo.

§ 1.—Mas como si alguien computara todos estos gastos no habría de ser suficiente la contribución de los lugares sujetos al mismo ó de la provincia de la Libia, hemos considerado por ello necesario agregarle al mismo también la que se llama Mareotis y la ciudad de Menelaita, que se halla sita antes de la provincia de Egipto. Porque no se podría hacer de otro modo que de los fondos públicos se les pagase su salario á los militares puestos bajo la dependencia del mismo, si lo que se ha de dar dependiera de otra parte, y con ello se contribuyera bajo otro magistrado, y de aquí hubiesen de surgir por la diversidad de magistraturas innumerables molestias y tumultos. Y él estará ciertamente al frente de dichos lugares, mas tú bajo tu propia responsabilidad, y la cohorte que está á tus órdenes, y el magistrado civil, juntamente con su cohorte, llevaréis á cabo la exacción, y lo que recaudéis lo distribuiréis para los militares y para vosotros mismos, de suerte que de aquí se completen los gastos y las annonas de los mismos, debiéndose hacer la exacción bajo la propia responsabilidad de aquellos.

Capítulo XIX

Mas para que con esto no le demos á nadie ocasión para maquinar alguna cosa, y hacer mayores gastos, ó para decir que es menor la contribución, determinando esto también de modo conveniente, fijamos prudentemente por medio de la relación puesta al pie de esta sacra ley, y hacemos manifiesto, cuánto es ciertamente el cánon, que le compete al tribunal de tu excelencia, y se ingresa de dichas provincias y lugares, y de la misma Libia, y de Mareotis y de la ciudad de Menelaita, y cuántos los gastos que conviene se hagan allí respecto á los magistrados, y á las cohortes, y por costumbres, y para mantenimiento de los militares adictos. Pero no tengan el espectable prefecto augustal, ni su cohorte, ninguna común participación con dicho duque y las provincias, ciudades y lugares sujetos al mismo, ni tampoco otro cualquier magistrado provincial, sino que el mismo espectable duque, y magistrado civil de la Libia, tendrá en dichos lugares plena potestad en las causas pecuniarias y en las criminales y en las exacciones públicas, pero de suerte que las cosas que hay en la Libia, y todos los poseedores que habitan aquellos lugares en sus posesiones, y los moradores de ellas estén sujetos al espectable duque. Pues aunque habiten en otras provincias, si no obstante, son poseedores en dichas ciudades ó lugares, á cuyo frente está el espectable duque, queremos que de igual modo estén también ellos sujetos al mismo en las exacciones públicas, de suerte que tenga potestad para enviar emisarios á los mismos, y para exigirles, y para hacer todo lo que requiere la cuestión de la exacción.

Capítulo XX

Pero como también nuestras sacras liberalidades reciben algunas cosas de estas provincias y lugares, que están á las órdenes de dicho duque de las fronteras de la Libia, y nosotros les consagramos

sancimus, dictum Libyae, et Mareotidis, Menelaitaeque urbis (etiam haec illi adiecimus) spectabilem ducem, et provinciae praesidem, et obsecundantem ipsi cohortem suo periculo largitionalium pecuniarum, quae ex omnibus dictis debentur locis, exactionem facere, ita ut hae citra ullum defectum quotannis exigantur, et ab ipsis Alexandriam emittantur, et tradi ei, cui pro tempore ex devotis palatinis, ut illic praepositi officium adimpleat, commissum fuerit, ipsis autem auxilium ferat, sciens in idem periculum se incurrere, id est semper ducis, et praesidis, et cohortium, quae iis parent, nisi his rebus omnibus modis providerit, auxiliantibus in hoc etiam militibus, et periclitantibus, si non praesto fuerint, easdem se poenas subituros, quas Alexandriae et in utraque Aegypto constitutis militibus imposuimus, nisi et ipsi eam rem aequali cura dignarentur. Neque praeter causas superius expositas ius asyli ratione largitionalium causarum praeberi poterit aliquibus, citra devotorum dicti magistratus palatinorum voluntatem, qui a suo pro tempore praefecto ad exactionem publicorum largitionalium omnino emittuntur, sed etiam in regionibus asylo praeditis exactio exercebitur, omniaque alia similiter per Libyam, et Mareotidem, et Menelaitam Aegyptiacam civitatem in largitionalibus exactionibus exigentur, quemadmodum Alexandriae atque in utraque Aegypto arcariarum exactionum occasione fieri oportere diximus.

igual y análogo cuidado, mandamos que dicho espectable duque de la Libia, y de Mareotis y de la ciudad de Menelaita, (porque también le agregamos esto), y el presidente de la provincia, y la cohorte que está á las órdenes del mismo hagan bajo su responsabilidad la exacción de las cantidades de las liberalidades, que por todos los dichos lugares se deben, de suerte que ellas sean sin falta alguna exigidas cada año, y remesadas por los mismos á Alejandría, y se le entreguen al que de los adictos palatinos se le hubiere á la sazón encomendado que desempeñe allí el cargo de prepósito, el cual preste auxilio á los mismos, teniendo entendido que él incurrirá en la misma responsabilidad, esto es, en la del que siempre sea duque, y en la del presidente y de las cohortes que están á las órdenes de ellos, si de todos modos no hubiere proveído para estas cosas, prestando también para ello auxilio los militares, y corriendo riesgo, si no hubieren estado dispuestos, de sufrir ellos las mismas penas que hemos impuesto para los militares constituídos en Alejandría y en ambos Egiptos, si tampoco ellos se dignasen tener igual cuidado de esta cosa. Y fuera de las causas antes expuestas no se podrá dar, sin la voluntad de los adictos palatinos de dicho magistrado, derecho de asilo, por razón de causas pertenecientes á las liberalidades, á algunos de los que son en todo caso enviados para la exacción de los tributos públicos de liberalidades por el que á la sazón sea su prefecto, sino que también en las susodichas regiones dotadas con asilo se hará la exacción, y se exigirá en las exacciones de las liberalidades todo lo demás en la Libia y Mareotides y en la ciudad egipciaca de Menelaita de la misma manera que hemos dicho, con ocasión de las exacciones de tesorería, que se debe proceder en Alejandría y en ambos Egiptos.

Cap. XXI

Neque vero portoriorum, neque privatae publicaeve tribunalis excellentiae tuae mensae rationes cum dicto Libycorum limitum magistratu et exactione, quae hactenus fuit, et quae nunc adiicitur, id est Mareotidis et Menelaitae civitatis, in Aegyptiaca provincia quidquam commune habeant, propterea quod iam constituimus, universum canonem, ex Libya, et Mareotide, et Menelaita civitate quocunque modo et ex quocunque titulo eorum, quae ad excellentiae tuae magistratum referuntur, collatum ad hos sumtus procedere, quos supra diximus, id est ad alimoniam magistratuum et cohortium, militares, ac solennium. Quaecunque autem occasione largitionalium illationum dicta nobis sunt, omnibus modis observentur.

§ 1.—Quoniam vero hoc etiam in curam nostram suscipimus, ne subditi nostri multas dilationes et inde detrimentum subeant, itaque iniuria afficiantur, * sed ut, quia Mareotis Alexandriae vicina est, et nonnulli, qui illic turbant, veniant, necesse est facere adimplentem magistratus officium, * tradentur autem ipsi consolationis causa aurei centum. Atque hic quidem etiam quae a nobis de Libyae administratione constituta sunt, finem habento.

Capitulo XXI

Mas ni las cuentas de portazgos, ni las de la caja privada ó pública del tribunal de tu excelencia tengan cosa alguna común en la provincia de Egipto con dicho magistrado de las fronteras de la Libia y con la recaudación, que hasta ahora hubo, y la que ahora se añade, esto es, de Mareotis y de la ciudad de Menelaita, por lo que ya hemos establecido, que todo el cánon recaudado de la Libia y de Mareotis y de la ciudad Menelaita de cualquier modo y por un título cualquiera de las cosas que se refieren á la magistratura de tu excelencia se aplique á los gastos, que antes hemos dicho, esto es, al mantenimiento de los magistrados y de las cohortes, á los militares, y á lo que es de costumbre. Mas obsérvese de todos modos todo lo que por nosotros ha sido dicho con ocasión de las contribuciones de liberalidades.

§ 1.—Mas como también hemos tomado á nuestro cuidado esto, que nuestros súbditos no sufran muchas dilaciones, y por ellas quebranto, y de este modo sean perjudicados con injuria, * y como Mareotis es vecina de Alejandría, y vienen algunos que allí perturban, es necesario nombrar á alguien que desempeñe el cargo del magistrado, * y que al mismo se le den por causa de retribución cien áureos. Y tenga aquí ciertamente término también lo que por nosotros ha sido establecido respecto á la administración de la Libia.

(*) *En este y en otros puntos marcados con asterisco faltan, por haber lagunas en el texto griego, una ó más palabras, cuya falta hace unas veces difícil, y otras imposible, la traducción.—N. del Tr.*

Cap. XXII

Consequens igitur est, ut transeamus ad limites Thebaicos, hoc est duas Thebaidas, quibus praeest spectabilis dux, qui a nobis hanc administrationem accipit, cui vero etiam harum provinciarum peculiares magistratus obedient. Et erit et ipse in eodem honore quem habet praefectus augustalis, tanquam si ipse augustalis esset, ac per omnia tuae excellentiae praeceptis et tribunali orientali suberit, quemadmodum etiam nunc spectabilis praefectus augustalis subest.

§ 1.—Damus enim illi etiam omnem iurisdictionem et potestatem, quam spectabilis augustalis habet * iam olim ipsi attributis, hoc est duabus Thebaidis. Erit autem ipsius curae et periculo, ut primum quidem omnino frumentum solennis illationis exigat, et emittat, et tradat spectabili Alexandrino augustali, et procuret sine cessatione secundum praedictos terminos etiam ipsa re suo periculo omne frumentum inferens, quod ad ipsius provincias, et civitates, et loca pertinet, quodque etiam ad illationem felicis huius urbis, et ad alimoniam a nobis Alexandriae benigne donatam refertur, ita ut nulla in his dilatio fiat; quippe cum omne * etiam parentem ei cohortem. Periclitabuntur etiam milites, qui in illis locis sunt, et tribuni, et omne civile atque publicum auxilium, nisi in his opem ferant. Oportebit autem solennis illationis, quae huc emittitur, mensuram ante diem nonum mensis Augusti ab ipso cum effectu fluvialibus navibus imponi, et quae sub ipso est plenaria ab ipso exigi, deinde idem frumentum ante decimum mensis Septembris Alexandriam deportari, atque spectabili praefecto augustali, aut qui ab illo in hoc designati sunt, tradi, alimoniam autem a nobis per liberalitatem magnae urbi Alexandriae donatam ante decimum quintum mensis Octobris.

§ 2.—Illud enim in confesso est, nisi ad dictos terminos omne frumentum solennis illationis, tum quae huc mittetur, tum quae Alexandrinis in alimoniam data est Alexandriam emittatur, spectabilique praefecto augustali traditum fuerit, ipsum quod frumenti mensurae deest, quodque traditum non est, id omne in ternas artabas singulis solidis apponere debere. Hoc autem periculum non ad vitam, neque ad magistratum ipsius modo durabit, verum etiam privatus factus et mortuus longiorem vita sua exactionem sentiet. Heredes enim et res ipsius istiusmodi difficultatibus obnoxiae erunt, quum negligentia illius continenter adversus ipsos periculum, et curam, et exactionem det, quoad omnis debiti ad dictum modum dissolutio fiat.

Capitulo XXII

Así, pues, es consiguiente que pasemos á los límites Tebaicos, esto es, á las dos Tebaidas, á cuyo frente está el espectable duque, que de nosotros recibe esta administración, y al cual obedecerán también los magistrados peculiares de estas provincias. Y el mismo tendrá también igual honor al que tiene el prefecto augustal, como si él mismo fuese augustal, y estará en todo sujeto á los mandatos de tu excelencia y al tribunal oriental, á la manera que también ahora está sujeto el espectable prefecto augustal.

§ 1.—Pues le damos también toda la jurisdicción y potestad, que tiene el espectable augustal, sobre las regiones ya antes al mismo encomendadas, esto es, sobre las dos Tebaidas. Mas estará al cuidado y á la responsabilidad del mismo, en primer lugar ciertamente exigir en todo caso el trigo de la acostumbrada contribución, y expedirlo, y entregarlo al espectable augustal de Alejandría, y procurar que sin falta ingrese dentro de los términos antes dichos, estando también esto mismo bajo su responsabilidad, todo el trigo que corresponde á las provincias y á las ciudades y lugares del mismo, y también el que se aplica á la contribución de esta feliz ciudad, y al aprovisionamiento benignamente concedido por nosotros á Alejandría, de suerte que en esto no se cause dilación alguna; sirviéndole ciertamente para todo * la cohorte que está á sus órdenes. Y correrán también riesgo los militares, que hay en aquellos lugares, y los tribunos, y todos los auxiliares civiles y públicos, si para estas cosas no prestaran ayuda. Mas será conveniente que la medida de la contribución pública, que aquí se expide, sea efectivamente embarcada por el mismo en naves fluviales antes del noveno día del mes de Agosto, y que de él se exija el recibo total que del mismo depende, y que después sea transportado á Alejandría el mismo trigo antes del décimo día del mes de Septiembre, y sea entregado al espectable prefecto augustal, ó á quienes por él son designados para esto, y antes del décimo quinto día del mes de Octubre el aprovisionamiento concedido por liberalidad nuestra á la grande ciudad de Alejandría.

§ 2.—Pues es sabido, que, si no se expidiera á Alejandría y no se le hubiere entregado al espectable prefecto augustal en dichos términos todo el trigo de la acostumbrada contribución, así de la que se enviará aquí, como de la que les fué dada para su aprovisionamiento á los Alejandrinos, debe él suplir á razón de tres artabas por cada sueldo todo todo el trigo que falte á la medida, y que no haya sido entregado. Mas esta responsabilidad no durará solamente hasta el término de su vida, ni hasta el de la magistratura del mismo, sino que también habiéndose hecho simple particular y habiendo fallecido soportará la exacción, más duradera que su vida. Porque sus herederos y los bienes del mismo estarán sujetos á estas contrariedades, pues la negligencia de él dará sin intermisión contra los mismos responsabilidad, y cuidado, y exacción, hasta que se haga el pago de toda deuda por dicha cantidad.

Cap. XXIII

Neque vero ita innovationem facimus, ut quaeramus, quod adhuc factum non sit. Scimus enim, etiam Ioannem, gloriosissimum comitem, illius magnificae memoriae filium, ante completum eundem mensem primae indictionis iam praeteritae omne frumentum Alexandriam intulisse, et tunc ei, qui

Capítulo XXIII

Mas no hacemos así innovación para investigar lo que hasta ahora no se haya hecho. Pues sabemos, que también Juan, gloriosísimo conde, hijo del de magnífica memoria, ingresó en Alejandría antes de haberse cumplido el mismo mes de la primera indicción, ya pasada, todo el trigo, y lo en-

augustalem magistratum obtinebat in Mareotidem, tradidisse. Ne autem spectabilis Alexandrinus augustalis amplius metuat, sancimus, ut clarissimus pro tempore Libyae civilis magistratus suo periculo hominem industrium eligat, atque hunc emittat utpote sui vicarium, qui in Mareotide et Menelaitae civitate residebit, et causas pecuniarias et criminales, et alia omnia, quae in circumiacentibus Mareotidi et Menelaitae civitati locis agantur, audiet et quae competant faciet, et si qui Alexandrini seditiosi fugerint, hos et comprehendet, et ad spectabilem praefectum augustalem mittet, scriptis ad illum publicis litteris, ne quid ita commissorum inultum reliquatur. Si tamen, quum seditiosi aliqui Mareotidem fugerint, hos spectabilis praefectus augustalis comprehendere velit, facultatem habebit unum aliquem ex commentariensibus suis cum publicis litteris ad eum, qui clarissimi Libycae provinciae praesidis locum supplet, mittendi, ut ipsius cura et periculo seditiosi comprehendantur et tradantur, et Alexandriam mittantur. Assignamus enim dicto vicario etiam viginti cohortales ex cohorte, quae provinciali Libyae praesidi paret, et milites ex illis, qui illic stativa habent, ad numerum quinquaginta, ut ipse habeat et obtemperantes et ministrantes, et ad exigenda ea, quae competunt, par sit.

§ 1.—Ministerium autem ipsi praebebunt dicti cohortales et milites tum in conservatione ordinis, tum in aliis omnibus, quae erant illorum, qui ab ipso in hoc constituti sunt, quod iam sancivimus. Faciet vero plenariam, prout prius a nobis constitutum est. Deinde, quod huic rei annexum est (de portoriis loquimur) omnino ipsius, provincialiumque magistratuum, et parentium ipsi cohortium curae atque periculo subiacebit, ut civitates, et loca, et homines, quotcunque in subiecta huic legi descriptione subiecimus, et portoriorum titulo assignavimus, exigat citra ullam imminutionem, et omne aurum, quod inde provenit, deposcat, et portoriorum susceptori tradat intra constituta tempora, in nullo illa transgressus, ne videlicet portoriorum rationi impedimentum inferat, quod rursus solennem illationem impediat. Etenim profecto etiam inde periculum ita ad eum respiciet, ut quodcunque portoriorum susceptori ad diem persolutum non fuerit, huius duplum ab ipso eiusque cohorte deposcendum sit.

§ 2.—Ea vero, quaecunque ex provincia ipsi a nobis tradita excellentiae tuae mensis inferuntur, haec per excellentiae tuae cohortem, et per scriniarios dictarumque provinciarum tractatores proprio ipsius periculo exigi volumus a locis, et civitatibus, et personis huic sacrae nostrae legi subiectis et evidentiorem facientibus exactionis facilitatem. Ipsi enim haec exigent atque huc transmittent. Neque ius asyli dabit quisquam, sive magistratum gerens, sive civitatis episcopus, sive spectabilis Alexandrinus augustalis, nisi iussio a solio tuo procedat, quae id velit, aut etiam ipsi tractatores*. Hoc vero ipsum etiam fecit qui nunc eundem magistratum obtinet, Orion videlicet, gloriosissimus; urbicas plenarias, et quae sub Ioanne, et quae sub Orione facta et emissa est, tua excellentia et nos inspeximus. Socordiae igitur solummodo fuerit et proditionis, eos, qui tanti fuerint, nolle imitari.

tregó entonces al que ejercia en Mareotis la magistratura augustal. Mas para que no tema ya el espectable augustal de Alejandría, mandamos, que el que á la sazón sea muy esclarecido magistrado civil de la Libia elija á su propio riesgo uo hombre diestro, y lo envíe como vicario suyo, el cual residirá en Mareotis y en la ciudad de Menelaita, y entenderá en las causas pecuniarias y criminales, y en todo lo demás que se haga en los lugares circunyacentes á Mareotis y á la ciudad de Menelaita, y hará lo que competa, y si hubieren huído algunos alejandrinos sediciosos, los prenderá, y los enviará al espectable prefecto augustal, dirigiéndole cartas públicas, para que no se deje sin castigo cosa alguna de las que así se hacen. Mas si, habiendo huído algunos sediciosos á Mareotis, los quisiera prender el espectable prefecto augustal, tendrá facultad para enviar á alguno de sus escribanos con cartas públicas para el que suple las veces del muy esclarecido presidente de la provincia de Libia, para que por cuidado y bajo la responsabilidad del mismo sean presos y entregados, y enviados á Alejandría, los sediciosos. Pues le asignamos á dicho vicario también veinte cohortales de la cohorte, que está á las órdenes del presidente provincial de la Libia, y soldados de los que allí tienen su estación, en número de cincuenta, para que él mismo tenga quienes estén á sus órdenes y le sirvan, y sea poderoso para exigir lo que compete.

§ 1.—Mas le prestarán servicio dichos cohortales y militares tanto en la conservación del orden, como en todo lo demás, que era propio de aquellos, que por el mismo fueron nombrados para lo que ya hemos sancionado. Mas hará los recibos totales, según se ha establecido antes por nosotros. Además, estará absolutamente al cuidado y á riesgo del mismo, y de los magistrados provinciales, y de las cohortes que le obedecen, lo que es anejo á esta cosa, (nos referimos á los portazgos), de suerte que á las ciudades, y á los lugares, y á los individuos, que hemos comprendido en esta reseña puesta al pie de esta ley, y hemos designado en el título de los portazgos, les exija sin ninguna disminución, y les reclame, todo el dinero que de esto proviene, y se lo entregue al recaudador de los portazgos dentro de los términos fijados, no excediéndose en nada de ellos, á fin de que no cause para la cuenta de los portazgos impedimento, que á su vez dificulte el acostumbrado ingreso de las contribuciones. Porque ciertamente de tal modo le afectará á él la responsabilidad de esto, que todo lo que á su término no hubiere sido pagado al recaudador de los portazgos se le habrá de exigir en el duplo á él mismo y á su cohorte.

§ 2.—Mas queremos que lo que de la provincia confiada al mismo por nosotros se ingresa en las cajas de tu excelencia, sea exigido á riesgo propio del mismo por la cohorte de tu excelencia, y por los empleados de secretaría, administradores de tributos de dichas provincias, á los lugares, y ciudades, y personas sujetos á esta sacra ley nuestra, y que hacen más evidente la facilidad de la exacción. Porque ellos exigirán esto y lo remitirán aquí. Y no dará el derecho de asilo nadie, ya sea el que desempeñe la magistratura, ya el obispo de la ciudad, ya el espectable augustal de Alejandría, á no ser que emane orden de tu solio, que lo quiera, ó también si lo dieran los mismos administradores de tributos*. Mas esto mismo hizo también el que en la actualidad tiene la misma magistratura, á saber, el gloriosísimo Orión; y tu excelencia y nosotros inspeccionamos los recibos totales de las ciudades, así el que

Unde etiam maiorem et potentiorem illum fecimus, et augustalis dignitatem atque inrisdictionem ipsi dedimus. Nec enim tolerabile esset, si qui maiorem potestatem adeptus est, inferiorem se antecessoribus exhibeat, et universam rempublicam periculo subiiciat, se vero perpetuo exitio implicet, dum magistratu excidit, atque in iudicium protrahitur dum et in privata vita, et post mortem per suos heredes, et debitum dissolvit, donec in ternas artabas frumenti omnis mensura, quae exportata non fuerit, per solium excellentiae tuae exacta, fisco plene admensa sit.

Cap. XXIV

Imperium vero habebit et in milites et in privatos, in illos quidem pro iure militaris magistratus, in hos autem pro ratione iurisdictionis augustalis, scilicet subiectis ipsi, quemadmodum antea diximus, provincialibus magistratibus, quorum dictae provinciae curae sunt, et cohortibus, quae illis parent, et omni civili publicoque auxilio, et omnibus magistratibus et reipublicae tractatoribus, et omnino omnibus, qui in illis provinciis aut sunt, aut habitant, aut pagos gubernant, aut quoquo modo rempublicam administrant. Quos facultatem habebit etiam ad se adducendi, quanquam in aliis provinciis ipsi non subiectis habitent, in solis tamen publicis exactionibus. Quod faciet, tametsi qui in ipsius locis sunt, aufugerint. Ita enim in publicorum tributorum exactione undique praetextus excludetur.

§ 1.—Si quos vero illorum, qui pagos gubernant, pro quibus etiam periclitatur, circa solennem frumenti transmissionem, aut circa ea, quae portoriorum et provincialium sumtuum nomine dantur, refractarios experiatur, non hos removebit quidem, sed in custodia constituet, aliosque ad eam rem idoneos quaeret, atque haec tuae excellentiae solio indicabit, quo res per te et qui in posterum eundem, quem tu, magistratum obtinebunt ad imperium relata inde dispositionem suscipiat, et improbitatis quidem accusati, si sic nobis videbitur, repellantur, qui vero in horum locum delecti sunt, si idoneos esse iudicabimus, sufficiantur, et divina sacraque nostra atque solii tui de hoc iussione facta in illorum pagarchias atque bona succedant.

§ 2.—Volumus igitur primo loco curare ipsum solennem illationem atque alimoniam Alexandrinorum, ut suo, provincialiumque magistratuum, et quae parent ipsis cohortium periculo Alexandriam emittatur, quatenus ei deputatae sunt provinciae et civitates, periclitaturis etiam clarissimis tribunis et omni civili publicoque auxilio circa cingulum, et bona, et salutem ipsam, nisi auxiliati fuerint, verum quidem huc felicis frumenti transmissionis usque ad decimum mensis Septembris uniuscuiusque indictionis * nisi Alexandriam emiserit, et huius augustali, quive ab ipso designati sunt, tradiderit.

se hizo y se remitió bajo la administración de Juan, como el que bajo la de Orión. Así, pues, habría sido solamente negligencia y perfidia no querer imitar á los que tanto fueron. Por lo cual, también lo hemos hecho superior y más poderoso, y le hemos dado al mismo la dignidad y la jurisdicción del augustal. Porque no sería tolerable, que si alguno alcanzó mayor potestad, él se mostrara inferior á sus antecesores, y expusiera á riesgo toda la república, y él se sujetara á perpétuo quebranto, al salir de la magistratura, y al ser llevado á juicio, pagando así durante su vida privada, como después de su muerte, por medio de sus herederos la deuda, hasta tanto que, exigida por el solio de tu excelencia á razón de tres artabas de trigo toda la cantidad que no hubiere sido exportada, le haya sido entregada por completo al fisco.

Capítulo XXIV

Mas tendrá imperio tanto sobre los militares como sobre los particulares, en aquéllos ciertamente por fuero de la magistratura militar, y en éstos por razón de la jurisdicción augustal, estando subordinados, por supuesto, al mismo, según antes hemos dicho, los magistrados provinciales, á quienes corresponden los cuidados de dicha provincia, y las cohortes, que están á las órdenes de ellos, y todos los auxiliares civiles y públicos, y todos los magistrados y administradores de la república, y en general todos los que están ó habitan en aquellas provincias, ó gobiernan las aldeas, ó de algún modo administran la república. Los que también tendrá facultad de llamarlos á sí, aunque habiten en otras provincias no sujetas al mismo, pero solamente tratándose de las exacciones públicas. Lo que hará, aunque hubieren huído los que están en los lugares del mismo. Porque así se quitará por completo todo pretexto en la exacción de los tributos públicos.

§ 1.—Mas si viera que algunos de los que gobiernan las aldeas, por los que también soporta responsabilidad, son contrarios respecto á la acostumbrada remesa de trigo, ó en cuanto á lo que se da por razón de portazgos y de gastos provinciales, no los removerá ciertamente, pero los constituirá en custodia, y buscará otros idóneos para esto, y lo indicará al solio de tu excelencia, á fin de que, puesta por tí, y por quienes en lo sucesivo obtuvieren la misma magistratura que tú, la cosa en conocimiento del imperio, reciba de éste resolución, y sean, á la verdad, rechazados, si así nos pareciere, los acusados de falta de probidad, y puestos en el lugar de ellos los que fueron elegidos, si juzgáremos que son idóneos, y, dada sobre esto divina y sacra orden nuestra y de tu solio, sucedan en las jefaturas de aldeas y en los bienes de aquellos.

§ 2.—Queremos, pues, que en primer lugar cuide el mismo de la acostumbrada contribución y del aprovisionamiento de los alejandrinos, de suerte que bajo su responsabilidad, y la de los magistrados provinciales, y la de las cohortes que están á las órdenes del mismo, se remita á Alejandría, en cuanto que le están asignadas las provincias y las ciudades, habiendo de correr riesgo respecto al cíngulo, y á sus bienes, y á su propia vida también los muy esclarecidos tribunos y todos los auxiliares civiles y públicos, si no hubieren prestado ayuda, y no hubiere hecho aquí hasta el décimo día del mes de Septiembre de cada indicción la feliz remesa del trigo, * y si no lo hubiere enviado á Alejandría, y no lo hubiere entregado al augustal de ella, ó á los que por el mismo fueron designados.

§ 3.—Donatam autem a nobis Alexandrinae urbi alimoniam usque ad decimum quintum mensis Octobris mittet, tradetque spectabili praefecto augustali, * aut scriniarii, aut qui ipsorum locum obtinent, hoc petierint, tamen ad eundem diem, et in hos terminos, quos solium tuum praestituerit, si et ipsi haec fieri velint; nisi nonnullis in hoc ius asyli dent, ut et sacris locis egressi res suas inspiciant, et omnibus modis explendum fiscum, illive satisfaciendum curent, quo hoc tribunalis tui scriniarii, qui huius rei periculum in se receperunt, accipiant. Nam quod praeter haec ius asyli datur, id nullum esse volumus, sed undique, in sacris etiam locis, eum, qui eo modo frustra ius illud acceperit, exactionem sustinere. Insuper et qui id dederit, iis, quae hinc exactiones et damna obvenient, ipse, et heredes ipsius, et successores, et bona subiacebunt.

§ 4.—Quodsi vero quis dei amantissimorum episcoporum praeter dicta ius asyli dederit, necesse habebunt dei amantissimi ecclesiae ipsi subiectae oeconomi et defensores, ut inde proveniens damnum fisco resarciant, primum quidem ex suo et ex sua ipsorum substantia, si vero inopes sint, ex ipsis etiam sanctissimae ecclesiae rebus. Verum si praeter voluntatem dei amantissimi episcopi ipsi dare ius illud ausi fuerint, non modo quod factum est omnino irritum erit, verum etiam ipsi damnum fisco resarcient. Ad hoc etiam, si tale quidpiam praeter episcopi sui voluntatem fecerint, et ab officiis, quae habent, removebuntur, et e sacerdotio eiicientur.

§ 5.—Si vero praeses contra vetitum modum cuipiam, qui publica tributa tuis mensis assignata debet, ius asyli dederit, aut tribuni, aut primores.....

§ 3.—Mas el aprovisionamiento concedido por nosotros á la ciudad de Alejandría lo enviará hasta el décimo quinto día del mes de Octubre, y lo entregará al espectable prefecto augustal, * ó los empleados de secretaría, ó los que ocupan el lugar de los mismos hubieren pedido esto, pero hasta el mismo día, y en los términos que hubiere prefijado tu solio, si también los mismos quisieran que se haga esto; á no ser que á algunos les den derecho de asilo para esto, para que saliendo de los lugares sagrados inspeccionen sus propios bienes, y cuiden de cumplir de todos modos con el fisco, ó de satisfacerle, de suerte que esto lo reciban los secretarios de tu tribunal, que echaron sobre sí la responsabilidad de esta cosa. Porque queremos que el derecho de asilo que fuera de esto se da sea nulo, y que en todas partes, aun en los lugares sagrados, soporte la exacción el que de este modo hubiere recibido inútilmente aquel derecho. Además, también el mismo que lo hubiere dado, y los herederos de él, y sus sucesores, y bienes, estarán sujetos á las exacciones y perjuicios que de aquí provienen.

§ 4.—Pero si prescindiendo de lo dicho hubiere dado el derecho de asilo alguno de los obispos, amantísimos de Dios, tendrán necesidad los ecónomos y los defensores, amantísimos de Dios, de la iglesia sometida al mismo, de resarcirle al fisco el daño de aquí proveniente, en primer lugar ciertamente con lo suyo y con los propios bienes de los mismos, y si fueran pobres, aun con los mismos bienes de la santísima iglesia. Mas si ellos mismos se hubieren atrevido á dar aquel derecho sin la voluntad del obispo, amantísimo de Dios, no solamente será absolutamente nulo lo que se hizo, sino que también ellos mismos le resarcirán el daño al fisco. Además de esto, si hubieren hecho alguna tal cosa sin la voluntad de su obispo, serán removidos de los oficios que tienen, y serán echados del sacerdocio.

§ 5.—Mas si contra lo vedado hubieren dado el derecho de asilo á cualquiera, que debe los tributos públicos asignados á tus cajas, el presidente, ó los tribunos, ó los principales.....

IMP. IUSTINI AUGUSTI

NOVELLAE CONSTITUTIONES

NUEVAS CONSTITUCIONES

DEL

EMPERADOR JUSTINO AUGUSTO

IMP. IUSTINI AUGUSTI

NOVELLAE CONSTITUTIONES

NUEVAS CONSTITUCIONES

DEL

EMPERADOR JUSTINO AUGUSTO

CONST. I

DE INDULGENTIA TRIBUTARIORUM RELIQUORUM

Praefatio

Quantam providentiam et diligentiam circa res communes statim ab initio imperii nostri adhibuerimus, traditae nobis a deo reipublicae curam gerentes, ex iis, quae iam gessimus, etc. (1)

CONST. II

UT CONSENSU MATRIMONIUM SOLVI POSSIT

Imp. Caesar Fl. IUSTINUS *Alamannicus, Gothicus, Francicus, Alanicus, etc.*

Praefatio

Nuptiis decentius nihil est hominibus, ex quibus filii ceteraeque nationum successiones, fundorum quoque et civitatum etc. (2)

CONST. III

DE IIS, QUI IN OSROENA ET MESOPOTAMIA ILLICITAS NUPTIAS CONTRAXERUNT

Idem Imperator PETRO, *sacri aerarii comiti.*

Praefatio

Legum severitati interdum etiam imperatoriam clementiam immisceri convenit, et praecipue, quando subditos multis damnis atque incommodis ea res eximit, quale in praesentia nostrae potentiae facere visum est. A patre enim nostro, qui una cum aliis virtutibus et pudicitiam mirifice amplexatus est, scripta lex est, quae eos, qui illicita matrimonia ineunt, et punit, et mulctat, et ad honestatem reducit, ut ne quae extra ipsius naturae fines posita sunt concupiscant. Ac pulchra ea lex est, et valde nobis placet, unde eam et ratam habemus, et omnino valere iubemus. Verum adierunt nos multi ex Mesopotamia, et Osroëna, et Euphratica pro-

CONSTITUCION I

DE LA CONDONACIÓN DE LOS ATRASOS DE LOS TRIBUTARIOS

Prefacio

A todos hemos hecho manifiesto con lo que ya hemos ejecutado cuánta previsión y diligencia hemos mostrado desde el comienzo de nuestro imperio por los intereses cómunes, etc.

CONSTITUCION II

DE QUE POR CONSENTIMIENTO SE PUEDA DISOLVER EL MATRIMONIO

El Emperador Cèsar Flavio JUSTINO, *Alemánico, Gótico, Fráncico, Alánico, etc.*

Prefacio

Nada es más decoroso para los hombres que las nupcias, de las que provienen los hijos y las demás sucesiones de las naciones, etc.

CONSTITUCION III

DE LOS QUE EN LA OSROENA Y EN LA MESOPOTAMIA CONTRAJERON NUPCIAS ILÍCITAS

El mismo Emperador á PEDRO, *Conde del sacro erario.*

Prefacio

Conviene también que á la severidad de las leyes se mezcle á veces la clemencia imperial, y principalmente cuando esto exime á los súbditos de muchos perjuicios é incomodidades, como al presente le ha parecido bien hacer á nuestra potestad. Porque por nuestro padre, que admirablemente abrigó juntamente con otras virtudes también la castidad, se escribió una ley, que castiga y multa á los que contraen matrimonios ilícitos, y los reduce á la honestidad, para que no anhelen lo que está fuera de los límites de la misma naturaleza. Y es una ley hermosa, y nos place mucho, por lo que la ratificamos, y mandamos que de todos modos tenga vali-

(1) *Tomándolas del cód. Veneciano añadió Scrimger en su edición de las Novelas estas cinco de Justino II.—Esta primera es la Novela CXLVIII. de las ya antes insertadas, y se halla en las páginas 502 y siguientes, por lo que no la reproducimos aquí.—N. del Tr.*

(2) *Esta Constitución es la Novela CXL. de la colección de las 168, y se halla en la página 488, por lo que tampoco la reproducimos en este lugar.—N. del Tr.*

vincia (non multum vero hae a Persis distant), qui docuerunt, nonnullos quidem ignorantia legis, alios vero concupiscentiae affectu victos Persarum commixtione et qui inter illos sunt Saracenorum illegitimis matrimoniis iungi, ita ut nonnullis horum liberi atque nepotes nati sint; nonnullos autem, hac avaritiae suae occasione capta, paululum quiddam solvere quotannis excellentiae tuae magistratui, et iussiones accipere, quae talia investigari atque vindicari velint, eos vero, quibus hoc facere permissum est, turpis lucri causa per calumniam plurimos iniuria afficere, vexare, et innocentibus negotium facessere, et saepe mortuis illis, qui illicite inter se iuncti fuerant, ab horum filiis, et nepotibus, et pronepotibus, qui nihil deliquerunt, poenas exigere quod parentes maioresque ipsorum [illicite] in matrimonium coierint. Atque haec cum dicerent potentiae nostrae clementia potiri cupiebant.

dez. Pero se nos dirigieron muchos de la Mesopotamia, y de la Osroena, y de la provincia del Eúfrates, (las cuales no distan mucho de los Persas), los que nos hicieron saber, que algunos ciertamente por ignorancia de la ley, y otros dominados por afecto de concupiscencia, se unieron, por su confusión con los Persas y con los Sarracenos que hay entre ellos, en matrimonios ilegítimos, de suerte que á algunos de ellos les nacieron hijos y nietos; pero que algunos, aprovechando esta ocasión para su avaricia, pagaban cada año cierta pequeña cantidad para la magistratura de tu excelencia, y obtenían órdenes, que querían que se investigasen y castigaran tales cosas, y que aquellos, á quienes se les permitió hacer esto, perjudicaban con injuria calumniosamente á muchos por causa de torpe lucro, los vejaban, y promovían cuestiones á inocentes, y muchas veces, fallecidos los que ilícitamente se habían unido entre sí, les exigían penas á los hijos, nietos, y biznietos de éstos, que en nada delinquieron, porque los padres y los antepasados de los mismos se habían unido ilícitamente en matrimonio. Y diciendo esto deseaban ser amparados por la clemencia de nuestra potestad.

Cap. I

Nos igitur horum precibus admissis sancimus, ut nemo omnino in tribus istis provinciis eorum, qui ante eum diem, quo deus nobis Romanorum imperium est largitus, in illicitas nuptias inciderint, negotiis irretiatur, vel propterea difficultatibus ac dispendiis subdatur. Praeteritum enim usque tunc remittimus ex speciali beneficio, quamquam sacratissimum nostrum aerarium damno afficitur, et iis, quae ex lege per hanc occasionem ipsi dentur, privatur. Hoc vero facimus, non quo pudicitiam aut datam propter hanc legem negligamus, sed ut iis, qui pro parvo talia ex fisco subtrahunt, multorumque vitas ac substantias in dictis provinciis quassant, et communes calamitates ciunt, omnem quaestus occasionem succidamus. Quocirca sane legem illam, et quae in illa adversus eos, qui illicite nuptias contrahunt, poenae constitutae sunt, ubique per nostram rempublicam et in paulo ante dictis provinciis inde ab initio imperii nostri valere iubemus. Benignitatem enim simul et veniam illis pro praeterito elargiti sumus, quod in illis habitantes Persis et qui sub ipsis agunt barbaris Saracenis finitimi sint, et humani aliquid etiam patientes, et illos imitati, neque naturae motum superare valuerunt.

Capítulo I

Así, pues, nosotros, habiendo accedido á sus súplicas mandamos, que absolutamente ninguno de los que en estas tres provincias hubieren contraído ilícitas nupcias antes del día en que Dios nos concedió el imperio de los Romanos, sea enredado en cuestiones, ó sujetado por lo mismo á dificultades y dispendios. Porque por beneficio especial perdonamos lo pasado hasta entonces, aunque se grava con quebranto á nuestro sacratísimo erario, y se le priva de lo que con esta ocasión se le da al mismo por virtud de la ley. Mas hacemos esto, no porque desatendemos la honestidad ó la ley dada por causa de ésta, sino para quitarles toda ocasión de ganancia á los que por poca cosa substraen del fisco esto, y quebrantan en dichas provincias las vidas y las haciendas de muchos, y originan calamidades comunes. Por lo que ciertamente mandamos, que tengan validez en toda nuestra república y en las provincias poco antes mencionadas, desde el principio de nuestro imperio, aquella ley y las penas que en ella se establecieron contra los que ilícitamente contraen nupcias. Pues les hemos concedido á aquellas benignidad y al mismo tiempo perdón por lo pasado, porque los que en ellas habitan son fronterizos con los Persas y con los bárbaros Sarracenos, que viven bajo la dependencia de los mismos, y sufriendo también algo de la naturaleza humana, é imitándolos, no pudieron dominar el impulso de la naturaleza.

Epilogus

Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, gloria tua quique pro tempore eidem magistratui praeerit, operi et effectui tradere et observare studeat.

Dat. Kal. Ian. Constant. Imp. DN. Iustini (2) PP. Aug. ann. I. [566.] (1)

Epílogo

Por tanto, procuren tu gloria y el que á la sazón ejerciere la misma magistratura llevar á ejecución y efecto y observar lo que nos ha parecido bien y se declara por medio de esta sacra pragmática disposición.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Enero, en el año primero del imperio del señor Justino, Augusto perpétuo. [566.]

(1) *La versión latina de esta Constitución es la de Agilo, modificada en algunos puntos.—El texto griego se halla en Scrimg.*

(2) *El texto decía, sin duda por errata,* Iustiniani.—*N. del Tr.*

CONST. IV

UT DEI AMANTISSIMI EPISCOPI CUM PROVINCIARUM INDIGENIS ETC.

Praefatio

Reipublicae a Deo nobis traditae curam gerentes, operamque dantes, ut subditi nostri in omni iustitia vivant, unum hunc finem ab initio nobis proposuimus, etc. (1)

CONST. V

DE SAMARITANIS

Imperator IUSTINUS DIOMEDI, *praefecto praetorio.*

Praefatio

Impiam Samaritanorum haeresin et irrationabilem eorum insaniam tam piae memoriae pater noster, quam nos ipsi saepius ad meliora deducere, eorumque animos a morbo, etc. (2)

(1) *Esta Constitución es la Novela CXLIX. de la colección de las 168., y se halla en la página 504, por lo que tampoco la reproducimos aquí.—N. del Tr.*

CONSTITUCIÓN IV

DE QUE LOS OBISPOS, AMANTÍSIMOS DE DIOS, JUNTAMENTE CON LOS INDÍGENAS DE LAS PROVINCIAS ETC.

Prefacio

Cuidando de la república que por Dios nos fué encomendada, y procurando que nuestros súbditos vivan en plena justicia, nos propusimos este único fin desde un principio, etc.

CONSTITUCIÓN V

DE LOS SAMARITANOS

El Emperador JUSTINO, *á* DIÓMEDES, *Prefecto del Pretorio.*

Prefacio

Tanto nuestro padre, de piadosa memoria, como nosotros mismos, quisimos muchas veces convertir en cosa mejor la impía herejía de los samaritanos y su irracional locura, y librar sus almas etc.

(2) *Esta Constitución es la Novela CXLIV. de la colección de las 168., y se halla en la página 494, por lo que tampoco la reproducimos en este lugar.—N. del Tr.*

IMP. TIBERII AUGUSTI

NOVELLAE CONSTITUTIONES

NUEVAS CONSTITUCIONES

DEL

EMPERADOR TIBERIO AUGUSTO

IMP. TIBERII AUGUSTI

NOVELLAE CONSTITUTIONES

NUEVAS CONSTITUCIONES

DEL

EMPERADOR TIBERIO AUGUSTO

CONST. I

DE DIVINIS DOMIBUS

In nomine domini Iesu Christi dei nostri. Imperator CAESAR FLAVIUS TIBERIUS CONSTANTINUS, *fidelis in Christo, clementissimus, beneficentissimus, pacificus, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, semper colendus, Augustus, sacratissimo Senatui.*

Praefatio

Imperii signum et deo placens et hominibus cognatum esse rati, in supplices beneficum esse, maleficia exstirpare, et quaecunque subditis utilia sunt, ea et meditari et facere, per totam fere diem noctemque nihil antiquius earum rerum studio habuimus, ex quo deus nobis reipublicae imperium dedit. Hinc quum permulti varie ad nos accederent partim in inclyta hac urbe habitantium, partim ex omnibus fere subiectis provinciis, qui prope possessiones domusve quasdam imperatorias sua haberent, aliis vero rebus et litibus involuti essent, et variis iniuriarum modis a procuratoribus, et chartulariis, et conductoribus, et qui alioqui ad imperatorias domus attinent, in se peccari denuntiarent, et quae ferri possint res, atque etiam possessiones, et agros, et agricolas sibi ereptos lamentarentur, et commoda circa se quaeri, dum aliena praedia et agros sine ratione potentiam sibi vindicarent, et titulos imperatorios vel signa imponerent, et ut uno verbo dicamus quae ad ipsos non pertinent, suo dominio subiicerent, et aliorum adversus alios irrationales lites susciperent, et agere volentes nec rebus ipsis debitis potiri sinerent, et reis citra iudicium indictaque causa debiti exactionem vi inducerent, atque etiam compararent, qui fraude rerum debitarum syngraphas in ipsas divinas domus conficerent, alienisque emtionum aut fortasse donationum contractibus in eorum, qui aliis debent, circumscriptionem immiscerent, ea quidem, quaecunque ad nostras aures pervenerunt, recte composuimus, aliis quidem restitui ablata iubentes, et incompetentem potentiam interdicentes, alios vero a iudiciis liberantes, et debitorum syngraphas irritas iudicantes, et fraudes in contractibus fieri solitas prohibentes, et imperatoriarum quoque domuum procuratores leges iustumque, pietatis nostrae propositum, sequi iubentes. Verum quoniam fieri non poterat, ut extranei, quique procul hinc habitant, omnes huc convenirent, et nobis

CONSTITUCION I

DE LAS DIVINAS CASAS

En el nombre de Nuestro Señor Dios Jesucristo. El Emperador CÉSAR FLAVIO TIBERIO CONSTANTINO, *fiel en Cristo, clementísimo, muy benéfico, pacífico, Alemánico, Gótico, Fráncico, Germánico, Alánico, Vandálico, Africano, pío, felix, inclito, vencedor, triunfador, siempre venerable, Augusto, al sacratísimo Senado.*

Prefacio

Considerando que es signo del imperio y cosa que place á Dios y congénita en los hombres ser benéfico para los suplicantes, extirpar las maldades, y meditar y hacer todo lo que es útil para los súbditos, nada hemos estimado preferente, casi durante todo el día y la noche, que el estudio de estas cosas, desde que Dios nos dió el imperio de la república. De aquí que habiéndosenos acercado de diversos modos muchísimos de los que habitan, ya en esta inclita ciudad, ya en casi todas las provincias sometidas, los cuales tenían las suyas cerca de algunas posesiones ó casas imperiales, y estaban envueltos en otros negocios y litigios, y denunciaban que contra ellos se delinquía con varios modos de injurias por procuradores, y cartularios, y otros que pertenecen á las casas imperiales, y se lamentaban de que se les quitaban las cosas que podían transportarse, y también las posesiones, y los campos, y los agricultores, y se procuraban provechos respecto á ellos, reivindicando aquellos para sí sin razón poderío sobre predios ajenos y sobre campos, y les imponían títulos imperiales ó sellos, y para decirlo de una vez, sujetaban á su dominio cosas que no les pertenecen á los mismos, y se encargaban de infundados litigios de unos contra otros, y no dejaban que los que querían ejercitar acción disfrutasen de las cosas que á los mismos se les debían, y á los demandados les imponían la exacción de la deuda sin juicio y sin haberse defendido la causa, y también compraban, los cuales hacían con fraude á favor de las mismas divinas casas escrituras de cosas debidas, y se mezclaban en ajenos contratos de compras ó acaso de donaciones en fraude de los que deben á otros; hemos arreglado convenientemente todo lo que ha llegado á nuestros oídos, mandando que á unos ciertamente se les restituyeran las cosas quitadas, prohibiendo el poder incompetente, librando á otros de juicios, juzgando nulas las escrituras de deudas, vedando que se hagan en

singulatim omnia, quae ubique hnnc ad modum fiant, manifesta facerent, clara lege quae ad haec pertinent explicare visum est, ut non solum nostrae aetatis, verum etiam futuri temporis hominibus nostrum aequitatis iustitiaeque studium innotescat, atque ut sciant, nos neque imperatoriis nostris domibus vel earum praesulibus, si qnid delinquant, parcere, atque opulentiam et felicitatem subditorum nostram nos existimare beatitudinem, et nihil eorum facultates, quantum ad curam, ab imperatoriis differre, quia nec divinarum domuum res nostras solas, sed communes nostrae reipublicae ducere convenit.

Cap. I

Sancimus igitur, ut nemo gloriosissimorum vel magnificentissimorum curatorum divinarum nostrarum aut pientissimae Augustae domuum, quibus et patrimonialis, et regia domus ante novas ecclesias sita annumeranda est, aut chartulariorum, aut provisorum, aut conductorum, aut aliorum ad easdem divinas domus pertinentium, in posterum audeat tabulas nostram appellationem continentes, vel imagines, vel insignia imperatoria alienis aedibus aut praediis imponere, vel signacula mobilibus defunctorum aut superstitum rebus, vel aliorum colonos suscipere, vel solutiones aliquas, quae ipsos aut etiam ipsorum proventus transferant, in regiam domum faciendas curare, neque si partem quandam earundem domuum, vel praediorum, vel rerum, vel colonorum ad divinarum domuum iura pertinere contingat, ne hanc adversus eos, qui una cnm ipsis possident, fraudis occasionem capiant.

Cap. II

Sed et si quos rusticos ad aliorum possessionem pertinentes in praesenti ipsos habere, aut quales diximus solutiones accepisse videantur, et ipsos rusticos restitui, et ipsas solutiones irritas esse iubemus. Si vero de his aut etiam de aliquibus contractibus actionem se habere adversus alios dicant, nequaquam reum ad se trahant, neque iudices suarum controversiarum sedeant, id quod absurdissimum et iniquissimum putamus, liceat autem ipsis ut coram competente iudice, sub quo sunt, qui actiones sustineant, litem moveant, et ius suum obtineant. Si vero ipsos gloriorissimos et magnificentissimos curatores divinarum domuum, quarum curam gerunt, nomine ab aliis in ius vocari contingat, si quidem hic actio instituatur, communi et actoris et divinae domus curatoris consensu unus ex gloriosissimis nostris praefectis ad rei examen et iudicium eligatur, et si forte dubitatio inde oriatur, Imperatore egeat, et datus ab ipso iudex suscipiatur, si vero in provincia, eius praeses controversiam audiendam accipiat. Si vero rerum regiarum praetextu chartularius aliquis, aut emphyteuta, aut conductor, aut colonus in ius vocetur, facultas (1)

los contratos los fraudes acostumbrados, y ordenando que también los procuradores de las casas imperiales se atengan á las leyes y al justo propósito de nuestra piedad. Mas como no podía ser que los extraños, y los que habitan lejos de aquí, vinieran acá todos, y uno por uno nos hicieran manifiesto todo lo que en cualquiera parte se hace de este modo, nos ha parecido bien explicar en una ley clara lo que á esto se refiere, para que sea conocido nuestro empeño de equidad y de justicia, no solamente de los hombres de nuestra edad, sino también de los del tiempo futuro, y para que sepan que nosotros no perdonamos á nuestras casas imperiales ó á los que están al frente de ellas, si en alguna cosa delinquen, y que estimamos que son dicha nuestra la opulencia y la felicidad de los súbditos, y que en cuanto á su cuidado en nada difieren de los imperiales los bienes de ellos, porque conviene gobernar no solamente nuestros bienes de las divinas casas, sino los comunes de nuestra república.

Capítulo I

Mandamos, pues, que ninguno de los gloriosísimos y muy magníficos administradores de nuestras divinas casas, ó de las de la piadosísima Augusta, en las que se ha de contar la patrimonial, y la real casa sita delante de las nuevas iglesias, y ninguno de los cartularios, ó de los proveedores, ó de los arrendatarios, ó de otros que pertenecen á las mismas divinas casas, se atreva en lo sucesivo á poner en casas ó predios ajenos tablas que contengan nuestra denominación, ó imágenes, ó enseñas imperiales, ó sellos en bienes muebles de fallecidos ó de sobrevivientes, ó á tomar los colonos de otros, ó á procurar que se hayan de hacer á favor de la real casa algunos pagos que les transfieran aquellos ó aun los provechos de los mismos, ni aun si aconteciera que alguna parte de las mismas casas, ó de predios, ó de cosas, ó de colonos, pertenece á los derechos de las divinas casas, á fin de que no hallen ocasión de fraude contra los que poseen juntamente con ellos mismos.

Capítulo II

Pero si se viera que al presente tienen los mismos algunos campesinos pertenecientes á posesión de otros, ó que recibieron las entregas que hemos dicho, mandamos que sean restituídos los mismos campesinos, y que sean nulas las mismas entregas. Mas si dijeran que por estos ó aun por otros contratos tienen ellos acción contra otros, no llamen de ningún modo á sí al reo, ni tomen asiento como jueces de sus propias controversias, lo que juzgamos absurdísimo y muy inicuo, sino séales lícito á los mismos promover el litigio, y obtener su derecho, ante el juez competente bajo el cual están los que contesten las acciones. Pero si aconteciera que los mismos gloriosísimos y muy magníficos administradores fueran llamados por otros á juicio por razón de las divinas casas, cuya administración desempeñan, y aquí ciertamente se entablara la acción, sea elegido de común consentimiento del actor y del administrador de la divina casa uno de nuestros gloriosísimos prefectos para el examen y el fallo de la cuestión, y si acaso surgiera de aquí duda, requiera la intervención del Emperador, y acéptese el juez dado por el mismo; y si en una

(1) *Así el texto, pero sin duda faltan* sit *en este lugar, y* ut *después de* velit, *que se hallan en la versión latina, no alterada, de Agileo.—N. del Tr.*

actori, si velit, coram ipso divinae domus curatore, aut si suspectum illum habeat, in alio iudicio communi consensu electo, aut etiam quod ex imperiali iussu ipsi hic nacti fuerint, actionem instituat. Si vero istiusmodi controversiae in provinciis moveantur, provinciae praeses audientiam suscipiat. Sane quae iisdem divinis domibus privilegia iam concessa sunt, ea non in his, sed in litium sumtibus observentur, pro inducendis nempe, quae vocantur, legendis et edendis, atque in aliis quae circa lites fiunt expensis, ut nemo constitutum horum modum transgredi audeat, et iudiciorum ministri eo contenti esse debeat. Illis vero etiam, qui adversus ipsas divinas domus, aut earum curatores, aut provisores, aut conductores, aut chartularios, aut colonos actionem dictant, iisdem uti privilegiis liceat, ne vel in hoc laesi videantur ratione illius, quod legibus nostris constitutum est.

Cap. III

Quia vero scimus, quosdam, dum creditores suos debitis fraudare volunt, rerum suarum illis oppignoratarum venditiones, vel donationes, vel alios contractus in aliquam nostrarum domuum facere, et per illas medias in alios cognatos vel necessarios aliquo contractus modo transferendas curare, ut hac ratione hypothecae ius miserum in modum iis, qui pecunias suas mutuo dederunt, auferatur, dum nec divinae domus praefectus, per quem haec facta esse dicuntur, propter potestatem, quam habet, movendam de his rebus actionem suscipit, et qui rem percepit, contractum cum divina domo initum praetendit, et per datum illi privilegium a nemine conveniri sustinet, quosdam autem domus, aut loca, aut officinas unius divinarum domuum maiore aut quacunque mercede acceptis, illarum auctoritate utentes, creditores, aut etiam qui ipsis actiones intentant, laedere studere, etiam hac in re iubemus, ne quis de reliquo subdolis commentis adversus creditores suos uti audeat, neque per divinam domum mediam cum alio donationem aut contractum instituat, tanquam qui nullum fructum ex versutia percepturus est, quum res alienata ubicumque fuerit, sive penes divinam domum, sive penes alium quempiam, nihilominus vindicari possit, et omnia ei, qui actiones aut etiam hypothecae ius habet, integra servanda sint, perinde ac si nihil intervenisset. Ad hoc etiam, si quid huius commenti causa ipsi divinae domui eiusve procuratori captandae benevolentiae ratione datum esse contingat, eo qui dedit excidet, et hanc iniuriae, quamquam iusta minorem, remunerationem feret.

Cap. IV

Sed neque per possessores habitationum ad imperatorias domus pertinentium, neque per alienos colonos, aut alium quempiam omnium, divinarum

provincia, reciba su presidente la controversia que se haya de oir. Mas si so pretexto de bienes reales fuera algún cartulario, ó enfitéuta, ó arrendatario, ó colono, llamado á juicio, tenga facultad el actor, si quisiera, para entablar la acción ante el mismo administrador de la divina casa, ó, si lo considerase sospechoso, en otro tribunal elegido de común consentimiento, ó aun en el que aquí hubieren ellos mismos obtenido por disposición imperial. Y si tales controversias fueran promovidas en las provincias, encárguese de su conocimiento el presidente de la provincia. Y ciertamente, los privilegios ya concedidos á las mismas divinas casas obsérvense no en estas cosas, sino en cuanto á los gastos de litigios, á saber, por lo que se dice que se ha de introducir, leer y presentar, y respecto á otras expensas que se hacen en los litigios, de suerte que nadie se atreva á excederse de la cuantía establecida para ellos, y los auxiliares de los tribunales deban contentarse con ella. Mas séales lícito utilizar los mismos privilegios también á los que promueven acción contra las mismas divinas casas, ó sus administradores, ó proveedores, ó arrendatarios, ó cartularios, ó colonos, á fin de que ni aun en esto parezca que son lesionados por razón de lo que en nuestras leyes ha sido establecido.

Capítulo III

Mas como sabemos que algunos, queriendo defraudar en sus deudas á sus acreedores, hacen á favor de alguna de nuestras casas ventas, ó donaciones, de cosas suyas empeñadas á aquellos, ú otros contratos, y procuran transferirlas con alguna forma de contrato por medio de aquellas personas intermedias á otros cognados, ó parientes, para que de este mísero modo se les quite el derecho de hipoteca á los que en mútuo dieron su dinero, no aceptando la acción que sobre tales cosas se haya de promover el prefecto de la divina casa, por medio del cual se dice que se hizo esto, y pretendiendo el que recibió la cosa que el contrato se hizo con la divina casa, y sosteniendo que por virtud del privilegio dado á ella no era demandado por nadie, pero algunos, habiendo recibido por una mayor ó cualquiera retribución casas, lugares ú oficinas de unas de las divinas casas, y valiéndose de la autoridad de ellas, procuran lesionar á sus acreedores, ó aun á los que intentan acciones contra ellos mismos, mandamos también sobre este particular, que en lo sucesivo no se atreva nadie á valerse de dolosas ficciones contra sus acreedores, ni haga por mediación de una divina casa donación ó contrato con otro, pues no habrá de obtener ningún fruto de su astucia, por cuanto donde quiera que hubiere sido enajenada la cosa, ya á favor de una divina casa, ya para otro cualquiera, podrá, sin embargo, ser reivindicada, y se le habrá de conservar íntegro todo al que tiene las acciones ó también el derecho de hipoteca, lo mismo que si no hubiese mediado nada. Además de esto, si aconteciera que por causa de esta ficción se le dió alguna cosa á la misma divina casa, ó á su procurador para captarse su benevolencia, la perderá el que la dió, y soportará, aunque siendo menor que la justa, esta remuneración de su injuria.

Capítulo IV

Mas los prefectos de las divinas casas no realicen lucro por medio de poseedores de habitaciones pertenecientes á casas imperiales, ni por medio de

aedium praefecti lucrum iaciant, neque patrocinium tribuant, aut quod πατρωνίαν dicitur ex praediis liberis aliquibus, vel exactionibus obnoxiis, vel decurionum, vel quae in universum ad alios pertinent, capiant, sed ab his omnibus desistant. Et si qui (1) tabulas aut insignia imperatoria istiusmodi praediis, aut domibus, aut officinis, aut locis iam imposita fuerint, haec detrahant, aliisque, qui illa detrahunt, nequaquam contradicant, quasi nostro iussu id factum sit; sed quietem agant, et adversus inquilinos, qui quolibet modo tenentur, actiones coram competentibus tribunalibus moveri sinant, nec ullum ad alienas controversias, aut res, aut iura, aut praedia, aut horum colonos accessum habeant, neque adversus aliquos actiones cedant, aut suas faciant, et alios in ius vocent, ut talibus actionibus obnoxios constitutos. Etenim hanc quoque iniuriae causam omnino tolli iubemus, etiamsi donationis modo eiusmodi actiones ipsarum dominus in nos et divinas nostras domus transtulisse videatur, et iusta debita se habere dicat, ne videlicet hoc commento aliis iniquitatis quidquam obveniat. Nobis enim tales donationes curae non sunt, neque calumniae opinionem subire nostrarum divinarum domuum procuratores volumus, utpote qui singulis fere diebus nostra subditis donemus, et magnam rerum mobilium et immobilium et pecuniae copiam prope omnibus elargiamur. Facultas vero cuique volenti sit, ut, quas se habere actiones dicit, adversus obnoxios secundum competentem in hoc obtinentem modum moveat, nullo regiarum domuum praefecto interposito, et quando sua per legem recuperarit, de his quocunque velit modo statuat. Ipsas enim actionum cessiones, quod fraudis et calumniae ansam habent, et odimus et aversamur, etiamsi quaedam huiusmodi in ipsas divinas domus iam conscriptae sint, has irritas constituamus, et nullam illas exactionem habere concedamus, et liberemus inde actionibus eos, adversus quos factae sunt, hanc poenam iis, qui has cessiones facere ausi fuerint, imponentes.

colonos ajenos, ó de otro cualquiera, ni concedan patrocinio, ó reciban lo que se llama retribución del patrocinio de algunos predios libres, ó sujetos á exacciones, ó que son de decuriones, ó que, en general, pertenecen á otros, sino desistan de todas estas cosas. Y si ya se hubieren puesto algunas tablillas, ó insignias imperiales en tales predios, casas, ú oficinas, ó lugares, quítenlas, y de ningún modo se opongan á otros, que las quiten, como si esto hubiera sido hecho por orden nuestra; pero permanezcan quietos, y dejen que ante los tribunales competentes se promuevan las acciones contra los inquilinos, que de cualquier modo están obligados, y no tengan acceso alguno para las ajenas controversias, ó cosas, ó derechos, ó predios, ó para los colonos de éstos, ni contra otros cedan acciones, ó las hagan suyas, y llamen á juicio á otros, como constituídos obligados por tales acciones. Porque mandamos que en absoluto se extirpe también esta causa de injuria, aunque parezca que el dueño de las mismas nos transfirió á nosotros y á nuestras divinas casas por vía de donación tales acciones, y diga que él considera justas las deudas, á fin de que con esta ficción no les sobrevenga alguna iniquidad á otros. Porque ni nos cuidamos de tales donaciones, ni queremos que los procuradores de nuestras divinas casas soporten opinión de calumnia, puesto que casi cada día les damos lo nuestro á los súbditos, y casi á todos les donamos gran cantidad de bienes muebles é inmuebles y de dinero. Mas tenga el que quiera facultad para promover, del modo competente que rija para ello, contra los obligados las acciones que dice que él tiene, sin que se interponga ningún prefecto de reales casas, y cuando por medio de la ley hubiere recuperado lo suyo, disponga de ello del modo que quiera. Porque tenemos ódio y aversión á las mismas cesiones de acciones, porque contienen ocasión de fraude y de calumnia, de suerte que, aunque algunas de aquellas hayan sido ya adscritas á las mismas divinas casas, las declaramos nulas, y no concedemos que ellas den derecho alguno para la exacción, y libramos de las acciones de aquí provenientes á aquellos contra quienes fueron creadas, imponiéndoles esta pena á los que se hubieren atrevido á hacer estas cesiones.

Cap. V

Si vero etiam ipsarum regiarum domuum praefecti, aut chartularii, aut emphyteutae, aut conductores, aut dispensatores, aut qui alioqui ad illas pertinent, ob res privatim ad ipsos pertinentes ab aliquibus coram competentibus magistratibus in ius vocentur, ipsos promte obedire iubemus, et secundum procedendi ex lege ordinem actiones suscipere, indeque manantibus exactionibus cedere, tanquam ad divinas domus nihil pertinentibus, ne hac potentia eos, qui adversus ipsos actiones habent, laedere, et quae debent privare videantur. Adeo autem ab istiusmodi iniuriis divinas nostras domus alienare cogitamus, ut nec controversias apud illarum magnificentissimos vel gloriosissimos curatores sive in scriptis, sive sine scriptis iam motas ulterius procedere sinamus, nisi utraque pars sponte id facere velit. Quodsi altera pars non velit, volumus ut unus aliquis nostrorum magistratuum, in quem partes consenserint, quemve etiam

Capítulo V

Mas también si prefectos de las mismas reales casas, ó cartularios, ó enfitéutas, ó arrendatarios, ó administradores, ó los que de otro modo pertenecen á ellas, fueran llamados á juicio ante los magistrados competentes por algunos, á causa de cosas que privadamente les pertenecen á los mismos, mandamos que ellos mismos obedezcan prontamente, y contesten las acciones conforme al orden de proceder según la ley, y cedan á las exacciones que de aquí dimanen, como si en nada pertenecieran á las divinas casas, á fin de que no parezca que lesionan con este poderío á los que contra ellos mismos tienen las acciones, y que les privan de lo que les deben. Mas de tal modo pensamos alejar de estas injurias nuestras divinas casas, que no dejamos que prosigan más ni las controversias ya promovidas, ó por escrito, ó sin escrito, ante los muy magníficos ó gloriosísimos administradores de ellas, á no ser que espontáneamente quieran ambas par-

(1) qui *dice el texto, indudablemente por errata, debiéndose leer ó* quas, *refiriéndose á* tabulas, *ó, más bien,* quae, *concertando con* tabulas *y con* insignia.—*N. del Tr.*

nos assignaverimus, secundum hoc, quod recens a nobis constitutum est, controversiam a quocunque horum examinatam, quaeque in illa forte acta sunt, suscipiat, ac deinceps audiat, quaeque legibus conveniant statuat.

tes que se haga esto. Pero si una de las partes no quisiera, queremos que uno cualquiera de nuestros magistrados, respecto al cual hubieren convenido las partes, ó que también nosotros hubiéremos designado, según lo que recientemente ha sido establecido por nosotros, tome á su cargo la controversia examinada por cualquiera de ellos, y lo que acaso se haya actuado en ella, y después de audiencia, y determine lo que convenga á las leyes.

Cap. VI

Illud vero etiam definire providimus, quod ad coemtiones et metata, et angarias, et viarum pontiumque instaurationes, et descriptiones et indictiones pertinet, ne haec indiscreta maneant, et consentanea quaedam iustissimo nostro proposito de illis sanctio procedat. Quum enim privilegia olim regiis domibus data ab his illas eximant, recte propositum nobis est, ut utilem et necessarium ordinem rei imponeremus. Si enim ob imperatoriorum (1) exercituum, qui in barbaros emittuntur, transitum, aut etiam nostro iussu, quo abunde huic inclytae civitati annonae sit, aliarumve occasionum causa, specierum quandam coemtionem fieri contingat, his omnibus non modo alios subditos, verum etiam regiarum domuum possessiones et habitacula obnoxia esse volumus; citra has vero causas neque divinas domus, neque alium quemquam subditorum molestia affici iubemus, neque tale aliquid illata necessitate fieri permittimus.

Capítulo VI

Mas también hemos determinado definir lo que se refiere á las compras y alojamientos, y á los bagajes, y á las restauraciones de vías y de puentes, y á los repartos é impuestos, para que esto no quede sin puntualizar, y emane respecto á ello cierta disposición congruente con nuestro justísimo propósito. Porque como los privilegios dados en otro tiempo á las reales casas las eximen de estas cosas, nos propusimos rectamente poner en esto orden útil y necesario. Si, pues, aconteciera que por causa del tránsito de los ejércitos imperiales, que se envían contra los bárbaros, ó también por orden nuestra, para que tenga esta ínclita ciudad annonas abundantes, ó por causa de otras ocasiones, se hace cierta compra de especies, queremos que á todo esto estén sujetos no solamente los demás súbditos, sino también las posesiones y las habitaciones de las casas reales; pero mandamos que sin estas causas no sean molestadas ni las divinas casas, ni otro cualquiera de los súbditos, y no permitimos que satisfecha la necesidad se haga alguna tal cosa.

CONST. II

DE HEREDIBUS

Praefatio

Deo et iustitia nil maius est. Asque his enim nihil unquam eorum, quae oportet, praesertim in republica nostra fieret; hinc et recte imperare, et subditos ad rectam etc. (2)

CONSTITUCION II

DE LOS HEREDEROS

Prefacio

Nada hay más grande que Dios y la justicia. Pues sin ellos no se haría nunca nada, principalmente en nuestra república, de lo que es conveniente; de aquí que sea lícito imperar con rectitud etc.

CONST. III

DE PROVINCIARUM PRAESIDIBUS

Praefatio

Non solum ea, quae decet, legibus sancire, maximo bono est, sed et sancita diligenter servare et effectui dare, transgressoresque convenientibus poenis subiicere, etc. (3)

CONSTITUCION III

DE LOS PRESIDENTES DE LAS PROVINCIAS

Prefacio

Es muy grande bien no solamente sancionar en las leyes lo que es conveniente, sino también guardar con diligencia y llevar á efecto lo sancionado, y sujetar á los transgresores á las penas competentes, etc.

CONST. V

DE RELEVATIONE TRIBUTORUM PUBLICORUM

Praefatio

Maxima inter homines bona sunt iustitia et humanitas, quarum altera suum cuique tribuit nec aliena concupiscit, altera vero ad misericordiam decurrit gravibusque etc. (4)

CONSTITUCION V

DE LA RELEVACIÓN DE TRIBUTOS PÚBLICOS

Prefacio

Los más grandes bienes entre los hombres son la justicia y la humanidad, una de las que da á cada cual lo suyo y no desea lo ajeno, y la otra se inclina á la misericordia y libra de grandes etc.

(1) imperatorium *decía el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*

(2) *Esta Constitución es la Novela CLXIV. de la colección de las 168, y se halla en la página 527, por lo que no parece necesario reproducirla aquí.—N. del Tr.*

(3) *Esta Constitución es la Novela CLXI. de la colección de las 168., y se halla en la página 521, no siendo por lo tanto necesario reproducirla en este lugar.—N. del Tr.*

(4) *Esta Constitución es la Novela CLXIII. de la colección de las 168., y se encuentra en la página 525, por lo que no es necesario repetirla aquí.—N. del Tr.*

ALIAE ALIQUOT
CONSTITUTIONES
IMP. IUSTINIANI, IUSTINI ET TIBERII A.
EX DIVERSIS FONTIBUS COLLECTAE

ALGUNAS OTRAS CONSTITUCIONES
DE LOS
EMPERADORES JUSTINIANO, JUSTINO Y TIBERIO, AUGUSTOS,
RECOGIDAS DE DIVERSAS FUENTES

ALIAE ALIQUOT CONSTITUTIONES

IMP. IUSTINIANI, IUSTINI ET TIBERII A.

EX DIVERSIS FONTIBUS COLLECTAE

ALGUNAS OTRAS CONSTITUCIONES

DE LOS

EMPERADORES JUSTINIANO, JUSTINO Y TIBERIO, AUGUSTOS,

RECOGIDAS DE DIVERSAS FUENTES

CONST. I (1)

PRAGMATICA SANCTIO IUSTINIANI IMP. COMPLECTENS VARIA CAPITULA

Imp. IUSTINIANUS *Aug.*

I.—*Ut omnia firma sint, quae Amalasiunta, vel Atalaricus, vel Theodatus concesserunt.*

Pro petitione Vigilii, venerabilis antiquioris Romae episcopi, quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur. In primis itaque iubemus, ut omnia, quae Atalaricus, vel Amalasiunta, regia mater eius, vel etiam Theodatus Romanis vel senatu poscente concesserunt (2), inviolabiliter conserventur. Sed et ea, quae a nobis vel a piae memoriae Theodora Augusta quondam coniuge nostra collata sunt, volumus illibata servare, nulla cuicunque danda licentia contra ea venire, quae a praedictis personis pro quibuscunque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur; excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita (3) Marciani, ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse me minimus, reliquam dimidiam Maximo viro magnifico relictam, quas apud utrumque firmiter manere censuimus.

II.—*Ut per Totilanem factae donationes irritae sint.*

Si quid a Totilane tyranno factum vel donatum esse invenitur cuicunque Romano seu cuique alii, servare vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus, sed res ablatas ab huiusmodi detentatoribus antiquis dominis reformari praecipimus. Quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

III.—*Nemini noceat in captivitate gentium amissio instrumentorum.*

Licet enim generali lege prospectum est, ne in-

(1) *Esta pragmática sanción del Emperador Justiniano, conservada en el cód. Ranconet., de Julian, fué publicada por Conzio (1571) entre las demás constituciones al pie de la edición de las Novelas, y de aquella pasó á las más recientes. Se hallaba, sin embargo, antes en la ed. de Mirco, de Julian, y fué insertada en la ed. de P. Piteo.*

(2) *Iulian. Pith.*; concessa sunt, *Iulian. Mir.*, y *Cont.*

(3) *Iulian. Mir.*; abita, *Cont.*, *Iulian. Pith.*

CONSTITUCION I

PRAGMÁTICA SANCIÓN DEL EMPERADOR JUSTINIANO, COMPRENSIVA DE VARIOS CAPÍTULOS

El Emperador JUSTINIANO *Augusto.*

I.—*De que sea firme todo lo que concedieron Amalasiunta, ó Atalarico, ó Teodato.*

A petición de Vigilio, venerable obispo de la antigua Roma, hemos considerado que se debían dar ciertas disposiciones, que afectan á la utilidad de todos los que se sabe que habitan en las regiones occidentales. Así, pues, mandamos en primer lugar, que se conserve inviolablemente todo lo que á petición del Senado concedieron á los Romanos Atalarico, ó Amalasiunta, su real madre, ó aun Teodato. Mas también queremos conservar incólume lo que ha sido concedido por nosotros ó por la que fué nuestra cónyuge, Teodora, Augusta, de piadosa memoria, no debiéndosele dar á nadie licencia para ir contra lo que se sabe que por cualesquiera cosas ó títulos fué dado ó concedido por las susodichas personas; exceptuada, por supuesto, la donación hecha por Teodato á Máximo de las cosas de Marciano, de las que recordamos que dió la mitad á Liberio, varón gloriosísimo, habiéndole dejado la otra mitad á Máximo, varón magnífico, las cuales mandamos que permanezcan en firme en poder de uno y de otro.

II.—*De que sean válidas las donaciones hechas por Totila.*

Si se halla que por el tirano Totila se hizo ó donó alguna cosa á favor de un romano ó de otro cualquiera, no permitimos de ningún modo conservarla ó que permanezca en su firmeza, sino que disponemos, que, quitadas á tales detentadores las cosas, sean restituídas á sus antiguos dueños. Porque lo que se halla que se hizo por él en tiempo de su tiranía no consentimos que lo reconozcan nuestros legítimos tiempos.

III.—*De que á nadie le perjudique la pérdida de instrumentos sufrida en cautiverio de gentes.*

Aunque en una ley general se proveyó, que la pér-

strumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcunque praeiudicium rerum possit inferre (1), tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, quum sciamus, per diversas calamitates et hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana, quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Nequaquam igitur ex hoc quicunque patiantur calumniam aut aliquod sustineant detrimentum, sancimus, ut (2) instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praeiudicium pro dominio, vel possessione, pro (3) credito dominis rerum, vel possessoribus, aut creditoribus, pro quibus instrumenta conscripta fuisse (4), inferre pragmatum.

IV.

Sed et si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem invasit, vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato sine ulla dilatione iubemus restitui ipsi vel etiam heredibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus eius restituatur (5), legis auctoritas suggerit.

V.—*Non praesumat quis alienum.*

Quia autem verisimile putamus diversos (6) tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcunque gerentibus, vel aliam a Totila commissam actionem vel potentiam vel gratiam apud eum habentibus sive venditione (7), sive aliis quibuscunque contracti titulis (8), modo vero quod factum est prius rescindi desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum, sancimus, omnibus esse licentiam sui recipiendi sive vindicandi, vel possessionis a iudice adipiscendae, pretiis (9) tantummodo videlicet restitutis, quae (10) tamen, eo, qui se dedisse perhibet, approbante, veraciter constiterit (11) exsoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta, vel ab eo recepta, quum non absque ratione esse putamus, multa tunc tempore per metum vel violentiam facta esse, quae nostris temporibus rescindi exposcit iustitia; poena videlicet instrumentis inserta propter praedictas sanctiones modis omnibus quiescente.

VI.—*De tempore postliminii, id est post captivitatem.*

Quum autem deo propitio nostro imperio sint omnes restituti, sancimus pro nostrarum legum auctoritate triginta nec non et quadraginta annorum praescriptionem, alias insuper, legibus locum habere, et suam tenere per omnia firmitatem, his duntaxat temporibus, quae ab adventu tyrannorum bellica confusio comprehendit, nullatenus in praescriptionum curriculis imputandis.

(1) *Iulian. Pith.*; inferri, *Iulian. Mir., y Cont.*
(2) ut, *omitela Bk.*
(3) vel pro, *Bk.*
(4) fuerunt, *Bk.*
(5) restitui, *Bk.*
(6) *Iulian. Pith.*; diverso, *Iulian. Mir., y Cont.*

dida de instrumentos no pueda causar perjuicio alguno á los dueños de las cosas, á cuyo favor se hicieron los instrumentos, hemos determinado, sin embargo, renovar especialmente esto también en aquellos lugares, porque sabemos que á causa de diversas calamidades y de invasiones de enemigos perdieron instrumentos los hombres tanto en la misma ciudad de Roma, como en otros lugares. Así, pues, para que de ningún modo sufra nadie por esto calumnia ó soporte algún quebranto, mandamos que ciertamente la pérdida ó el deterioro de los instrumentos no les causen ningún perjuicio en cuanto al dominio, ó á la posesión, ó á un crédito á los dueños de las cosas, ó á los poseedores, ó á los acreedores, á cuyo favor se escribieron los instrumentos de los negocios.

IV.

Pero también si alguno se apoderó por su propia autoridad, ó por la de cualquiera, de bienes de un ausente, ó aun de un prisionero, acaso de rebaños, ó pidiéndolos los tuvo, mandamos, que, habiendo regresado él ó habiéndose librado, se le restituyan sin ninguna dilación al mismo ó también á sus herederos. Y si acaso pagó él su último tributo, indica la autoridad de la ley, que se haga la restitución también á sus herederos.

V.—*De que nadie se apodere de lo ajeno.*

Mas como juzgamos verosímil que en tiempo de la tiranía muchos enajenaron por miedo sus bienes á hombres que desempeñaban algún cargo, ó que tenían encomendada por Totila otra comisión, ó gozaban ante él de poderío ó de favor, ya por venta, ya por otros cualesquiera títulos de contrato, pero que ahora desean que se rescinda lo que antes se hizo, como hecho por violencia ó por el miedo del tiempo de la tiranía, mandamos que todos tengan licencia para recuperar ó reivindicar lo suyo, ó para alcanzar del juez la posesión, restituyéndose, por supuesto, solamente los precios, pero los que constare que verdaderamente se pagaron, con aprobación del que demuestra que los dió, y no habiendo sido de algún modo substraídos después con fraude, ó recibidos por él, porque juzgamos que no está fuera de razón que se hayan hecho en aquel tiempo por miedo ó violencia muchas cosas, que la justicia exige que sean rescindidas en nuestros tiempos; quedando ciertamente de todos modos sin fuerza la pena inserta en los instrumentos por virtud de las susodichas sanciones.

VI.—*Del tiempo del postliminio, esto es, después del cautiverio.*

Pero como habiéndonos sido Dios propicio han sido todos restituídos á nuestro imperio, mandamos que por la autoridad de nuestras leyes tengan lugar en las leyes la prescripción de treinta y también la de cuarenta años, y asimismo otras, y que en todo tengan su fuerza, no debiéndose de ningún modo imputar para los términos de las prescripciones solamente aquellos tiempos que desde el advenimiento de los tiranos comprende la confusión de las guerras.

(7) *Iulian. Pith.*; venditiones, *Iulian. Mir., y Cont.*
(8) *Iulian. Pith.*; venditione vel cui quibuscunque contracti titulos, *Iulian. Mir., y Cont.*
(9) *Iulian. Pith.*; praediis, *Iulian. Mir., y Cont.*
(10) *Iulian. Pith.*; qui, *Iulian. Mir., y Cont.*
(11) *Parece que se debería leer* constiterint.

VII.—*Ut instrumenta irrita revocentur* (1).

Cognovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obsideret, diversos contractus esse factos inter Romanos, qui obsidebantur, vel etiam instrumenta conscripta, in praesenti vero quosdam praedictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita revocare, sancimus, etsi postea per hostilem incursionem (2) huiusmodi documenta perierunt, nullam esse licentiam quae facta sunt infirmandi, sed omnes contractus obsidionis tempore factos in sua firmitate durare, instrumenti etiam competentem vim habituri, sed nullum per eorum amissionem dominis praeiudicium generandum. Quod enim rite perfectum est, per fortuitos belli casus verti, subtilitatis non patitur ratio.

VII.—*De que no sean invalidados los instrumentos.*

Hemos sabido, que mientras la ferocidad de los enemigos sitiaba á la ciudad de Roma ó á otras, se hicieron diversos contratos, ó se escribieron también instrumentos, entre los romanos, que eran sitiados, pero que al presente quieren algunos rescindir los susodichos contratos ó invalidar también los instrumentos, y mandamos, que aunque por la invasión de los enemigos hayan perecido después tales documentos, no haya licencia alguna para invalidar los que se hicieron, sino que todos los contratos hechos en el tiempo del asedio subsistan en su vigor, propio del instrumento que habrá de tener también la fuerza correspondiente, y sin que con la pérdida de ellos se les haya de originar perjuicio alguno á sus dueños. Porque no consiente una razón de escrupulosidad, que se invalide por fortuitos casos de guerra lo que se hizo en debida forma.

VIII.—*De rebus mobilibus vel immobilibus.*

Res insuper mobiles vel immobiles seseque moventes, quas a Theodorici regis temporibus usque ad nefandissimi Totilae superventum quocunque iure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se, vel usufructuarias, vel alias personas, per quas unumquemque praecepit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine, quo per praedicta tempora easdem res possedisse noscuntur.

VIII.—*De los bienes muebles ó inmuebles.*

Además, los bienes muebles ó inmuebles y semovientes, que se sabe que desde los tiempos del rey Teodorico hasta el advenimiento del funestísimo Totila poseyeron con algún derecho ó título los romanos por sí, ó por medio de personas usufructuarias, ó de otras, por las que dispuso que cada cual poseyera, los conservamos en poder de ellos para lo sucesivo sin ninguna concusión, por supuesto, en el orden en que se sabe que en los susodichos tiempos poseyeron los mismos bienes.

IX.—*Pro immunitate tributorum.*

Ne autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur molestias quarumcunque provinciarum sancimus, nullius maioris dignitatis officia pro exigendis (3) functionibus dirigi, sed per provinciarum iudices et eorum officia quodcunque damnum collatores sustinere pro tributorum videantur exactione (4), licentia non deneganda maioribus iudicibus et eorum officiis, si minus illatae fuerint functiones, ipsos iudices et eorum officia convenire, et quod minus est illatum exigere, et (5) tam publicae (6) rationes, quam collatoris utilitas procuretur.

Dat. anno, die et Cons. SS.

IX.—*En pro de la inmunidad de los tributos.*

Para que con motivo de la exacción de los tributos no sufran molestias los habitantes de cualesquiera provincias, mandamos, que no se envíen oficiales de ninguna mayor dignidad para exigir las contribuciones, sino que por los jueces de las provincias y por sus oficiales sea reintegrado cualquier perjuicio que pareciere que con la exacción de los tributos sufren los contribuyentes, no habiéndoseles de denegar á los jueces superiores y á sus oficiales licencia, si no se hubieren pagado las contribuciones, para que demanden á los mismos jueces y á sus oficiales, y les exijan lo que no se pagó, y se atienda tanto á las cuentas públicas, como á la utilidad del contribuyente.

Dada en el año, día y consulado siguientes.

X.—*De confirmatione absolutionis tributorum.*

Ex urbe nostra Constant. Id. Feb. imp. nostri anno XXXVI., a natali christiano 565.

quedó vencedor habiendo sido aprisionado vivo el mismo rey, acometiendo con fuerza sucumbió gloriosamente peleando el intrépido, fuerte y noble Lucio Galbino Tizón, tribuno militar, habiendo dejado sobreviviéndole tres hijos, Aulo Anduacio, Cayo Tuberón, y Lucio Reiciardo, todos los que militan con suma fidelidad bajo tu ducado en Italia prestándonos honrosos servicios para el imperio romano contra nuestros enemigos. Por lo cual, como nada más clemente, nada más conveniente, ni nada más glorioso se puede desear en un príncipe, sino que tenga cuenta de éstos, y se compense con justos y gratos favores á aquellos cuyos padres murieron santísimamente peleando con virilidad por el imperio y por la patria, y como estos hermanos y sus progenitores fueron despojados por los impíos enemigos del imperio romano de todo el cuantioso censo que por largo espacio de tiempo habían acostumbrado á poseer en la ciudad, y en Mans, y muy principalmente en los Insubrios, y en Vercelas, y en los Taurinos y en la Liguria, queremos, mandamos y ordenamos, por cuanto estimas en mucho nuestra gracia, y muestras celo por nuestro honor, que, hecha con diligencia investigación, los restablezcas en su censo y en sus bienes gentilicios, sin tener cuenta alguna de cualesquiera por quienes estén ocupados, y vuelvas á los mismos hermanos á la ciudad, á los honores y á las dignidades, y principalmente á la ecuestre, en que con sumo elogio brillaron por sus antepasados y bisabuelos, y sean reintegrados por ti en sus casas, siendo rechazado cualquiera que las detente. Porque los que poseyendo desde el principio por fuerza constituyen injustos fundamentos, no adquieren por el uso de tiempo justa posesión, ni tampoco los que por ellos tienen acción, y no queremos que los mismos ocupantes sean favorecidos por ninguna prescripción, aunque sea de muy largo tiempo, que en absoluto derogamos y queremos con la plenitud de nuestra potestad que quede derogada, para que los mismos hermanos nos sirvan y al romano imperio con la fidelidad y con el vaior, que heredaron de su felicísimo padre.

Por tanto, queremos que esta nuestra voluntad, y más bien, justa y merecida restauración, sea inviolablemente observada bajo pena de cien libras de oro, y mandamos que sea robustecida con nuestro sello imperial.

De nuestra ciudad de Constantinopla el día de los Idus de Febrero, en el año trigésimo sexto de nuestro imperio, 565 del natalicio de Cristo.

CONST. VII et VIII (1)

IMP. IUSTINIANI A. CONSTITUTIONES DE CONFUGIENTIBUS AD ECCLESIAM

1. Si quis liber servitutem passus ad ecclesiam confugerit, actor bis citetur, et si non venerit, tertia citatio fiat per tres ecclesiae presbyteros vel diaconos ad testimonium factorum, et si non veniat, libertatem obtineat fugitivus.

Si quis servorum, fame et nuditate pressus sciente domino, ad ecclesiam confugerit, nisi, in quantum fieri potest, utrumque corrigatur, vendatur servus alii domino, ne ob negligentiam domini depereat.

CONSTITUCION VII y VIII

CONSTITUCIONES DEL EMPERADOR JUSTINIANO, AUGUSTO, SOBRE LOS QUE SE REFUGIAN Á LA IGLESIA

1: Si habiendo sufrido esclavitud un individuo libre hubiere huído á una iglesia, sea citado dos veces el actor, y si no compareciere, hágase tercera citación por medio de tres presbíteros ó diáconos de la iglesia con testimonio de los hechos, y si no compareciera, obtenga el fugitivo la libertad.

Si algún esclavo, apremiado por el hambre y la desnudez, hubiere huído, sabiéndolo su señor, á una iglesia, si, en cuanto pueda hacerse, no se corrigieran ambas cosas, sea vendido el esclavo á otro dueño, para que no perezca por negligencia de su señor.

(1) *Estas dos constituciones, ó más bien, epítomes de constituciones, fueron publicados en el Derecho Greco-Romano de Leunclavio. No consta de qué fuentes fueron tomados.*

Si quis presbyterorum vel diaconorum cum aliquo litem habeat, ille citetur, et si non obtemperet, condemnetur.

Servus, qui temere ad ecclesiam confugerit, competenter castigetur et domino suo reddatur.

Si quando servus fugitivus ipsum venire dominum dementer postulaverit, is autem famulorum suorum fidissimum mittat, non oportet ipsum dominum fatigari, praesertim si mandatum illi dederit, quem pro se mittat, cui etiam tradere licet servum.

Per omnia fugitivi investigentur, et quorum sunt dominis indicentur, ut eos retrahere possint. Dum enim restant et numerosi fiunt, et omnia, quae sunt intra septum (ecclesiae), consumunt, et accedentes insidiis suis laedunt, et in dominos exsurgentes, contumeliis eos afficiunt gravissimis, unde etiam eos competenter castigari praestat.

2. Si quis eorum, qui divinitus ornati sunt magno pontificatus honore, tradiderit aliquem confugientium ad ecclesiam suam, licet extraneus sit, vel manifeste per se, aut ipsius consilio alius pro eo, talis, qualiscunque sit, suppliciis subiiciatur, quas (1) confugiens a domino senserit, suo prius pontificatu spoliatus. Si quis vero etiam maiorum potestatum et praesidis gerens facultatem vi eripere ausus fuerit a manu pontificis confugientem ad eam, et ex adytis ecclesiae extrahere, ad quam ille profugit, vel per se, vel per famulum, etiam hic cingulo privatus et flagellis caedatur, et suppliciis subiiciatur, et publicetur omnis substantia eius. Non enim patimur tale aliquid tentari prorsus in omni Romanis subiecto imperio et in christianissimo reipublicae statu. Hoc enim paganorum tantum est, et qui extra legem sunt, nec propriam naturam reverentur, sed eorum, qui sanguinariis bestiis immaniores et magis indomiti sunt, et devorare cognatum corpus divinae formae laetantur, et profaniores se declarant ipso exsecrabili Iuda, proditore et monstro.

Si algún presbítero ó diácono tuviera litigio con alguien, sea él citado, y, si no obedeciera, sea condenado.

El esclavo, que temerariamente hubiere huído á una iglesia, sea castigado como competa y devuelto á su señor.

Si alguna vez hubiere pretendido locamente un esclavo fugitivo que se presente su mismo señor, pero éste enviara al más fiel de sus servidores, no debe ser molestado el mismo dueño, principalmente si le hubiere dado mandato al que envía en su lugar, al cual también es lícito entregarle el esclavo.

Háganse siempre investigaciones respecto á los fugitivos, é indíquenseles á los dueños de quienes son, para que puedan recuperarlos. Porque permaneciendo y siendo numerosos, consumen todo lo que hay dentro del recinto de la iglesia, y perjudican con sus insidias á los que se acercan, é insurreccionándose contra sus dueños los molestan con gravísimas contumelias, por lo que también es menester que sean convenientemente castigados.

2. Si alguno de los que por inspiración divina fueron decorados con el grande honor del pontificado hubiere entregado á alguno de los que se refugian en su iglesia, aunque sea un extraño, ó manifiestamente por sí, ú otro por él por consejo del mismo, éste, cualquiera que sea, sea sujetado á los suplicios, que el refugiado hubiere experimentado por parte de su señor, habiendo sido despojado antes de su pontificado. Pero también si alguno de los de superiores potestades y que tiene las facultades de presidente se hubiere atrevido á arrancar por la fuerza de manos de un pontífice al que se refugia en ella, y á sacarlo del recinto de la iglesia, en la que se refugió él, ó por sí, ó por un fámulo, privado también éste del cíngulo sea flagelado, y sujetado á suplicios, y confísquensele todos sus bienes. Porque no consentimos que se intente absolutamente ninguna tal cosa en todo el imperio sujeto á los romanos y en el cristianísimo estado de la república. Pues esto es propio solamente de los paganos, y de los que están fuera de la ley, y no respetan la propia naturaleza, y de los que son más crueles y más indómitos que las bestias sanguinarias, y se regocijan en devorar el cuerpo que semeja la forma divina, y se declaran más profanos que el mismo execrable Judas, traidor y mónstruo.

CONST. IX (2)

UT NEMINI PRIVATARUM AUT PUBLICARUM CAUSARUM PRAETEXTU METATORUM ONUS INIUNGATUR

Nullus ex magistratibus aut logothetis aut reliquis, qui publica tributa tractant, domui cuiusquam publicorum debitorum praetextu metatorum onus imponito, sed, si acciderit, ut debitores in domibus latitent, publicis utitor personis ad horum investigationem; atque si eos invenerit, publice producito et exactionem facito, domibus tamen nihil oneris imponat; sin autem etiam militari auxilio egeat ad tributorum exactionem, militibus nuper in numeros relatis ad eam rem ne utitor, verum iis, qui rerum usu callent et civilem statum noverunt et exactionem non in domibus verum publice cum conveniente devotione faciunt. Generaliter autem omnibus praecipit constitutio, ut in causis privatis

CONSTITUCION IX

DE QUE Á NADIE SE LE IMPONGA CON PRETEXTO DE CAUSAS PRIVADAS Ó PÚBLICAS LA CARGA DE ALOJAMIENTOS

Ninguno de los magistrados ó de los logotetas [contadores] ó de los demás, que manejan los tributos públicos, imponga á la casa de cualquiera so protexto de deudas públicas la carga de alojamientos, sino que, si aconteciere, que los deudores se ocultan en las casas, sírvase de personas públicas para su busca; y si los hubiere encontrado, preséntelos en público y haga la exacción, pero no les imponga á las casas ninguna carga; mas si también necesitara del auxilio militar para la exacción de los tributos, no se sirva para esto de los militares pertenecientes á los cuerpos, sino de los que están adiestrados por el uso de las cosas, y conocieron el estado civil, y hacen las exacciones no en

(1) *Así el texto, acaso por errata, debiéndose leer* quae. —*N. del Tr.*

(2) *Este epítome de esta Novela de Justiniano, hasta ahora desconocida, ha sido tomado de Athan. XX. 5.*

militum usus ne sit, neque qualicunque modo per eos quosquam conveniant, scientibus iis, qui tale quid facere tentent, omni actione et novatione, quam lex ipsis concessit contra eos, qui actione pulsantur, esse privatum iri propter hunc et solum conatum. Milites vero, qui ad tributorum exactionem adhibentur, iubet ab omni sportularum capione abstinere nec quicquam omnino a quoquam accipere, sed annonis contentos esse suis. Horum autem omnium, quae dicta sunt, observationem episcopis cuiusque loci et magistratibus committit. Ad haec sancit, ut magistratus aut quivis alius cuiusquam domum ne diruat praetextu operis novi contra domini eius domus voluntatem, absque operis novi tamen nunciatione. Ac si contra factum sit, ei, qui hoc fecit, in duplum restitutionem damni, domino domus dati, iniungit, ac poenam decem librarum auri et imperatoris indignationem minatur, his et a magistratibus et ab iis, qui publica tributa tractant, observandis.

las casas sino públicamente con la conveniente devoción. Mas la constitución les preceptúa en general á todos que no se sirvan de los militares en las causas privadas, ni que en modo alguno demanden por medio de ellos á otros, teniendo entendido los que intenten hacer alguna tal cosa, que por este solo conato habrán de ser privados de toda acción y novación, que la ley les concedió á los mismos contra los que son demandados con una acción. Pero dispone que los militares, que son empleados en la exacción de tributos, se abstengan de toda percepción de espórtulas, y no reciban absolutamente nada de nadie, sino que se contenten con sus propias annonas. Mas la observancia de todo esto, que se ha dicho, la encomienda á los obispos y á los magistrados de cada lugar. Además de esto dispone, que un magistrado ú otro cualquiera no demuela la casa de alguien, so pretexto de obra nueva, contra la voluntad del dueño de esta casa, y sin denuncia de la obra nueva. Pero si se hubiera obrado en contra, le impone al que hizo esto la restitución, en el duplo, del daño causado al dueño de la casa, y le amenaza con la pena de diez libras de oro y con la indignación del Emperador, debiéndose observar esto tanto por los magistrados, como por los que manejan los tributos públicos.

IMP. LEONIS AUGUSTI

NOVELLAE CONSTITUTIONES

NUEVAS CONSTITUCIONES

DEL

EMPERADOR LEON AUGUSTO

IMP. LEONIS AUGUSTI

NOVELLAE CONSTITUTIONES

AUT

CORRECTORIAE LEGUM REPURGATIONES

NUEVAS CONSTITUCIONES

DEL

EMPERADOR LEON AUGUSTO

Ó

REVISIONES CORRECTORAS DE LAS LEYES

Procemium (1)

Rerum humanarum varietas et vitae multiformis status multis ac diversis legibus originem praebuit, quae multitudine sua rebus accommodatae dispositione sua omne, quod recte se habet et quod non, discernunt. Sunt itaque tanquam custodes quidam vitae nostrae et medici, dum partim mala in vitam incedere prorsus prohibent, partim occultorum et quae insinuanter irrepserunt noxam corrigunt, ac velut radicitus vitium evellunt, idque non sinunt corroborari. Verum enim humana importunitas et inconstantia, dum sursum deorsum omnia vertit et mutat, et multa recte constituta in pelus commutat, multa autem oblivioni tradit, ut perinde, ac si in rerum natura visa nunquam essent, incognita sint, non mediocrem illis labem intulit, has profundo silentio tegendo, illas vero contrarias sibi efficiendo, partim dum illi ipsi, qui eas tulerunt, in priore sententia non persistunt, verum sibi ipsi contradicunt, partim dum posteriores modo consuetudine, modo sententia illis contraria sustinent. Atque hinc quidem multa haec legibus confusio, nec vero exiguum rebus inferri detrimentum contingit, aliis cum aliis transformatis et ad talorum instar temere circumvolutis. Igitur indignum rati supervisu, in tanta confusione et perturbatione iacere ea, ex quibus tranquillitas et integritas reipublicae pendet, quam accuratissima leges inspectione dignati sumus, et quarum utilem auctoritatem fore intelleximus, eas delectu facto scripto imperatoriae nostrae maiestatis decreto rebus superesse censuimus, quas vero inutiles iudicavimus, harum nonnullas quidem eodem decreto et ipsas a legum honore atque ordine exsulare iussimus, perpetuo silentio traditas, quarum autem nullam prorsus mentionem fecimus, has ipsas per silentium similiter ut illas exterminavimus. Quoniam vero etiam inter receptas consuetudines nonnullae apparebant ratione non destitui, nec tales, quales prudens animus contemnat, has quoque legis praerogativa honestantes, ex inscri-

Proemio

La variedadd de las cosas humanas y el multiforme estado de la vida dieron origen á muchas y diversas leyes, que acomodadas en su multitud á las cosas disciernen con su disposición todo lo que está, y lo que no está, bien. Son así, como ciertos custodios y médicos de nuestra vida, en tanto que de una parte impiden por completo que los males invadan la vida, y de otra corrigen el daño de los ocultos y de los que insinuándose penetraron, y arrancan como de raíz el vicio, y no dejan que éste se afirme. Pero la importunidad y la inconstancia humanas, volviendolo todo de arriba abajo y cambiándolo, y conmutando en cosa peor lo bien establecido, pero dando al olvido muchas cosas, lo mismo que, como si nunca hubiesen sido vistas en la realidad, fuesen desconocidas, les causaron no pequeño daño á aquellas, encubriendo á unas en profundo silencio, y haciendo que otras fueran entre sí contrarias, unas veces porque no persisten en su primera opinión los mismos que las promulgaron, sino que ellos mismos se contradicen, otras porque los posteriores sostienen ya por costumbre, ya por opinión cosas contrarias á ellas. Y de aquí ciertamente resulta esta grande confusión en las leyes, y que se causen á las cosas no pequeño quebranto, transformándose unas con otras y siendo inconsideradamente revueltas á manera de dados. Así, pues, considerando que no es digno de ser desatendido que permanezcan en tanta confusión y perturbación estas cosas, de las que penden la tranquilidad y la integridad de la república, y habiendo considerado merecedoras de muy escrupulosa inspección á las leyes, y habiendo conocido de cuáles habría de ser útil la autoridad, hemos, hecha la elección, determinado por decreto escrito de nuestra imperial majestad que subsistan aquellas, pero, en cuanto á las que hemos juzgado inútiles, hemos ciertamente mandado en el mismo decreto que algunas de ellas queden excluídas del honor y del orden de las leyes, dejándolas relegadas á perpé-

(1) *Scrimger publicó estas Novelas del Emperador Leon tomándolas del Códice Veneciano, pero admitiendo á cada paso en el texto griego enmiendas de H. Steph.— La interpretación latina que aquí se inserta es la de Agileo, en muchos puntos corregida por Beok y por Ossenbrüggen.— Las enmiendas del texto de Agileo se leen al márgen de la edición de Concio de 1571.*

ptae consuetudinis statu ad legis auctoritatem atque honorem eveximus. Quae quum ita a nobis comparata sint, sciat quisque, quae leges per scriptum imperatoriae nostrae maiestatis decretum auctoritatem nactae, aut quae consutudines legis dignitate honoratae fuerint, fore ut hae etiam in republica obtineant, et controversias in se suspensas habeant; eae autem, quibus propter repugnantiam sublatis, aut expressa mentione perpetuum silentium iniunctum est, vel etiam quae citra hanc, utpote cum despectis eiusdem conditionis, eodem despectu dignae habitae sunt, hae dehinc etiam reiectae et a republica exsules erunt.

tuo silencio, mas respecto á aquellas de que no hemos hecho absolutamente ninguna mención, las hemos suprimido por el silencio de igual modo que aquellas. Pero como también entre las costumbres admitidas aparecían algunas no destituídas de razón, y tales que no las despreciaría un espíritu prudente, honrándolas también con la prerogativa de las leyes, las hemos elevado del estado de costumbre escrita á la autoridad y al honor de ley. Y habiendo sido esto ordenado por nosotros, sepa cada cual qué leyes han adquirido autoridad por decreto escrito de nuestra majestad imperial, ó qué costumbres han sido honradas con la dignidad de ley, de suerte que también estas obtengan fuerza en la república, y tengan suspendidas respecto de ellas las controversias; pero aquellas, que fueron derogadas por razón de su oposición, ó á las que se les impuso silencio perpétuo con expresa mención, ó también las que sin esta fueron consideradas, juntamente con las despreciadas de la misma condición, dignas del mismo desprecio, quedarán también desde ahora rechazadas y desterradas de la república.

CONST. I

QUOD UNUMQUEMQUE, QUI IUDICANDI PRAEROGATIVAM ACCEPERIT, QUEMADMODUM LEGALIUM CAPITULORUM A NOBIS HABITUS DELECTUS STATUERIT, DIRIMERE CONTROVERSIAS OPORTEAT, QUAE VERO INTER REPROBATA HABITA SUNT, UT EX ILLIS NULLA LITIS AMBIGUITAS DIIUDICETUR

In nomine eius, qui universo humano generi salutis legem tulit, Christi, veri dei nostri, Imperator CAESAR FLAVIUS LEO, *pius, felix, inclytus, victor, triumphator, omni aevo venerabilis, Augustus, fidelis Rex,* STYLIANO, *illustrissimo sacrorum nostrorum officiorum magistro.*

Celeberrimus inter Imperatores Iustinianus quum animo esset erga rempublicam optimo et utilitatum studiosissimo, velut silvam quandam constitutiones in Romano imperio inde ab initio usque ad ipsum diversis temporibus editas accipiens, curis et laboribus suis opus admirandum, universam legum incorporationem, in utilitatem subditorum confici curavit, et si quid contrarium et inconveniens appareret, repurgavit, ex quibus vero bene compositum reipublicae statum exstiturum crederet, haec in unum contexuit, atque composuit, et quasi in unam iustitiae libram posuit, per quam tam iustum quam iniustum discerneretur. Sed enim fere ubique est pulcherrimum, ne quid nimis. Etenim quum ita divisam legum substantiam in unum corpus optime collegisset et ea, quibus legalis oeconomiae ordo saepe labefactatur, in concordiam redegisset, atque ita, dum ad haec sola omnes sententiae ferendae essent, in unum consensum iudices compulisset, eosque ad pacifice iudicandum, legalibus capitulis in tranquillo et ab omni contentione libero statu constitutis, inter se conciliasset, non subsistens in his, sed aliquid praestantius in reipublicae gratiam postmodum conficere cogitans, imprudens iis, quae postea statuit, primum opus evertit, neque alterum vituperationi non obnoxium fecit, quum ex posteriore ipsius instituto non paucae adversus prius suscitatae sint controversiae. Suo igitur labore ita ipse per se Iustinianus se contaminavit. Verumtamen quum hucusque inde ex illo tempore nunc ex recentioribus sanctionibus, nunc

CONSTITUCION I

DE QUE CUALQUIERA QUE HUBIERE RECIBIDO LA PRERROGATIVA DE JUZGAR DEBA DIRIMIR LAS CONTROVERSIAS CONFORME HAYA ESTABLECIDO LA ELECCIÓN DE CAPÍTULOS LEGALES HECHA POR NOSOTROS, Y DE QUE NO SE DECIDA NINGUNA AMBIGÜEDAD DE LITIGIO CON ARREGLO Á LOS QUE HAN SIDO CONSIDERADOS ENTRE LOS DESAPROBADOS

En el nombre del que le dió á todo el género humano la ley de salvación, de Cristo, verdadero Dios nuestro, el Emperador CÉSAR FLAVIO LEON, *pío, feliz, inclito, vencedor, triunfador, venerable en todo tiempo, Augusto, Rey fiel, á* STILIANO, *ilustrísimo maestre de nuestros sacros oficios.*

Justiniano, el más célebre de los Emperadores, animado hacia la república por el mejor espíritu, estudiosísimo de las conveniencias de la misma, penetrando, así como en cierta selva, en las constituciones dadas en diversos tiempos en el imperio romano desde su comienzo hasta él mismo, procuró que se hiciera en utilidad de los súbditos, una obra admirable por sus cuidados y trabajos, la total recopilación de las leyes, y purgó lo que aparecía contrario é inconveniente, y aquello con que creía que estaría bien organizado el estado de la república lo juntó en un solo cuerpo, y lo concertó, y lo estableció como por única balanza de la justicia, por la que se discerniese tanto lo justo como lo injusto. Mas en casi todo es lo mejor que nada sea demasiado. Porque cuando óptimamente hubo reunido en un solo cuerpo la materia de las leyes de tal modo dividida, y redujo á concordia las cosas por las que se hace muchas veces vacilar el orden de la economía legal, y de esta suerte, debiéndose pronunciar todas las sentencias ajustadas á esto solo, compelió á los jueces á un único acuerdo, y los concilió entre sí para juzgar pacíficamente, habiendo constituído los capítulos de las leyes en estado tranquilo y libre de toda contienda, no haciendo alto en esto, sino pensando hacer después algo más excelente en favor de la república, desconociendo lo que después estableció, destruyó su primera obra, y no hizo otra que no estuviera sujeta á vituperación, pues de lo posterior establecido por el mismo se suscitaron no pocas controversias con-

ex inscriptis, et non aliunde, quam quod multitudini placeant, auctoritatem prae se ferentibus consuetudinibus permulta innovata sint, parum abest, quin res legalis prorsus turbata sit, et res sursum deorsum vacillent. Quapropter, si quid aliud, quum etiam hoc maxime dignum sit, quod nostra cura potiantur, ** tractatum. Insuper vero etiam consuetudinibus, quae ad rerum gubernationem devenerunt, diligenter excussis, legum quidem repugnantiam sustulimus, quidquid adversarium et ad praesentem rerum rationem illicitum est, legalem auctoritatem abrogantes, quaecunque vero consuetudines non male neque noxie de rebus constituere viderentur, has non amplius inscriptas consuetudines reliquimus, sed ad legis potestatem extulimus, alicubi autem etiam legem saeviorem et asperiorem visam, ac veluti iustitiae incognitam ad propriam et decentem formam et legibus debitam aequabilitatem contraximus. His igitur ita a nobis dispositis, et nunc et in omne futurum tempus omnibus, quibus iustitiae trutinae commissae sunt, magistratibus et iudicibus mandamus, ut eas quidem leges, quaecunque ab imperatoria nostra maiestate a legali solo exsulare iussae sunt, has inutiles iudicantes reiici sinant, secundum reliquas vero scriptas veteres, et quae haud ita pridem a sempiternae memoriae patre nostro, nunc vero a nobis selectae aut latae sunt, controversiis diiudicationes suppeditent, neminique posthac liceat ad aliquam a legali auctoritate exterminatam iuris speciem declinare, sed neque ad consuetudinem aliquam recurrere, quae a nostra potentia non probata pro eo, quod consuetudo esset ac diceretur, legis maiestatem et honorem non obtinuit.

tra lo primero. Y de este modo, pues, se contaminó por sí el mismo Justiniano con su propia labor. Mas como desde aquel tiempo hasta ahora se han innovado muchas cosas, por virtud ya de más recientes disposiciones, ya de costumbres escritas que por sí tienen autoridad, y no de otro modo, sino porque le agradan á la multitud, poco falta para que la materia de las leyes no esté del todo perturbada, y las cosas vacilen de arriba abajo. Por lo cual, si hay alguna otra cosa, siendo también esta sumamente digna, que requiera nuestro cuidado** Pero además, examinadas también cuidadosamente las costumbres, que llegaron á servir de régimen á las cosas, estirpamos ciertamente la oposición de las leyes, negándole autoridad legal á todo lo que es contrario é ilícito en el presente estado de cosas, y las costumbres, que no parece que estatuyen mal ni perjudicialmente respecto á las cosas, no las dejamos ya como costumbres escritas, sino que las elevamos á la potestad de la ley, y redujimos á propia y conveniente forma y á la igualdad debida á las leyes también la ley que en alguna parte nos pareció más cruel y dura, y como ajena á la justicia. Dispuestas, pues, así por nosotros estas cosas, mandamos tanto para ahora como para todo tiempo futuro á todos los jueces y magistrados, á quienes está encomendada la balanza de la justicia, que juzgándolas inútiles dejen que sean rechazadas ciertamente aquellas leyes, que por nuestra majestad imperial se mandó desterrar del terreno legal, y que conforme á las demás que están escritas, antiguas y que no mucho después fueron dadas por nuestro padre, de eterna memoria, y que ahora fueron seleccionadas ó promulgadas por nosotros, den fallos en las controversias, y que á nadie le sea lícito en lo sucesivo inclinarse á ninguna especie de derecho suprimida por la autoridad legal, ni recurrir á costumbre alguna, que no aprobada por nuestra potestad, porque fuese y se dijese que era costumbre, no haya obtenido la majestad y el honor de la ley.

CONST. II

UT QUI CETERA SECUNDUM SACROS DIVINOSQUE CANONES EPISCOPALI DIGNITATE DIGNUS ESSE PROBATUR, SI LIBERI EX LEGITIMO MATRIMONIO EI SINT, OB ILLOS IN CONSEQUENDO HONORE NULLUM IMPEDIMENTUM SENTIAT

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolitano Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Quum sacrosancti et divini canones, et quicunque alii de sacerdotio et episcoporum creatione statuerunt, in optimum et absolutissimum editi sint modum (quomodo vero illi non exacte editi sint, quum divina inspiratio in auctoribus efficaciter operata sit?), mirari subit, quomodo non veriti nonnulli sint, sacras divinasque leges, tanquam illae absolutae non essent, promulgatis aliis legibus abrogare. Etenim quum sacri canones, quibus locis de episcoporum creatione praescribunt, statuant, eum, qui ex legitimo matrimonio liberos habeat, si modo reliquae vitae virtus non obstet, ad presbyterium promoveri posse, hi contrarium statuentes aiunt, non esse iis, qui liberos habent, tametsi legitimi coniugii munus sint, ad episcopalem dignitatem aditum liberum, ubi illud fortasse in

CONSTITUCION II

DE QUE EL QUE SE PRUEBE QUE POR OTRA PARTE ES DIGNO DE LA DIGNIDAD EPISCOPAL CON ARREGLO Á LOS SAGRADOS Y DIVINOS CÁNONES, NO EXPERIMENTE, SI TUVIERA HIJOS DE LEGÍTIMO MATRIMONIO, POR CAUSA DE ÉSTOS NINGÚN IMPEDIMENTO PARA CONSEGUIR TAL HONOR

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Habiendo sido dados del mejor y más absoluto modo los sacrosantos y divinos cánones, y todos los que determinaron respecto al sacerdocio y á la creación de obispos, (y ¿cómo no habrían de haber sido dados con exactitud habiendo tenido lugar eficazmente en sus autores la inspiración divina?), es de admirar cómo no hayan temido algunos abrogar por otras leyes promulgadas las sacras y divinas leyes, como si ellas no fuesen absolutas. Porque estatuyendo los sagrados cánones en los lugares en que hacen prescripciones sobre la creación de los obispos, que el que tenga hijos de legítimo matrimonio, si á lo demás de la vida no le obsta la virtud, pueda ser promovido al presbiteriado, éstos, estatuyendo lo contrario dicen que no tengan los que tienen hijos, aunque sean de un legítimo ma-

(**) *Aquí hay una laguna en el texto griego, y también en el latino, que hace imposible la traducción.* — *N. del Tr.*

animum induxerunt, in istiusmodi affectione erga liberos (quid enim quis aliud dicant?) creatum sacra officia laesurum esse. Verum non recte sese illa ratio habet; sic enim nec fratribus aliisve cognatis superstitibus accessum quis ad episcopatum haberet, nam etiam ad hos propinquitatis affectio respicit. Quin et hoc praevidentes divini canones fecerunt episcopis potestatem, ut, si ipsis pauperes cognati essent, illorum inopiam ex sacris facultatibus sublevarent. Nostra igitur imperatoria, quae ex deo est, maiestas, praestare intelligens, si praeceptis divinis obediatur, consonam illis profert legem, (1) quemadmodum ipsis videtur ad presbyterium promoveri posse eum, qui illo honore dignus sit, tametsi liberi ipsi lege honorati sint, ita censens, ut a lege, quae contradicere ausa fuit, in audaciae poenam perpetuum in futurum exigatur silentium.

trimonio, libre acceso á la dignidad episcopal, porque acaso abrigaron esto en su ánimo, que con tal afecto hacia los hijos, (pues ¿qué otra cosa diría cualquiera?) el ordenado habría de perjudicar á los sagrados oficios. Mas esta razón no está bien fundada; porque de este modo, ni teniendo, vivos, hermanos ú otros cognados tendría nadie acceso al episcopado, porque también á éstos les alcanza el afecto del parentesco. Y previendo esto los divinos cánones les dieron potestad á los obispos, para que, si ellos mismos tuvieran agnados pobres, aliviasen su inopia con los sagrados bienes. Así, pues, nuestra majestad imperial, que proviene de Dios, entendiendo que es mejor, si se obedece á los preceptos divinos, promulga una ley en consonancia con ellos, para que á la manera que á los mismos les parece pueda ser promovido al presbiteriado el que sea digno de este honor, aunque los mismos hijos hayan sido honrados por la ley, disponiendo que á la ley que se hubiere atrevido á contradecir esto se le exija en lo futuro silencio perpétuo en pena de su audacia.

CONST. III

UT QUI SACERDOTES CREANDI SUNT, SECUNDUM ECCLESIAE RITUS EA LEGE CREENTUR, UT AUT OMNEM DEINCEPS VITAM CAELIBEM AGANT, AUT SI MATRIMONIUM CONTRAHERE VELINT, PRIUS ID FACIANT AC DEINDE AD CREATIONEM PROCEDANT

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Quum recte inde ab initio de iis, qui faciendis deo sacris digni essent, ecclesiasticus ordo constitutus fuerit, non recte, meo quidem iudicio, qui praesentis temporis consuetudinem sequuntur, interdum ecclesiasticum praeceptum contemnunt. Nam ubi illud mandat, ut qui creari sacerdotes cupiant, aut per omnem vitam, si promissum non falsum fore fidant, caelibatum profiteantur, aut, si hoc impossibile ipsis videatur, legitime matrimonium ineant, ac deinde divinum ministerium suscipiant, consuetudo, quae in praesenti obtinet, iis, quibus matrimonio coniungi in animo est, concedit, ut ante, quam uxorem duxerint, sacerdotes fiant, et deinde biennium ad perficiendam voluntatem iungi matrimonio volenti praestituit. Id igitur quia indecorum esse videmus, iubemus, ad vetus ecclesiae et antiquitus traditum praescriptum creationes procedere. Neque enim dignum est, ut qui spirituali adscensu supra corporis humilitatem evecti sunt, bi rursum ad carnis sordes delabantur, sed e diverso oportet potius divinum ministerium ex corporis sordibus tanquam in altum aliquem gradum adscendere.

CONSTITUCION III

DE QUE LOS QUE HAN DE SER ORDENADOS SACERDOTES SEAN ORDENADOS CONFORME Á LOS RITOS DE LA IGLESIA CON LA CONDICIÓN DE QUE Ó EN LO SUCESIVO PASEN EN EL CELIBATO TODA SU VIDA, Ó, SI QUISIERAN CONTRAER MATRIMONIO, LO CONTRAIGAN ANTES, Y DESPUÉS PROCEDAN Á LA ORDENACIÓN

El mismo Emperador á ESTEBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Habiendo sido rectamente constituído desde un principio el orden eclesiástico respecto á los que fuesen dignos de ser consagrados á Dios, menosprecian á veces el precepto eclesiástico, no bien, ciertamente á mi juicio, los que siguen la costumbre del tiempo presente. Porque mandando aquel, que los que deseen ser ordenados sacerdotes, ó prometan celibato por toda su vida, si confían en que no habrá de ser falsa su promesa, ó, si esto les pareciera imposible á los mismos, contraigan legítimamente matrimonio, y tomen después el divino ministerio, la costumbre, que al presente prevalece, les concede, á los que tienen el propósito de unirse en matrimonio, que sean ordenados sacerdotes antes de haber tomado mujer, y le señala después al que quiere unirse en matrimonio un bienio para llevar á cabo su voluntad. Y como vemos que esto es indecoroso, mandamos que las ordenaciones se hagan conforme al viejo y de antiguo transmitido precepto de la iglesia. Porque no es digno que los por ascenso espiritual son elevados sobre la bajeza del cuerpo desciendan de nuevo á la sordidez de la carne, sino que por el contrario es más bien conveniente que de la sordidez del cuerpo asciendan como á cierto alto grado al divino ministerio.

(1) *Así el texto, pero en el de Agileo se lee* ut, *que, en efecto, es requerida por la construcción y el sentido.—N. del Tr.*

CONST. IV

UT NON MODO UNIVERSALIS ECCLESIAE SACERDOTES, VERUM ETIAM QUI AD QUAMLIBET SACRAM AEDEM PERTINENT, SI VOCENTUR, LICITE SACRA MYSTERIA ET DIVINUM CULTUM CELEBRARE DOMI POSSINT

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Placuit veteribus domestica sacrificia et communiones ab illis solis perfici sacerdotibus, qui ad universales ecclesias pertinent, a ceteris vero, qui domui deserviunt, et in privatae vitae statu sunt, nullam neque liturgiam neque consecrationem peragi. Atque hoc quidem ut statuerent, religionis conservandae causa in mentem illis venisse videtur, ne forte, dum nonnulli sacerdotii praetextu letale defectionis malum tegunt, accidat, ut, qui profanati sacrificii participes fuerint, longe magis contaminentur, quam expientur. Igitur finis quidem eorum, qui eius confirmationem sibi proposuerunt, hoc ipso nomine, quod sacrosanctae fidei stabilimentum adinvenerint, et laudabilis, et commendatione dignus est, nec tamen quatenus se confirmationem allaturos existimarunt, eatenus illam ex lege promanasse atque se extendisse videri potest. E diverso vero subinde illam ipsam legem divinis ministeriis operam navantibus etiam adversari conspicitur. Etenim pollutum sacerdotem, qui notus non est, aliquando pollutae suae inquinationis aliquem participem facere, fortasse interdum eveniet, verum non ita, ut omnimodo talis accidat casus. Quis enim animo tam facilis est et indifferens, ut, quem non norit sacerdotem, neque cuius religionis et quibus moribus sit, hunc ad officium sacerdotis advocet? Rursus vero etiam qui defectionem moliuntur et sacra profane faciunt, vix illi (1)cum alienis ab impietate convenire velint, ita ut, unde stabiliri lex videtur, inde non, quemadmodum visum est, stabiliatur. Aliter vero religiosis in consequendis multis utilitatibus impedimento esse comperitur. Quum enim divina gratia in omnibus fere domibus, non modo potentiorum, sed etiam tenuiorum, sacraria deo erecta sint, sumtus vero et reliqua sustentatio sacerdotibus ab omnibus similiter suppeditari non possint, accidit propter legem, eos, quos dixi, tenuiores ad receptionem privatam sacerdotum, saepe quidem divinorum mysteriorum expertes manere, sacra vero etiam delubra sacris, quae in illis fieri debent, defraudari; quin verisimile est, nonnunquam defunctorum memoria instante, ob defectum sacerdotis praesentem memoriae diem sine sacris procedere, ut inde et viventibus, et quos altera vita tenet, non exiguum damnum obveniat. Statuimus igitur, ut non solum cuiusque generalis ecclesiae sacerdotes, sed etiam proprii sacerdotes cuiusque domus licentiam habeant in omnibus domibus sacra et mysteria, quos cuiusque domus dominus advocare voluerit, et in sacris oratoriis consuetum processum et sacra faciendi.

(1) ille, *decía el texto sin duda por errata.— N. del Tr.*

CONSTITUCION IV

DE QUE NO SOLAMENTE LOS SACERDOTES DE LA IGLESIA UNIVERSAL, SINO TAMBIÉN LOS QUE PERTENECEN Á CUALQUIERA SAGRADA CASA, PUEDAN, SI FUERAN LLAMADOS, CELEBRAR LÍCITAMENTE EN UNA CASA LOS SAGRADOS MISTERIOS Y EL DIVINO CULTO

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Plugo á los antiguos, que los domésticos sacrificios y comuniones se hicieran por aquellos solos sacerdotes, que pertenecen á las iglesias universales, pero que por los que sirven á una casa, y se hallan en estado de vida privada, no se hiciera ningún acto litúrgico ni consagración. Y ciertamente que para estatuir esto parece que les vino á la mente el propósito de conservar la religión, no fuera acaso que, encubriendo algunos so pretexto del sacerdocio el letal mal de la defección, aconteciera que los que hubieren sido partícipes de sacrificio profanado, se contaminasen más bien que se purificaran. Así, pues, ciertamente que el fin de los que se propusieron la confirmación de esto, con el objeto de hallar seguridad para la sacrosanta fe, es laudable y digno de recomendación, pero aunque ellos estimaron que favorecían la confirmación, no puede considerarse, sin embargo, que ella provino y se extendió por virtud de la ley. Y por el contrario, después se ve que aquella misma ley contraría también á los que prestan su protección á los divinos ministerios. Porque quizá alguna vez sucederá que un sacerdote degradado, que no es conocido, haga en algún caso á alguien partícipe de su degradada impureza, pero no de tal suerte que siempre acontezca tal caso. Porque ¿quién es tan debil de espíritu y tan indiferente, que llame para el oficio de sacerdote al sacerdote á quien no conoce, y respecto del que no sabe de qué religión y de qué costumbres sea? Y por otra parte, los que meditan defección y hacen con profanación las cosas sagradas, difícilmente quieren reunirse con los que son ajenos á la impiedad, de tal suerte que, por donde parece que se afianza la ley no se afianza como ha parecido. Y por lo demás, se halla que les sirve de impedimento á los religiosos para conseguir muchas utilidades. Porque como por divina gracia se le hayan erigido á Dios sagrarios en casi todas las casas, no ya solo de los poderosos, sino también de otros más modestos, y no se les pueda suministrar por todos igualmente á los sacerdotes los gastos y lo demás del substento, acontece por virtud de la ley, que aquellos, que he dicho que son más pobres para tener privadamente sacerdotes, quedan, á la verdad, muchas veces privados de los divinos misterios, y también que las sagradas capillas son defraudadas de las sagradas ceremonias que en ellas deben hacerse; y aun es verosímil, que apremiando á veces la memoria de los fallecidos, transcurra por falta de sacerdocio sin actos sagrados el presente día de la memoria, de suerte que de aquí les provenga no pequeño daño así á los vivos, como los que están en la otra vida. Mandamos, pues, que no solamente los sacerdotes de cualquier iglesia general, sino también los sacerdotes propios de cualquiera casa, á quienes hubiere querido llamar el dueño de alguna casa, tengan licencia para celebrar en todas las casas los actos sagrados y los misterios, y para hacer en los sagrados oratorios el acostumbrado proceso y actos sagrados.

CONST. V

UT HI, QUIBUS, POSTQUAM MONASTICAM REMPUBLICAM INGRESSI SUNT, FACULTATES SUPPETUNT, NON PLANE DE ILLIS TESTARI PROHIBEANTUR, SED SI QUIDEM ALIQUID MONASTERIO INTULISSE VIDEANTUR EO TEMPORE, QUO ILLUD ADIERUNT, FACULTATEM HABEANT DE POSTEA ACQUISITIS QUEMADMODUM VELINT DISPONENDI, SI VERO NIHIL INTULERINT, IPSIS QUIDEM DE BESSE STATUENDI POTESTAS SIT, MONASTERIUM AUTEM ALTERAM PARTEM SIVE TRIENTEM ACCIPIAT

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Quoniam de monachorum bonis, qui post susceptam vitam monasticam substantiam coacervaruut, saepe nobis una cum dei amantissimis sub te primariis sacerdotibus dubitare te, o divinum et ut mundo praeluceas in magno ecclesiae firmamento a principe lumine collocatum lumen, dixisti, tanquam nebula illa dubitatione radios rationis incurrente, quo minus accurata distinctio pronuntiari possit, utrum de talibus facultatibus monachi dispositionem facere debeant, an ipsos ab illorum dominio arceri conveniat — quoniam igitur de hoc dubitantes variis nos postulationibus considerationem suscipiendam hortati estis—, nos, ut in aliis, ita et hic sacerdotalem tuam dignitatem venerantes, ad implementum petitionis tuae accingimur. Illa vero primum a nobis dicantur, quae a veteribus de illis, qui se iam in monasticam rempublicam adscribi volunt, constituta sunt, illis nempe de rebus suis prius testandum esse, ac deinde ad optatam vitae disciplinam procedendum, nec dispositioni de rebus suis vitae mutationem praeponendam, ut, si hoc evenisse constet, non amplius ipsis tonsis dispositio permissa sit, sed omnis substantia ecclesiae, in qua tonsi sunt, cedat. Haec sane de iis, qui vitam monasticam iam subierunt, decreta (nisi liberi, qui hereditatem petant, supersint) optima, et ita ut nemo possit melius, constituta sunt, et nec addi, nec adimi illis quidquam potest. Etenim qui ante mutatam vitae rationem, quum bonorum dispositionem in arbitrio suo positam haberet, id facere noluit, merito postea a dispositione prohibetur, ut qui se ipse in talem statum redegit. De quibus enim, dum licebat res disponere, statuere noluit, eius potestatis postea ablationem tanquam suo iudicio institutam merito feret. Aliter vero etiam, quomodo non absurdum fuerit, eum, qui se ab huius vitae curis seiunxit, amplius curarum onus ferre, et earum gravitate premi? Si igitur liberos, ut dixi, is, qui inter monachos receptus est, non habet, non profecto hoc decretum decreto alteri cedat, si vero liberi supersunt (non enim tunc illos propter parentis silentium damno affici fas est), non omnino testamenti ordinationem monachicus habitus impediat, sed manifestum est, eum de liberorum quidem portionibus testari posse, quae illis aequabili legitimaque divisione attribuentur, ab ea vero parte, quae ad ipsum respiciat, dispositio abstineat, quippe quae integra ad ipsum monasterium pertinet. Sed si mors etiam (ut multi sunt rerum humanarum casus) subito superveniens rerum distributionem intercipiat, neque tunc quae liberis succurrit dispositio omnino conticebit, sed secundum dictum modum quae illi (1) competunt legitimo iure separabuntur, residuum autem ex facultatibus monasterium vindicabit. Atque haec

(1) *Así el texto, refiriéndose á* dispositio; *pero concordaría con el texto griego,* illis, *en relación con* liberis. — *N. del Tr.*

CONSTITUCION V

DE QUE Á LOS QUE LES CORRESPONDEN BIENES DESPUÉS QUE INGRESARON EN LA REPÚBLICA MONÁSTICA, NO SE LES PROHIBA EN ABSOLUTO TESTAR DE ELLOS, SINO QUE, SI VERDADERAMENTE SE VIERA QUE LLEVARON ALGUNA COSA AL MONASTERIO AL TIEMPO QUE INGRESARON EN ÉL, TENGAN FACULTAD PARA DISPONER COMO QUIERAN DE LOS ADQUIRIDOS DESPUÉS, Y SI NADA HUBIEREN LLEVADO, TENGAN CIERTAMENTE POTESTAD LOS MISMOS PARA DISPONER DE DOS TERCERAS PARTES, PERO RECIBA EL MONASTERIO LA OTRA PARTE, Ó SEA LA TERCERA

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Como quiera que respecto á los bienes de los monjes, que después de abrazada la vida monástica amontonaron riquezas, nos dijiste muchas veces que, juntamente con los sacerdotes primados, amantísimos de Dios, á tí subordinados, dudabas tú, ¡oh luminar divino, y, para que alumbres al mundo, colocado por el principal luminar en el grande firmamento de la iglesia! como si una nube invadiere con aquellá duda los rayos de la razón, para que no se pueda declarar una escrupulosa distinción, si los monjes deberían hacer disposición en cuanto á tales bienes, ó si convendría que los mismos fueran apartados del dominio de ellos,—y como dudando sobre esto nos exhortásteis con varias solicitudes á que se tomara una determinación—, nosotros, venerando, como en otros casos, también en este tu dignidad sacerdotal, nos adherimos al logro de tu petición. Mas en primer lugar se dirá por nosotros lo que por los antiguos se estableció respecto á los qué quieren ser ya adscritos á la república monástica, á saber, que primeramente se debe testar por ellos de sus propios bienes, y pasar después á la deseada disciplina de vida, y que no se debe anteponer el cambio de vida á la disposición de sus bienes, de suerte que, si constara que esto tuvo lugar, no les será ya permitido á los mismos tonsurados la disposición, sino que todos los bienes pasarán á la iglesia en que fueron tonsurados. Y respecto á los que ya pasaron á la vida monástica, (salvo si sobrevivieran hijos que pidieran la herencia), se dieron estos óptimos decretos, tales que nadie podría mejorarlos, y á los que no se les puede añadir, ni quitar, cosa alguna. Así, pues, al que antes de haber cambiado el régimen de su vida, cuando tenía pendiente de su arbitrio la disposición de sus bienes, no quiso hacerla, con razón se le prohíbe después la disposición, puesto que él mismo se constituyó en tal estado. Porque respecto á aquellos bienes de que no quiso determinar, cuando era lícito disponer de ellos, sufrirá después con razón la privación de esta facultad, como impuesta por su propia voluntad. Y de otra suerte, además, ¿cómo no sería absurdo que el que se separó de los cuidados de esta vida, soportara después la carga de estos cuidados, y fuese abrumado con el peso de ellos? Si, pues, como he dicho, no tiene hijos el que fué admitido entre los monjes, no ceda ciertamente este decreto á otro decreto; mas si sobreviven hijos, (porque en este caso no es lícito que se les cause perjuicio por el silencio del padre), no impida en manera alguna el hábito monacal la disposición de testamento, sino que es manifiesto que él ciertamente puede testar sobre las porciones de los hijos, las cuales se les atribuirán á éstos por igual y legítima división, mas la disposición se abstendrá de aquella

quidem de his facultatibus, quas ante susceptam vitam monasticam homo habuit. Verum de quo paterna vestra beatitudo prodire decretum petiit (de iis nimirum rebus, quae post monasticae vitae susceptionem accesserunt), hoc statuimus, ut inde ab eo tempore, ex quo monasticae vitae rationem suscepit, consideratione procedente, quae postmodum ab ipso comparata sunt, discernantur. Nec enim quia ex profana vita ad monasticam translatus, nisi prius disposuit, disponendi postmodum facultate privatur, ideo etiam de iis, quae serius conquisivit, statuere in universum prohibeatur. Nam illic quidem libera facultate recte privatur, quia quum ipsi in profano statu res adhuc tractanti statuere liceret, dum id non fecit, se ipse in hoc coniecit, hic vero nihil simile est, ut quisquam aut a seipso, aut ab alio prohibeatur. Si quis vero dicat, hoc solo nomine, quod monachus sit, monasterium omnia esse percepturum, haud scio, an is ea, quae monachos decent, statuat. Primum enim homines si ita debeant bonis abstinere, qui eorum contentum professi sunt, deinde vero etiam sint illi cognati quidam pauperes vel aliter noti, qui consolatrice manu indigeant, nonne ab omni humanitate hoc alienum, nullo illos ex cognati rebus sublevamine dignari, tanquam non modo peregrinos, sed et cognatos amicosque propellere, atque omnia ad se trahere monachis decorum sit? quemadmodum in polyphagis videre licet, qui nullam omnino partem aliis, qui una accumbunt, relinquere volunt. Neque enim servus servitutis vinculis liberabitur, neque egenus commiseratione potitur, nec alius quisquam necessitatibus pressus consolationis fructum inveniet, si omnes monachi facultates monasterio dantur. Propterea sane statuimus, ut, si quidem aliquis, quo tempore monasticam vitam suscepit, ecclesiae quidpiam consecrarit, illi circa res postea comparatas liberum et non impeditum iudicium sit, quomodocunque de illis statuere velit, sin vero nihil omnino ab initio in monasterium illatum sit, tunc bifariam substantia dividatur, ita ut una quidem pars in bessem, altera vero in trientem circumscribatur, ac monachus, quomodocunque ipsi visum fuerit, de besse testamento (1), triens autem applicetur monasterio. Atque haec quidem, de quibus requisivistis, nostra decrevit potentia. Oportebit autem tuam beatitudinem decreta omnibus sub ipsa dei amantissimis metropolitanis facere manifesta, et hos similiter sub se constitutis episcopis, illos vero quarum curam sortiti sunt ecclesiis ista indicare, quo et in praesens et in futurum haec ab omnibus cognoscantur, et hunc ad modum fiant.

parte que al mismo corresponda, porque toda ella le pertenece íntegramente al mismo monasterio. Mas si también la muerte, sobreviniendo súbitamente, (pues son muchos los accidentes de las cosas humanas), impidiera la distribución de los bienes, tampoco en este caso enmudecerá en modo alguno la disposición que favorece á los hijos, sino que por derecho legítimo se separarán, conforme al modo dicho, los bienes que les competen á aquellos, y lo restante de los bienes lo reivindicará el monasterio. Y esto ciertamente en cuanto á los bienes que el individuo tuvo antes de haber abrazado la vida monástica. Mas respecto á aquello sobre lo que pidió vuestra paternal beatitud que emanara decreto, (á saber, en cuanto á los bienes que fueron á él después de haber abrazado la vida monástica), establecemos esto, que desde el tiempo en que abrazó el régimen de vida monástica, se separen, con la procedente consideración, los que después fueron adquiridos por el mismo. Pues no porque al que pasó de la vida profana á la monástica se le priva después de la facultad de disponer, si antes no dispuso, se le prohibirá en absoluto que disponga también de los bienes que adquirió más tarde. Porque en aquel caso se le priva con razón ciertamente de una facultad libre, puesto que siéndole lícito al mismo mientras en el estado profano manejaba los bienes disponer de ellos, no habiendo hecho esto, se sujetó él mismo á esto, pero en el presente caso no hay nada semejante para que uno se vea impedido ó por sí mismo, ó por otro. Mas si alguno dijera, que por este solo título, porque es monje, el monasterio lo debe percibir todo, no sé si éste estatuiría lo que le conviniera á los monjes. Porque en primer lugar, si debieran abstenerse así de los bienes los hombres, que hicieron profesión de su menosprecio, y en segundo lugar, también si tuvieran ellos algunos parientes pobres, ú otros conocidos, que necesiten una mano consoladora, ¿no sería ajeno á toda humanidad no considerarlos dignos de ningún alivio de los bienes de su cognado, así como rechazar no solamente á los extraños, sino también á los cognados y amigos, y sería decoroso para los monjes atraerlo todo para sí, como es de ver en los glotones, que no quieren dejar absolutamente ninguna parte á los otros que con ellos se sientan á la mesa? Pues ni el esclavo se librará de los vínculos de la esclavitud, ni el necesitado alcanzará conmiseración, ni otro cualquiera agobiado por necesidades hallará fruto de consolación, si todos los bienes del monje se le dan al monasterio. Por esto, á la verdad, establecemos, que, si ciertamente alguno consagrare, al tiempo en que abraza la vida monástica, una cosa cualquiera á la iglesia, tenga él, respecto á los bienes después adquiridos, libre y no impedida facultad de disponer de ellos del modo que quiera, pero que si al principio no se aportó absolutamente nada al monasterio, en este caso se dividan en dos partes los bienes, de modo que una parte se limite ciertamente á dos tercios, y la otra á uno, y disponga de los dos tercios en su testamento el monje, del modo que al mismo le pareciera, y aplíquese la otra tercera parte al monasterio. Y esto ciertamente ha decretado nuestro poder respecto á las cosas sobre las que nos requeriste. Mas convendrá que tu beatitud haga manifiesto los decretos á todos los metropolitanos, amantísimos de Dios, á la misma subordinados, y ellos igualmente á los obispos constituídos bajo su dependencia, y que éstos los indiquen á las iglesias cuya administración les cupo en suerte, para que tanto al presente como en lo futuro sean ellos conocidos por todos, y de este modo se ejecuten.

(1) statuat, *ha de añadirse aquí, como en el texto latino de Agileo, y como requiere el griego.—N. del Tr.*

CONST. VI

UT UTRUMQUE TEMPUS, TUM QUOD SANCTA SEXTA CONSTITUIT SYNODUS, TUM QUOD DECREVIT DIVUS BASILIUS, IN IIS, QUI MONACHI FIERI STATUUNT, OBSERVETUR, BONORUM VERO EIUS, QUI A SINODO PRAESTITUTO TEMPORE MONACHUS FIT, DISPOSITIO SECUNDUM EDITAM A NOBIS FORMAM PROCEDAT

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Quo tempore eos, qui monasticam vitam subire desiderant, voto suo compotes fieri oporteat, id quia unum atque idem, sed aliud atque aliud a divis nostris patribus praestitutum sit, ut ad hanc quoque rem diiudicandam, et quae subesse videtur discrepantiam conciliandam nos componeremus, effectum est. Itaque cum sanctissimo patriarcha et deo amantissimis metropolitanis quae magnus et admirandus decrevit Basilius, ut videlicet qui monachicum habitum ambiunt decimo sexto aut decimo septimo aetatis anno digni illo habeantur, et quae sancta sexta mandat synodus, anno decimo qui istiusmodi vitam ambirent suscipiendos esse monens, haec expendentes, neutram sacrarum legum duximus esse contemnendam, sed ad utrumque tempus religioso habitu eos, qui illum sumere cupiunt, dignos habere iubemus. De bonorum autem dispositione peculiarem sententiam pronunciamus, eum quidem, qui sexto decimo aut decimo septimo tonderi voluerit, de rebus suis quomodo velit statuere posse (existimo enim propterea etiam magnum Basilium hoc tempus huiusmodi actioni tribuisse, quod ad id legitimae aetatis requisitio ad statuendum de rebus suis impedimento non sit), qui vero decimo anno in monasticae vitae sanctimoniam mutato statu transire in animo habeat, neque huic salutaris conatus impedimentum aliquod obviare (hoc enim, ut videtur, et sacra synodus intelligens tempus aditus ad vitam monasticam diminuit), ne tamen is, ut istiusmodi vitam ineundi, sic etiam de rebus suis testandi facultatem accipiat, sed donec illud tempus, quo legitimam ad testandum aetas potestatem capit, advenerit, a disponendis rebus prohibeatur. Quodsi (ut sunt res humanae) ante illius temporis finem e vita excesserit, servi eius omnes a servitute liberentur, reliqua vero bona bifariam dividantur, in bessem et trientem, et illum quidem monasterium auferat, triens autem defuncti cognatis detur; si vero hi non supersint, quo bes processit, eo triens quoque abeat.

CONSTITUCION VI

DE QUE RESPECTO Á LOS QUE DETERMINAN HACERSE MONJES SE OBSERVE UNO Y OTRO TIEMPO, ASÍ EL QUE ESTABLECIÓ EL SANTO SÍNODO SEXTO, COMO EL QUE DECRETÓ EL DIVINO BASILIO; PERO QUE LA DISPOSICIÓN DE LOS BIENES DEL QUE SE HACE MONJE EN EL TIEMPO PREFIJADO POR EL SÍNODO SE VERIFIQUE CON ARREGLO Á LA NORMA DADA POR NOSOTROS

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Como respecto al tiempo en que sea conveniente que logren su voto los que desean entrar en la vida monástica no se estableció una misma cosa, sino diversas, por nuestros divinos padres, fué menester que nosotros determináramos para decidir también este punto, y para conciliar la discrepancia que parece que existe. Y así, examinando juntamente con el santísimo patriarca y los metropolitanos, amantísimos de Dios, lo que decretó el grande y admirable Basilio, á saber, que los que desean el hábito monacal sean considerados dignos de él á los dieciseis ó á los diecisiete años de edad, y lo que manda el santo sínodo sexto, que previene que deben ser admitidos los que de diez años deseen tal género de vida, hemos considerado que no debían ser despreciadas ni una ni otra de estas sagradas leyes, sino que mandamos que en uno y otro tiempo sean tenidos como dignos del hábito religioso los que desean tomarlo. Mas en cuanto á la disposición de los bienes pronunciamos una decisión especial, para que ciertamente el que hubiere querido ser tonsurado á los dieciseis ó á los diecisiete años pueda disponer de sus bienes como quiera, (porque estimo que también el gran Basilio señaló para tal acción este tiempo con este objeto, para que la investigación de la edad legal para ello no sirva de impedimento para disponer de sus propios bienes), y para que al que á los diez años tenga el ánimo de pasar, cambiando de estado, á la pureza de la vida monástica no le obste para este saludable conato ningún impedimento, (porque entendiendo esto, á lo que parece, también el sagrado sínodo disminuyó el tiempo para el ingreso en la vida monástica), pero de suerte que no reciba éste, así como para entrar en tal género de vida, facultal también para testar de sus propios bienes, sino que hasta que haya llegado el tiempo en que la edad adquiere legítima potestad para testar se le prohiba disponer de sus bienes. Mas si (como sucede en lo humano) hubiere dejado esta vida antes del término de aquel tiempo, sean librados de la esclavitud todos sus esclavos, y dividanse los restantes bienes en dos partes, una de dos tercios, y otra de uno, y llévese ciertamente aquellos el monasterio, y déseles el otro tercio á los cognados del difunto; pero si no existieran éstos, vaya también el tercio por donde fueron los otros dos.

CONST. VII

UT QUOTIESCUNQUE ALIQUIS PER VECORDIAM A CLERICORUM HABITU AD PROFANUM TRANSIRE VOLUERIT, IN ILLUM IS INVITUS ETIAM RESTITUATUR

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Quemadmodum nos antehac, quando certiorem firmioremque rerum constitutionem investigare-

CONSTITUCION VII

DE QUE SIEMPRE QUE POR MALDAD HUBIERE QUERIDO ALGUIEN PASAR DEL HÁBITO CLERICAL AL PROFANO, SEA ÉL RESTITUÍDO Á AQUEL AUN CONTRA SU VOLUNTAD

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Así como antes de ahora nosotros, cuando investigamos cuál sea la constitución más cierta y firme

mus, si civilis lex plus roboris, quam ecclesiastica praebere videretur, illi praerogativam dedimus, ita et hic decretum sacrum rectae rerum moderationi utilius, quam civile fore intelligentes, illi assentientes consonam sententiam dedimus, et statuimus, ut, quicunque clericorum habitum mutare cum profanorum habitu improbe instituerit, is, quotiescunque actus fuerit in istiusmodi vecordiam, secundum ecclesiasticum decretum etiam invitus in clericorum habitum restituatur, licet ecclesiastici ordinis statum recipere dignus non sit, propterea quod se ipse iis, quae perpetravit, indignum tali ordine constituerit.

de las cosas, si parece que la ley civil da más fuerza que la eclesiástica, le hemos dado prerogativa á aquella, así también en este caso entendiendo que el sagrado decreto habrá de ser para el recto régimen de las cosas más útil que el civil, hemos dado, asintiendo á aquel, una decisión en consonancia, y establecemos, que cualquier clérigo que con improbidad hubiere determinado cambiar su hábito por el hábito de los profanos, sea éste, cuando quiera que se hubiere constituido en tal maldad, restituído aun contra su voluntad al hábito clerical con arreglo al decreto eclesiástico, aunque no sea digno de recobrar el estado del orden eclesiástico, porque él mismo se haya hecho indigno de tal orden con las cosas que perpetró.

CONST. VIII

UT QUI RELICTUM VENERANDUM MONASTICAE VITAE HABITUM PER VECORDIAM IN ANIMUM INDUXERIT, AC PRO ILLO PROFANUM HABITUM SUSCEPERIT, QUOTIESCUNQUE HOC FACERE AUSUS FUERIT, ETIAM INVITUS IN ILLUM RESTITUATUR, ET EX QUO MONASTERIO IMPROBE AUFUGERIT, EIDEM REDDATUR

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Quum eorum, qui incomposite vivere instituunt, ac prae vita laudabili pravam sectantur, quotiescunque malefacti auctores deprehensi sunt, pessima sententia multifariam coërceatur, nec improba scelestaque voluntas ac molitio impunita relinquatur, miror, quomodo lex vetus iis, qui monasticae vitae exercitationi se manciparunt, deinde ordinem deseruerunt, et secundum sacrum effatum tanquam canes ad suum ipsorum vomitum, aut sues ad pristinae vitae coenum reversi sunt, et ad profanum habitum se converterunt, improbum hoc scelus tentari omnino permiserit. Iubet enim, eos, qui semel monasticae vitae institutum reliquerint, unde flagitiose exissent, reverti, iterum vero id ausos ex eo tempore pro monachatu inter milites provincialis cohortis recenseri. Atqui si iustum ei videbatur statuere, ut desertor ordinis profano habitu indueretur, cur non ipsum ab initio ita vestivit, sed constituit, ut, qui monachus professionem suam semel deseruerit, is ad illam etiam invitus cogeretur? Si vero hoc ita praecipi decorum putavit, quare in eodem decreto non consistit, sed tanquam ex poenitentia miserum illum monachum ad militarem vitam protrahit? Nequaquam igitur id nobis iustum videtur, neque eum, qui in divinae militiae numeros receptus est, in mundanis militiis placet collocari, sed quod ecclesiasticus ordo observare iubet, non permittens profanum statum recipere, et si quis saepius vitam monasticam aspernatus vagetur, id per legem etiam nos iubemus. Si enim qui vitam monasticam exuit mundanae voluptatis desiderio concitus id facit, quae ratio est, etsi semel a conatu illo prohibitus sit, quum sciat, se rursus ad hoc decurrentem perversum consilium ad finem perducturum ac in profanorum se statum recipiendum esse, ut is non omni modo monasticae vitae institutum iterum cum profana vita mutet?

CONSTITUCION VIII

DE QUE EL QUE POR MALDAD HUBIERE ABRIGADO EN SU ÁNIMO RECHAZAR EL VENERABLE HÁBITO DE LA VIDA MONÁSTICA, Y EN LUGAR DE ÉL HUBIERE TOMADO EL HÁBITO PROFANO, SEA AUN CONTRA SU VOLUNTAD RESTITUÍDO Á AQUEL CUANTAS VECES HUBIERE INTENTADO HACER ESTO, Y SEA VUELTO AL MISMO MONASTERIO DE QUE CON IMPROBIDAD HUBIERE HUÍDO

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Puesto que de muchos modos es reprimida la pésima resolución de los que determinan vivir desarregladamente, y con preferencia á la vida laudable siguen la mala, siempre que son descubiertos como autores de un hecho malo, y no se dejan impunes su voluntad falta de probidad y su malvada maquinación, me admiro de cómo una antigua ley les permitió que se consumase este gravísimo delito á los que se sujetaron al ejercicio de la vida monástica, y después desertaron del orden, y según dice el sagrado proverbio volvieron como perros á su propio vómito, ó como cerdos al cieno de su primitiva vida, y se convirtieron al hábito profano. Pues manda, que los que una vez hubieren dejado el instituto de la vida monástica vuelvan allí de donde criminosamente hubiesen salido, y que los que segunda vez se hubieren atrevido á ello sean contados desde este tiempo, en vez que entre los monjes, entre los militares de la cohorte provincial. Mas si le parecía justo determinar que el desertor del orden se vistiese con el hábito profano, ¿por qué no lo vistió así desde un principio, sino que dispuso que el monje, que una vez hubiere desertado de su profesión, fuese obligado aun contra su voluntad á ella? Pero si juzgó decoroso que esto fuese así preceptuado, ¿por qué no se mantuvo en este mismo decreto, sino que como por arrepentimiento arrastra á este mísero monje á la vida militar? De ninguna manera, pues, nos parece justo esto, ni nos place que el que fué admitido en las filas de la milicia divina sea colocado en las milicias mundanas, sino que también por esta ley mandamos nosotros lo que manda observar el orden eclesiástico, el cual no permite que recobre el estado profano, aunque habiendo uno despreciado muchas veces la vida monástica ande vagando. Porque si el que dejó la vida monástica lo hizo solicitado por el deseo de placer mundano, ¿qué razón hay, aunque una vez se le haya prohibido aquel conato, sabiendo que volviendo otra vez él á este perverso designio lo habrá de llevar á término, y habrá de ser él admitido en el estado de los profanos, para que de todos modos no cambie él de nuevo por la vida profana el instituto de la vida monástica?

CONST. IX

DE SERVO, QUI IGNORANTE DOMINO CLERICUS FACTUS EST

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo et oecumenico Constantinopolitano Archiepiscopo.*

Eidem rectae rerum ecclesiasticarum constitutionis curae insistentes, quae sacrosanctis canonibus placuerunt, his nos etiam calculum adicientes, ab adversariis civilibus legibus contradictionis poenam, ut ex legitimis constitutionibus subtrahantur, exigimus. Ut enim qui, cum servilis conditionis esset, ignorante domino venerandam sacerdotii dignitatem assumserit, nudatus istinc promanante honore, rursus in pristinum servitutis restitueretur statum, secundum ecclesiae dei consilium et nos constituimus, et legem, quae servum ignorante domino sacerdotem factum servitute liberat, invalidam pronunciamus et illiberalem.

CONSTITUCION IX

DEL ESCLAVO QUE, IGNORÁNDOLO SU SEÑOR, FUÉ HECHO CLÉRIGO

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo y ecuménico Arzobispo de Constantinopla.*

Insistiendo en el mismo cuidado de la buena organización de las cosas eclesiásticas, y agregándole también nosotros nuestra aprobacion á lo que les plugo á los sacrosantos cánones, les exigimos á las leyes civiles contrarias, como pena de su contradicción, que sean excluídas de las constituciones legítimas. Pues así como, conforme al parecer de la iglesia de Dios, también nosotros determinamos que el que, siendo de condición servil, hubiere recibido, ignorándolo su señor, la veneranda dignidad del sacerdocio, fuese, despojado del honor que de aquí proviene, restituído de nuevo á su primitivo estado de esclavitud, declaramos también invalidada é ilíberal la ley que libra de la esclavitud al esclavo que, ignorándolo su señor, fué hecho sacerdote.

CONST. X

DE SERVO, QUI INSCIO DOMINO MONACHISMUM SUSCEPIT

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Quam praestans monasticae vitae professio sit, et qui suave illud et beatum iugum suscipiunt, quanta illi reverentia et honore digni sint, scimus quidem et ipsi. Itaque non quo illum vituperemus, sed potius ut vituperatione eximamus, haec statuere visum est et censemus. Quanto enim illa admirabilior et divina est, tanto magis eam cum maxima oportet attingere veneratione, nec vero improbitatis praetextum monasticae vitae dignitatem efficere; quomodo enim improbitas dicenda non est, si servus dominum suum fugiens ad illud vitae institutum deveniat? Quoniam igitur de servis fugitivis atque ita ad vitam monasticam devenientibus statutum a superioribus est, ut, si intra tres quidem annos fugitivus manifestus fiat, illum habitu nudatum recipiendi facultatem dominus habeat, tertio vero anno praeterlapso, quo incognitus manserit, si postea manifestus fiat, dominicae potestati non obnoxius sit, et praeter illius voluntatem liber evadat, quoniam igitur inde multos fugiendi dominos suos occasionem cepisse videmus, et re honesta, monasticae vitae professione, ad tegendam malitiam abutuntur (cuilibet enim servo perfacile est, ut ad triennium se occultet, deinde libertatem consequatur), iubemus, ut, quanto tempore servus tali consilio monachus factus delituerit, si ipsum quocunque tempore dominus inveniat, is, qui malo proposito habitum sumsit, hoc exuatur, et rursus dominicae potestati subigatur. Nec enim dicere licet, quod pio affectu habitum illum sumsit, quantumvis id verbis ipse fingat. Sive enim, quum benevolo domino uteretur, pro amore odio concepto fugere decreverit, extremae improbitatis signum est, sive (ut sunt res humanae) molestiarum quarundam gravamen non sustinuit, sed propterea dominum deseruerit, quomodo eam rempublicam honorabit, quae cives suos in Christi crucem et mortem per omnia respicere vult?

CONSTITUCION X

DEL ESCLAVO QUE, IGNORÁNDOLO SU SEÑOR, ABRAZÓ EL MONAQUISMO

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Ciertamente que también nosotros mismos sabemos cuán excelente sea la profesión de la vida monástica, y de cuánta reverencia y honor son dignos los que reciben aquel suave y dichoso yugo. Y así, no para vituperarlo, sino más bien para eximirlo de vituperación, nos ha parecido bien determinar, y mandamos, esto. Porque cuanto más admirable y divina es aquella, con tanta más razón se debe llegar á ella con muy grande veneración, y no hacer de la dignidad de la vida monástica pretexto de una falta de probidad; porque ¿cómo no se ha de decir que hay falta de probidad, si un esclavo que huye de su señor llega á aquel régimen de vida? Así, pues, como respecto á los esclavos fugitivos y que de este modo llegan á la vida monástica se estableció por los antepasados, que, si ciertamente dentro de tres años fuera descubierto el fugitivo, tuviese su señor facultad para recobrarlo, despojado de su hábito, pero transcurrido el tercer año, que hubiere permanecido sin ser conocido, si después fuera descubierto, no esté sujeto á la potestad de su señor, y resulte libre sin la voluntad de él; y como vemos que de aquí muchos tomaron ocasión para huir de sus dueños, y abusan de una cosa honrosa, la profesión de la vida monástica, para encubrir su maldad, (pues á cualquier esclavo le es muy fácil ocultarse tres años, y después conseguir la libertad), mandamos, que, cualquiera que sea el tiempo que hubiere estado oculto un esclavo, que con tal designio se hizo monje, si en algún tiempo lo encontrara su señor, sea despojado del hábito el que con mal propósito lo tomó, y sometido de nuevo á la potestad de su señor. Porque ni lícito es decir que tomó aquel por piadoso afecto, por más que él mismo lo finja con palabras. Pues si, teniendo un dueño benévolo, determinó huir habiendo concebido ódio en lugar de amor, esto es señal de extrema falta de probidad, y si (como son las cosas humanas) no soportó el gravamen de algunas molestias, sino que por esto desertó de su señor, ¿cómo honrará esta república, que quiere que sus ciudadanos miren siempre á la cruz y á la muerte de Cristo?

CONST. XI

DE SERVO, QUI IGNORANTE DOMINO EPISCOPUS FACTUS EST

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Quod de servo, qui venerandam sacerdotii dignitatem furatus sit, idem et de illis servis, quibus nesciente domino ad primarii sacerdotii honores conscendere visum est, statuimus, ut videlicet secundum ecclesiasticae constitutionis voluntatem exuantur honore, in quo clam positi fuerunt, atque ad suum servilem statum reducantur. Non enim profecto iis, qui aliter furto et fraude aliquid subtrahunt, non modo non ea, quae subtraxerunt, retinere concedemus, sed interdum etiam ut maleficos puniemus, qui vero ita tantarum rerum furta audent, hos ex furto honeste vivere, et ex uno fraudis pessimo exercitio duo pretiosissima, libertatem et sacerdotii praerogativam, lucrari sinemus. Ergo et si quis servus ignorante domino episcopus creatus sit, nec is ex eiusmodi creatione ad servitutis effugium quidquam iuvator.

CONSTITUCION XI

DEL ESCLAVO QUE, IGNORÁNDOLO SU SEÑOR, FUÉ ORDENADO OBISPO

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Lo mismo que respecto al esclavo, que se apropió indebidamente la veneranda dignidad del sacerdocio, estatuímos también en cuanto á los demás esclavos, á quienes les haya parecido bien llegar, ignorándolo su señor, á los honores del sacerdocio primado, para que ciertamente sean despojados, á tenor de la disposición de la constitución eclesiástica, del honor en que clandestinamente fueron constituídos, y sean reducidos á su estado servil. Porque ciertamente que á los que de otro modo substraen por hurto ó fraude alguna cosa, no sólo no les concederemos que retengan lo que substrajeron, sino que á veces los castigaremos también como á malhechores, pero á los que se atreven á hurtos de cosas tan grandes, no les dejaremos que vivan honradamente con su hurto, y que por virtud de un pésimo ejercicio de fraude lucren dos cosas de muchísimo precio, la libertad y la prerogativa del sacerdocio. Luego si algún esclavo hubiera sido creado obispo ignorándolo su señor, tampoco sea por virtud de tal creación favorecido en cosa alguna para eximirse de la esclavitud.

CONST. XII

DE OFFICINARUM MAGNAE ECCLESIAE USU

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Constantinus, qui primus Christi nomine imperii coronam augustiorem reddidit, quum inter alias ipsius emendationes etiam illud imperatoria cura dignum prospexisset, quod ad sepulturam mortuorum pertinent, quos in ea etiam re egestas premeret, officinas in sancta dei ecclesia instituit, ex quarum reditu sepulturae sumtus praeberi iussit. Hanc vero provisionem quum piorum hominum aemulatio postmodum excepisset, quae et ipsa pauperibus ad sepeliendum sufficeret, permultum illa in hanc necessitatem sumtus auxit, et nunc omnino nihil inde expensum cernitur, cui initio ter ille quaterque beatus princeps curam suam applicavit. At enim nos scientes, ecclesiam officinarum reditu semel potitam etsi non in eum, in quem ab initio constitutum est, numinis cultum illum expendat, quoniam necessitas non postulat, sed in aliud aliquod omnino ministerium, et ut hoc melius ordinet, eum dispensare, statuimus, olim de his editam constitutionem inviolatam permanere. Officinae autem omnes, quae in hoc ministerium attributae sunt, supra mille numero sunt ad centum.

CONSTITUCIÓN XII

DEL USO DE LAS OFICINAS DE LA IGLESIA GRANDE

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Constantino, que fué el primero que en nombre de Cristo hizo más augusta la corona del imperio, habiendo considerado, entre otras reformas del mismo, digno del cuidado imperial tambien lo que se refiere á la sepultura de los muertos, á quienes también para esto les agobiase la indigencia, estableció en la santa iglesia de Dios oficinas, con cuyas rentas mandó que se sufragasen los gastos de sepultura. Mas habiendo después la emulación de hombres piadosos adoptado esta medida de previsión, la cual bastaría por sí misma para enterrar á los pobres, aumentó aquella muchísimo los gastos para esta necesidad, y ahora se ve que no se gasta de aquello absolutamente nada para lo mismo á que en un principio aplicó su cuidado aquel tres y cuatro veces dichoso príncipe. Pero nosotros, sabiendo que la iglesia, una vez apoderada de la renta de las oficinas, aunque no la gaste, porque no lo requiere la necesidad, para el mismo culto de la divinidad para que en un principio se dispuso, la invierte, sin embargo, ciertamente en algún otro servicio, y para mejor organizar esto, mandamos que permanezca sin violar la constitución dada en otro tiempo sobre esto. Mas todas las oficinas que para este servicio están asignadas son en número de mil ciento.

CONST. XIII

DE PERPETUIS EMPHYTEUSIBUS

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Rem fraudulentam et illicitam, etiam a praefe-

CONSTITUCION XIII

DE LAS ENFITÉUSIS PERPÉTUAS

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Ha llegado á nuestros oídos, que también por los

ctis consecratarum deo aedium (ecclesiarum videlicet, et xenodochiorum, et viduarum domuum, et orphanotrophorum) tentari, ad nostras delatum est aures. Narratum est enim, quum domus elocatae sint, iam tempore pacto curso, et locationis termino, et possessionis renovatione instante, non fieri certam aliquam solutionem, quam peculiari nomine ἀνεκτικὸν (renovationis pretium) vocant, sed ut praefectis pro ipsorum avaritia visum sit, ita exactionibus domuum possessores praegravari. Id igitur cum omnibus grave, tum pauperibus gravissimum esse videamus, propterea quod ita ipsis durior egestatis necessitas imponitur, ne id amplius fiat, lege cavemus, sed ut certa quantitate ad duplum emphyteutici vectigalis constituenda solutio definiatur, adscripta scilicet omni illatione in locationis instrumentis, et domui nulla novatione allata, nec vero in proprium praefectorum quaestum interversa, dum illi non ut domuum utilitati consulant, sed ut sceleste sibi lucrum parent, hoc agunt.

prefectos de las casas consagradas á Dios (á saber, de las iglesias, y de los hospitales de peregrinos, y de las casas de viudas, y de los hospicios de huérfanos) se intenta cosa fraudulenta é ilícita. Porque se nos ha referido que cuando se arrendaron casas, transcurrido ya el tiempo pactado, y apremiando el término del arrendamiento y la renovación de la posesión, no se hace cierto pago, que llaman con el nombre peculiar de renovación del precio, sino que por su avaricia les ha parecido bien á los prefectos gravar así con exacciones á los poseedores de las casas. Y considerando nosotros que esto es grave para todos, y gravísimo para los pobres, porque así se les impone á los mismos una más dura necesidad de la indigencia, disponemos por una ley que esto no se haga más, sino que el pago se limite á cierta cantidad que se ha de fijar en el duplo del cánon enfitéutico, consignándose ciertamente todo el pago en los instrumentos de la locación, y sin que se le cause ninguna novación á la casa, ni se invierta en propio lucro de los prefectos, haciendo ellos esto no para mirar por las conveniencias de las casas, sino para procurarse un malvado lucro.

CONST. XIV

DE IIS, QUI MONASTERIUM IMPERFECTUM RELINQUUNT

Idem Imperator eidem.

Voluntatis temeritas et ambitio, quae persistendi vi destituitur, similiter et vituperanda et non recipienda est, sive manifestum vitium habet conatus, sive benignitatis speciem conatus prae se fert, simul ille reprehensione dignus, simul aspernandus est. Hoc etiam parabolas et ab initio problemata elocutus dominus noster et servator in evangeliis vult, in quibus de aedificatione urbis et absolutione, et de similibus sermocinatur. Merito igitur sacrae leges et civilia decreta consonas edunt admonitiones, ut, quicunque ad opus absolvendum non idonei monasterium construere instituant, coepto prohibeantur. Oportet enim res, quaecunque sint, ubi ad perfectionem pervenerint, tum demum convenientem appellationem adipisci, nequaquam vero solum nomen rebus imperfectis absolutionem praestare potest. Quod igitur dictum est, recte pronuntiat et sacra et civilis lex, eos, qui ad rem absolvendam idonei non sint, a fabricatione monasterii prohiberi. Verum quoniam incognitum illud est, quousque monasterium sufficienter absolutum videatur (non enim expresse ab illis huiusmodi absolutio definita est), hac de re certum atque evidens edictum promulgare placuit. Dicimus igitur, quoniam divinum os loquutum est: ubi duo aut tres in nomine meo congregati sunt, ibi in medio illorum sum, ad minimum tribus sufficere debere opus aliquod monasterii appellationem subiturum, quod nimirum simul etiam laudem sectatur opulentiae. Qui igitur liberam dedicandi monasterii potestatem habere vult, in tot minimum monachos dedicationem perficere debebit. Quia vero multi, qui se istiusmodi coepto dedunt, interdum deinde proposito suo destituuntur, praeveniente morte ipsosque hominum consortio eripiente, illud a nobis statuitur, ut, si testamentum conditum sit, assignata in eo ecclesiae cedant, si vero, qualia multa efficit incertitudo, antequam de rebus suis statueret, raptus fuerit, tum, si ad tres numero liberi supersint, quadrantem bonorum occupabit monasterium; sin vero ultra ternarium numerum sobolis multitudo procedat, liberis connumerabitur monaste-

CONSTITUCION XIV

DE LOS QUE DEJAN SIN CONCLUIR UN MONASTERIO

El mismo Emperador al mismo.

La temeridad de la voluntad y la ambición, que se ven privadas de fuerza para persistir, son igualmente vituperables é inadmisibles, y ya si el conato contiene vicio manifiesto, ya si el conato hace ostentación de cierta especie de benignidad, es digno de reprensión, al mismo tiempo que despreciable. Esto quiere también exponiendo las parábolas y los problemas del principio nuestro señor y salvador en los evangelios, en los que se platica sobre la edificación y terminación de una ciudad, y sobre otras cosas semejantes. Con razón, pues, dan las sagradas leyes y los decretos civiles prevenciones acordes, para que se les prohiba su empresa á los que no siendo capaces para acabar la obra determinen construir un monasterio. Porque es menester que las cosas, cualesquiera que sean, reciban la conveniente denominación solamente cuando hayan llegado á su conclusión, y el solo nombre de ninguna manera puede dar á las cosas no acabadas la terminación. Así, pues, según se ha dicho, con razón declaran la ley sagrada y la civil, que á los que no sean capaces de terminar la cosa, se les prohiba la construcción de un monasterio. Mas como se ignora cuándo se considerará suficientemente acabado un monasterio, (porque expresamente no ha sido definido por aquellas tal acabamiento), ha parecido bien promulgar sobre este particular un edicto cierto y claro. Decimos, pues, puesto que dijo la divina boca: donde dos ó tres se congregaron en mi nombre, allí en medio de ellos estoy, que á lo menos debe ser suficiente para tres cualquiera obra que haya de recibir la denominación de monasterio, la cual ciertamente apetece también el elogio de la opulencia. Así, pues, el que quiere tener la libre potestad de dedicar un monasterio deberá llevar á cabo la dedicación por lo menos para tantos monjes. Mas como muchos, que se empeñan en tal empresa, son á veces defraudados después en su propósito, sobreviniendo la muerte y arrebatándolos del consorcio de los hombres, se estatuye por nosotros, que, si se hubiera hecho testamento, pasen á la iglesia las cosas que en él se

rium, et quantum singuli eorum explent ex universa substantia, quae debitis defuncti obnoxia non est. Quodsi vero defunctus sine liberis vita decesserit, parentibus autem superstitibus, rebus bifariam divisis una pars parentibus, altera monasterio applicabitur. At si neque ascendentes neque descendentes heredes habeat, sed ex latere venientibus hereditas cedat, ipsi quidem, quotcunque fuerint, trientem inter se distribuent, bes vero ecclesiae accedet. Verum enimvero si aut per oblivionem, aut aliam quampiam causam, in contrariam legitimae partitioni sententiam testamentum conceptum sit, sancimus, eius loci antistitem dei amantissimum, quantum ad ecclesiae, eorumque, qui in illa assessuri sunt, sustentationem suffecerit, vindicare, de reliquis vero distributionis voluntatem et testamentum valere.

le asignaron, y si, como muchas cosas hace la incertidumbre, antes que disponga de sus bienes, hubiere sido arrebatado á la vida, en este caso, si le sobrevivieran hijos en número de tres, ocupará el monasterio la cuarta parte de los bienes; mas si la muchedumbre de la prole se extendiera á mayor número que el de tres, será contado entre los hijos el monasterio, y de la totalidad de los bienes, que no estén obligados á deudas del difunto, percibirá cuanto cada uno de aquellos. Mas si el difunto hubiere fallecido sin hijos, pero sobreviviéndole ascendientes, divididos los bienes en dos partes, se aplicará una parte á los ascendientes, y otra al monasterio. Pero si no tuviera herederos ascendientes ni descendientes, sino que la herencia pasara á los que provienen de línea colateral, estos se distribuirán ciertamente entre sí, cuantos quiera que fueren, la tercera parte, y las otras dos terceras partes le corresponderán á la iglesia. Porque si por olvido, ó por otra cualquiera causa, hubiera sido redactado el testamento con una disposición contraria á la partición legítima, mandamos que el prelado de aquella localidad, amantísimo de Dios, reivindique cuanto bastare para el mantenimiento de la iglesia y de los que en ella hayan de prestar servicio, y tengan validez en cuanto á lo demás la disposición de la distribución y el testamento.

CONST. XV

UT SALUTAREM BAPTISMUM IN QUOCUNQUE SACRO ORATORIO PERAGERE LICEAT

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolis Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Etiam hic venerandae sextae synodi sacer canon, qui divinum regenerationis lavacrum in privatarum aedium oratoriis perfici non vult, sed in solis templis in communem usum consecratis, quum similia illis iubeat, qui sacrosancta sacrificia et mysteria in privatis domibus celebrari vetant, nobis iam pridem considerationi factus est, ut eandem pariter cum illis correctionem consequatur. Sancimus igitur, quemadmodum de sacrificiis, sic etiam de salutifero baptismate, licere illud in quolibet sacro oratorio volentibus peragere. Tantam enim subtilitatem sacrum synodi decretum constituisse mihi videtur propter eos, qui sub sacerdotum nomine profani sunt et poilutos faciunt, quos ad lavacrum adducunt, qui, ut apparet, domus eiusdem opinionis hominum subeuntes, non rem divinam faciunt, sed cum iis, qui conveniunt, inauspicati aliquid moliuntur. Haec vero provisio, etsi divina esse, et multa salutaria continere appareat, non tamen illos impietate plenos a sua malitia prohibere sufficiat. Etenim audax est malitia, omnique modo, clausis etiam oratoriis, ad explendum propositum suum suam inveniat viam. Verumtamen quum nunc divina gratia omnes perversae opiniones sint profligatae, etiam quantum ad hoc attinet, non video dogma statutum necessarium ad prohibendam in privatarum aedium oratoriis regenerationis lavacrum.

CONSTITUCIÓN XV

DE QUE SEA LÍCITO ADMINISTRAR EL SALUDABLE BAUTISMO EN CUALQUIER ORATORIO SAGRADO

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

También este sagrado cánon del venerable sínodo sexto, que no quiere que el divino bautismo de la regeneración se haga en los oratorios de las casas privadas, sino solamente en los templos consagrados á uso común, como quiera que mande cosas análogas á los que vedan que en casas privadas se celebren los sacrosantos sacrificios y misterios, fué ya antes para nosotros objeto de reflexión, para que alcanzara juntamente con aquellos la misma corrección. Mandamos, pues, que, así como en cuanto á los sacrificios, les sea lícito también, á los que quieran, tratándose del saludable bautismo, administrarlo en cualquier sagrado oratorio. Porque me parece que el sagrado decreto del sínodo estableció tanta severidad, en razón á los que con el nombre de sacerdotes son profanos y mancillan á los que llevan al bautismo, los cuales, como se ve, entrando en casas de hombres de la misma opinión, no hacen la cosa divina, sino que maquinan alguna cosa desgraciada con aquellos con quienes se reunen. Mas esta disposición, aunque parezca que es divina y que contiene muchas cosas saludables, no basta, sin embargo, á impedir la malicia de los que están llenos de impiedad. Pues la malicia es audaz, y aun cerrados los oratorios hallará de todos modos camino para realizar su propósito. Mas como ahora estén abatidas por la divina gracia todas las perversas opiniones, aun en cuanto á lo que á esto atañe, no veo que sea necesaria la disposición establecida para prohibir en los oratorios de las casas privadas el bautismo de la regeneración.

CONST. XVI

UT SUBDIACONUS CREETUR NON VIGINTIQUINQUE SED VIGINTI ANNORUM

Idem Imperator eidem.

Vetus verbum, quod de rebus suis dicenti aures esse aperiendas monet, quum in aliis omnibus perbelle sese habeat, tum hic longe pulchrius apparet. At quid est, quod dico? Civilis lex statuit, ne minor vigioti quinque annis in divinis officiis creetur subdiaconus, contra decretum sacrum statuit, ut qui ad istiusmodi ministerium accedit, vigesimum annum ad ordinationem afferat. Dignum (1) itaque sacram legem de rebus suis praecipientem audire imperatoria nostra maiestas rata, ei et adstipulatur, et statuit, ut qui ad vigesimum annum pervenit, nisi anteactae vitae ratio obstaculo sit, quantum ad aetatem, subdiaconi officium suscipere non impediatur.

CONST. XVII

DE PUERPERIS, QUANDO DIVINORUM MYSTERIORUM PARTICIPES FIANT, ET QUANDO INFANTES BAPTIZENTUR, POST QUADRAGINTA VIDELICET DIES, EXTRA QUAM SI NECESSITAS URGEAT

Idem Imperator eidem.

Beatitudinis tuae quidem postulatio a vobis magis procedere, quam a nobis originem sumere, debebat; de re enim sacra sanctitatem tuam sancire oportebat. Quoniam vero dicitis, super uno capite synodicam deliberationem institui non debere, sed synodi esse producere vota, nostrum autem et iam citra synodum decretum facere, admonitionem suscipientes, de quibus postulastis constitutionem emittimus. Quum itaque dominus et servator noster, quo splendore gloriae ipsius illuminarentur, qui in tenebris ambulant, carnis atque sanguinis nostri fere particeps factus fuerit, valde, mea quidem sententia, a salutifera ipsius providentia diverse sentiunt, quicunque baptismo dignam non recipiunt ex recenti puerperio decumbentem et puerperam, ereptam vero a morte ad pedes stante, nec diem, quem ipsi exspectandum autumant (quadragesimum nempe post editionem partus) exspectante (2), sed citius protrahente, et efficiunt, ut ob corporis immunditiem revera illa immunda e vita excedat, quippe quae sine sacris maneat, et sacri lavacri lustrationis et regenerationis expers fiat, neque periculi damnique magnitudinem, quam inconsiderata ipsorum et perniciosa religio affert, prae oculis habent. Verum propter excessum talis absurditas nec verbo indiget. Talem enim mulierem incredulam et reformatione destitutam decedere, et pro eo, quod inter servatos collocaretur, in perditorum locum reiici sub tali praetextu quomodo iustum, quomodo deo, qui per fidem in ipsum, et in aqua et spiritu regenerationis salutem donat, non acerbum est? Tantam igitur perversitatem de-

(1) *El texto decía* dignam, *refiriéndose, sin duda por error, á* legam; *pero* dignum *dice la versión latina de Agileo, que concuerda con el texto griego, en el cual se lee* ἄξιον.—*N. del Tr.*

(2) *Aquí decía el texto* exspectantem, *y luego* protrahentem, *refiriéndose, sin duda por error, á* puerperam; *pero* exspectante *y* protrahente *dice la versión latina de Agileo, con relación á* morte, *y concordando con el texto griego, que dice:* ὑπὸ τοῦ θανάτου... οὐκ ἀναμένοντος, ἀλλὰ θᾶττον προαρπάζοντος... —*N. del Tr.*

CONSTITUCION XVI

DE QUE EL DIÁCONO SEA ORDENADO NO DE VEINTICINCO AÑOS, SINO DE VEINTE

El mismo Emperador al mismo.

El antiguo proverbio, que aconseja que se han de prestar oídos al que habla de sus propias cosas, sentando perfectísimamente en todos los demás casos, aparece que es en este mucho más adecuado. Mas ¿qué es lo que digo? Estatuye la ley civil, que en los divinos oficios no sea ordenado subdiácono el menor de veinticinco años, y establece por el contrario un sagrado decreto, que el que llega á este ministerio tenga veinte años al tiempo de la ordenación. Y así, habiendo considerado digno nuestra majestad imperial dar oídos á la sacra ley que dispone sobre estas cosas, asiente á ella y establece, que al que llega á los veinte años no se le impida, en cuanto á la edad, recibir el oficio de diácono, á no ser que le sirva de obstáculo la relación de su vida pasada.

CONSTITUCION XVII

DE CUÁNDO Á LAS PUÉRPERAS SE LES HARÁ PARTÍCIPES DE LOS DIVINOS MISTERIOS, Y DE CUÁNDO SERÁN BAUTIZADOS LOS RECIÉN NACIDOS, ESTO ES, DESPUÉS DE CUARENTA DÍAS, SALVO SI APREMIARA LA NECESIDAD

El mismo Emperador al mismo.

Ciertamente que lo pedido por tu beatitud debia emanar de vosotros, mas bien que arrancar en su orígen de nosotros; pues sobre este sagrado asunto era menester que dispusiera tu santidad. Mas como decís que sobre un solo capítulo no se debe entablar deliberación sinodal, y que es propio del sínodo expresar deseos, pero propio de nosotros decretar aun sin sínodo, aceptando tu advertencia, expedimos una constitución sobre las cosas que nos has pedido. Y así, como nuestro señor y salvador se hizo ciertamente partícipe de nuestra carne y de nuestra sangre para que fuesen iluminados con el esplendor de la gloria del mismo los que andan en tinieblas, disienten, ciertamente á mi juicio, muchísimo de la saludable providencia de él los que no admiten como digna del bautismo á la que por reciente parto está en cama y es puérpera, presa de la muerte que está á sus piés, y que no espera al día, á que ellos mismos creen que se ha de esperar, (esto es, al cuadragésimo después de la verificación del parto), sino que la arrebata más pronto, y hacen que muera estando verdaderamente impura por la impureza del cuerpo la que ciertamente permanece sin sacramentos, y es privada de la purificación y de la regeneración del sagrado bautismo, y no tienen á la vista la magnitud del peligro y del daño, que le causa la inconsiderada y perniciosa religión de los mismos. Mas por lo excesivo no necesita demostración tal absurdo. Porque ¿cómo sería justo que con tal pretexto falleciera la mujer en la incredulidad y privada de regeneración, y que en lugar de ser colocada entre los sal-

hinc in futurum tempus exterminantes, de mulieribus, quae recens pepererunt, et quae naturali expurgationi succumbunt, statuimus, ut, si quidem alia quacunque affectione morbida ipsarum vita non tentetur, nondum quidem initiatae baptismi, ad sacra vero adductae sacrosanctorum mysteriorum perceptionis, usque ad quadraginta dierum terminum participes non fiant, si quis vero ipsis morbus, qui vitae finem minitetur, superveniat et incumbat, ipsae sacrorum omnimodo compotes fiant. Etenim si illis, qui propter enormia flagitia multis annis a vivifica communione arcentur, mors imminens terminum solvit, nec quisquam hos sacrorum participatione prohibere sustinet, qua ratione hae propter naturales carnis sordes prohibebuntur? Et profecto haec puto et antiqua lege prohibita et traditionis gratia recepta non tam propter muliebrem hanc immunditiem, quam ob alias causas in intima legis ratione reconditas. Existimo enim, sacram legem id praescripsisse, quo protervam eorum, qui intemperanter viverent, concupiscentiam castigaret, quemadmodum et alia multa per alia praecepta ordinantur, ut per ea indomitus quorundam in mulieres stimulus retundatur. Quin et haec providentiae, quae legem constituit, voluntas est, ut partus a depravatione liberi sint. Quia enim quidquid naturae superfluum est, idem damnosum et inutile est, superfluus autem etiam hic sanguis est, quae eum ferunt in immunditie ad illud tempus vivere lex iubet, quo ipso etiam nominis sono lasciva concupiscentia ad temperantiam redigatur, nec ex inutili et corrupta materia animal originem capiat. Et de infantibus eundem ad modum constituimus, ut, si quidem non inquietentur, et inimicos naturae casus superent, ad baptismum quadragesimus dies exspectetur. Consentaneum enim est, ut, quemadmodum foetus per omnes quadraginta dies in naturae et materno receptaculo plene informantur, sic in aequali dierum numero in divinae gloriae aeternique omnium patris domum nati procedant. Si vero etiam octavo a partu die baptizare aliquis voiet, neque id absurdum fuerit; dominus enim noster Christus octavo die circumcisus, finem imponens circumcisioni, pro hac vivifico baptismate initiari concessit. Verum haec quidem, si nulla necessitas, mortem minitans, exsistat; si vero periculum aliquod emergens vim vitae inferat, omni diligentia et studio id agi debet, etiam intra octavum diem ne non baptizatus, neque sacri lavacri atque summi boni expers partus decedat.

vados sea arrojada al lugar de los perdidos, y cómo no sería esto amargo para Dios, que por la fe en él mismo y en el agua y el espíritu de la regeneración da la salvación? Extirpando, pues, desde ahora para el tiempo futuro, tanta perversidad, estatuimos respecto á las mujeres recién paridas, y que están sujetas á la natural purificación, que, si verdaderamente no estuviera atacada la vida de las mismas por otra cualquiera afección morbosa, no estando ciertamente iniciadas todavía en el bautismo, pero atraídas á los sagrados actos de recibir los sacrosantos misterios, no sean hechas partícipes de ellos hasta el término de cuarenta días, pero que si les sobreviniera y atacara á las mismas alguna enfermedad, que les amenazara con el fin de su vida, sean ellas mismas hechas de todos modos partícipes de las cosas sagradas. Porque si para los que por enormes delitos son separados muchos años de la comunión vivificadora la muerte inminente extingue el término, y nadie insiste en excluirlos de la participación en las cosas sagradas, ¿por qué razón serán éstas excluídas á causa de las naturales impurezas de la carne? Y creo ciertamente que esto fué prohibido por la ley antigua, y fué admitido como tradición, no tanto por virtud de esta impureza de la mujer, como por otras causas recónditas en la íntima razón de la ley. Pues estimo que la ley sagrada prescribió esto, para castigar la protervа concupiscencia de los que vivieran con intemperancia, así como por otros preceptos se ordenan también otras muchas cosas, para que por medio de ellas se refrene el indómito estímulo de algunos hacia las mujeres. Y es también esta voluntad de la providencia que establece la ley, que los partos queden libres de corrupción. Porque como todo lo que es supérfluo para la naturaleza, es asimismo dañoso é inútil, y es también supérflua esta sangre, manda la ley que las que la tienen vivan este tiempo en la impureza, para que también por el mismo efecto de la palabra sea reducida á templanza la lasciva concupiscencia, y no se origine de materia inútil y corrompida un sér animado. Y del mismo modo estatuimos respecto á los recién nacidos, que, si verdaderamente no se vieran molestados, y dominaran los accidentes adversos de la naturaleza, se espere para el bautismo hasta el cuadragésimo día. Porque es consiguiente, que, así como los fetos se informan plenamente en el receptáculo de la naturaleza y de la madre durante todos los cuarenta días, así los nacidos entren en igual número de días en la casa de la divina gloria y del eterno padre de todas las cosas. Mas también si alguien quisiera bautizar en el octavo día del parto, tampoco sería esto absurdo; porque Cristo, nuestro señor, circuncidado en el octavo día, al poner término á la circuncisión, concedió que en lugar de ella se iniciara en el vivificador bautismo. Mas esto ciertamente, si no existiera enfermedad alguna, que amenace con la muerte; pero si algún peligro que surgiera violentase la vida, debe hacerse esto con toda diligencia y con empeño, aun dentro del octavo día, á fin de que el parto no muera sin haber sido bautizado, ni habiendo sido privado de la sagrada purificación y del sumo bien.

CONST. XVIII

UT IN SPONSALIBUS CONSTITUTA POENA EXIGATUR

Idem Imperator STYLIANO, *excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.*

Praestantioris electionem in omnibus et rebus

CONSTITUCION XVIII

DE QUE EN LOS ESPONSALES SE EXIJA LA PENA ESTABLECIDA

El mismo Emperador á STILIANO, *excelentísimo Maestre de los sacros Oficios.*

No es de reprender que en todas las cosas y di-

et dictis instituere reprehendendum non est, et tunc non ad eos, qui agunt aut dicunt, sed ad eorum, quae acta vel dicta sunt, statum aestimatio facienda est. Idcirco etiam quod consuetudini placuit, ut in sponsaliorum repudiis poenae imminerent iis, qui repudiare instituerent, etiam hoc ad legis auctoritatem evehimus. Arbitror enim, consuetudini placitum lege de huiusmodi negotiis lata peius non esse, sed etiam in melius res adducere. Nam quum lex sola arrhae amissione aut in duplum restitutione temeritatem puniat, haec definitum pactoque constitutum in sponsaliorum rescissione subire damnum vult. Et videtur mihi, quemadmodum dixi, hoc maiorem vim habere, ne sponsalitia, ut fieri solet, ludantur. Arrhae enim amissio, quae in eum, qui dedit, deinde sponsalibus non acquiescit, constituta est, et duplae restitutio, quam is, qui arrham accepit, deinde pacto, in quod convenit, non stetit, sustinet, celerius, quoniam levius est, volentes ad recedendum a pactis invitat, at ex pacto definitae poenae gravius damnum sibi obvenire videns inconstans, tardior omnino ad divellenda sponsalia fiet. Quod nos etiam nuptialibus contractibus magis conducturum animadvertentes, quod ex consuetudine fieri solet, in legitimam constitutionem traducimus. Ex arrhae siquidem amissione faciles sponsaliorum eversiones video, ex poenae vero persolutione non item. Gravior enim poena (gravior enim omnino arrhae amissione est pacto constituta poena) etiam invitum inhibens, animi inconstantiam acquiescere illis, quae antea de sponsalibus placuerunt, compellet. Sic igitur ex nunc etiam legis iussu id, quod ex consuetudine confirmatum est, quemadmodum usque ad hanc legem, et obtineat, et causas diiudicet, et mulctae exactione sponsalium eversor puniatur.

CONST. XIX

DE PACTO PATERNO, EX AEQUO HEREDEM FUTURUM FILIUM

Idem Imperator STYLIANO, *excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.*

Quod etiam antea a nobis dictum est, non contemnere alios studentes, neque ut gloriam nobis paremus, ad legum correctionem processimus, sed ut id, quod utile non est, quantum fieri potest, a subditorum consortio removeamus, id scientes, ad constitutionem reipublicae legum constitutionem omnium esse praestantissimam (1). Nam si quis leges reipublicae oculos esse dixerit, eum non puto praeter id, quod decet, locutum esse. Quemadmodum enim res maxime necessaria est animali oculus non fallax, ita et reipublicae legum rectus status. Harum igitur rectae constitutionis curam gerentes, quoniam in codicis ecloga legem positam esse cognovimus, quae propter evidentem absurditatem in hominum animis neutiquam locum invenit receptioni, nec igitur vim aliquam et efficaciam habeat, sed omnibus modis abrogetur.

(1) *Así el texto, y también el de Agilseo; pero parece que se debe leer* praestantissimum, *en correspondencia á* πάντων προτιμότερον *del texto griego.—N. del Tr.*

hechos se haga la elección de lo más excelente, y que entonces se haya de hacer la estimación no atendiendo á los que hacen ó dicen, sino al estado de lo que se hizo ó se dijo. Por eso también elevamos á la autoridad de ley lo que le plugo á la costumbre, para que en los repudios de esponsales les amenacen penas á los que determinaron repudiar. Porque juzgo que lo le plugo á la costumbre no es peor que la ley dada sobre tales negocios, sino que también mejora las cosas. Pues castigando la ley esta temeridad con la sola pérdida de las arras, ó con la restitución del duplo, quiere ella que se sufra en la rescisión de los esponsales el daño fijado y establecido por pacto. Y me parece, según he dicho, que esto tiene mayor fuerza, para que, como suele suceder, no se defrauden los esponsales. Porque la pérdida de las arras, que se estableció contra el que las dió, y después no asintió á los esponsales, y la restitución del duplo, que soporta el que recibió las arras, y luego no se atuvo al pacto en que convino, invitan, porque son cosas más leves, á que más pronto se aparten de los pactos los que quieren; pero viendo el inconstante que por virtud del pacto de la pena fijada le sobreviene un daño más grave, se hará ciertamente más remiso para rescindir los esponsales. Y viendo también nosotros que en los contratos nupciales habrá de ser más conveniente lo que se suele hacer en virtud de la costumbre, lo traducimos en legítima constitución. Pues si veo que con la pérdida de las arras son fáciles las disoluciones de los esponsales, no veo, sin embargo, lo mismo con el pago de la pena. Pues una pena más grave, (porque la pena establecida por pacto es siempre más grave que la pérdida de las arras), conteniendo aun al que no tiene voluntad, compelerá á que la inconstancia del ánimo preste aquiescencia á lo que antes se convino sobre los esponsales. De este modo, pues, tenga observancia y decida las cuestiones desde ahora, así como hasta esta ley, también por disposición de la ley lo que fué confirmado en virtud de la costumbre, y sea castigado con la exacción de una multa el que rescinde los esponsales.

CONSTITUCION XIX

DEL PACTO HECHO POR EL PADRE DE QUE SU HIJO HABRÁ DE SER HEREDERO POR IGUAL

El mismo Emperador á STILIANO, *excelentísimo Maestre de los sacros Oficios.*

Como también antes se ha dicho por nosotros, hemos procedido á la corrección de las leyes, cuidando de no menospreciar á los otros, ni de procurarnos gloria, sino de alejar, en cuanto se puede hacer, del comercio de los súbditos lo que no es útil, sabiendo que para la organización de la república es la cosa más excelente de todas el establecimiento de las leyes. Porque si alguno dijere que las leyes son los ojos de la república, opino que no habría dicho cosa contraria á lo que es conveniente. Pues así como para el animal es cosa sumamente necesaria ojo que no le engañe, así también para la república el buen estado de las leyes. Cuidando, pues, del buen establecimiento de éstas, como sabemos que en la compilación del Código hay establecida una ley, que por su evidente absurdo no

bet (contraria quidem statuit naturali, quae a parentibus liberis debetur, aequalitati, iniuatitiae vero adversus filium patri ianuam aperit, nec hoc solum, sed et parentem ut illi morem gerat obstrictum, mendacio doloque obnoxium facit), quoniam igitur talem quandam esse legem animadvertimus, etsi ante nostram sanctionem ei receptionem denegavit ipsa hominum voluntas, simul et nos omnem omnino illi usum decreto adimimus. Quid enim dicit? Etiamsi pactus fuerit pater, quum in matrimonium collocaret filium, illum post decessum suum ex aequa parte cum aliis fratribus paternorum bonorum heredem fore, in potestate tamen illius erit, si velit, ut pactum eiusmodi negligere, et aliis quidem liberis ampliua tribuere, illi vero, cui aequam portionem in hereditate pactum concedebat, minorem partem assignare. His igitur quidem, ut diximus, alias quoque in republica non usitatis, nostro etiam decreto relegantes omnibus modis ad rempublicam aditum interdicimus, sancimus vero, ne quis parentum iura filiorum, quibuscunque cum reliquis liberis aequalem hereditatis portionem servatum iri in nuptialibus contractibus spoponderit, innovare tentet, ita ut, si quis visus fuerit pactiones suas spernere, et illius, cui tantundem, quantum alii fratres habituri sunt, promiserit, partem minuere, sciat, invalidam atque vanam habendam esse mutatam ex poenitentia voluntatem. Ex aequo enim cum aliis fratribus secundum initum pactum filius in bona succedet. Neque vero mendacium veritati praeferri rationis est, neque iustum, neque rationabili animali conveniens, pacta conventa per improbationem adulterari; sed si quid aliud, hoc hominem decet, ut verbis suis fidem praestet, nisi mendaciis veritatem corrumpendo, destitutus ratione, ex ordine eorum, qui ratione praediti sunt, excidere velit. Quin immo nec illud consentaneum est, ut parentes iis, qui pariter ex ipsis nati sunt, non parem curam exhibeant, neque aequaliter ipsorum vitae prospiciant, sed alios quidem uberiores facultates habere, aliis vero nihil parcere, neque illorum misereri, si inopes in miseria victuri sint, velint; sed iustum est, ut, quemadmodum omnibus liberis ex aequo vitam impertiti sunt, ita etiam facultatibus eos instruant, neque, velut ancipiti libra, his leviorem quandam, illis vero gravlorem iniquo animo distributionem facultatum faciant.

halló de ningún modo lugar á acogida en el ánimo de los hombres, y que, por consiguiente, no tiene fuerza alguna ni eficacia, (pues estableció ciertamente cosas contrarias á la igualdad natural, que por los padres se les debe á los hijos, y le abre al padre la puerta de la injusticia contra el hijo, y no esto solo, sino que para complacerle hace que el padre esté sujeto á la mentira y obligado al dolo); como hemos sabido, decimos, que hay una tal ley, aunque antes de nuestra sanción le denegó á ella acogida la misma voluntad de los hombres, privamos al mismo tiempo también nosotros absolutamente de todo uso á aquel decreto. Porque ¿qué es lo que dice? Que aunque el padre hubiere pactado, al colocar en matrimonio á su hijo, que después de su muerte habrá de ser éste heredero de los bienes paternos por parte igual con los otros hermanos, estará, sin embargo, en su potestad, si quisiera, desatender este pacto, y darles ciertamente más á los otros hijos, y asignarle menor parte á aquel á quien el pacto le concedía igual porción en la herencia. Así, pues, por otra parte, no estando ciertamente eso en uso en la república, y relegándolo también por decreto nuestro, le prohibimos de todos modos su acceso á la república, y mandamos que ningún padre intente alterar los derechos de los hijos á quienes en los contratos nupciales hubiere prometido que se les guardaría una porción de herencia igual á la de los demás hijos, de suerte que si á alguno le hubiere parecido conveniente menospreciar sus propios pactos, y disminuir la porción de aquel á quien le hubiere prometido tanto cuanto hayan de tener sus otros hermanos, tenga entendido que habrá de ser considerada sin valor y vana su voluntad cambiada por el arrepentimiento. Porque el hijo sucederá en los bienes por igual con sus otros hermanos con arreglo al pacto hecho. Y no es de razón que la mentira sea antepuesta á la verdad, ni justo, ni conveniente al animal racional, que, desaprobándolos, sean alterados los pactos convenidos; sino que si alguna otra cosa cuadra al hombre es esta, prestar fidelidad á sus palabras, á no ser que corrompiendo con mentiras la verdad quiera salir, privado de razón, del número de los que están dotados de razón. Y aun más, tampoco es natural, que los padres no muestren igual cuidado por los que del mismo modo nacieron de ellos mismos, y que no miren igualmente por la vida de ellos, sino que quieran que unos ciertamente tengan más cuantiosos bienes, y no dispensarles nada á otros, ni compadecerse de ellos, si pobres hubieran de vivir en la miseria; sino que es justo, que así como á todos los hijos les dieron por igual la vida, así también los doten de medios, y no hagan, como con dos pesos, con ánimo desigual cierta distribución de los bienes, más ligera para unos, y más considerable para otros.

CONST XX

UT NE MARITUS, QUEMADMODUM UXOR, ALTERA PARTE PRAEMORTUA PRAETER HYPOBOLUM QUIDQUAM CAPIAT

Idem Imperator STYLIANO, *excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.*

Quum vetustis legibus, quae de pactis dotalibus tractant, definitum sit, eandem maritum et uxorem, quae in contrahendo matrimonio statuta est, capere partem etiam in dissolutione, quam mors in alterum coniugum irruens efficit, nescio, qua

CONSTITUCION XX

DE QUE EL MARIDO, ASÍ COMO LA MUJER, NO ADQUIERA, PREMUERTA LA OTRA PARTE, COSA ALGUNA FUERA DE LO HIPOTECADO

El mismo Emperador á STILIANO, *excelentísimo Maestre de los sacros Oficios.*

Hallándose establecido en las antiguas leyes, que tratan de los pactos dotales, que la misma porción que se estableció al contraerse el matrimonio adquieran el marido y la mujer también en el caso de disolución, que produce la muerte haciendo pre-

re moti ii, quibus postmodum leges condere studio fuit, diversis constitutionibus haec subiecerint. Etenim vetustiores quidem leges mox a coniugii initio aequales esse illationes, quum muliebrem, tum virilem, statuerunt et altero vita defuncto, liberis non superstitibus, nec pacto exsistente, in quo aliquid de lucro significetur, (1), ex aequo ad utrumque sua reverti; si vero de lucro pactum initum esset, ut alterutra parte ex hominibus erepta, superstes praeter suarum rerum receptionem insuper aliud quid lucraretur, similiter in ambobus lucri aequalitatem servari; et viro quidem praemortuo accipiebat mulier dotem, et dicti hypoboli sive partem aliquam, sive totum, si ita convenisset, muliere (2) vero morte praecedente, viro hypobolum servabatur, et lucrum illum sequebatur sive dos tota, sive eius pars, prout pacta vellent. Sed haec quidem vetustioribus placita posterioribus displicuerunt. Quapropter et contra statuunt, non recte facientes, matrimonii, et statim etiam ab initio inaequales disponunt procedere illationes, et maiorem quidem dotem esse, hypobolum vero minus, eiusque uxorem ab eo die, quo matrimonium contraxit, dominam fieri, quanquam fortasse secundum viri consortium eligat. Et matrimonio morte soluto, inique facientes, illius quidem moestitiam lucro consolantur, huius vero supra amissionem uxoris dispendio rerum suarum moerorem adaugent. Iubent enim, mulierem superstitem cum sua dote universum quoque hypobolum auferre, et praeterea ex reliqua mariti substantia tantum heredis iure capere, quantum dotis et hypoboli in unum computatorum quadrans conficit, mortua autem muliere ante maritum, illius heredes una cum dote hypobolum lucrari, maritum vero nihil aliud habere, quam quantum dotis et hypoboli quadrans faciat, et hoc modo rem procedere, sive subsit pactum, sive nihil huiusmodi inter ipsos convenerit. Verum haec quomodo non iniqua? quomodo pro iure haec non extrema iniuria est? Etenim quae quidem praemortuo marito mulier accipit, in his fortasse aliqua ratio sit, quae vero illa praemortua ad eius heredes devolvuntur, haec quomodo non omnino iniusta et enormia? Eapropter admodum decenter et sapienter perpetuo ille memorandus inter Imperatores, et post eum ex ipsius lumbis natus iudicarunt, veteribus quidem legibus auctoritatem conservandam, perversa autem contraria statuta e republica releganda esse. At enim refractaria consuetudo est, ac frequenter longa conversatione quasi infixa hominum animis absurda opinio, eorum praesertim, quibus recto iudicio illam expendere curae non est, haud facile exstirpari potest, quum praeiudicatam opinionem, quamvis inepta sit, amplectantur, et sequi meliora nolint, ita ut etiam nunc sempiternae memoriae patris nostri constitutio, quae ad veteres leges pactorum dotalium causam reducit, absurdam constitutionem missam facere non potuit, sed quorum exsilium decreverat, ea etiamnum in publico usu sint. Quid nos igitur dicemus? Postquam semel praevalere visum est, ne in matrimonii coniunctione ex aequo illationes fiant, sed ut hypobolo maior dos sit, hoc in republica obtineat; si vero mors matrimonio solutionem afferat, siquidem maritus sine liberis decedat, et pactum non appareat, uxor dotem et hypobolum, et nihil amplius auferat, si vero ea in uno de los cónyuges, ignoro por qué razón movidos, aquellos á quienes correspondió después el cuidado de establecer las leyes, sujetaron estas cosas á diversas constituciones. Porque ciertamente establecieron las antiguas leyes, que inmediatamente después del principio del matrimonio fuesen iguales las aportaciones, tanto la de la mujer como la del marido, y que fallecido uno, no sobreviviendo hijos, ni existiendo pacto en que se signifique alguna cosa respecto al lucro, volvieran por igual sus propias cosas á ambos; pero que si se hubiere hecho pacto respecto al lucro, para que habiendo fallecido una ú otra parte, la sobreviviente lucre alguna otra cosa además de recobrar sus propios bienes, se conservase del mismo modo respecto á ambas la igualdad del lucro; y premuerto el marido recibía ciertamente la mujer la dote, y ya una parte, ya la totalidad de lo que se dice hipotecado, si así se hubiese convenido; mas precediendo en la muerte la mujer, se le reservaba al marido lo hipotecado y le correspondía el lucro, ya toda la dote, ya parte de ella, según quisieran los pactos. Mas estas cosas que ciertamente les parecieron bien á los antiguos les desagradaron á sus sucesores. Por lo cual establecen lo contrario, no obrando bien, y disponen que inmediatamente desde el principio del matrimonio sean desiguales las aportaciones, y que sea ciertamente mayor la dote y menor lo hipotecado, y que de esto se haga dueña la mujer desde el día en que contrajo el matrimonio, aunque acaso elija segundo consorcio de marido. Y disuelto el matrimonio por la muerte, obrando con desigualdad, consuelan la tristeza de aquélla con el lucro, pero sobre haber perdido la mujer le aumentan á él su aflicción con el dispendio de sus propios bienes. Pues mandan, que la mujer que sobrevive se lleve con su dote también lo hipotecado, y que además reciba de los restantes bienes del marido con derecho de heredera tanto cuanto importa la cuarta parte de la dote y de la hipoteca, computadas juntas, pero que, fallecida la mujer antes que el marido, lucren los herederos de ella juntamente con la dote la hipoteca, y el marido no tenga ninguna otra cosa más que lo que importa la cuarta parte de la dote y de la hipoteca, y que de este modo proceda esto, ya si hubiera pacto, ya si nada semejante se hubiera convenido entre los mismos. Mas ¿cómo no será esto injusto? ¿Cómo en lugar de derecho no será esto extremada injusticia? Porque acaso haya alguna razón en cuanto á lo que la mujer recibe habiendo premuerto el marido, mas en cuanto á lo que, premuerta ella, se devuelve á sus herederos, ¿cómo no sería esto de todo punto injusto y enorme? Por lo cual juzgaron muy conveniente y sabiamente aquel Emperador perpétuamente memorable, y el que después de él nació de su misma sangre, que se les debía conservar ciertamente su autoridad á las antiguas leyes, y que las malas disposiciones contrarias debían ser desterradas de la república. Mas la costumbre es refractaria, y con frecuencia una absurda opinión que está por un largo hábito como grabada en el alma de los hombres, principalmente de los que no tienen cuidado de pesarla con recto juicio, no puede ser fácilmente extirpada, cuando abrazan una opinión anticipada, aunque sea necia, y no quieren seguir cosa mejor, de tal manera que también ahora

(1) *Aquí se leía en el texto* subesset, *que ha sido suprimida por ser evidentemente superflua, dada la palabra* exsistente, *que se refiere á* pacto. *El error provino, sin duda, al modificar la versión latina de Agilco, de haber conservado la palabra* subesset *de este, y de haber expresado además en otra forma la oración relativa á* pacto.—*N. del Tr.*

(2) mulieres *decía el texto, seguramente por errata.*—*N. del Tr.*

mulierem mors abripiat, dotem quidem heredes eius capiant, maritus autem suis rebus non privetur, neque quae ipsius sunt alii, sed ipse habeat. Quomodo enim iniquum non est, extraneos quidem ex illius rebus lucrum sentire, ipsum vero supra amissionem coniugis bonis etiam suis sive hypobolo privari?

la constitución de nuestro padre, de sempiterna memoria, que sujetó á las antiguas leyes la cuestión de los pactos dotales, no pudo hacer que fuese desechada aquella absurda constitución, sino que aun todavía está en uso aquello cuyo destierro había decretado. ¿Qué diremos, pues, nosotros? Después que ya ha parecido bien que prevalezca, que al celebrarse el matrimonio no se hagan por igual las aportaciones, sino que sea la dote mayor que la hipoteca, obsérvese esto en la república; pero si la muerte llevara la disolución al matrimonio, y el marido falleciera sin hijos, y no apareciera pacto, retenga la mujer la dote y lo hipotecado, y nada más; mas si la muerte arrebatara á la mujer, reciban sus herederos ciertamente la dote, pero no sea privado de sus bienes el marido, ni tengan otros, sino él mismo, lo que es de él. Porque ¿cómo no sería injusto, que verdaderamente los extraños experimentaran lucro con los bienes de él, y que él además de perder su cónyuge fuese privado también de sus propios bienes, ó sea de lo hipotecado?

CONST. XXI

UT DOTIS PROMISSIO AUT EX PATERNIS AUT MATERNIS BONIS FACTA PRAESTETUR

Idem Imperator STYLIANO, *excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.*

Quemadmodum in lancibus videmus, quando nec ad minimum in alterutram partem inclinant, tunc eas ad earum, quae ponderantur, diiudicationem idoneas constitutas desumi, ita quoque lex, quum ne tantillum quidem ius depravat, digna est, quae ad rerum ordinationem procedat. Etenim illae quidem aequabilitatem, haec autem ius stabile conservare debet. At quorsum haec? In Codicibus scripta constitutio est, quae dum a parentibus liberos suos in matrimonium collocantibus promissa dotis vel donationis propter nuptias nomine facta exigit, haud scio, quomodo ius commisceat. Vult enim, patrem, qui pro liberis dotem vel donationem propter nuptias promiserit, si indistincte quidem promissionem fecerit, totam de suo explere promissionem et ex suis solis bonis persolvere, sin vero distinxerit, et hunc ad modum locutus sit: «ex meis filiique bonis promissa exhibebo», tum, si inopia eum premat, nihil in promissum contribuat, sed filii sola substantia expleat, quae communiter se daturos esse pater promisit, sed si dives sit, contrarium statui, ipso solo de suo quae pollicitus est implente, et filio non contribuente, quamvis non se solum, sed cum filio promissum expleturum promiserit quod filium, quoniam ipse non promisit, dare indignum putetur. Hoc itaque iuris subversionem esse rati sumus. Neque enim, quantacunque inopia teneatur parens, filium solum de suo promissa solvere iustitia legis apparet, neque rursus, dives quum est, filium contributione omnino esse liberum decet, omni promissione ex bonis parentis expleta. Propterea etiam sancimus, secundum parentis verba ita quoque promissorum solutionem procedere, et ab ipso quidem solo exigi promissum, (1) quando se solum daturum pollicitus est, cum filio vero, quando cum filio, sive aequales partes acceptae sunt, quando non etiam illae definitae sunt, sive inaequaliter, quum utrique certae

CONSTITUCION XXI

DE QUE SE CUMPLA LA PROMESA DE DOTE HECHA Ó DE LOS BIENES PATERNOS Ó DE LOS MATERNOS

El mismo Emperador á STILIANO, *excelentísimo Maestro de los sacros Oficios.*

Así como vemos en las balanzas, que cuando ni lo más mínimo se inclinan á una ó á otra parte, entonces se considera que son adecuadas para la determinación de las cosas que se pesan, así también la ley, cuando no corrompe ciertamente en lo más pequeño el derecho, es digna de que se aplique á la ordenación de las cosas. Pues aquellas deben conservar la igualdad, y esta, estable el derecho. Mas ¿á qué esto? Hay escrita en los códigos una constitución, que, en tanto que á los padres que colocan á sus hijos en matrimonio les exige las promesas hechas á título de dote ó de donación por causa de nupcias, no sé cómo confunde el derecho. Porque quiere, que el padre, que á favor de sus hijos hubiere prometido dote ó donación por causa de nupcias, si, á la verdad, hubiere hecho indistintamente la promesa, cumpla toda su promesa con lo suyo, y la pague de sus solos bienes propios; pero que si hubiere hecho distinción, y hablado de este modo: «pagaré de mis bienes y de los de mi hijo lo prometido», entonces, si lo agobiara la pobreza, no contribuya con nada á la promesa, sino pague con los solos bienes del hijo lo que el padre prometió que ellos darían en común; mas si fuera rico, se estatuye lo contrario, cumpliendo él con lo suyo solo lo que prometió, y no contribuyendo el hijo, aunque hubiere prometido que no él solo, sino con su hijo, cumpliría lo prometido, porque se juzga indigno que el hijo dé, puesto que él mismo no prometió. Y esto hemos considerado que era una subversión del derecho. Pues, cualquiera que sea la pobreza por que esté agobiado el padre, no aparece la justicia de la ley para que solo el hijo pague con lo suyo propio lo prometido, ni á su vez, cuando es rico, es conveniente que el hijo quede del todo libre de contribución, siendo cumplida con los bienes del padre toda la promesa. Por esto también mandamos, que con arreglo á las palabras del padre se verifique

(1) *En el texto se leía:* ..... promissum, cum filio vero, quando se solum daturum pollicitus est, quando cum filio, sive aequales .....; *pero hemos alterado la colocación de los incisos por exigencias del sentido, y ajustándonos al texto griego, y aun á la versión latina de Agileo.—N. del Tr.*

partes diverse assignatae sunt. In hoc enim nulla iusti eversio est, et insuper id ad liberorum utilitatem spectat, quam in Codicibus edita constitutio non magnopere curat. Quid enim? Saepenumero parens, quum ad dispendium respicit, ideoque illud tempus, quod filio efficaciter promittendi potestatem facit, ineundo nuptiali contractui exspectat, quod utile filio sit, perdit. Ut igitur ea res ambobus commoda sit, neque iustum iuxta aestimetur, nec liberorum utilitati noceatur, Codicis quidem decretum quiescat, hoc vero quod etiam consuetudini cognitum est, in republica obtineat. Iam enim pro decreto legis in republica habitum praelatum est constitutioni, quae in Codicibus est.

CONST. XXII

UT MULIER, QUAE MATRIMONIUM NON ITERAT, UNIUS LIBERORUM PORTIONEM PROPRIETAS IURE CAPIAT, SIMILITER ET PATER

Idem Imperator STYLIANO, *excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.*

Sicut etiam in plerisque aliis, quando absurdi nihil incideret, neque rebus noxium, consuetudini cessimus, quin et legis praerogativam illi dedimus, quum iam plebs assuefacta illi esset, nec ab illa se avelli sineret, ita etiam in parte donationis, quam mulier liberos habens, nec ad secundas nuptias adducta genialem torum commiscens accipit, faciendum putavimus. Quum enim antiquior lex eam donationem ita circumscribat, ut hypobolo mulieri in usumfructum dato, praeter reliquum usumfructum, ex eodem hypobolo unius liberorum portionem proprietatis iure mulier capiat, deinde posterior lex rursus hanc unius liberorum portionem non ex hypobolo lucrum mulieri adferre, sed in alia etiam mariti bona cedere illam voluit. His enim ita per leges constitutis, consuetudo neutram legem directe secuta, sed partim hanc, partim illam, neque ex solo hypobolo, neque ex aliis extra hypobolum consistentibus mariti facultatibus unius liberorum portionem mulieri dari dignum putat, verum immutata omnium simul ipsius bonorum illi partem largitur. Hanc igitur consuetudinem, quoniam perniciosam esse rebus non videmus, ut in aliis iustum putavimus, legis dignitate honestamus, et habeat dehinc vim legis, non autem consuetudinis. Ac si quidem omnes mariti facultates in solo hypobolo numerentur, cum huius liberis coniuncta mater portionem quidem ipsi competentem pleno dominio accipiet, residui vero usumfructum habebit. Si vero ad constitutionem hypoboli facultates non sufficiant, non secundum inventam quantitatem imminuti hypoboli portionem mulier accipiet, sed quae tantum habeat, quantum haberet, si non imminutum et plenum hypobolum esse cognosceretur. Huiusmodi igitur portione mulieri data, reliqua ad liberos pertineant, si vero nihil superfuerit, tanquam hereditatem inopiam auferant. Sed haec quidem de uxore. Vir autem, si quidem liberos non habeat, quo modo alibi cor-

también la satisfacción de las promesas, y que ciertamente de él solo se exija lo prometido cuando prometió que él solo lo daría, pero también del hijo, cuando con el hijo, ya si se aceptaron partes iguales, cuando también éstas no fueron determinadas, ya si desiguales, cuando á una y á otra se les asignaron con diversidad ciertas partes. Porque en esto no hay ninguna perturbación de lo justo, y además esto mira á la utilidad de los hijos, de la que no se cuida gran cosa la constitución publicada en los Códigos. Porque ¿qué resultará? Que muchas veces el padre, mirando al dispendio, y esperando por ello para celebrar el contrato nupcial la edad que le da al hijo facultad para prometer eficazmente, pierde lo que le sería útil al hijo. Así, pues, para que esto sea cómodo para ambos, y no sea mal estimado lo justo, ni se perjudique á la utilidad de los hijos, enmudezca ciertamente el decreto del Código, y tenga observancia en la república lo que también fué admitido por la costumbre. Porque considerado ya en la república como decreto de la ley fué preferido á la constitución, que se halla en los Códigos.

CONSTITUCION XXII

DE QUE LA MUJER, QUE NO REITERA EL MATRIMONIO, ADQUIERA CON DERECHO DE PROPIEDAD LA PORCIÓN QUE UNO DE LOS HIJOS, Y DEL MISMO MODO EL PADRE

El mismo Emperador á STILIANO, *excelentísimo Maestre de los sacros Oficios.*

Así como también en otros muchos casos, cuando no resulta nada que sea absurdo, ni perjudicial para las cosas, hemos cedido á la costumbre, y aun le hemos dado la prerogativa de la ley cuando ya la plebe se ha habituado á ella, y no se dejaría separar de la misma, así también hemos juzgado deber hacer en cuanto á la parte de la donación, que recibe la mujer que tiene hijos, y que no hace común con otro el lecho conyugal arrastrada á segundas nupcias. Porque como una ley más antigua circunscribiera esta donación de modo, que, habiéndosele á la mujer dado en usufructo lo hipotecado, la mujer recibiera además del restante usufructo, de lo mismo hipotecado, la porción que uno de los hijos con derecho de propiedad, después una ley posterior quiso á su vez que esta porción igual á la de uno de los hijos no solamente le produjera á la mujer lucro de lo hipotecado, sino que le correspondiera también en los demás bienes del marido. Establecido, pues, esto así por las leyes, la costumbre, no habiéndose atenido directamente ni á una ni á otra ley, sino en parte á ésta, y en parte á aquélla, no considera que es digno que de la sola hipoteca, ni de los otros bienes del marido que se hallan fuera de la hipoteca, se le dé á la mujer la porción que á uno de los hijos, sino que habiéndola alterado le concede á ella una parte juntamente de todos los bienes del mismo. Así, pues, como no vemos que esta costumbre sea perniciosa para los bienes, hemos considerado justo, como respecto á otras, honrarla con la dignidad de ley, y que tenga desde ahora fuerza de ley y no de costumbre. Y si verdaderamente todos los bienes del marido estuvieran comprendidos en la sola hipoteca, recibirá la madre junto con sus hijos en pleno dominio la porción que ciertamente le compete á la misma, pero tendrá el usufructo de lo restante. Mas si los bienes no fueran suficientes para la constitución de la hipoteca, la mujer recibirá la porción no con arreglo á la can-

rectum et constitutum est, nihil neque accipiet, neque perdet, liberorum autem pater factus, neque secundis nuptiis uxoris desiderium explens, ipse quoque portionem filii accipiet propter liberorum educationem et exhibitam priori matrimonio reverentiam atque honorem.

tidad hallada de la hipoteca disminuída, sino una que importe tanto, cuanto importaría si se viese que la hipoteca no estaba disminuida, sino completa. Así, pues, habiéndosele dado á la mujer esta porción, pertenézcanles á los hijos los demás bienes, pero si no quedaren ningunos, llévense la pobreza como herencia. Mas esto ciertamente en cuanto á la mujer. Pero el marido, si ciertamente no tuviera hijos, no percibirá ni perderá nada, según en otra parte se corrigió y estableció, mas habiendo llegado á ser padre de hijos, y no satisfaciendo en segundas nupcias su deseo de mujer, recibirá también él la porción que un hijo en razón á la educación de los hijos y á la reverencia y al honor guardados al primer matrimonio.

CONST. XXIII

NE PRAESIDES IN PROVINCIIS SUIS DOMESTICA SPONSALIA CONTRAHANT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Dignum profecto erat humano ingenio et magistratuum virtute, eos, qui in magistratum assumti sint, quoniam supra multos alios gloria et honore fruantur, religiosos esse circa observationem et custodiam dei praeceptorum, et providenter subditorum res curare, nec vero illos gravi manu opprimere. At quia sunt, quos ferox et iniquus animus e recta praeceptorum semita deflectens in perversam atque tyrannicam cupiditatem ducit, et pro magistratus cura violentum propositum exhibere facit, tanquam illos refrenatura lex vetus statuit, ne praesides in suis provinciis contractus et sponsalia ineundi licentiam haberent, et hanc subtilitatem quum in filiis, et nepotibus, et aliis virilibus cognatis constituisset, filiarum elocationem non prohibuit. Hoc igitur nos tanquam in optima lege omissum adicientes, sancimus, quemadmodum filios aliosque virilis sexus cognatos et domesticos, ita quoque filias aliasque femininl sexus personas cuiusque provinciae praesides in matrimonium collocare prohiberi. Cur enim filius et si quis alius virilis sexus est, decreto obnoxius sit, filia vero lege superior permaneat? quum tamen virilis sexus saepenumero multis et modis et exercitiis sibi, et coniugi, et aliis, quos affinitas coniunxit, utilis esse possit. Fortasse enim dignitates consecutus, aut mercaturam aliquam instituens, aut aliam sustentandae vitae curam suscipiens neque sibi, ut dixi, neque aliis propinquis inutilis fuerit, quae ut muliebris sexus subeat non fere idoneus est.

CONSTITUCION XXIII

DE QUE LOS PRESIDENTES NO CONTRAIGAN EN SUS PROVINCIAS ESPONSALES PARA LOS DE SU CASA

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Era ciertamente digno del ingenio humano y de la virtud de los magistrados, que los que fueron admitidos en la magistratura, puesto que disfrutan de gloria y honor sobre otros muchos, fuesen religiosos para la observancia y guarda de los preceptos de Dios, y cuidasen próvidamente de los negocios de los súbditos, y no los oprimieran con pesada mano. Mas como hay algunos á quienes un ánimo feroz é inicuo, apartándolos de la recta senda de los preceptos, los lleva á perversa y tiránica codicia, y hace que muestren en lugar del cuidado de magistrado un violento propósito, estableció una antigua ley, como para refrenarlos, que los presidentes no tuvieran licencia para celebrar contratos y esponsales en sus provincias, y habiendo establecido esta escrupulosidad en cuanto á los hijos y á los nietos, y á otros cognados varones, no prohibió el casamiento de las hijas. Añadiendo, pues, nosotros esto, como omitido en una ley óptima, mandamos que á los presidentes de una provincia cualquiera les esté prohibido colocar en matrimonio, á la manera que sus hijos y otros cognados y domésticos de sexo masculino, también las hijas y otras personas del sexo femenino. Pues ¿por qué el hijo y algún otro individuo de sexo masculino, que haya, han de estar sujetos al decreto, y la hija permanecerá siendo superior á la ley? Cuando, sin embargo, el de sexo masculino podría frecuentemente serles útil de muchos modos y maneras á él, y á su cónyuge, y á otros, á quienes unió la afinidad. Porque acaso habiendo alcanzado dignidades, ó estableciendo algún comercio, ó tomando otra ocupación para substentar la vida, no haya sido, como dije, inútil ni para sí, ni para otros parientes, cosa que de ordinario no es capaz de hacer el sexo femenino.

CONST. XXIV

NE FILII NATURALES CUM ADOPTIVIS MATRIMONIUM CONTRAHANT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Multi, dum prisca tempora laudibus celebrant, primas illis in ordinandis constituendisque rebus tribuere volunt, ego vero scio quidem illud in plerisque recentiora vincere, veruntamen in nonnullis vinci. Quum vero non pauca sint, in quibus a recentioribus temporibus superentur, maxime in ado-

CONSTITUCION XXIV

DE QUE LOS HIJOS NATURALES NO CONTRAIGAN MATRIMONIO CON LOS ADOPTIVOS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Muchos, celebrando con elogios los tiempos antiguos, quieren atribuirles la primacía en la ordenación y disposición de las cosas, y yo bien sé que de ordinario son aquellos superiores á los más recientes, pero que en algunas cosas son superados. Mas no siendo pocas aquellas en que son supera-

ptionibus id fieri conspicitur, quas neutiquam cum competente ornatu faciebant, dum sine divinis ritibus et sacris cantibus eas faciebant, ut qui adoptari vellent, id illis simpliciter fieri lex permittebat. Unde saepius evenit, ut sororis appellatio in uxoriam transiret, et quae puella paulo ante filia dicta esset, nurus nomine insigniretur, aut qui filius esset, pro eo gener agnosceretur, coniunctis nuptiali vinculo naturali filio et quem adoptio in filiorum ordinem collocaverat, nec damnaretur res, quoniam, quum sacrum ministerium non intervenisset, nullum inde ad matrimonialem consuetudinem exsisteret obstaculum. Sed olim quidem, quum decente ratione non adoptaretur, quanquam matrimonium improbatum quoddam complecteretur, non tamen etiam nefarium continebat, nunc vero, quum adoptio secundum ritus et decoros et iustos fiat, et per sacrosanctum sacrificium hi quidem in parentum locum, illi vero in filiorum ius subeunt, nulla amplius reliqua ratio est, ut filii adoptivi cum naturaliter genitis in matrimonium connectantur. Quocirca etiam sancimus, nullo modo licere eos, qui ita fratrum nomen subierint, mutato fraternitatis iure in matrimonium iungere.

dos por los tiempos más recientes, se ve que esto sucede principalmente en las adopciones, que de ningún modo hacían con la correspondiente compostura, pues las efectuaban sin los divinos ritos, y sagrados cánticos, y la ley les permitía que esto se hiciera sencillamente á los que quisieran ser adoptados. Por lo que muchas veces sucedió, que la denominación de hermana pasó á la de cónyuge, y la doncella, que poco antes fué llamada hija, era designada con el nombre de nuera, ó que el que fuese hijo fuera conocido en lugar de tal como yerno, habiéndose unido en vínculo nupcial el hijo natural y aquel á quien la adopción había colocado en la categoría de los hijos, y esto no era condenado, porque, no habiendo intervenido sagrado ministerio, no nacía de aquí obstáculo alguno para la vida matrimonial. Mas en otro tiempo ciertamente, como no se adoptaba en forma conveniente, aunque se contraía cierto matrimonio reprobado, no contenía, sin embargo, este también cosa nefanda; pero ahora, como la adopción se hace conforme á ritos decorosos y justos, y unos entran ciertamente en el lugar de padres, y otros en el derecho de hijos, mediante el sacrosanto sacrificio, no hay ya razón alguna para que los hijos adoptivos se unan en matrimonio con los engendrados naturalmente. Por lo cual, mandamos también, que de ningún modo sea lícito unir en matrimonio, habiendo cambiado su derecho de hermano, á los que así hubieren alcanzado el nombre de hermano.

CONST. XXV

DE EMANCIPATIONE ET DOTIS RESTITUTIONE

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quae a veteribus Imperatoribus de emancipatione constituta sunt, eximia illa quidem et digna, quae ab innovatione libera conserventur, haud scio quomodo non decentem reverentiam obtinuerint, sed, tametsi non omnino, at certe despici tamen cernantur. Non recte sane. Quod enim statuerunt, servis libertate donatis non prorsus non auferri donum posse, sed si quis in unam aliquam vetitarum causarum, quae libertatis dignitatem in servitutis habitum transformare possunt, malo animo commisisse deprehenderetur, eum tum rursus in servorum locum deduci, religiose omnes audiunt, et venerantur legem; quod vero liberis patris potestate semel liberatis libera animi voluntate per omnia plene uti permittunt, (1) non similiter visum est audiendum, neque quasi illi improbanda statuissent decreto acquiescendum, sed manifestum nunc est, nulla id ratione (neque enim lege noviter lata reprobatum est) auctoritate privatum esse. Quidam enim iudex censuit (et miror quo pacto censuerit), ne, qui liberi sui iuris facti essent, simpliciter potestatem, quam cepissent, haberent, sed nisi ipsi liberorum patres cernerentur, liberum arbitrium abrogaretur, et rursus patriae potestati subiicerentur; neque vero hoc solum, sed etiam ut, si quis ex semine suo efflorescentem foetum viderit, mox vero hunc torvis oculis adspexerit, et ad liberorum orbitatem redactus sit, ille cum liberis etiam liberam voluntatem amitteret, et neque testamenti factionem haberet, neque donata a parentibus pro arbitrio administrare permitteretur.

CONSTITUCION XXV

DE LA EMANCIPACIÓN Y DE LA RESTITUCIÓN DE LA DOTE

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

No sé cómo no han obtenido la conveniente reverencia las disposiciones que por los antiguos Emperadores se dieron sobre la emancipación, ciertamente muy excelentes y dignas de que fuesen conservadas exentas de innovación, pero, aunque no en absoluto, se ve, sin embargo, que son verdaderamente menospreciadas. Y, á la verdad, no con razón. Porque lo que establecieron, que á los esclavos á quienes se les donó la libertad no se les podía privar en absoluto de la donación, sino que si se descubriera que alguno incurrió con mala intención en alguna sola de las causas vedadas, que pueden transformar la dignidad de la libertad en hábito de esclavitud, solamente entonces era reducido á la condición de esclavo, todos lo oyen con religiosidad, y veneran la ley; pero lo de que á los hijos que una vez quedaron libres de la potestad de su padre les permiten seguir en todo plenamente la libre voluntad de su ánimo, pareció que no debía ser oído del mismo modo, y que como si aquellos hubiesen establecido cosa reprobable no se debía prestar aquiescencia á tal decreto, mas se ahora manifiesto, que por ninguna razón fué esto privado de autoridad (porque no fué desaprobado por ninguna ley nuevamente dada.) Pues cierto juez dispuso, (y me maravilla de qué manera lo dispuso), que los hijos que hubiesen sido hechos de propio derecho no tuvieran simplemente la potestad que hubiesen recibido, sino que, si se viere que no son padres de hijos, se anulase su libre arbitrio, y fueran de nuevo sujetados á la patria potestad; y

(1) *Observa Godofredo, que no solamente en este punto, sino en los demás, está adulterada esta Novela, porque no era cierto que á los hijos emancipados atribuyeran las leyes esta plena ó absoluta potestad, pues por causa de ingratitud volvían á la potestad del padre, y no se explica cómo el Emperador Leon no menciona siquiera esta pena establecida en las leyes contra la ingratitud.– N. del Tr.*

Haec nonnullis placita, et facile a posterioribus suscepta, despecta veteri lege, in hunc usque diem in republica valere conspicitur. Nos itaque pristinam legum hac de re auctoritatem renovantes, nullam sancimus earum legum, quae de dotis restitutione exponunt, abrogari invalidamque esse. At quid aiunt illae leges? si filius liberis orbetur, donationem quidem, a patre venientem ad donatorem reverti, non item vero eam quae aut a matre aut ab extraneo quopiam data filio competat, nisi ita a donatoribus pactum fuerit, ut revertatur; sed etiam quae filiis patres simul atque eos potestate dimiserint dederunt, etiam haec apud eos, qui acceperunt, irrevocabiliter permanere iubent et stare de illis testamenta, nisi pacti cuiuspiam, quum pater donaret, initi obstaculum subsit. His itaque etiam nos adstipulantes, scire omnes iubemus, ut, si filius sui iuris factus nullosque liberos habens testetur, parentes illa duntaxat, quae ex lege Falcidia ad ipsos manant, percepturi sint, nisi pactum, ut supra dictum est, intercesserit, reliqui vero cognati, licet ab intestato vocentur, omnino nihil, ut qui de restitutione pactum interponere neglexerint. Illud vero etiam monendum est, solius virilis personae in potestate esse filium dici; quoniam vero praeter alios modos hic quoque sui iuris filium esse ostendebat, si is qui ipsum in potestate habebat, sive is pater, sive avus esset, libertate ipsum suo ore donasset, nos etiam hoc annectimus, ut, si ad vitam tantum suo arbitrio regendam constitutus filius videatur (sive id verbis eius, cuius sub potestate degit, concessum fuerit, sive verbis quidem factum non sit, sed consensu tacito et filio vitae rationes separatim instituenti non adversante, verum ipsum suo modo seorsum vivere permittente), tametsi a coniugii commercio liber sit, ius tamen liberi arbitrii ratum illi sit. Etenim si servi semel iugo emissi, dum mali non apparent, iterum illud ferre non coguntur, quomodo indignum non est, filios patria potestate liberatos denuo sub iugum mittere, ipsosque perpetua libertate, qua ut dixi vel servi fruuntur, expertes esse?

no solamente esto, sino también, que, si alguno viere que de su propio gérmen comenzaba á brotar un feto, pero la muerte lo hubiere mirado con torvos ojos, y lo hubiera reducido á la falta de hijos, él perdiera juntamente con los hijos también la libre voluntad, y ni tuviera la testamentifacción, ni se le permitiera administrar á su arbitrio lo donado por sus padres. Y se ve que esto que les agradó á algunos, y fué fácilmente admitido por los posteriores, prevalece, habiendo sido despreciada la antigua ley, hasta el día de hoy en la república. Así, pues, renovando nosotros sobre este particular la antigua autoridad de las leyes, mandamos que ninguna de las leyes, que disponen sobre la restitución de la dote, esté derogada é invalidada. Mas ¿qué dicen aquellas leyes? Que si el hijo quedase privado de hijos, vuelva ciertamente al donante la donación que provenga del padre, mas no igualmente la que le competa al hijo habiéndole sido dada ó por la madre ó por un extraño cualquiera, á no ser que así se hubiere pactado por los donantes, para que vuelva; pero manda también que las cosas que los padres les dieron á los hijos al mismo tiempo que los emanciparon de su potestad, permanezcan asimismo irrevocablemente en poder de los que las recibieron, y que subsistan los testamentos relativos á ellas, á no ser que haya el obstáculo de algún pacto hecho al hacer el padre la donación. Y así, asintiendo también nosotros á esto, mandamos que todos tengan entendido, que, si testára el hijo que fué hecho de propio derecho, y que no tiene ningunos hijos, sus padres habrán de recibir solamente lo que por virtud de la ley Falcidia vaya á los mismos, á no ser que, como antes se ha dicho, haya mediado pacto, y nada absolutamente los demás cognados, aunque sean llamados abintestato, como por haber desculdado interponer pacto en cuanto á la restitución. Mas también se ha de prevenir, que se dice que el hijo está bajo la potestad solamente de persona vīril; pero como además de los otros modos también mostraba que el hijo era de propio derecho éste, si el que lo tenía bajo su potestad, ya fuese el padre, ya el abuelo, le hubiese donado de viva voz la libertad, nosotros también añadimos esto, que, si pareciera que el hijo fué constituído solamente para que rigiera á su propio arbitrio su vida, (ya si esto hubiere sido concedido verbalmente por aquel bajo cuya potestad vive, ya si ciertamente no se hubiera hecho de palabra, sino por consentimiento tácito y que no se oponga al hijo que hiciese por separado las cuentas de su vida, sino que le permita al mismo vivir separadamente á su modo), aunque esté libre del comercio matrimonial, tenga él, esto no obstante, ratificado el derecho de libre arbitrio. Porque si los esclavos, una vez librados del yugo, no son obligados, en tanto que no aparecen malos, á soportarlo de nuevo, ¿cómo no sería indigno someter otra vez al yugo á los hijos librados de la patria potestad, y que ellos estén privados perpétuamente de la libertad, de la que disfrutan, como he dicho, hasta los esclavos?

CONST. XXVI

UT EUNUCHI ADOPTARE POSSINT

Idem Imperator STYLIANO, *excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.*

Magnum et excellens hominibus donum dei creatoris est matrimonium. Non modo enim naturae, quae morte consumitur, opem fert, et humano ge-

CONSTITUCION XXVI

DE QUE LOS EUNUCOS PUEDAN ADOPTAR

El mismo Emperador á STILIANO, *excelentísimo Maestre de los sacros Oficios.*

Es para los hombres el matrimonio grande y excelente dón de Dios Creador. Porque no solamente presta auxilio á la naturaleza, que se extingue por

neri perpetuitatem largitur, id dum ab illa depascitur, non omnino deperire sinens, verum etiam aliter per liberorum procreationem permagna hominum vitae praestat. Quid enim suavius ad hominum oblectationem, quam quae ex liberis percipitur voluptas? quid vero utilius in humanis negotiis, tam aliis, quam quae senectus nobis offert? Levari enim senectutis molestias liberorum ministerio videmus. Verum quoniam eam utilitatem per matrimonii commercium consequi non omnes valent, voluit lex, et recte voluit, in eos, qui id donum a natura non accepissent, sua benignitate beneficium conferre. At id propositum non ita erga omnes servabit, ut omni defectu vacuum beneficium daret. Etenim aliis quidem extra matrimonium acquirendi liberos potestatem fecit, alios huius beneficentiae exsortes reliquit, quanquam eius legis, quae in hoc semel edita esset, ut liberorum orbitate eos, qui nullos haberent, liberaret, ac sua ope patres, quibus ex matrimonio id esse non contigisset, efficeret, pertinere ad omnes beneficentiam conveniebat. Sed ita non vult, reiicit vero illos, qui letalia vulnera passi sunt, quorum tamen, quod iniuria affecti et generandi facultate privati sint, misereri par erat. Et repulsae causam dicunt, quod quos natura seminis participes non noverit, his neque lex tale beneficium concedat; at vero non natura, sed hominum iniuria his generandi vim ademit. Qui, quum nostra maiestas recte se habere statuit, ne praeter iniuriam, quam ab hominibus sustinuerunt, alteram per legem iniuriam subirent, iubet (1), eos si adoptare velint, liberam potestatem habere. Existimo enim illic beneficium magis apparere necessarium, ubi commodum, quod inde provenit, utilius est. Eunuchis autem praecipue liberorum ex lege productio in tantum est maxime necessaria, in quantum una hac ratione patres esse possunt, et ita liberorum ministerio ipsis frui contingat, quo inhumanum esset, quoniam genitalibus privati sunt, eos privari. Sed quemadmodum is, cui vocis usus ademtus est, quae linguae munia sunt per manum adimplere, et qui sermonem labris fundere nequit, per scripturam ad ordinandas res suas procedere non impeditur, ita neque eos, qui membris genitalibus privati sunt, prohibere decet, quo minus defectum alio modo compensent.

CONST. XXVII

UT PARITER OMNIBUS ADOPTARE LICEAT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Recte quidem decet eos, qui sua industria rem aliquam humanae vitae utilem adinvenire student, in commune illam proponere, quam certis personis circumscribere, alios vero eius expertes relinquere, longe vero magis legum beneficium commune esse convenit. Nam sicut in magistratu virtute, sic etiam in legibus, quotquot illis paremus atque subditi sumus, inde manante beneficio in commu-

la muerte, y da perpetuidad al género humano, no dejando que este perezca por completo siendo devorado por ella, sino que también por otra parte proporciona mediante la procreación de los hijos muy grandes cosas á la vida de los hombres. Porque ¿qué cosa más delicada para delectación de los hombres, que el placer que se percibe por los hijos? ¿Ni qué más útil en los negocios humanos, así en otros, como en los que nos ofrece la senectud? Pues vemos que las molestias de la senectud se alivian con la ayuda de los hijos. Mas como no todos pueden conseguir esta utilidad por medio del comercio del matrimonio, quiso la ley, y lo quiso bien, concederles por benignidad suya este beneficio á los que no hubiesen recibido de la naturaleza este dón. Mas no mantuvo para todos este propósito, de modo que diese este beneficio exento de todo defecto. Porque á unos ciertamente les da potestad para adquirir fuera del matrimonio hijos, y á otros los deja excluídos de este beneficio, aunque convenía que les correspondiese á todos el beneficio de esta ley, una vez que fué dada para librar de la falta de hijos á los que no tuvieran ningunos, y para hacer por su auxilio padres á los que les hubiese acontecido no serlo en virtud del matrimonio. Mas no lo quiere así, sino que rechaza á los que sufrieron heridas homicidas, pero de los que era justo compadecerse, porque fueron víctimas de injuria, y privados de la facultad de engendrar. Y dicen que es causa de la exclusión, que á los que la naturaleza no los reconoció como teniendo sémen, tampoco la ley les concede este beneficio; mas á éstos les quitó la fuerza de engendrar no la naturaleza, sino injuria de los hombres. Más como nuestra majestad determinó que era conveniente que no sufrieran otra injuria por la ley además de la que por los hombres soportaron, manda que, si éstos quisieran adoptar, tengan libre potestad. Porque estimo que aparece que allí es más necesario un beneficio, donde es más útil el provecho que de él proviene. Y principalmente á los eunucos les es muy necesaria la creación de hijos por medio de la ley, por cuanto solamente de este modo pueden ser padres, y les es así posible disfrutar del auxilio de los hijos, del cual sería inhumano que fueran privados, por haber sido privados de sus órganos genitales. Pero así como no se impide que aquel á quien se le quitó el uso de la voz llene con la mano las que son funciones de la lengua, y que el que no puede expresar su discurso con los labios proceda á disponer de sus bienes por escrito, así tampoco es conveniente prohibirles á los que fueron privados de sus órganos genitales, que de otro modo compensen su defecto.

CONSTITUCION XXVII

DE QUE DEL MISMO MODO LES SEA Á TODOS LÍCITO ADOPTAR

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Ciertamente que es muy conveniente que los que se empeñan en hallar con su industria alguna cosa útil para la vida humana la propongan para el común, y no que la circunscriban á ciertas personas, y dejen privados de ella á los demás; pero conviene mucho más que sea común el beneficio de las leyes. Porque así como tratándose de la magistratura debemos disfrutar en común de su virtud, así

(1) Iubes, *decía el texto, sin duda por errata, y se ha corregido, porque* δεσπίζει, iubet, *dice el griego.—N. del Tr.*

ne frui debemus. At quid sibi vult hoc procemium? Quod lex, quae liberis orbos exsistentes liberare infortunio voluit, dum adoptando etiam voluntate comparari iussit, quod a natura accipi non facile posset, non erga omnes similiter servavit propositum, sed viros quidem, et mulieres, quas natura matres quidem novit, ademtio vero sobolis ad liberorum orbitatem redegit, adoptandi iure donavit, eunuchos vero, et mulieres, e quarum sinu nondum ullus foetus efflоruit, beneficio indignos censuit, tam viliter nescio quomodo ratiocinata. Non enim quia hoc incommodo, ut natura patres esse nequeant, eunuchi affecti sunt, propterea incommodum lege augeri oportet, sed potius non prohibere eos, quominus hunc defectum alio modo compensent, quemadmodum aliis membris, quae ad actiones naturales requiruntur, ut manibus et pedibus mutilatis, aut si quo alio membro privati sint homines, non prohibentur quocunque modo possint mutilationem compensare. Neque vero etiam mulieres, quia matres non fuerint, in adoptando coërcere rationi consentaneum est. Quae enim ratio est, ut illis, quae liberis orbatae sint, denuo acquirendorum liberorum ius concedatur, has vero, quae istiusmodi possessionis prorsus inopes fuerint, per omnem vitam in illa inopia vivere velit? Etenim si haec praecipua ex liberis utilitas est, ut parentes in senio sustentent, cur non et has, et illas ex aequo beneficii participes esse concedere decebat? Sic enim et iis, quibus tenues arctaeque facultates sunt, filiorum ope et auxilio levior paupertas est, et quibus abundantia et divitiae suppetunt, etiam his adoptio conducit. Nam qui in filii locum assumtus est, is et inserviens matri, et pro illa quae par est filium facere sedulo exsequens, bona illius in suo statu manere procurabit, et cum matre curarum onus partitus, illam tranquillius laetiusque vivere efficiet. Nostra itaque imperatoria maiestas, iis legibus, quae adoptare his, quos diximus, non permittunt, vim suam abrogans, evulgat legem, quae omnibus, qui adoptare velint, sive quae viro orbata sit, sive aliquam necdum matrem sol viderit, eius faciendi potestatem facit, non solum ob commoda, quae ex adoptione manare dixi, sed etiam quod inde virginitatis decus cohonestari animadvertam. Esse enim, quae coniugali consuetudini virginitatem quidem anteponunt, interim vero liberorum desiderio punguntur, quum id extra matrimonii consuetudinem consequi se posse videbunt, virginitatis honestatem non negligent. Neque enim decet, quia mulieri liberos in potestate habere permissum non est, propterea illi adoptare non licere. Primum quidem, quia si quis hoc admittat, non modo mulieres, quae nunquam peperierunt, verum etiam quae matres exstiterunt, ab adoptione arcet; femina enim, ut dicit, habere in potestate liberos non potest. Deinde vero quae hoc sancit lex loquitur de illis, qui a matribus recedentes, seorsum suo arbitratu vivere malunt, non item vero de iis, qui materna imperia libenter tolerant, et ipsarum praescriptis per omnem vitam parere proposuerunt. Non igitur obedientiam et famulatum voluntarium, qui et quomodo fit, lex prohibet, sed illic femina potestate privatur, ubi voluntatis assensus ad obedientiam non coit. Nam si hoc ita esset, quomodo multae matres viduae liberos secum una viventes et subditos ad extremum usque diem habent, et animam in illorum manibus exspirantes maternae benedictionis suarumque facultatum illos relinquunt heredes? Illud vero etiam imperatoria nostra maiestas benigne subditis largitur, ut non modo ab Impera-

también, tratándose de las leyes, de los beneficios que de ellas dimanan cuantos á ellas obedecemos y estamos sujetos. Mas ¿qué quiere decir este proemio? Que la ley, que quiso librar de su infortunio á los que estaban privados de hijos, en cuanto que mandó que también adoptando se adquiriese con la voluntad lo que facilmente no se pudiere recibir de la naturaleza, no mantuvo su propósito igualmente para todos, sino que el derecho de adoptar se lo donó ciertamente á los varones, y á las mujeres á quienes verdaderamente conoció como madres la naturaleza, pero á quienes la muerte de su prole las redujo á la carencia de hijos; mas consideró indignos del beneficio, habiendo raciocinado, no sé cómo, tan vilmente, á los eunucos, y á las mujeres, de cuyo seno no germinó ningún fruto. Pues no porque los eunucos sufran la molestia de no poder ser por naturaleza padres, se les debe aumentar por la ley la molestia, sino que, antes bien, no se les debe prohibir que compensen de otro modo este defecto, á la manera que, mutilados otros miembros, que se requieren para las acciones naturales, como las manos y los piés, ó si de otro cualquier miembro estuvieran privados los hombres, no se les prohibe que de cualquier modo puedan compensar la mutilación. Y tampoco es conforme á la razón castigar en cuanto á la adopción á las mujeres, porque no hayan sido madres. Porque ¿qué razón hay, para que á las que hayan sido privadas de hijos se les conceda el derecho de adquirir de nuevo hijos, y para que quiera que las que hayan estado privadas absolutamente de esta posesión vivan toda su vida en esta privación? Pues si la principal utilidad de los hijos es esta, que sustenten á los padres en la vejez, ¿por qué no sería conveniente conceder que éstas y aquéllas fuesen por igual partícipes del beneficio? Pues de este modo, con la ayuda y el auxilio de los hijos es más llevadera la pobreza para las que tienen débiles y reducidos bienes, y les es también conveniente la adopción á las que les favorecen la abundancia y las riquezas. Porque el que fué adoptado en lugar de hijo, sirviendo á su madre, y ejercitando diligentemente á favor de ella lo que es natural que haga un hijo, procurará que se conserven en su estado los bienes de ella, y habiendo compartido con su madre la carga de los cuidados, hará que ella viva más tranquila y alegremente. Y así, quitándoles nuestra imperial majestad su fuerza á las leyes que no permiten que adopten los que hemos dicho, divulga una ley, que á todos los que quieran adoptar, ya sea la que haya sido privada de marido, ya sea alguna á la que el sol no la hubiere visto todavía madre, les da facultad para hacer esto, no solamente por razón de los beneficios que he dicho emanan de la adopción, sino también porque advierto que de este modo se cohonesta el decoro de la virginidad. Porque las que ciertamente anteponen la virginidad al hábito conyugal, pero son mientras tanto aguijoneadas por el deseo de hijos, cuando vieren que ellas pueden conseguir esto sin el hábito del matrimonio, no descuidarán la honestidad de la virginidad. Pues no es conveniente, que, porque á la mujer no se le permitió tener bajo su potestad á los hijos, no le sea lícito adoptar. En primer lugar ciertamente, porque si alguno admitiera esto, rechazará de la adopción no ya solo á las mujeres, que nunca parieron, sino también á las que fueron madres; porque la mujer, como dice, no puede tener bajo su potestad á sus hijos. Y en segundo lugar, la ley que dispone esto habla de los que separándose de sus madres prefieren vivir separadamente á su arbitrio, mas

tore (quemadmodum vetustiores leges praecepere), sed etiam a quocunque, cui cuiuscunque loci rectio iniuncta erit, qui adoptare volet id faciendi facultatem accipere possit.

no también de los que toleran de buen grado el imperio materno, y se propusieron obedecer toda su vida á los mandatos de las mismas. No prohibe, pues, la ley la obediencia y la sumisión voluntaria, cualquiera que sea y como quiera que se haga, sino que priva de la potestad á la mujer allí donde no concurre para la obediencia el asenso de la voluntad. Porque si esto fuese así, ¿cómo muchas madres viudas tienen consigo á los hijos viviendo juntamente con ellas y á ellas sujetos hasta su último día, y al expirar su alma en brazos de ellos los dejan herederos de la bendición materna y de sus bienes? Mas nuestra imperial majestad les concede benignamente á los súbditos también esto, que el que quiera adoptar pueda recibir la facultad de hacerlo, no ya solo del Emperador, (como preceptuaron las antiguas leyes), sino también de cualquiera, á quien le hubiere sido encomendada la gobernación de cualquier localidad.

CONST. XXVIII

[QUO TEMPORE ET A QUIBUS RERUM SUARUM ADMINISTRATIO ADULTIS CONCEDI DEBEAT] (1)

Idem Imperator STYLIANO, *excellentissimo sacrorum Officiorum Magistro.*

Quoniam etiam hoc legislatoribus recte placuit ut orbatis minoribus tutores praeficerentur, qui parentum de illis curam supplerent, dum aetatis quidem imbecillitatem curae haberent, bona vero conveniente sollicitudine illaesa conservarent, quod legislationi recte se habenti deest, ex nobis addendum putavimus. Igitur quis ille defectus est? Quod vult solo Imperatore iubente recedere curatores rerum administratione, tradi vero eam minoribus, postquam aetatis terminum attigerint, quem maribus vicesimus, feminis vero decimus octavus annus tribuit, et tanquam ad hanc aetatem, qua sapere et recte atque utiliter res suas administrare possunt, pervenerint, in plenam rerum suarum potestatem collocari. Verum quoniam ut sapiant omnibus non similiter contingit, non ita simpliciter statui, neque ex sola aetate ad rerum suarum gubernationem pariter omnes produci oportebat, sed quo tempore petitur, eorum qui rerum suarum administrationem suscepturi essent, statum requirere. Quid enim? si hic quidem, postquam etiam eam aetatem egressus sit, nondum satis sapere coeperit, administratione dignus iudicabitur, ille vero, quanquam infra eam aetatem sit, si prudentia non destituatur, ut recte res suas administrandas suscipere possit, ab administratione arcendus erit? Quoniam igitur non minus animo quam corpore inter sese homines differunt, et alii (2) etiam ante legitimum tempus rationem bene constitutam habent, aliis vero etiam id supergressis mens nondum stabilita est, quod lex haec ita vellet, ut defectuosa eadem esset, factum est. Quin et alia incommoda sunt; primum quidem, quod facile non est, immo plane fieri nequit, ut ad omnes legislatoris voluntas pertingat. Quomodo namque qui longis terrae marisque distinentur intervallis (ut alias vitae difficultates, morbos, et insidiarum hostilium metus, et membrorum mutilationes omittam, quae saepe ne ex ipso quidem domicilii loco prodire, nedum longinquam profectionem suscipere permit-

CONSTITUCION XXVIII

[EN QUÉ TIEMPO Y POR QUIÉNES SE LES DEBA CONCEDER Á LOS ADULTOS LA ADMINISTRACIÓN DE SUS PROPIOS BIENES]

El mismo Emperador á STILIANO, *excelentísimo Maestre de los sacros Oficios.*

Puesto que á los legisladores les plugo acertadamente también esto, que de los menores huérfanos fuesen encargados tutores, que supliesen respecto de ellos el cuidado de los padres, cuidando ciertamente de la debilidad de la edad, y conservando ilesos con la conveniente solicitud los bienes, hemos juzgado que se debía añadir por nosotros lo que a la legislación le falta para que esté bien. Así, pues, ¿cuál es aquel defecto? Que quiere que sólo mandándolo el Emperador se aparten de la administración de los bienes los curadores, y sea ella entregada á los menores, después que hubieren alcanzado el término de la edad, que para los varones lo concede el año vigésimo, y para las hembras el décimo octavo, y que, cuando hubieren llegado á esta edad, en la que pueden tener juicio y administrar recta y convenientemente sus bienes, sean puestos en la plena potestad de sus bienes. Mas como no acontece respecto á todos que del mismo modo tengan juicio, era menester que no se dispusiera así sencillamente, y que no fueran llevados todos igualmente solo por virtud de la edad á la administración de sus propios bienes, sino que, al tiempo en que se pide, se investigue el estado de los que hubiesen de encargarse de la administración de sus propios bienes. Porque ¿qué se dirá? Si éste ciertamente, aun después que haya salido de esta edad, no hubiere comenzado todavía á tener suficiente juicio, ¿será juzgado digno de la administración, y aquél, aunque sea de edad inferior á esta, si no estuviera falto de prudencia, para que convenientemente pueda encargarse de administrar sus bienes, habrá de ser rechazado de la administración? Así, pues, como los hombres difieren entre sí no menos por el espíritu que por el cuerpo, y unos tienen bien constituída su razón aun antes del término legal, pero en otros, aun habiendo pasado de él, no está sentado todavía el juicio, resultó, porque así lo quería esta ley, que ella misma fuese defectuosa. Y aun hay otros inconvenientes; en pri-

(1) *Esta rúbrica fué redactada por Steph., y por eso va entre paréntesis.*

(2) atiis, *se leía en el texto, sin duda por errata.—N. del Tr*

tunt), quomodo igitur his et sexcentis aliis, quae mortalium vitam allidunt, adolescentes impediti rerum suarum administrationem ab unius Imperatoris nutu accipient? Quod ergo, sicut superius diximus, legislationi deerat, id adimplentes iubemus, ut qui puberes imperfectae aetatis tempus iam superarunt, id est mares quidem annum vicesimum, feminae vero decimum octavum, et animum ad res gerendas idoneum habent, et prudentiam sufficientem, per quam administratio refrenata rebus non officiat, nec illa nocenter concessa videatur, his rerum suarum auctoritas detur. Accipiant itaque tales, et sua gubernent. At quibus rerum recte gerendarum iudicium adhuc deest, ideoque sibi ipsis (utpote qui quum gubernare debeant, imprudentiae imperio regantur) damnosi futuri sint, etiamsi id tempus praetergressi fuerint, non percipient. Etenim si qui propositus finis erat, ut bona recte administrarentur, is necdum praesens est, qua ratione, quanquam aetas advenit, secure ipsis committentur, quae sub ipsius procuratione non recte administrabuntur? Ita vero etiam rebus suis praeesse idonei constituti, licet ad administrationis tempus nondum pervenerint, non prohibebuntur. Unum est enim quod requiritur, ne bona labefactentur, quod quum adsit, supervacaneum est aetatem exspectare. Et non tantum imperium rerum suarum procurationem administrationemque concedet, verum etiam quibus in unoquoque loco magistratus obtigerit, et iudicare libere licet. Ita enim et legislatoris providentia omnibus, qui indigent, utilis erit, atque lex vim suam magis exseret.

mer lugar ciertamente, que no es fácil, mas aun, que en absoluto no se puede hacer, que la voluntad del legislador alcance á todos. Porque ¿cómo los que están separados por grandes espacios de tierra y de mar, (omitiendo otras dificultades de la vida, enfermedades, miedo á las acechanzas de enemigos, y mutilaciones de miembros, que con frecuencia no permiten ciertamente salir del mismo lugar del domicilio, mucho menos emprender un largo viaje), cómo, repito, los adolescentes, que estén impedidos por estas y otras seiscientas cosas que afectan á la vida de los mortales, recibirán por disposición de un solo Emperador la administración de sus propias cosas? Supliendo, pues, según antes hemos dicho, lo que faltaba á la legislación, mandamos, que á los púberos, que ya pasaron el tiempo de la edad imperfecta, esto es, los varones ciertamente á los veinte años, y las mujeres á los dieciocho, y tienen inteligencia adecuada para administrar los bienes, y prudencia suficiente por la que, refrenada su administración, no perjudique á los bienes, y no parezca que aquella les fué concedida perjudicialmente, se les dé autoridad sobre sus propios bienes. Y así, recíbanlos los que son tales, y gobiernen lo suyo. Mas no los percibirán aquellos á quienes falta todavía juicio para administrar bien sus bienes, y que por lo mismo habrían de ser perjudiciales para sí mismos, (como los que debiendo gobernar son gobernados por el imperio de su imprudencia), aunque hubieren pasado de este tiempo. Porque si aun no ha llegado el fin que se había propuesto, de que los bienes fuesen bien administrados, ¿por qué razón, aunque la edad haya llegado, se les encomendarán con seguridad á los mismos las cosas que por su cuidado no serán bien administradas? Y así, á los que son idóneos para estar al frente de sus bienes no se les prohibirá esto, aunque todavía no hayan llegado al tiempo de la administración. Porque es una sola cosa la que se persigue, que no se arruinen los bienes, y, no sucediendo esto, es supérfluo esperar á la edad. Y no solamente el imperio concederá la procuración y administración de los propios bienes, sino también aquellos á quienes en cada localidad les corresponderé la magistratura y les sea lícito juzgar libremente. Porque así la disposición del legislador será útil para todos los que la necesitan, y la ley mostrará más bien su fuerza.

CONST. XXIX

[UT ANCILLAE PARTUS APUD ALIUM EDITUS AD IPSIUS DOMINUM SEQUATUR] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quemadmodum eum sermonem, qui nullam prae se fert mendacii perversitatem, verum esse atque rectum scimus, ita etiam veram legem, quae iniquitate perverti non deprehenditur, ut si qua id non observet, ea lex non est, quamvis ea appellatione digna habita sit. Si enim hoc legis est, ut suum cuique tribuat, quomodo quae hoc non praestat, lex erit? Videntur quidem aliae etiam leges dictae in id committere, non minus vero illa, quae partum ancillae, quae non apud dominum, sed furto aliove modo subducta, apud alium quempiam peperit, postquam facinus innotuit, non cum matre ad suum dominum venire, sed ab hoc, quem alieni

CONSTITUCION XXIX

[DE QUE EL PARTO DE UNA ESCLAVA DADO Á LUZ EN PODER DE OTRO CORRESPONDA AL DUEÑO DE LA MISMA]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Así como sabemos que es verdadero y recto el lenguaje que no hace ostentación de ninguna perversidad de mentira, así también que es verdadera ley, la que no se halla que esté pervertida por iniquidad, de suerte que, si alguna no guardara este requisito, esta no es ley, aunque haya sido considerada digna de esta denominación. Porque, si es propio de la ley dar á cada cual lo suyo, ¿cómo será ley la que no lo da? Y se ve ciertamente que incurren en esto también otras llamadas leyes, pero no menos la que manda que el parto de una esclava, que no parió en poder de su señor, sino substraída por hurto ó de otro modo en poder de otro cualquiera, no vaya,

(1) *También fué compuesta por Steph. esta rúbrica.*

mancipii dominum fuisse constat, detineri iubet. Hoc itaque, quia non recte se habere visum est, conveniente medela nos dignati iubemus, ut matrem suus partus sequatur. Non enim quia fur sustinet, quae lex domino persolvi debere decernit, idcirco etiam ille ancillae quidem suae partu privari, eum vero alius lucrari debet. Ad lucrum enim huic sufficit, quod illa ad ministerium usus est. At dicunt: Sed si pretio pro ea soluto sic eam acquisiverit, oportet et quid lucrari eum ex pretio, ideoque absurdum non est, partum apud ipsum permanere. Sed si quis hoc ad detinendum foetum rectum putat, quomodo non rectius, ut sequi debeat, a priore domino prius solutum pretium praetendatur? Quin quomodo convenientius non est eum, qui iacturam fecit, indeque dolores in corde pertulit, ex accessione delinimentum sentire, quam illum eam habere, qui, praeterquam quod nihil amisit (ab illo enim, qui furto subductam ancillam ipsi vendidit, pretium recuperare licet), quanta ei ministeria praestitit, ea lucratus est? Neutiquam ergo, ut diximus, retineatur partus, sed quemadmodum matrem, sic etiam filium prior dominus habeat. Sive autem qui furtum commisit, dives sit, dum iste pretium, quod male accepit, reddit, nihil amplius negotii restet, sive mortuus, aut vivus quidem, inops vero, quantum ad solutionem eius, quod lex a furibus exigit, etiam sic iustius est, ei, qui ancillam amisit, eius iacturam filii cum matre restitutione sanari.

CONST. XXX

DE MULIERE, QUAE VIVO MARITO CUM ALIO VIRO MATRIMONIUM CONTRAHAT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quemadmodum si leges reipublicae non utiles deprehenduntur, necessario illas iusta reipublicae providentia in melius transformat, ita quoque eiusdem providentiae munus est, ut leges recte constitutas et nihil subditos contristantes a male constitutis subditosque contristantibus separet, atque illas praeferat, quando eadem de re duae inter se pugnantes leges statuunt. Quomodo enim rationis esset, duces quidem atque praefecti ex peioribus praestantiores eligi, et qui in gubernatione ad subditorum utilitatem omnia facturi putantur, praeponi, etsi hi non in perpetuum gubernabunt, ex legibus vero, quibus, donec respublica consistet, gubernatio datur, non praestantissimas, sed peioris notae, et quas neque a principio innotuisse decebat, ad gubernacula deduci? At quorsum haec a nobis dicta sunt? Iustinianus ille, cuius diadema praeter pietatem etiam subditorum cura decoravit, quum prius de solutione matrimoniorum sanctionem edidisset, ut, si mulier marito superstite de matrimonio cum altero agat, non amplius illam ut ipsius membrum ipsi iungi liceat, sed ceu insidiatrix ab ipso avellatur, postmodum sibi ipse contradicens, ob hanc causam dirimi non permisit matrimonium. Nos itaque priorem viri voluntatem, ut quae his ipsis, quae statuit, roboretur, et adversus matrimonia insidias praecidat, humanae vitae uti-

después que se conoció el delito, juntamente con la madre á poder de su dueño, sino que sea retenido por el que consta que fué señor de una esclava ajena. Y así, como pareció que esto no se hallaba bien dispuesto, habiéndonos dignado nosotros poner conveniente remedio, mandamos que su parto siga á la madre. Pues no porque el ladrón retiene lo que la ley dispone que se debe dar al dueño, debe por ello ser también éste privado ciertamente del parto de su propia esclava, y lucrarse otro con él. Porque le es suficiente para lucro haberla utilizado para su servicio. Pero dicen: mas si la hubiere adquirido habiendo pagado precio por ella, es menester que lucre también alguna cosa por el precio, y por lo tanto no es absurdo que el parto quede en poder del mismo. Mas si alguien juzga recto esto para retener el feto, ¿cómo no juzgará más recto, para que deba seguir á la madre, que por el dueño anterior se alegue el precio pagado antes? Y aun ¿cómo no es más conveniente que el que sufrió una pérdida, y por ella sintió dolores en el corazón, experimente alivio con la ganancia, que no que esta la tenga el que además de no haber perdido nada, (porque es lícito que recobre el precio del que á él mismo le vendió la esclava substraida por hurto), se lucró con cuantos servicios le prestó? Así, pues, de ningún modo sea retenido, según hemos dicho, el parto, sino tenga el dueño anterior, de la misma manera que á la madre, también al hijo. Mas ya si fuera rico el que cometió el hurto, y, devolviendo el precio que recibió malamente, no quedara nada más del negocio, ya si hubiera muerto, ó viviera ciertamente, pero fuese insolvente para el pago de lo que la ley exige á los ladrones, también así es más justo que al que perdió la esclava se le indemnice su pérdida con la restitución del hijo juntamente con la madre.

CONSTITUCION XXX

DE LA MUJER QUE VIVIENDO SU MARIDO CONTRAE MATRIMONIO CON OTRO VARÓN

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Así como, si se ve que las leyes no son útiles para la república, las transforma necesariamente en otras mejores la justa previsión de la república, así también es obligación de esta previsión separar las leyes bien establecidas, y que en nada contristan á los súbditos, de las mal establecidas y que los contristan, y preferir aquellas, cuando sobre una misma cosa estatuyen dos leyes que pugnan entre sí. Porque ¿cómo sería de razón, que ciertamente los duques y los prefectos fueran elegidos como mejores de los peores, y que sean preferidos los que se juzgan que en el gobierno todo lo harán en utilidad de los súbditos, aunque ellos no gobernarán perpétuamente, pero que de las leyes, por las que, mientras subsiste la república, se da la gobernación, sean aplicadas á la gobernación no las más excelentes, sino las de peor nota, y las que desde un principio convenía no haber conocido? Mas ¿para qué ha sido dicho esto por nosotros? Aquel Justiniano, cuya diadema decoró además de la piedad también la solicitud por los súbditos, habiendo dado antes una disposición respecto á la disolución de los matrimonios, para que, si la mujer, viviendo su marido, tratara de contraer matrimonio con otro, no sea lícito que ella se una ya al mismo como miembro de él, sino que como insidiosa sea separada del mismo, después, contradiciéndose él á sí mismo, no

liorem esse intelligentes, eam lege lata in republica observari iubemus, quam vero cantata palidonia invulgavit, eam in reipublicae nostrae theatro locum invenire non permittimus. Si quae igitur marito adhuc vivo cum alio de matrimonio communicasse deprehendatur, ut quae se ipsa nefario proposito separaverit, et matrimonii solutione ab illo separetur, et profecto etiam pecuniariis poenis subiicietur, quibus tenentur, quae aliis modis a maritis avelluntur. Quae enim matrimonii compage in unam quidem carnem cum marito coiit, non acquiescit autem, sed simul ad alium respiciendo, creatorem, qui illam (1) coniunxit, contumelia afficit, simul in maritum hostili animo est, quomodo non iuste haec, quum prius se ipsa a coniunctione prorsus separaverit, demittatur? Et sane quando mulier protervo proposito oculum a membro suo avertens, in alienum respicere gestit, quae certiora signa hostilis eius in maritum animi videantur?

permitió que el matrimonio se disolviera por esta causa. Y así, entendiendo nosotros que es útil para la vida humana la primera voluntad de aquel hombre, como la que está robustecida por lo mismo que estableció, y pone coto á las acechanzas contra los matrimonios, mandamos que por ley promulgada sea observada ella en la república, y no permitimos que la que cantada la palinodia publicó halle lugar en el teatro de nuestra república. Así, pues, si se hallara que alguna, viviendo todavía su marido, habló con otro de matrimonio, como si ella misma se hubiere separado con su nefando propósito, sea separada de aquél con la disolución del matrimonio, y sea ciertamente sometida también á las penas pecuniarias á que están sujetas las que de otros modos son separadas de sus maridos. Porque la que en la unión del matrimonio se juntó ciertamente en una sola carne con su marido, pero no se dió por satisfecha, sino que causó afrenta al Creedor que la unió, ya mirando á otro, ya si tiene ánimo hostil contra su marido, ¿cómo no será ésta repudiada con justicia, cuando antes se separó por completo ella misma de la unión? Y verdaderamente, cuando la mujer apartando con protervo propósito sus ojos de su propio miembro arde en deseos de mirar á otro, ¿qué señales parecerán más ciertas de su ánimo hostil contra su marido?

CONST. XXXI

[UT QUAE MULIER MARITI ODIO ABORTAT REPUDIARI AB ILLO POSSIT] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Qui hominem e terra creavit, costa ipsius in mulierem transformata adiutricem illi ex ipsius membris coniunxit, quo videlicet suae creationis causam illa cognoscens, et hinc discat, qua lege erga coniugem benevolentiam atque amorem incontaminatum conservet. Quae igitur ita animata est, et benevolentiam suam marito servat, revera illa adiutrix est, neque creatoris promissum fallit, quae vero diverso animo est, non amplius neque illud esse cognoscitur, neque caro ex carne vel membrum eius est, quanquam coniugium in unum illam cum marito cogere annisum fuerit. Propterea quum de muliere, quae propter inimicitias, quas cum marito habet, de industria abortando, neque in vitae lucem foetum producendo seminis ipsius fructum opprimit, duae leges latae sint, quarum una repudiare iniuria affectum maritum iubeat, altera vero non permittat, nos legi divortium suadenti assentientes, utpote multo utiliori, illi auctoritatem tribuimus. Absurdum enim mihi et prorsus iniustum videtur, eam, quae tam apertum in maritum odium suscepit, ut ipsius semen disperdat (omitto enim, quod communi naturae insidiata sit), ipsi cohabitare. Nam si eos, qui aliud aliquod opus damno afficiunt, tanquam inimicos aversamur, quomodo eam, quae procreandorum liberorum operi maxime necessario et praestantissimo [gravissimam] noxam fecit, ipse laesus ut suam apud se habere poterit, nec ut insidiatricem et hostem dimittet? quod insuper evidentius signum requiras, ut mulierem marito inimicam esse cognoscas? quomodo vero manifestum non est, quod dum contra illum sentit, in vitam progressu foetum privat? Quemadmodum igitur dictum est, lex, quae ipsos

CONSTITUCION XXXI

[DE QUE LA MUJER QUE ABORTA POR ÓDIO Á SU MARIDO PUEDA SER REPUDIADA POR ÉL]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

El que creó al hombre de la tierra, habiendo transformado en mujer una costilla del mismo, le unió á él una auxiliar formada de sus mismos miembros, para que ciertamente, conociendo ella la causa de su creación, aprenda de este modo por qué ley conservará benevolencia y amor puro hacia su cónyuge. Así, pues, la que está así animada y le conserva su benevolencia al marido, es realmente auxiliar, y no defrauda la promesa del Creador, pero la que es de diverso ánimo, se conoce que ya ni es esto, ni es carne de su carne ó miembro de él, aunque el matrimonio se haya esforzado para juntarla en unidad con su marido. Por esto, como respecto á la mujer que abortando de intento por razón de enemistades que tiene con su marido, y no dando á la luz de la vida el feto, mata el fruto del gérmen del mismo, se promulgaron dos leyes, una de las que manda que el marido que sufre la injuria la repudie, pero la otra no lo permite, asintiendo nosotros á la ley que aconseja el divorcio, como mucho más útil, le concedemos autoridad. Porque me parece absurdo y del todo injusto, que la que cobró ódio tan manifiesto contra su marido, que hace perder el gérmen del mismo, (pues omito las acechanzas que puso á la común naturaleza), cohabite con él. Pues si á los que causan daño á alguna otra obra les tenemos aversión como á enemigos, ¿cómo el mismo perjudicado podrá tener junto á sí como suya, y no la rechazará como insidiosa y enemiga, á la que causó gravísimo daño á la obra de la procreación de los hijos, sumamente necesaria y muy excelente? ¿Qué otra señal más evidente requerirás además para conocer que la mujer es enemiga del marido? ¿Y cómo no es manifiesto que, porque

(1) illum, *decía el texto, pero* illam *se lee en Agileo y requiere el sentido.—N. del Tr.*

(2) *El texto griego de esta rúbrica fué compuesto por Steph.*

separat, obtineat, atque maritus discedendi a muliere in hoc facinore deprehensa facultatem habeat. Nam si etiam eam, quae solum extra aedes mansit, aut cum hominibus, cum quibus non decet, convivata est, lex a nexu matrimoniali separat (quum tamen hic in maritum odii nullum tam evidens testimonium sit, et accidisse id illi citra matrimonii iniuriam videri etiam possit), quam rationem habeat, eam, quae tantum quidem odium concepit, ita vero iniuste in maritum et naturam egerit, non disiungere, si ita marito videatur, et iubere ipsum uxorem habere, quae ipsius vitae insidietur?

CONST. XXXII

DE ADULTERIS MANIFESTO DEPREHENSIS

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Adulterii scelus, si quod aliud, gravem horrendamque poenam exigit, et puto non minorem quam homicidii. Homicida enim persaepe unius tantum sanguinaria manu vitam evertit, scelestus vero adulterii perpetrator plurimorum vitam tollit, mariti, liberorum, cognatorum, aliorumque, dum uno vulnere dilacerato matrimonio omnes prosternit. Veruntamen quia, quum olim id facinus morte puniretur, visum est posterioribus initiorem proferre sententiam, ac vero nos semper fere ad benigniora trahimur, quam illi constituerunt poenam, ut nempe nasus detestandis illis ambobus abscindatur, hanc et nos statuimus. Sed haec quidem istius sceleris sit poena. Quoniam vero etiam maritum pro tanta iniuria sine consolatione relinqui non oportet, solatium habeat in retinendo dotem mulieris, quae iniuste iura matrimonii violavit. Insuper mulieri ad alteras nuptias prosultare, neque quasi in nasi abscissione praemium acceperit, libere in posterum se cum libidinosis commiscere, nequaquam permittatur, sed ob scelus commissum in monasterium detrudatur, ubi in contritione animae leviorem sibi inde poenam faciat; et si quidem monasticae vitae desiderio correpta illam susceperit, quaecunque ipsius bona a dote separata sunt, ea liberi et monasterium inter se dividant, si vero liberi non supersint, pro illis parentes ad divisionem procedant, si vero vel his destituta sit, reliqui cognati. Quodsi in profano habitu e vita excedat, quum testamenti factionem omnino habeat, prout illa constituerit, facultates sive bona extra dotem constituta dispensabuntur.

CONST. XXXIII

NE CAPTIVORUM UXORIBUS ALIIS NUBERE LICEAT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Si quidem illos, qui olim leges tractarunt, eo fuisse animo suspicatus essem, ut prorsus sua corrigi nollent, quanquam inter illa esset, quod corre-

siente contra él, priva al feto de su progreso hacia la vida? Así, pues, tenga, según se ha dicho, observancia la ley que los separa, y tenga el marido facultad para separarse de la mujer, que haya sido descubierta en este delito. Porque si también á la que solamente se quedó fuera de la casa, ó celebró convites con hombres con quienes no era conveniente, la ley la separa del enlace matrimonial, (cuando, sin embargo, en este caso no hay ningún testimonio tan evidente de ódio contra el marido, y aun puede parecer que esto le haya sucedido sin injuria del matrimonio), ¿qué razón tendrá para no separar, si así le pareciera al marido, á la que ciertamente concibió tanto ódio, y tan injustamente hubiere obrado contra el marido y la naturaleza, y para mandarle al mismo que tenga como mujer á la que pone acechanzas á su vida?

CONSTITUCION XXXII

DE LOS ADÚLTEROS MANIFIESTAMENTE DESCUBIERTOS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

El crimen del adulterio, si alguna otra cosa, exige grave y horrenda pena, y juzgo que no menor que la del homicidio. Porque muchísimas veces el homicida quita con su sanguinaria mano solamente la vida de uno, pero el malvado perpetrador del adulterio quita la vida á muchos, al marido, á los hijos, á los cognados, y á otros, echándolos por tierra á todos habiendo dilacerado con una sola herida el matrimonio. Mas como, castigándose en otro tiempo con la muerte este crimen, les pareció bien después á otros proferir sentencia más moderada, y nosotros ciertamente nos inclinamos siempre á lo más benigno, estatuímos asimismo la pena que aquellos establecieron, á saber, para que se les corte la nariz á aquellas dos detestables personas. Y sea esta ciertamente la pena de este crimen. Pero como tampoco es conveniente que se deje sin consuelo de tan grande injuria al marido, tenga consuelo reteniendo la dote de la mujer, que injustamente violó los derechos del matrimonio. Y además, de ninguna manera se le permita á la mujer lanzarse á otras nupcias, ni que, como si recibiere premio por la amputación de la nariz, se mezcle libremente con los libidinosos, sino sea por el crimen cometido encerrada en un monasterio, donde con la contrición de su alma haga más llevadera para sí esta pena; y si arrastrada ciertamente por el deseo de la vida monástica la abrazare, divídanse entre sí los hijos y el monasterio cualesquiera bienes de la misma, que fueron separados de la dote, y si no sobrevivieran hijos, procedan en lugar de ellos á su división los padres, y, si aun de éstos careciera, los demás cognados. Mas si en hábito profano se fuera de esta vida, como quiera que tiene en absoluto la testamentifacción, distribúyanse, según ella hubiere determinado, sus riquezas ó sean los bienes, que se hallen fuera de la dote.

CONSTITUCION XXXIII

DE QUE Á LAS MUJERES DE LOS CAUTIVOS NO LES SEA LÍCITO CASARSE CON OTROS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Si ciertamente hubiese sospechado que los que en otro tiempo manejaron las leyes tuvieron el propósito de no querer en absoluto que se corrigiesen

ctione indigeret, fortasse non hoc consilium cepissem, ut leges, quae se recte non haberent, corrigere tentarem. Etenim licet ita necessaria circa subditos cura, quo recte hi gubernentur, necessario correctionem iniungebat, attamen ne primos legislatores contristare videremur, ad hoc impetum inhibuissemus. Quoniam vero illis quoque ipsis, si etiamnum in vivis essent, non modo illorum institutum, qui corrigere conantur, non displiciturum, sed eos etiam, qui ita faciendum censerent, gratias acturos arbitror (non enim gloriae causa, sed reipublicae commoda curae habentes, leges edidere) age, quae et reipublicae conducant, et nec illis ipsis veteribus legislatoribus displiceant facientes, quasi medicamento quodam Paeonio exactiore inspectione legum morbos cum deo curemus. Inter cetera, ubi de captivis sanxerunt, hoc caput, in quo de matrimonii dissolutione statuerunt, plane ineptum se habere vtdetur. Sic autem et in haec verba sunt: «Sive marito captivitatis infortunium accidat, uxore in civitate manente, sive rursus uxor in captivitatem perveniat, maritus autem in civitate maneat, stricta quidem et subtilis ratio solvit matrimonium. Semel enim servitute alteri supervenlente, conditionis inaequalitas acqualitatem, quae in nuptiis spectatur, permanere non patitur. Nos tamen humanius talia contemplantes, quamdiu certum est, superesse vel maritum, vel uxorem, intacta matrimonia manere sinimus, neque ad secundas veniant nuptias nec mariti, nec uxores, nisi praepropere id egisse videri velint, et in poenas incidere, ille quidem exactionis donationis ante nuptias, haec vero dotis». Hi ergo istiusmodi de captivorum matrimonio pronuntiarunt sententiam. Nobis autem neque causa, quam stricta, ut ipsi loquuntur, subtilisque ratio suppeditat, rationi esse consentanea, neque humanitas, quae dirimendi matrimonii facultatem praebet, dum ipsos damno subiicit, sincera videtur. Si enim, quemadmodum inquiunt, durare matrimonium fortunae non permittit inaequalitas, quomodo, si ad libertatem revocetur captivus, quum post matrimonii dissolutionem ad aequabilitatem fortuna redeat, et ambo in libertate vivant, ad aequalitatem matrimonium non redibit? Quae vero illa sincera humanitas, quae amicissimorum quidem membrorum subtractione damnum inferre, aliorum vero bonorum substitutione damnum sarcire conatur? Quomodo autem, si usque ad vltissima ipsa captivorum substantia, iure ipsorum integro, taxetur, non acerbissimum est, illos de praestantiore parte (sui nempe membri conservatione) atque rerum suarum iure periclitari, sed immensum damnum fore, si alteri parti membrum suum negligere in mentem veniat? Quid igitur ego dicam? Si altera parte in captivitate constituta, altera, quae a captivitate libera mansit, ad alterius coniugium respexerit, revertatur vero quae in captivitate detenta fuit, liceat illi, si velit, suum membrum recipere, ac nequaquam, quoniam alteri coniunctum fuerit, prius matrimonium innovetur. Si enim coniugium cum altero postea initum videatur aliquibus dissolvi non oportere, quomodo non aequius fuerit, si primus matrimonii nexus in suum statum revertatur? et si eo, quod alienae parti coniunctum sit, id quispiam avelli non permittat, quomodo quod a sua parte abruptum est, id in suum locum restitui, rationi non fuerit consentaneum? At dicunt: Sed in lucrum captivis cedit, quae propter temeritatem in contrahendis secundis nuptiis compensatio exactionis introducta est. Verum hunc sermonem melius erat nec labris excedere, sed ne in mentem quidem auctoribus eius venire. Nam

sus cosas, aunque entre ellas hubiere algo que necesitase corrección, acaso no habría tomado esta determinación, de intentar corregir las leyes que no estuviesen bien establecidas. Porque aunque el tan indispensable cuidado relativo á los súbditos imponia necesariamente la corrección para que convenientemente fuesen gobernados, sin embargo, para que no pareciera que contristábamos á los primeros legisladores, nos habríamos contenido en este impulso. Mas como creo que no solamente no les habría de desagradar aun á ellos mismos, si viviesen, la determinación de los que intentan hacer correcciones, sino que aun habrían de dar gracias á los que juzgaran que se habian de hacer, (porque no publicaron las leyes por causa de gloria, sino cuidando de las conveniencias de la república), curemos, pues, con la ayuda de Dios, haciendo lo que conviene á la república, y lo que ni á los mismos antiguos legisladores desagradaría, mediante una más detenida inspección, las enfermedades de las leyes, así como con cierto medicamento Peonio. Entre otras disposiciones que sancionaron respecto á los cautivos, parece que es de todo punto absurdo este capítulo, en el que estatuyeron sobre la disolución del matrimonio. Y dicen así y en estos términos: «Ya si el infortunio del cautiverio le sobrevenga al marido, permaneciendo la mujer en la ciudad, ya si á su vez llegara á cautiverio la mujer, y el marido permaneciese en la ciudad, una razón ciertamente estricta y sutil disuelve el matrimonio. Porque, una vez que la esclavitud le sobreviene al uno ó á la otra, la desigualdad de la condición no consiente que subsista la igualdad, á que se atiende en las nupcias. Pero nosotros, considerando más humanamente tales cosas, dejamos que permanezcan intactos los matrimonios mientras es cierto que vive ó el marido ó la mujer, y no pasarán á segundas nupcias ni los maridos, ni las mujeres, si no quisieran que parezca que esto lo hicieron con demasiada precipitación, é incurrir en las penas, él ciertamente en la de la exacción de la donación antenupcial, y ella en la de dote.» De este modo, pues, pronunciaron éstos su sentencia sobre el matrimonio de los cautivos. Pero á nosotros nos parece, que ni es conforme con la razón la causa, que una razón estricta, como ellos dicen, y sutil suministra, ni es sincera la humanidad, que da la facultad de disolver el matrimonio, al mismo tiempo que sujeta á daño á los mismos. Porque si, como dicen, la desigualdad de condición no permite que subsista el matrimonio, ¿cómo, si el cautivo volviera á la libertad, volviendo á su igualdad la condición después de la disolución del matrimonio, y viviendo ambos en libertad, no volverá á su igualdad el matrimonio? ¿Y qué sincera humanidad es la que intenta inferir un daño con la separación de miembros ciertamente muy amigos, y resarcir el daño con la substitución de otros bienes? Mas ¿cómo, si se tasan en ínfima estimación los mismos bienes de los cautivos, estando íntegro el derecho de los mismos, no es durísimo que ellos corran riesgo en cuanto á la parte más principal, (ciertamente la conservación de su propio miembro), y al derecho sobre sus propios bienes, y que haya de causarse inmenso daño, si á la otra parte le viniera á la mente desatender á su propio miembro? ¿Qué es, pues, lo que digo? Que si, hallándose constituida en cautiverio una parte, la otra, que quedó libre de cautiverio, tendiere á casarse con otro, y volviera la que se halló retenida en el cautiverio, le sea lícito, si quisiera, recobrar su miembro, y de ninguna manera se altere el anterior matrimonio, porque se

quomodo ille, qui membrum suum pecuniis commutat, non extrema mentis infelicitate et penuria laborat? Sancimus itaque, nequaquam amplius eam partem, quae a captivitate intacta mansit, ad alterius coniugium procedere, sed quocunque tempore altera in captivitatis miseria detinebitur, tametsi inde nullam neque scriptam, neque citra scriptum significationem accipiat, illam exspectet. Si vero contra hanc legem ad alterius matrimonii vinculum a priore abrumpi aliqui velint, idque non secundum observationem in Novella centesima decima septima de uxoribus eorum, qui in expeditione sunt, relatam fiat, sciant, fore ut positis in dicta constitutione poenis subiaceant, scilicet facultate concessa, quemadmodum diximus, si captivitatis aerumnis oppressus liberetur, suum, si velit, membrum recipiendi.

haya unido á otro. Porque si á algunos les pareciera que no debe disolverse el matrimonio celebrado después con otro, ¿cómo no habría de ser más equitativo, si el primer lazo del matrimonio volviera á su primer estado? Y si, porque se haya hecho unión con otra parte, alguien no permitiera que ésta fuese separada, ¿cómo no habrá de ser conforme á razón que lo que fué arrancado de su propia parte sea restituído á su propio lugar? Pero dicen: Mas cede en lucro á los cautivos la compensación de la exacción que por razón de la temeridad en contraer las nupcias se introdujo. Pero era mejor que este razonamiento ni siquiera hubiera salido de los labios, ni les hubiese ciertamente acudido á la mente á sus autores. Porque ¿cómo el que por dinero cambia su propio miembro no sufrirá con la extrema infelicidad de la mente y con la penuria? Así, pues, mandamos, que de ninguna manera proceda en lo sucesivo la parte, que permaneció exenta de cautiverio, á unirse con otro, sino que, cualquiera que sea el tiempo que la otra fuere retenida en la miseria del cautiverio, la espere, aunque de allí no reciba ninguna indicación escrita, ni no-escrita. Mas si contra esta ley quisieran algunos desligarse del primero para el vínculo de otro matrimonio, y esto no se hiciera conforme á la formalidad expuesta en la Novela centésima décima séptima relativa á las mujeres de los que están en una expedición, tengan entendido que habrán de quedar sujetos á las penas establecidas en dicha constitución, concediéndose, por supuesto, facultad, según hemos dicho, si el oprimido por los infortunios del cautiverio se librase de ellos, para que recobre, si quiere, su miembro.

CONST. XXXIV

DE TUTORE, QUI PUPILLAM SUAM VITIAT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Grave est, si illi, qui probi futuri esse credebantur, iam ab illis, qui talem de ipsis opinionem conceperant, aliqua fide digni habiti, pro bonis atque fidis inimici et perfidi videantur. Tanto autem gravius est delictum eorum, quibus pupillorum obvenit cura, si, quum pupillorum saluti prospicere debeant, ipsorum eversores exsistant, quanto maior fides iis habita est ab illis, qui eos ad hoc constituerunt. Constat enim, parentem persuasum fore, ut, quos pupillaris aetatis relinquit liberos, ab eo, cui tutela committitur, paternum patrocinium sentiant, hanc ei demandasse. Recte igitur superiores nostri fecerunt, qui pro patre et conservatore pupillae deprehensum vitiatorem punierunt; deportationi enim hunc subiiciunt, ac bonorum privatione mulctant. Verum in decora specie decorum non servarunt, neque pro puella iniuria affecta graviaque passa, ut illius infortunio succurrerent, iustam suscepisse curam videntur, dum vitiatoris bona in fiscum statuerunt inferri, non animadvertentes hinc fieri, ut ulcisci quidem iniuriam velle, sed propositum non obtinere existimarentur. Ubi enim iniuriae ultio, quando iniuria affecto damnum iniuria datum non resarcitur, neque qua tenetur calamitatem legis auxilio effugit? Quale autem calamitatis puellae est effugium, quando non modo infortunii compensationem non invenit, sed lucrum etiam progressu aetatis ex suo dedecore atque infamia paratum esse videt? Ut igitur reprehensionem, quasi limum, legi illatam purgemus, abrogamus, ut vitiatoris bona in fiscum deferantur, iube-

CONSTITUCION XXXIV

DEL TUTOR QUE CORROMPE Á SU PUPILA

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Es grave cosa, si los que habiendo sido considerados ya dignos de alguna confianza por los que de ellos mismos habían formado tal opinión, parecieran, en vez de buenos y fiados, enemigos y pérfidos. Mas es tanto más grave el delito de aquellos en quienes recaé el cuidado de pupilos, sí, debiendo mirar por la salvación de los pupilos, fueran pervertidores de los mismos, cuanto mayor confianza se tuvo en ellos por los que los nombraron para esto. Porque es sabido, que el padre hubo de estar persuadido de que los hijos, que deja de edad pupilar, experimentarían paternal patrocinio por parte de aquel á quien se le encomendó la tutela. Así, pues, perfectamente hicieron nuestros antepasados, quienes castigaron al que se halló que en lugar de padre y de conservador fué corruptor de la pupila; pues lo sujetan á la deportación, y lo castigan con la privación de los bienes. Pero en un caso de decoro no guardaron lo decoroso, ni parece que por la doncella á quien se infirió injuria y que sufrió graves cosas tomaron el cuidado debido para socorrer su infortunio, al disponer que los bienes del corruptor fuesen aplicados al fisco, sin advertir que de aquí resultaría que se estimaría que querían castigar ciertamente la injuria, pero que no lograban su propósito. Porque ¿dónde está la venganza de la injuria, cuando al que se infirió la injuria no se le resarce el daño causado con la injuria, ni él se libra con auxilio de la ley de la desgracia por que está afectado? ¿Y qué liberación de su desgracia tiene la doncella, cuando no solamente no halla compen-

mus autem, ut eo concedant, quo ipsorum dominus iniuriam et infortunium proiecerit.

CONST. XXXV

[DE RAPTORIS VIRGINIS, EORUMQUE, QUI IN RAPTU ADFUERUNT, POENA] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Neque ut ecclesiasticam legem subvertamus, neque ut civilem simpliciter collidamus, hanc de virginis raptu sententiam proferimus, sed posteaquam, velut via quadam rebus humanis conducibili investigata, commiseratione sacrae legis id malum quasi insolescere, civilis vero legis austeritate supprimi cognovimus, propterea in eam sententiam, unde rerum statui plus subsidii esset, inclinavimus. Etenim vult quidem civilis lex, ut non solum is, qui per raptum et vim virginem ingenuam stupravit, morti addicatur, insuper verum etiam praeter capitis poenam bonis privetur, quando ingenuae vitiatae sunt, sed etiam illi, qui in scelere adiumento fuerunt, eandem poenam et mulctam sustineant, idque ita fiat, etsi volens ipsa se mulier raptori dedidit. Quin et eius patrem, si facti conscius fuerit, deportatione punit, neque tunc solum, sed etiam, si quo tempore raptus committebatur, eius rei conscius non fuit, filiolae vero vitiationem postmodum parvi pendat, et reo iudicium remittat, aut istiusmodi matrimonium approbet, in incuriae poenam deportationem sustinet. Atque haec quidem veteribus placuere. Verum sempiternae memoriae pater noster non tantum in mulieris raptum, verum etiam in alia, quae inde sequuntur, oculos dirigens, ad ea sententiam accommodavit, ac sancivit, ut, si cum armis, vel gladiis, vel aliis nonnullis praeter gladium letatibus raptus commissus sit, raptor gladio puniatur, utpote qui eo, quod cum armis ad id factum processit, neque ab homicidio alienus sit, qui vero suppetias tulerint, vel conscii fuerint, vel facti perpetratores susceperint, nasi abscissione, et verberibus, et tonsione ad cutem puniantur; quando autem arma violentiae adhibita non sint, mortem sententia non spectet, quod nempe tunc homicidium locum non habuerit, sed raptus quidem auctor manus abscissionem timeat, qui vero ministerium praebuerint, vel alias communicaverint, verberibus et tonsura et deportatione poenas pendant. Ac sane corporalis poenae haec est descriptio, quod vero ad pecuniariam attinet, ne a primitiva legislatione mutetur eiusque effectum retineat, permittitur. Atque haec quidem pater noster sancit; quorum et nos approbatricem sententiam suscipientes, legislationes illam et in praesens et in futurum auctoritate et effectu obsignavimus.

(1) *El texto griego de esta rúbrica fué compuesto por Steph.*

sación de su infortunio, sino que ve con el progreso de su edad que también se adquirió lucro por su deshonrra é infamia? Así, pues, para purgar á la ley de la censura que, como lodo, se echó sobre ella, derogamos que los bienes del corruptor sean aplicados al fisco, pero mandamos que vayan allí donde el dueño de los mismos hubiere llevado la injuria y el infortunio.

CONSTITUCION XXXV

[DE LA PENA DEL RAPTOR DE UNA VÍRGEN, Y DE LA DE LOS QUE HUBIEREN ASISTIDO AL RAPTO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

No para subvertir la ley eclesiástica, ni para hacer simplemente chocar con ella la civil, proferimos esta disposición sobre el rapto de vírgenes; mas después que, como hablendo investigado cierta vía favorable á las cosas humanas, hemos conocido que este mal casi se insolentaba por la conmiseración de la ley sagrada, pero que se extinguía por la austeridad de la ley civil, nos hemos inclinado á la disposición por la que más auxilio tuviese el estado de las cosas. Porque quiere ciertamente la ley civil, que no solamente el que mediante rapto y violencia estupró á una vírgen ingénua sea condenado á muerte, y que además de la pena de muerte sea también privado de los bienes, cuando fueron corrompidas ingénuas, sino que sufran la misma pena y multa también los que fueron auxiliares para el delito, y que esto se haga así, aunque queriendo se haya entregado la misma mujer al raptor. Y aun castiga con la deportación á su padre, si hubiere sido sabedor del hecho, y no solamente entonces, sino que también, si, no habiendo sido sabedor del caso al tiempo en que se cometía el rapto, conociera poco después la violación de su hija, y le remitiera al reo el juicio, ó aprobara tal matrimonio, sufre la deportación como pena de su incuria. Y esto ciertamente les plugo á los antiguos. Mas nuestro padre, de sempiterna memoria, dirigiendo sus ojos no solamente al rapto de una mujer, sino también á otras cosas, que de aquí se siguen, acomodó á ellas su resolución, y mandó, que, si el rapto hubiera sido cometido con armas, ó con espadas, ó con algunas otras de muerte, que no sea la espada, sea el raptor castigado con la espada, como quiera que el que para tal hecho fué con armas no está exento de homicidio, pero que los que hubieren prestado auxilio, ó hubieren sido cómplices, ó hubieren acogido á los perpetradores del hecho, sean castigados con azotes, y con la tonsura al rape; mas cuando no se hayan empleado armas para la violencia, la sentencia no requiera la muerte, porque ciertamente que entonces no habría habido lugar á homicidio, pero tema el autor del rapto la amputación de una mano, y los que hayan prestado ayuda, ó tenido de otro modo participación, sufran las penas de azotes, de tonsura y de deportación. Y esta ciertamente es la reseña de la pena corporal, mas por lo que atañe á la pecuniaria, se permite que no se separe de la primitiva legislación, y que conserve el efecto de esta. Y esto, á la verdad, dispuso nuestro padre; y tomando nosotros la resolución de aprobarlo, confirmamos aquella legislación con autoridad y eficacia así para el presente como para lo futuro.

CONST. XXXVI

UT CAPTIVI FILIUS HERES SIT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Si reipublicae adminicula atque fundamenta sunt leges, siquidem illa in tuto esse velit, sanitatem leges conservent oportet. Legis autem sanitatem quid aliud nisi aequitatem quis dicat? Ad hanc itaque, ut leges, quae rempublicam nostram gubernant, iuste sese habeant, semper cogitationes nostras obvertentes, etiam legem illam, quae eum, qui ex duobus captivis natus est, heredem bonorum eius parentis, qui apud hostes mansit, fieri non vult, hanc igitur, ne legum sanitate, quae aequitas est, privetur, periclitari animadvertentes, illam ad sanitatem transformare voluimus. Nam quod non iuste istud statuat, non difficile cognitu est. Quam enim vim locorum natura ad adscribendam filio hereditatem habet? Neque enim hoc quisquam obiiciat, quod quum parens servus sit, propter servilem conditionem filius exheres erit. Quomodo enim civilis lex, quae, si captivum liberari contigisset, illum liberum agnosceret, ex eo natum libero heredem esse non permittet, sed qui apud hostes est servo bonorum administrationem dabit? An cognatis? At quomodo servitus obsistens his ad hereditatem introitum non praecludit? aut quomodo, quibus permissum est, non longe prius heredes esse licebit? At fisco dabuntur? Verum quomodo manifesta illa iniuria non est? Si enim rationi consonum est, ut captivorum liberi e publico subsidium sentiant, quomodo non evidens iniuria est, captivi filium bonis privari, illa vero fisco attribui? Si vero etiam saepenumero, quum nonnulli parentes graviter conscientia abusi, atque ideo poenis subiecti, et acerbe e vivis sublati sunt, liberi eorum substantiae domini esse lege non prohibentur, quae ratio est, quam ob rem, quando pium propositum parentes decorat (saepe vero etiam in fidei testimonium effusus sanguis, ut eximius ipsorum animus ipsis etiam impiis miraculo esset, effecit), liberi facultatum ipsorum domini esse non permittantur? Nequaquam itaque constitutio illa sana esse nostrae potentiae videtur. Propterea sancimus, ut deinceps, sive quum captivitatis caligine circumfusi parentes essent, in lucem prodiit filius, sive etiam in libertatis splendore ipsum mater peperit, parentum substantiae heres sit, sive ambobus parentibus e captivitatis vinculis liberari contingat, sive non, sive quum unus eorum libertatem nactus sit, alter in calamitatis vinculis vitam finiat, sive uterque parens in captivitate moriatur, nisi mortem testamento condendo praeveniant. Tunc enim illi, quos testator voluerit, heredes erunt, conservato filio trientis legitimo subsidio.

CONSTITUCION XXXVI

DE QUÉ SEA HEREDERO EL HIJO DE UN CAUTIVO

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Si las leyes son los substentáculos y fundamentos de la república, ciertamente que si ella quisiera estar á seguro es menester que las leyes conserven su sanidad. Mas ¿qué otra cosa dirá alguien que es la sanidad de la ley, sino la equidad? Y así, dirigiendo siempre á esta nuestras meditaciones, para que sean justas las leyes que gobiernan nuestra república, y advirtiendo también que aquella ley, que no quiere que el que nació de dos cautivos se haga heredero de los bienes del padre, que permanece en poder de los enemigos, corre riesgo de estar privada de la sanidad de las leyes, que es la equidad, hemos querido transformarla en ley sana. Porque no es difícil conocer lo que estatuye sin justicia. Pues ¿qué fuerza tiene la naturaleza de los lugares para adscribirle la herencia al hijo? Y no objete nadie esto, que siendo el padre esclavo, el hijo estará desheredado por causa de la condición servil. Porque, ¿cómo la ley civil, que, si hubiese acontecido que el cautivo se libra, lo reconocería como libre, no permitirá que sea heredero el hijo nacido de este libre, sino que le dará la administración de los bienes al esclavo que está en poder de los enemigos? ¿Y á quién juzgará cualquiera que se defieren los bienes cautivo? ¿Acaso á los cognados? ¿Mas cómo oponiéndoseles la esclavitud no les cierra el paso á la herencia? ¿O cómo no será mucho antes lícito que sean herederos aquellos á quienes se les permitió? ¿Pero se le darán al fisco? ¿Y cómo no es esta manifiesta injusticia? Porque si es conforme á razón, que los hijos de los cautivos disfruten auxilio de lo público, ¿cómo no es evidente injusticia, que el hijo del cautivo sea privado de los bienes, y que éstos sean atribuídos al fisco? Mas si también muchas veces, cuando algunos padres abusaron gravemente de su conciencia, y fueron por ello sometidos á penas y separados severamente del número de los vivos, no se les prohibe por la ley á los hijos que sean dueños de los bienes de aquellos, ¿qué razón hay por la cual, cuando distingue á los padres un piadoso propósito, (y muchas veces también la sangre vertida en testimonio de fidelidad hizo que el eximio ánimo de los mismos sirviese también de milagro aun para los mismos impíos), no se les permita á los hijos que sean dueños de los bienes de los mismos? Así, pues, de ninguna manera le parece á nuestra potestad que es sana aquella constitución. Por lo cual, mandamos, que en lo sucesivo, ya si el hijo salió á la luz cuando los padres estuviesen envueltos en las tinieblas del cautiverio, ya si también la madre lo hubiere parido en el esplendor de la libertad, sea heredero de los bienes de sus padres, ya si á ambos padres les aconteciera quedar libres de los lazos del cautiverio, ya si no, ora cuando uno de ellos haya alcanzado la libertad, y el otro acabara su vida en los lazos de su calamidad, ora si ambos padres muriesen en el cautiverio, á no ser que haciendo testamento previniera la muerte. Porque entonces serán herederos los que el testador hubiere querido, conservándosele al hijo el legítimo subsidio de la tercera parte.

CONST. XXXVII

[UT DOMINI TESTAMENTO MANUMISSUS, SI ILLUM DECESSISSE ADITAMQUE EIUS HEREDITATEM ESSE IGNORET, TESTARI POSSIT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Praesenti etiam legi plena absolutione deficienti, eius, quod deest, additione decoram formam imponimus. Ait (2) vero de servo, qui, quum domini sui testamento liber esse iussus sit, id vero ignorat, ideoque incertis rationibus libertatem obtinet, interea quidem nequaquam eum propter ignorantiam libertate privari, sed in libertate vivere, ut autem tanquam liber testetur, ipsum potestatem non habere, quasi videlicet eam poeniteat, quam libertatem dedit, hanc ipsi perpetuo competere. Quum enim illi ut libero de rebus suis testandi facultas non sit, nonne redit ad pristinam servitutem? Nos itaque dicimus, posteaquam gradum statumque vitae liberum praebuit lex, illam etiam alia, quae libertatem comitantur, praebituram. Nam si ipsum facere, quae hominibus liberis licent, prohibere oportebat, quid libertatem non prohibuit? sed dignum illum his iudicans, quare item istis actionibus, quae proprie libertatis dignitati competunt, illum non dignabitur? Sit igitur libertate donatus revera liber, et testetur de rebus quascunque illi domini voluntas certas dedit, quomodocunque ei visum sit testari. Non decet enim, ut qui libertatis dignitatem manifeste accepit, ob incertam suspicionem ignominia afficiatur, atque a testando arceatur.

CONSTITUCIÓN XXXVII

[DE QUE EL MANUMITIDO EN EL TESTAMENTO DE SU SEÑOR PUEDA TESTAR, SI IGNORASE QUE AQUÉL HABÍA FALLECIDO Y QUE HABÍA SIDO ADIDA SU HERENCIA]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Faltándole también á la presente ley su pleno complemento, le damos decorosa forma con la adición de lo que le falta. Y dice respecto al esclavo, que, si habiendo dispuesto su señor en su testamento que fuera libre, lo ignora, y obtiene por esto la libertad por razones inciertas, de ningún modo sea ciertamente privado mientras tanto de la libertad por razón de su ignorancia, sino que viva con la libertad; pero que para testar como libre no tiene él mismo potestad, como si ella, á la verdad, se arrepintiera de que perpétuamente le competiese al mismo la libertad que le dió. Y no teniendo él facultad para testar de sus bienes como libre, ¿acaso no lo vuelve á su primitiva esclavitud? Así, pues, nosotros decimos, que después que la ley concedió el grado y estado libres para la vida, ella había de conceder también lo demás que acompaña á la libertad. Porque si era conveniente prohibir que él mismo hiciera las cosas que les son lícitas á los hombres libres, ¿por qué no le prohibió la libertad? Pero juzgándolo digno de ellas, ¿por qué no lo considerará digno también de estas acciones, que competen propiamente á la dignidad de la libertad? Sea, pues, verdaderamente libre aquel á quien se le donó la libertad, y teste de cualesquiera bienes ciertos que le dió la voluntad de su señor, del modo que le haya parecido bien testar. Porque no es decente que el que manifiestamente recibió la dignidad de la libertad sea perjudicado con ignominia por incierta sospecha, y sea excluído de testar.

CONST. XXXVIII

[UT IMPERATORIS SERVI DE REBUS SUIS QUOMODO VELINT STATUERE POSSINT] (3)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Illud quoque, quanquam pulchram prae se ferat speciem, legalem nempe ordinationem, invidiae plenum mihi esse videtur; dico autem, quod servis de rebus suis testari non permittitur, sed quae laboribus suis et forte arduis molestiis quaesierint, ea cuiusque domini manus colligunt. Ac sane miror ab initio latam legem, quomodo nihil moderationis neque aequitatis huic rei attribuerit. Veruntamen genitores huius legis, atque lex ipsa ab aliis, ut cuiusque voluntas ferat, approbentur, ego vero nequaquam illis locum dabo, neque illud placitum in servis meis obtinere sinam, sed plenam ipsis administrandarum rerum suarum potestatem facio. Ex hoc itaque tempore et in omnem deinceps vitam Imperatoris servi rerum suarum revera domini sint, ut libertate de rebus suis quomodocunque voluerint disponendi non priventur, sive sub solis luce versentur, sive vitam relicturi sint, neque servitutis nomine rerum, quarum domini exstiterunt, dominio nudati. Igitur de Imperatoris quidem servis haec lex innovata sit et valeat, magistratibus autem et reliquo civitatis populo, si huic nostro

CONSTITUCION XXXVIII

[DE QUE LOS ESCLAVOS DEL EMPERADOR PUEDAN DISPONER COMO QUIERAN DE SUS PROPIOS BIENES]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Aunque esto haga ostentación de cierto hermoso pretexto, á saber, de una disposición legal, me parece que también está lleno de odiosidad; me refiero que á los esclavos no se les permite testar de sus propios bienes, sino que las manos de un señor cualquiera recogen lo que con su trabajo y acaso con árduas molestias hubieren adquirido. Y verdaderamente me admiro de cómo al ser dada en un principio la ley no puso en esto ninguna moderación ni equidad. Mas los autores de esta ley, y la misma ley, sean aprobados, según lo comporte la voluntad de cada cual, por otros; pero yo no daré de ningún modo lugar á aquellas cosas, ni dejaré que en cuanto á mis esclavos tenga observancia aquel decreto, sino que les doy á los mismos plena potestad para administrar sus bienes. Así, pues, desde este tiempo y por toda la ulterior vida sean los esclavos del Emperador verdaderamente dueños de sus propios bienes, de suerte que no sean privados de la libertad de disponer de sus bienes del modo que quisieren, ya mientras vivan, ya al dejar la vida, no siendo despojados, por razón de su escla-

(1) *El texto griego de esta rúbrica fué redactado por Steph.*

(2) Ium, *desta el texto; pero* Ait *se halla en la versión de Agileo, concordando con el griego, en el que se lee* Φησὶ τοίνυν. *—N. del Tr.*

(3) *Esta rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*

placito voluntatem suam accommodare nolint, ad veterem de servilibus bonis legem respicere liceat.

CONST. XXXIX

UT PRODIGUS QUAE EX RE IPSIUS SINT FACERE POSSIT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Mortalium nemo ad eam perfectionem pervenit, ut nunquam incongrue res suas gerat, neque quisquam puto tam infelici est animo, quin crebro sibi utilis esse possit. Neque enim eum, qui in omnibus prudentiae suae fidit, omnia irreprehensibiliter facere sinit deus, neque idem, quum creator et creaturae suae curator sit, mentis inopem per omnia falli ex imprudentia sinit. Praefatus hoc sum propter illam legem, quae prodigum de rebus suis quidquam aut velle aut statuere omnibus modis prohibet, quamquam debebat gestis ipsis oculos advertens, pro illarum ratione, non autem ita simpliciter sancire, et si quidem aliquid inutiliter gestum esset, non admittere, si vero utiliter, suscipere; nunc vero nihil tale praescribit, sed in universum prodigo de rebus suis consultandi potestatem adimit. Id nos recto iudicio non convenire opinantes, legem illam dividentes statuimus, ut quae iudicium erroneum, et prodigum designans dictet, neque approbatione, neque confirmatione digna habeantur, quae vero ad utilitatem respiciant, suscipiantur, nec reprobentur. Quid enim, si prodigus hereditatem suis relinquere, aut pauperibus sua distribuere, aut grave servitutis onus servorum cervicibus adimere velit? an ideo, quod prodigus est, id illi non velle liceat? Quid vero, si quum ipse praedium damnosum habeat, alter vero quispiam, qui damno mederi possit, et illius possessionem quaerat, maiore pretio, quam quanti praedium sit, reddito ipsi damnum levare velit? an prodigalitas, quo minus ille sibi consulat, et utiliter negotietur, impediet? At rationem non video. Quod igitur dixi, rerum gestarum conditio observetur, et si quidem in ea prodigi mores non conspiciantur, gesta rata sint, si vero a prudenti rerum gestione aberratum esse appareat, neque approbatione, neque confirmatione digna habeantur.

CONST. XL

UT CAPTIVI TESTAMENTI FACTIONEM HABEANT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Qui olim edendis legibus operam adhibuerunt, quum multa ad res humanas recte moderandas in medium protulerint, et sufficiens humanitatis suae testimonium, leges nempe, secundum quas respublica bene ordinatur, reliquerint, haud scio qua ratione de captivis tractatus, quibus de rebus suis statuendi potestatem non faciunt, reliquae ipsorum humanitati non similiter responderet. Etenim quae quidem de testamentis ipsorum legislatio complectitur, admodum humane constituta sunt. Nam quod statuerunt, ut interdum, quando inopia testium esset, a minore etiam testium numero te-

vitud, del dominio de los bienes de que fueron dueños. Sea, pues, ciertamente innovada y tenga validez esta ley respecto á los esclavos del Emperador, pero siéndoles lícito á los magistrados y al demás pueblo de la ciudad atenerse á la antigua ley relativa á los bienes de los esclavos, si no quisieran acomodar su voluntad á esta resolución nuestra.

CONSTITUCION XXXIX

DE QUE EL PRÓDIGO PUEDA HACER LO QUE CORRESPONDA Á COSA DEL MISMO

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Ningún mortal llega á tal perfección, que nunca administre inconvenientemente sus cosas, ni creo que nadie sea de tan infeliz ánimo, que no pueda con frecuencia ser útil para sí. Porque ni Dios deja que todo lo haga irreprensiblemente el que para todo fía en su prudencia, ni tampoco deja el mismo, siendo creador y curador de su propia criatura, que falto de inteligencia se engañe en todo por ignorancia. He dicho esto por causa de aquella ley que de todos modos prohibe que el pródigo quiera ó disponga alguna cosa en lo suyo, aunque debía, dirigiendo la vista á las cosas hechas, determinar según la razón de ellas, mas no tan simplemente, y si, á la verdad, se hubiera hecho algo inútilmente, no admitirlo, pero si con utilidad, aceptarlo; mas en la actualidad no prescribe nada semejante, sino que en general le quita al pródigo la potestad de mirar por sus cosas. Opinando nosotros que esto no concuerda con un recto juicio, estatuímos, dividiendo aquella ley, que las cosas que dicte un juicio erróneo, y el cual designe á un pródigo, no sean consideradas dignas de aprobación, ni de confirmación, pero que sean aceptadas, y no reprobadas, las que tengan por mira la utilidad. Mas ¿qué se dirá, si el pródigo quisiera dejar su herencia á los suyos, ó distribuir sus cosas entre los pobres, ó quitar de la cerviz de sus esclavos la pesada carga de la esclavitud? ¿Acaso no le será lícito querer esto, porque es pródigo? Pero ¿qué, si teniendo él un predio perjudicial, y otro cualquiera, que pudiese remediar el daño, y pretendiera la posesión de aquel, quisiese resarcirle el daño entregándole al mismo mayor precio de cuanto importe el predio, impedirá acaso la prodigalidad que él procure por sí mismo, y que se negocie útilmente? Mas no veo la razón. Así, pues, obsérvese, según he dicho, la condición de las cosas hechas, y si verdaderamente no se vieran en ella costumbres de pródigo, sean válidas, pero, si apareciera que se apartó de la prudente gestión de las cosas, no sean consideradas dignas de aprobación, ni de confirmación.

CONSTITUCION XL

DE QUE LOS CAUTIVOS TENGAN LA TESTAMENTIFACCIÓN

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Habiendo los que en otro tiempo consagraron su trabajo á la promulgación de las leyes publicado muchas disposiciones para regular convenientemente las cosas humanas, y habiendo dejado testimonio suficiente de su humanidad, á saber, las leyes, con arreglo á las que se ordena bien la república, no sé por qué razón el tratado de los cautivos, á los cuales no les conceden potestad para disponer de sus bienes, no respondería igualmente á la humanidad de los mismos en lo demás. Porque ciertamente que lo que sobre los testamentos de los mismos comprende la legislación, se halla estable-

stamentum obsignaretur, quin et nullis adhibitis testibus saepe testamenta rata haberentur, quemadmodum de iis, qui in acie occumbunt, constitutum est, magnum sane humanitatis est documentum; at vero de captivis legislatio dictis non congrua, neque ex eadem humanitate nata videtur. Quod enim de rebus suis constituere illis non permittunt, non solum non benignum aliquid de ipsis decreverunt, verum etiam ipsam captivitatem alio modo intendunt. Quomodo enim rursus illos in captivitatem non ducunt? aut quomodo malum et tristitia solatio carens non augetur, et morte acerbiorem in corde captivus non circumferens aculeum rebus excedit humanis, quando non modo in captivitate vitam finit, verum etiam si qua apud contribules bona sibi esse scit, de his constituendi potestatem non habet, sed suis rebus tanquam alienis expellitur, et quae suis laboribus quaesivit, et pro quibus suscepto periculo in captivorum infortunium incidit, ab horum dispensatione eiicitur? quomodo vero, si quos necessarios captivus habet, aut liberos, aut uxorem, aut sororem, aut alios, quos ad ipsius hereditatem lex vocat, non similiter omnes conversis in hereditatem ab intestato ad se devolvendam oculis, hac spe curam liberandi cognatum ipsis captivum non omittent? Novimus enim res humanas, ut pauci admodum verum amorem conservent, eiusque unius gratia ad opitulandum calamitate implicitis paucorum animus excitetur, plurimi vero spe nanciscendae cuiusdam remunerationis ad ferendum indigentibus auxilium procedant. Quare itaque cognatus aliquis vel amicus captivorum suscipiant curam? Etenim si quidem statuendi facultas de rebus suis ipsis esset, nonnulli laborem non sine lucro sibi non fore reputantes, non segniter illum suscepturi essent. Cogitarent enim fortasse, si aut conatus ipsorum ad finem deduceretur, et captivi libertatem consequerentur, se munus aliquod esse pro opera sua accepturos, aut etsi conatus finem mors praeveniens captivum de medio tolleret, illum in testamento suo eum, qui ipsius curam habuisset, maiore portione, quam illos, qui ipsum neglexissent, dignaturum. Non enim immemorem fore ipsum, neque labores nihili facturum esse arbitrarentur. Hac igitur ratione, quemadmodum dixi, futurum esset, ut aliqui non indiligenter ad liberandorum captivorum curam sese erigerent. Nunc vero, quum hi quidem testari prohibeantur, illi autem ab intestato heredes in bona concedant, haud scio, an quis inveniatur, qui pro liberatione labores suscipiat. Successionis enim ab intestato spes, et metus ne frustra laboretur, si forte liberationem mors praevertat, et captivum rebus humanis eximat, homines tardiores (ne prorsus animo alienos dicam) ad id aggrediendum facit. Quod sane non amplius contingeret, si lex illorum testamenta irrita non faceret. Iam vero si redimendae animae pretium propriae facultates sunt, quomodo non in hoc etiam captivi iniuriam longe maximam sustinent, quod dum non sinuntur a lege de rebus suis statuere, si hoc velint, pro animabus suis nihil rerum suarum erogare possint? Ad haec porro ea, quae ad libertatem spectant, absurde hinc disposita sunt, et multo absurdissimum est, quod, dum testandi facultas captivis non datur, frequenter illi, qui inimicissimi fuerunt, quosque ipsi, si viverent, ne adspicere quidem sustinerent, illorum facultatem domini exsistunt, quo quid possit esse turpius? Hoc igitur, quum hunc ad modum sese habeat, non negligi debere maiestati nostrae visum est, sed quemadmodum in aliis pro viribus divinitus nobis datis, ut recte respublica nostra gubercido con mucha humanidad. Pues lo que dispusieron, que á veces, cuando hubiese escasez de testigos, fuese sellado el testamento aun por menor número de testigos, y que en muchos casos serían considerados válidos los testamentos aun sin haberse presentado en ellos ningunos testigos, como se dispuso respecto á los que mueren en el campo de batalla, es ciertamente grande testimonio de humanidad; mas la legislación relativa á los cautivos no parece congruente con lo dicho, ni nacida de la misma humanidad. Pues al no permitirles disponer de sus bienes, no solamente decretaron respecto á los mismos alguna cosa no benigna, sino que también mantienen de otro modo el mismo cautiverio. Porque ¿de qué manera no los vuelven de nuevo al cautiverio? ¿O cómo no se les aumenta el mal y una tristeza que carece de consuelo, y no sale de esta vida el cautivo llevando en el corazón una espina más penosa que la muerte, no solamente cuando acaba su vida en el cautiverio, sino también si sabe que tiene entre sus paisanos algunos bienes suyos, pero no tiene potestad para disponer de ellos, sino que es excluído de sus propios bienes, como si fueran ajenos, y es rechazado de disponer de lo que adquirió con su trabajo, y por lo que habiendo corrido riesgo cayó en el infortunio de los cautivos? ¿Y cómo, si el cautivo tiene algunos parientes, ó hijos, ó mujer, ó hermana, ú otros á quienes llama la ley á la herencia del mismo, todos ellos, dirigiendo igualmente los ojos á la herencia, que habrá de serles deferida abintestato, no prescindirán con esta esperanza del cuidado de librar al cognado de los mismos, cautivo? Conocemos, á la verdad, las cosas humanas, de suerte que muy pocos conservan el verdadero amor, y por gracia de sólo éste se excita el ánimo de pocos á prestar ayuda á los que son presa de una calamidad, y los más proceden á llevarles auxilio á los necesitados con la esperanza de alcanzar alguna remuneración. Y así, ¿por qué se tomará cuidado por los cautivos algún cognado ó amigo? Si, pues, verdaderamente tuviesen los mismos la facultad de disponer de sus propios bienes, algunos, juzgando que su trabajo no habría de resultarles sin lucro, lo echarían sobre sí sin pereza. Porque acaso pensarían, ó que, si el conato de los mismos fuese llevado á término, y los cautivos consiguieran la libertad, ellos recibirán algún donativo por su trabajo, ó que, aun cuando anticipándose la muerte al término del conato quitase de en medio al cautivo, éste habría de honrar en su testamento al que de él hubiese cuidado con mayor porción que á aquellos que al mismo lo hubiesen desatendido. Pues no juzgarían que él habría de ser olvidadizo, ni que no habría de estimar en nada los trabajos. Así, pues, por esta razón sucedería, según he dicho, que algunos se encargarían no sin diligencia del cuidado de libertar á los cautivos. Mas en la actualidad, como á éstos se les prohiba ciertamente testar, y aquellos vayan á los bienes como herederos abintestato, no sé si se hallaría alguno que para la liberación se tomara trabajos. Porque la esperanza de la sucesión abintestato, y el temor de trabajar en balde, si acaso la muerte se anticipara á la liberación, y arrancara de la vida humana al cautivo, hacen á los hombres más remisos, (por no decir completamente faltos de voluntad), para acometer esto. Lo que ciertamente no sucedería ya, si la ley no invalidara los testamentos de aquéllos. Pero si ya los bienes propios son el precio de un alma que haya de ser redimida, ¿cómo no sufrirán también en esto los cautivos injuria sumamente grave, por cuanto, no dejándoseles por la ley disponer de sus

netur, sollicite egimus, sic et de captivis tractatum in melius corrigere decrevimus. Sancimus igitur, dehinc captivos, quae ipsos a testando arcet legi neutiquam obnoxios esse, sed licere ipsis, si fieri possit, quinque, sin minus, tribus testibus praesentibus, extremam voluntatem, sive litteris commendare, sive sine scripto pronunciare, ita ut ad testimonium assumti revera illam defuncti voluntatem esse iureiurando affirment, sive liberis existentibus, illos bonorum suorum heredes relinquat, sive quum liberos non habeat, alios in hereditatem introducat. Aequum enim non putamus, ut qui communis reipublicae nominis aequaliter participes sunt, non aequali ex lege iure honorentur, secundum quod eiusdem gentis censentur, sed ii quidem, qui liberi a servitute sunt, statuendi de rebus suis, ut iis visum est, potestatem habeant, illi vero non, quasi culpam commiserint, quod pro gentilibus pugnando in captivitatis necessitatem devenerint. Si tamen captivorum quispiam aut sua sponte, aut eorum, quorum in potestate est, vi adactus hoc in animum inducat, ut res suas ad hostes venire testamento iubeat, nequaquam tunc placitum ipsius ratum sit, sed tanquam non factum sit ita ut decet reipublicae Christianae, in irritum concidat testamentum. Atque haec quidem de iis, qui vitae finem testamento anteverterunt, sancita sint. Si vero ultimus vitae dies illi supervenerit, atque intestatus de medio sublatus sit, exsistentibus quidem nonnullis, ad quos hereditas pertinet, ascendentibus vel descendentibus, ad hos bona venient, si vero nulli supersint, ad quos bonorum defuncti captivi successio spectet (dico vero quos neque ascendentes, neque descendentes defuncti familia agnoscit), primum considerari iubemus, an aliquibus debebat, et deducto aere alieno reliqua bifariam, in trientem et bessem, dividi, ac trientem quidem in erogationem pro anima faciendam separari, reliquam autem partem regio fisco deputari, sine servis tamen; hos enim, nisi aes alienum exsolvi non possit, omnes libertate honorari volumus. Eandem vero rerum disponendarum formam custodiri volumus, quando nihil aeris alieni fuerit, et captivitate detentus, quemadmodum dictum est, sine heredibus decesserit. Quae itaque nobis eius legislationis, quae captivos contristabat, in mentem correctio venit, per sacram hanc exposita est legem. Tua autem magnificentia sanctionem subditis notam faciat, ut, quum innotuerit, omnes de rebus suis, etiam quos captivitas detinet, quocunque modo velint, statuant.

bienes, si quisieran, no podrían gastar en favor de sus almas nada de sus propios bienes? Además de esto, se halla, á la verdad, por ello absurdamente dispuesto lo que se refiere á la libertad, y es extremadamente absurdo, que, en tanto que no se les da á los cautivos la facultad de testar, con frecuencia aquellos que fueron muy enemigos, y á los que ellos mismos, si vivieran, ni habrían ciertamente soportado mirar, quedan dueños de los bienes de ellos, ¿y qué cosa podría ser más torpe que esta? Así, pues, hallándose esto de tal modo, le pareció á nuestra majestad que no debia ser desatendido, y á la manera como en otras cosas hemos obrado solícitamente, según las fuerzas que nos fueron dadas por la divinidad, para que nuestra república fuese bien gobernada, así también hemos decretado corregir, mejorándolo, el tratado relativo á los cautivos. Mandamos, por lo tanto, que en lo sucesivo los cautivos no estén de ningún modo sujetos á la ley que los excluye de testar, sino que les sea lícito, si pudiera ser, estando presentes cinco, ó por lo menos tres testigos, ó consignar por escrito su última voluntad, ó declararla sin escrito, de tal suerte que los llamados para dar testimonio afirmen con juramento que en realidad es aquella la voluntad del difunto, ya, si existiendo hijos, los dejara herederos de sus bienes, ya, si no teniendo hijos, introdujera á otros en la herencia. Porque no juzgamos justo, que los que por igual son partícipes del nombre común de la república, no sean honrados por la ley con igual derecho, puesto que se estima que son de la misma gente, sino que ciertamente los que están libres de la esclavitud tengan potestad para disponer de sus bienes, según les haya parecido, y aquéllos no, como si hubieren cometido culpa, porque luchando por los de su gente hubieren caído en la calamidad del cautiverio. Mas si alguno de los cautivos, ó por espontaneidad suya, ó arrastrado por violencia de aquellos en cuya potestad está, acogiera esto en su ánimo, mandar que sus bienes pasen á los enemigos, no sea de ningún modo válida en este caso la resolución del mismo, sino que, como si no hubiera sido hecho según conviene á la república Cristiana, sea invalidado el testamento. Y quede esto, á la verdad, sancionado en cuanto á los que con su testamento previnieren el fin de su vida. Mas si á uno le hubiere sobrevenido el último día de su vida, é intestado hubiera sido quitado de en medio, existiendo ciertamente algunos ascendientes ó descendientes, á quienes pertenezca la herencia, pasarán á éstos los bienes; pero si no sobrevivieran ningunos, á quienes corresponda la sucesión de los bienes del difunto cautivo, (quiero decir, á quienes la familia del difunto no reconoce como ascendientes, ni como descendientes), mandamos que en primer lugar se considere si les debia á algunos, y que deducidas las deudas se divida lo restante en dos partes, de un tercio y de dos tercios, y se separe el tercio ciertamente para invertirlo por el alma, y la otra parte sea destinada al fisco real, pero sin los esclavos; porque queremos que todos éstos sean honrados con la libertad, á no ser que no se puedan pagar las deudas. Y queremos que se guarde la misma forma para disponer de los bienes, cuando no hubiere ninguna deuda, y el retenido en cautiverio hubiere fallecido, según se ha dicho, sin herederos. Así, pues, ha sido expuesta por medio de esta sacra ley la corrección que de la legislación, que contristaba á los cautivos, nos vino á la mente. Mas haga conocer tu magnificencia á los súbditos esta disposición, para que siendo conocida, todos, aun aquellos á quienes retiene el cautiverio, dispongan de sus bienes del modo que quieran.

CONST. XLI

UT IN CIVITATIBUS QUINQUE, IN ITINERIBUS VERO ET AGRIS TRES TESTES AD TESTAMENTORUM FIDEM SUFFICIANT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

In omnibus quidem humanae vitae negotiis, quotquot testium fidem requirunt, inde robur adesse oportet, maxime vero dispositiones, quae ultimi vitae nostrae diei contemplatione fiunt, tali corroboratione indigent. Nullus enim reliquus modus est, qui recte ipsis ius dictet, nisi ipsis a testibus praesidium adsit. Oportebat itaque, quo magis necesse est gestorum confectiones hominum e vita decedentium firmas esse, eo magis easdem per testimonia stabiliri. Verum quoniam frequenter res propter eorum, quae strictius requiruntur penuriam, ad receptum modum deduci videmus (non enim cum subtilitate agendi facultate data, ut fieri potest, agi debet), de testium etiam numero, quot testamentis adesse debeant, statuere non alienum a providentia nobis visum est. Atque hoc quidem etiam sempiternae memoriae patri nostro decernere in mentem venit, verum quod statuit, non omnino exacte se habere videbatur. Quum enim superiorum legislatorum alius septem, alius vero quinque assumendos esse testes censuisset (septem quidem in civitatibus, quippe ubi propter hominum multitudinem testes certe defuturi non sunt, in agris vero et itineribus quinque, quod illic plerumque hominum fide dignorum paucitas sit), quum hoc ita de illis constitutum esset, et pater noster exsuperantem numerum despiciens, similiter in civitatibus, et agris, et itineribus per quinque testes testamentis vigorem attribuit, idque ideo (mea quidem sententia) dum quanta nunc virtutis inopia humanam vitam occupet, consideravit, tamen (id quod dictum est) non admodum exacta ratione placitum illud mittitur. Dicat enim fortasse aliquis, aequalem numerum attribui non opportuisse, sed testimonium, quod in agris et itineribus adhibetur, arctius contrahendum fuisse. Nos igitur quod ille neglexit, non negligendum putantes, sancimus, in civitatibus quidem quinque testibus stabilitum testamentum approbari, in itineribus vero, et agris, et aliis inhabitatis locis, trium etiam testium confirmationem suscipi posse.

CONSTITUCION XLI

DE QUE PARA LA FE DE LOS TESTAMENTOS BASTEN EN LAS CIUDADES CINCO TESTIGOS, Y TRES EN VIAJES Y EN EL CAMPO

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Ciertamente es menester que en todos los negocios de la vida humana, que requieren la fe de testigos, se preste por ellos fuerza, pero principalísimamente necesitan de tal corroboración las disposiciones que se ordenan en contemplación al último día de nuestra vida. Porque no hay ningún otro modo que les dé convenientemente derecho á las mismas, si á ellas no se les prestara fuerza por los testigos. Y así era conveniente, que, cuanto más necesario es que sean firmes los otorgamientos de las disposiciones de los hombres que se van de esta vida, con tanta más razón sean afianzados los mismos por testimonios. Mas como vemos que con frecuencia se reducen las cosas al modo posible, á causa de la penuria de lo que más estrictamente se requiere, (porque, no dándose facultad de obrar con escrupulosidad, se debe obrar como se pueda hacer), nos ha parecido que no era ajeno á nuestra providencia determinar también, respecto al número de testigos, cuántos deban asistir á los testamentos. Y ciertamente que también á nuestro padre, de sempiterna memoria, le vino á la mente determinar esto, pero no parecía que lo que estableció se hallara enteramente bien. Porque habiendo dispuesto uno de los anteriores legisladores que se debían asociar siete testigos, y otro que cinco, (siete ciertamente en las ciudades, donde, á la verdad, á causa de la multitud de hombres no han de faltar seguramente testigos, mas en los campos y de viaje cinco, porque allí hay de ordinario escasez de hombres fidedignos), y hallándose esto así establecido respecto á ellos, nuestro padre, despreciando el número mayor, atribuyó fuerza á los testamentos por medio de cinco testigos del mismo modo en las ciudades, y en los campos y en viaje, y esto, (á mi juicio), porque consideró cuanta escasez de virtud hay ahora en la vida humana; pero, (según se ha dicho), no se apoya aquella resolución en muy exacta razón. Pues acaso diga alguien que no se debió atribuir igual número, sino que se debió reducir más el testimonio que se emplea en los campos y en viaje. Así, pues, nosotros juzgando que no es de desatender lo que él descuidó, mandamos que en las ciudades sea admitido ciertamente el testamento afianzado por cinco testigos, pero que en viaje, y en los campos, y en otros lugares deshabitados, se pueda recibir la confirmación aun de tres testigos.

CONST. XLII

UT SUFFICIENS NUMERUS TESTIUM TESTAMENTUM RATUM FACIAT, TAMETSI ID NEQUE ILLORUM SUBSCRIPTIONES NEQUE SIGNACULA HABEAT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quae saepe in verbis residet obscuritas, graviter negotia involvere videtur, quippe quae tanquam expansa quaedam nubes et intelligendi vim animo auferat, et a recta rerum administratione avertat. Hanc igitur obscuritatis caliginem, quoniam illis constitutionibus, quae de testamentis agunt, neque mediocrem noxam rebus afferunt, circumfusam

CONSTITUCION XLII

DE QUE EL SUFICIENTE NÚMERO DE TESTIGOS HAGA VÁLIDO EL TESTAMENTO, AUNQUE ÉSTE NO TENGA NI LAS FIRMAS NI LOS SELLOS DE AQUELLOS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Parece que la obscuridad que muchas veces reside en las palabras hace peligrar gravemente los negocios, pues como cierta nube extendida quita al espíritu la facultad de entender, y aparta de la recta administración de las cosas. Y así, como hemos visto que esta nube de obscuridad se halla extendida en las constituciones que tratan de los testamen-

esse cognovimus, pulcrum fore rati sumus illas repurgare, et quomodo oporteat testamenta confirmari aut non, lege non ambigua, neque quae varie apprehendi possit, definire. Iam enim qui ante nos de testamentis tractarunt, bifariam illa diviserunt, et alia quidem scriptis, alia vero sine scriptis confici tradiderunt, et modum, quo utrumque testamentum, et scriptum nempe, et non scriptum, ratum fiat, subiecerunt. Et scripti quidem confirmatio in eo consistat, quod voluntas et testium subscriptione, et obsignatione omnibus numeris absoluta sit, adhuc inter homines versante testatore, non scripti vero, quod quinque non indigni fide testes se ipsa audivisse, quae testator lingua sua de rebus suis pronuntiarit, confiteantur. His vero ita constitutis, iubent scriptum testamentum, nisi ad scripturae, qua testatoris voluntas significatur, perfectionem simul omnia conveniant, et testium subscriptiones, quae de illius veritate testentur, et signacula, quae subscriptionibus fidem praebeant, nisi haec simul omnia prius, quam is, cuius id testamentum est, e vita excedat, concurrant id irritum esse, et tanquam scriptum, et tanquam non scriptum. Ex hoc sane praedicto placito, quum non admodum caute, ne dicam male conceptum sit, confusio atque ambiguitas rem testamentariam invadit. Aliis enim videtur testamentum, velut adulterina semina, prorsus abiiciendum, et aliis quidem ut ex bonis utilitatem capiant permittere, defunctis vero ne minimum quidem utilitatis ex rebus suis accedere, si quidem defuncti utilitatem aliquam sentiunt. Sentiunt autem, quum ex ipsorum morte per beneficii erogationem nonnulli reviviscunt. Verum enim, ut dixi, alii ita a rerum suarum utilitate hominem prorsus arcere volunt, quibus vero benignior sententia animo residet, testamento, quod sigillorum impressione perfectionem non accepit, si non ut scriptum censeatur, certe tamen qualem non scriptum accipit vigorem tribuunt. Nos itaque hanc ambiguitatem adeo rebus humanis esse damnosam videntes, benigniori iudicum sententiae accedimus, et veteris legis caliginem et ambiguitatem in simplicem atque apertam cognitionem convertimus. Igitur sancimus, testamentum, respectu eorum, quae scripto testamento adesse debent, imperfectum, si tamen per testimonia non scripti testamenti fide non egeat, vigore non scripti testamenti firmum esse, si vero fide per testes facta indigeat, tunc, ut quod nihil ad faciendam fidem idoneum habeat, infirmari. Quae enim ratio est, immo quomodo non omnino absurdum et irrationabile est, alias quidem testes tali approbatione dignari, ut etiam scripturae non mandata confirment, alias vero eos, quasi qui per scripturam declarata confirment indignos vilipendere? quanquam hic quodammodo firmior fit fides. Quomodo vero id detestandam et inverecundam aequitatis proditionem non continet? Quid enim, si testamentum scripto quidem tradi coeperit, quodque constitutum est dignorum fide testium auribus insonuerit, deinde vero scribam morbus corripuerit, aut mors etiam ipsum sustulerit, mox vero etiam testatorem? ut multa hominibus ex improviso contingunt. Ita, quos is moriens beneficio dignos censuit, illi eo privati iniuriam sustinebunt, et, quod gravissimum est, non solum inter viventes malum consistit, verum etiam mortuum insectatur, eumque privat (quantum ad eorum, qui testamentum irritum faciunt, sententiam attinet) misericordis dei commiseratione, cuius participem illum fore ex eo, quod ipso defuncto alii beneficiis subleventur, spes erat. Propterea nostra potestas his cognitis, evidentem

tos, y que causan no pequeño daño á las cosas, hemos determinado que sería bueno revisarlas, y definir en ley no ambigua, ni que pueda ser diversamente entendida, cómo es menester que se confirmen, ó no, los testamentos. Porque ya los que antes que nosotros trataron de los testamentos los dividieron en dos clases, y dijeron que unos ciertamente se hacían por escrito, y otros sin escrito, y añadieron el modo como ambos testamentos, así el escrito, como el no escrito, se hacen válidos. Y ciertamente la confirmación del escrito consiste en esto, en que la voluntad haya sido perfeccionada con la firma y el sello de todo el número de los testigos, hallándose todavía entre los hombres el testador, pero la del no escrito, en que cinco testigos no indignos de fe confiesen que ellos oyeron lo mismo que el testador haya declarado con su lengua respecto á sus bienes. Y establecido esto así, disponen que el testamento escrito, si á la perfección de la escritura, en que se significa la voluntad del testador, no concurriera al mismo tiempo todo, las firmas de los testigos, que atestiguan la verdad de aquél, y los sellos que dan fe á las firmas, si todo esto no concurriera conjuntamente antes que deje la vida aquel de quien es el testamento, sea invalidado, tanto como escrito, cuanto como no escrito. Y á la verdad, por virtud de esta susodicha disposición, habiendo sido concebida no muy cautamente, para no decir malamente, la confesión y la ambigüedad invaden la materia de los testamentos. Porque á unos les parece que el testamento debe ser en absoluto rechazado, como las semillas adulteradas, y que á otros ciertamente se les permita adquirir utilidad de los bienes, pero sin que á los difuntos les alcance ciertamente ni la más pequeña utilidad de sus bienes, si es que los difuntos experimentan alguna utilidad. Mas la experimentan, cuando por virtud de la muerte de los mismos reviven algunos por la dispensación de un beneficio. Pero, como he dicho, unos quieren así excluir en absoluto al hombre de la utilidad de sus propios bienes, y aquellos en cuyo ánimo hay una opinión más benigna le dan fuerza al testamento, que no recibió su perfeccionamiento con la impresión de los sellos, si no fuera considerado como escrito, pero si ciertamente lo recibió como no escrito. Así, pues, nosotros viendo que esta ambigüedad es de tal modo perjudicial para los negocios humanos, accedemos á la sentencia más benigna de los jueces, y convertimos la obscuridad y la ambigüedad de la antigua ley en sencillo y claro conocimiento. Mandamos, por tanto, que el testamento imperfecto respecto á las cosas que deben concurrir en el testamento escrito, si, no obstante, no careciera de la fe de testamento no escrito por medio de los testimonios, sea firme con el vigor de testamento no escrito, mas si careciera de la fe prestada por los testigos, en este caso sea invalidado como por no tener nada adecuado para hacer fe. Porque ¿cómo es de razón, aun más, cómo no es enteramente absurdo é irracional, de una parte que los testigos sean considerados dignos de tal aprobación, á fin de que confirmen también lo no consignado en la escritura, y de otra, que se los vilipendie como indignos de confirmar lo declarado por medio de la escritura, aunque en este caso se hace en cierto modo más firme la fe? Y ¿cómo esto no contendría detestable y desvergonzada defección de la equidad? Porque ¿qué se dirá, si ciertamente se hubiere comenzado á hacer por escrito el testamento, y lo que se dispuso hubiere resonado en los oídos de testigos fidedignos, pero después hubiere sobrevenido una enfermedad al escribano, ó aun lo hu-

atque indubitatam formam sancivit, ut, si testes tantum dicant illius hominis proprium id esse testamentum; id non improbetur, sed firmum sit, tametsi non solum signacula, sed etiam cum subsignatione testium subscriptiones desint.

biere arrebatado la muerte, y luego también al testador, como de improviso les acontecen muchas cosas á los hombres? Así, aquellos á quienes éste al morir consideró dignos de un beneficio sufrirán privados de él injuria, y, lo que es gravísimo, el mal no se limita solamente á los vivos, sino que también persigue al muerto, y le priva (por lo que se refiere al parecer de los que invalidan el testamento) de la conmiseración de Dios misericordioso, de quien había la esperanza que habría él de ser partícipe, porque, fallecido él, otros serían favorecidos con beneficios. Por esto, habiendo conocido estas cosas, sancionó nuestra potestad una disposición evidente é indubitada, para que, si los testigos dijeran solamente que este testamento es propio de aquel hombre, no sea él invalidado, sino que sea firme, aunque no solamente falten los sellos, sino también con los sellos las firmas de los testigos.

CONST. XLIII

UT PER SCRIBENDI IGNAROS TESTAMENTA ETIAM CONFIRMENTUR

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Non quod superiores quia communis vitae negotiis diligentem cautionem attulerunt, reprehendere velimus, legem proferimus, sed potius, ut exacta ipsorum ratio in usum recipiatur, operam damus, resque ipsae cum fieri nequeat, ut exacto eorum praescripto respondeant, quoad eius fieri potest, debito suo statu ne excidant, iubemus. Quid igitur est, quod dico? Decretum est a veteribus de testamentis tractantibus, ut per septem testes, ad minimum autem per quinque, defunctorum statutis auctoritas accederet, neque id simpliciter, sed etiam ne ignarl litterarum testes essent, si in civitatibus, ubi peritorum penuria non est, testamenta facta sint; sed aliis in locis, in quibus omnino quae ad institutionem et litterarum cognitionem pertinent, non frequentantur, illic testium non exacte haberetur ratio, neque illi soli, qui bene instituti essent, quaererentur, sed ad testandum etiam litterarum imperiti adltum haberent. Quod itaque in locis in quibus hominum scribendi peritorum abundantia non est, lex fieri statuit, id consuetudo omnibus ubique locis et civitatibus, quanquam magna doctorum hominum copia esset, facere volentibus concessit. Hoc etiam imperatoriae nostrae maiestati placuit atque legum auctoritate dignatum est. Sancimus igitur, in omnl loco et civitate etiam ab imperitis testamenta confirmari, dummodo mores testium fidem mereantur. Quin et numerum non solum ad quinque contrahimus, sed iis in locis, in quibus forte raros fide dignos prodire constat, tres quoque admitti, ac testimonium illorum non reprobari volumus.

CONSTITUCION XLIII

DE QUE TAMBIÉN SE CONFIRMEN LOS TESTAMENTOS POR MEDIO DE LOS QUE NO SABEN ESCRIBIR

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

No damos esta ley porque queramos reprender á los antepasados por haber proporcionado diligente caución á los negocios de la vida común, sino que más bien procuramos que sea admitida en el uso la exacta disposición de los mismos, y mandamos que las mismas cosas, no pudiendo ser que respondan á la exacta prescripción de ellos, no se salgan, en cuanto pueda ser, de su estado debido. ¿Qué es, pues, lo que digo? Se decretó por los antiguos, que trataron de los testamentos, que por medio de siete testigos, y á los menos por cinco, les correspondiese autoridad á las disposiciones de los difuntos, y no sencillamente esto, sino también que los testigos no fuesen imperitos en letras, si los testamentos se hubieran hecho en ciudades, en que no hay escasez de peritos; pero que en las otras localidades, en que no se frecuenta lo que se refiere á la enseñanza y al conocimiento de las letras, no se tuviese con exactitud cuenta de los testigos, ni fueran requeridos solos los que estuviesen bien instruídos, sino que para atestiguar tuvieran acceso también los imperitos en letras. Y así, lo que la ley determinó que se hiciera en las localidades en que no hay abundancia de hombres que sepan escribir, la costumbre se lo permitió hacer á todos los que quisieran en cualesquiera localidades y ciudades, aunque hubiese grande abundancia de hombres doctos. Y esto también le plugo á nuestra majestad imperial y fué considerado digno de la autoridad de las leyes. Mandamos, pues, que en toda localidad y ciudad sean confirmados los testamentos aun por imperitos, con tal que las costumbres de los testigos merezcan consideración. Y aun no solamente reducimos á cinco el número, sino que queremos que en aquellas localidades, en que consta que hay muy pocos individuos fidedignos, sean admitidos también tres, y que no sea desestimado el testimonio de ellos.

CONST. XLIV

[A QUIBUS OBSIGNARI TESTAMENTA OPORTEAT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Et alia quidem omnia negotia, quae homines in

(1) *Esta rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*

CONSTITUCION XLIV

[POR QUIÉNES ES MENESTER QUE SEAN SELLADOS LOS TESTAMENTOS]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Ciertamente que también todos los demás nego-

litteras referunt, necessario accuratum testimonii subsidium requirunt, maxime vero illa, quae homines natura sua ad interitum vergente, et discessu e carne imminente, litteris exponunt, quibus in ipso e vita excessu rationes suas committunt. Etenim quae quidem inter vivos conscripta sunt, quanquam obsignata sint, illorum vitia ex verborum eius, qui scripsit, eorumque, de quibus scriptum confectum est, examinatione deprehenduntur, quae vero a morientibus scripto constituuntur, ea se minus recte habere, nisi certum testium suffragium adsit, disci non potest. Verum enim vero et hic tractatus optime a legislatore conscriptus est, dum testamentorum testes saepius ad iusiurandum adigi nolens, illis census magistri, qui nunc generalis appellatur, sigillo parari firmitatem iubet. Etenim quod tanquam levem promtumque ad iurandum aditum non praebet, et manifesto sigillo ambiguis testamentis vigorem tribuendo, ut iuramenta reprimerentur fecit, ea sane res et prudentissimi consilii et praestantissima est. Atque hoc quidem obtinuit olim. Postmodum autem consuetudo id mutavit, ut praeter testes sigillum eius, qui ad quaestoris dignitatem pervenisset, testamentis fidem afferre voluerit. Ita quidem illa etiam confirmatio maioribus nostris optima visa est. Quos et nos secuti, quo illa validior sit, iubemus, sigillo magistri census, quoniam nunc ad illum neque legum cura neque administratio pertinet, nullam esse vim in obsignatione testamentorum, quemadmodum iam non obsignantur; quod vero nunc adhibetur quaestoris sigillum, neque hoc solum testamenta obsignare, verum etiam magnificentissimos nostros magistros et patricios, et praefectum urbi, et alios, qui iudiciis praesunt, sigillis suis illa fidei commendare. Verum hi quidem in urbe, quae principatum tenet, in aliis autem locis et civitatibus strategi, et in quaque provincia praesides hoc sciant et faciant.

CONST. XLV

[UT SENTENTIAM IUDICES IN LITTERAS REFERANT SUAQUE MANU OBSIGNENT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Dum ut res iudicatae firmae maneant, et ne qua suspicio atque controversia sententias insequatur, curam gerimus, hoc quoque nobis constituendum se obtulit, ut, quibuscunque diiudicare ac dirimere lites obtigerit, de quibus rebus iudicium pronuntiaturi sint, de iis sententiam scriptam ferant, manibus suis obsignatam, ut nec si temere iudicatum esse postmodum deprehendatur, negare illi suam sententiam possint, neque alii cuipiam supposititia et adulterina sententiae scriptura efficta, illam in iudicum aliquem referre liceat. Quicunque igitur iudicum dignitate honoratus est dehinc ita faciat, et decreta sua scripta, suaque manu obsignata emittat.

cios, que los hombres consignan por escrito, requieren por necesidad esmerado auxilio de testimonio, pero principalísimamente los que los hombres, al dirigirse su naturaleza al aniquilamiento, y amenazando la separación de la carne, exponen en escritos, á los cuales confían en el mismo momento de separarse de la vida sus propias cuentas. Porque en cuanto á las cosas que, á la verdad, se escriben entre vivos, aunque hayan sido selladas, sus defectos se descubren por el examen de las palabras del que las escribió, y de aquello por lo que se hizo el escrito, mas por lo que respecta á lo que en escrito se dispone por los que mueren, no se puede saber que no está bien, si no interviniera el voto cierto de los testigos. Mas también este tratado fué óptimamente escrito por el legislador, en tanto que, no queriendo que los testigos de los testamentos sean obligados muchas veces á jurar, manda que á aquellos se les dé firmeza con el sello del maestro del censo, que ahora se llama general. En efecto, por cuanto no da así como ligero y fácil acceso para jurar, y atribuyéndoles á los testamentos ambiguos vigor con un sello reconocido, hizo que se reprimiesen los juramentos, es esta ciertamente cosa de muy prudente consejo y excelentísima. Y esto, á la verdad, estuvo en vigor en otro tiempo. Mas la costumbre cambió después esto, porque quería que además de los testigos prestase fe á los testamentos el sello del que hubiese llegado á la dignidad de cuestor. Así ciertamente les pareció muy buena á nuestros mayores también aquella confirmación. Y habiéndolos seguido también nosotros, para que aquella sea más válida, mandamos que el sello del maestro del censo, como quiera que ahora no le competen á éste ni el cuidado de las leyes ni la administración, no tenga ninguna fuerza para sellar los testamentos, á la manera que ya no son sellados; mas en cuanto al sello del cuestor que ahora se pone, no selle solamente éste los testamentos, sino préstenles fe á ellos también nuestros muy magníficos maestros y patricios, y el prefecto de la ciudad, y otros que presiden tribunales. Pero éstos ciertamente en la ciudad que tiene la capitalidad, mas en otras localidades y ciudades sepan y hagan esto los estrategos, y en cualquier provincia los presidentes.

CONSTITUCION XLV

[DE QUE LOS JUECES CONSIGNEN POR ESCRITO LA SENTENCIA Y LA FIRMEN CON SU MANO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Procurando nosotros que permanezcan firmes las cosas juzgadas, y que á las sentencias no siga sospecha alguna ni controversia, se nos ocurrió que se debía determinar también esto, que cualesquiera, á quienes incumbiere juzgar y dirimir litigios, profieran, sobre las cosas en que hayan de pronunciar juicio, sentencia escrita, firmada de su mano, para que si después se viera que se juzgó temerariamente, no puedan ellos negar su sentencia, y á nadie le sea lícito presentarla á juez alguno habiendo simulado supuesta y adulterada la escritura de la sentencia. Por tanto, hágalo así desde ahora cualquiera que esté honrado con la dignidad de juez, y expida escritos sus decretos, y firmados de su mano.

(1) *La rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*

CONST. XLVI

[ABROGATIO QUARUNDAM DE CURIIS ET DECURIONIBUS LATARUM LEGUM] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quemadmodum aliarum omnium rerum in communi vita usum utilitas efficit, et quae quidem commodum aliquod afferunt magnificimus, quae vero nihil conducunt, contemnimus, sic omnino et ad legalium capitum compositionem nos accommodari oportebit. Quorum igitur usus aliquis est, qui reipublicae utilitatem proferat, haec necessario et posita sint et honorentur, quorum vero usurpatio aut nullius momenti, aut mala sit, horum non modo nulla ratio habeatur, sed etiam e legum corpore exemtae reiiciantur. Haec idcirco dicimus, quod inter veteres de decurionibus et curiis latae leges quaedam gravia et intolerabilia decurionibus quidem nonnulla munera iniunxerunt, curiis autem privilegium, ut quosdam magistratus constituerent, suaque auctoritate civitates gubernarent, praebuerunt. Quae nunc, eo quod res civiles in alium statum transformatae sunt, omniaque ab una imperatoriae maiestatis sollicitudine atque administratione pendent, tanquam frustra circa legale solum oberrantes, nostro decreto illinc submoventur.

CONST. XLVII

[ABROGATIO LEGIS, QUAE SENATUI PRAETORES, DECURIONIBUS VERO PRAEFECTOS CONSTITUERE CONCEDEBAT] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quum alius quidem olim reipublicae status esset, alius etiam ordo rerum erat. Quoniam enim non cuncta in principis deliberationem cadebant, sed nonnulla erant, de quibus displicere et iubere senatus officium esset, ab illo etiam originem sumebant. Praetores itaque tres numero in urbe principali rebus administrandis ab eo praeficiebantur, et ipsa constitutio sanctione legis procedebat. Enimvero id non in urbe solum obtinuit, quae principatum tenet, sed in aliis etiam a decurionibus, qui vocantur, praefecti quidam (non quales hodie militaris praefectura novit, sed excellentiores quidam, quique aliam curam demandatam haberent) praeficiebantur. Tunc igitur aliter rebus compositis, necessitas illam legem requirebat, nunc autem, quum omnia a principali cura pendeant, deoque opitulante ipsius providentia et discutiantur, et diiudicentur, et nullum illa lex usum praebeat, cum aliis, quae de republica electae sunt, hanc etiam eiiciendam esse statuimus. Quemadmodum enim legibus non existentibus nascendi causam rerum usus praestat, sic, quando statutum rerum utilitati non inservit, id abolendum esse consequitur.

(1) *La rúbrica fué redactada en griego por Steph.*

CONSTITUCION XLVI

[DEROGACIÓN DE ALGUNAS LEYES PROMULGADAS RELATIVAS Á LAS CURIAS Y Á LOS DECURIONES]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Así como en la vida común la utilidad de todas las otras cosas constituye su uso, y estimamos en mucho las que ciertamente proporcionan algún provecho y despreciamos las que á nada conducen, así también convendrá en todo caso que nos acomodemos en la composición de los capítulos de las leyes. Por lo tanto, aquellas cosas de que hay algún uso, que procure utilidad á la república, queden por necesidad establecidas y honradas, mas de ningún modo se tenga cuenta alguna de aquellas cuyo uso es ó de ningún valor, ó malo, sino sean rechazadas como excluídas también del cuerpo de las leyes. Y precisamente decimos esto, porque ciertas leyes promulgadas por los antiguos sobre los decuriones y las curias impusieron ciertamente á los decuriones algunas pesadas é intolerables cargas, mas les concedieron á las curias privilegio para que nombrasen ciertos magistrados, y gobernaran por su propia autoridad las ciudades. Las cuales, por cuanto las cosas civiles han sido transformadas en otro estado, y todo pende del solo cuidado y de la administración de la majestad imperial, como si inútilmente anduvieran errantes en el terreno legal, son rechazadas ahora de él por decreto nuestro.

CONSTITUCION XLVII

[DEROGACIÓN DE LA LEY QUE AL SENADO LE CONCEDÍA NOMBRAR LOS PRETORES, Y Á LOS DECURIONES LOS PREFECTOS]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Siendo antes ciertamente otro el estado de la república, era también otro el orden de las cosas. Porque como no todas las cosas correspondían á la deliberación del príncipe, sino que había algunas sobre las que era atribución del Senado conocer y disponer, también de él tomaban ellas origen. Y así, en la ciudad principal eran puestos por él al frente de la administración de los negocios tres Pretores, y este nombramiento se verificaba con la sanción de la ley. Mas esto tuvo observancia no solamente en la ciudad, que tiene la capitalidad, sino que también en las otras eran nombrados por los que se llaman decuriones algunos prefectos, (no cuales hoy los conoce la prefectura militar, sino algunos más elevados, y que tenían encomendado otro cuidado). Concertadas, pues, entonces de otro modo las cosas, la necesidad requería aquella ley, pero ahora, como todo pende del cuidado del príncipe, y con el auxilio de Dios es discutido y juzgado por providencia del mismo, y aquella ley no tiene ningún uso, hemos determinado, que, juntamente con otras, que han sido excluídas de la república, haya de ser repelida también esta. Porque así como cuando no existen las leyes el uso de las cosas da causa para que nazcan, así, cuando lo estatuído no sirve á la utilidad de las cosas, es consiguiente que ello deba ser abolido.

(2) *También la rúbrica fué escrita por Steph.*

CONST. XLVIII

[NE MULIERES IN CONTRACTIBUS TESTIMONIUM PRAEBEANT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Haud scio, quomodo, re non accurato iudicio disquisita, mulieribus ad dicendum testimonium procedendi facultatem dederint veteres, neque notissimum illud perpenderint, frequentem in virorum oculos occursum mulieri dehonestamento esse, pudicas vero et honestas eius rei fugam efficere. Qua ratione igitur illas ad testimonium assumi permiserint, unde fit persaepe, ut in magnis hominum turbis conversentur, et irreverentius, quam mulierum sermo ferat, lingua utantur, hoc, ut dixi, mihi dubitare subiit. Cur enim his visum est, ut in negotia publica mulierum prodiret testimonium, quibus iuxta atque viris testari permiserunt? quemadmodum Scythicas mulieres simul cum maritis armari audimus? Atqui hoc nonne praeter absurditatem naturae etiam finium, quibus virilis et muliebris sexus disiuncti sunt, multam confusionem et eversionem continet? Nonne vero mulieribus, quas etiam domi observanter, nequaquam autem dissolute atque indulgenter convenirl oportet, debitam produnt et verecundiam et honestatem? Etenim ad ferendum testimonium progressio, eo quod multorum illae hominum commiscentur conventibus, negotiisque implicantur virilibus, dum licentiae mulieribus non decorae viam aperiat, positum in natura mulieris morem pudoremque adimit, atque ipsas ad procacitatem exercet. Iam vero res illa contumeliam aliquo modo etiam viris affert. Quid enim hoc aliud, nisi contumelia, et contumelia gravissima, erit, si ad illas res, quarum tractatio viris propria est, sexus etiam femineus procedet? Quapropter non minus consuetudinem, quam legis erratum maiestas nostra corrigens illis ad testandum praeclusit aditum, ac proposita sententia sua decernit, legeque prohibet, ne omnino mulieres ad contractuum testimonia accedant. In rebus autem mulierum propriis, quibus interesse viris fas non est (de partu loquor, et si cui rei alii sola mulier adhibetur), sua peculiaria virisque occulta testentur.

CONSTITUCION XLVIII

[DE QUE LAS MUJERES NO PRESTEN TESTIMONIO EN LOS CONTRATOS]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

No sé cómo, sin haber examinado la cosa con detenido juicio, les dieron los antiguos á las mujeres la facultad de presentarse á prestar testimonio, y no consideraron esto que es conocidísimo, que la frecuente presentación ante los ojos de los hombres sirve de deshonor á la mujer, y que las púdicas y las honestas huyen de esta cosa. Así, pues, se me ocurre dudar, según he dicho, por qué razón permitieron que ellas fueran admitidas á prestar testimonio, por lo que muchas veces sucede que se mezclan en grandes reuniones de hombres, y se sirven de la lengua con más irreverencia que la que comporta el lenguaje de la mujeres. ¿Porqué, pues, les pareció bien, que en los negocios públicos se prestase el testimonio de mujeres, á las que les permitieron que atestiguaran de la misma manera que los hombres, al modo que hemos oído que las mujeres Scitas se armaban juntamente con sus maridos? Mas ¿acaso no contiene esto, además de un absurdo, grande confusión y destrucción de la naturaleza y también de los límites por que están separados los sexos masculino y femenino? Y ¿les guardan por ventura á las mujeres, las que deben ser visitadas con miramientos en su casa, y de ninguna manera disoluta é indulgentemente, el respeto y la consideración debidos? Así, pues, su presentación para prestar testimonio, por lo mismo que ellas se mezclan en reuniones de muchos hombres, y se inmiscuyen en negocios de hombres, abriendo camino á licencia no decorosa para las mujeres, quita el recato y el pudor ingénitos en la naturaleza de la mujer, y las ejercita á ellas mismas en la procacidad. Mas también la cosa les produce de algún modo afrenta aun á los hombres. Porque ¿qué otra cosa será, sino afrenta, y afrenta gravísima, que en aquellas cosas, cuyo manejo es propio de los hombres, intervenga también el sexo femenino? Por lo cual, corrigiendo nuestra majestad no menos la costumbre, que el yerro de la ley, les cerró á aquellas el acceso á prestar testimonio, y por deliberada resolución suya decreta, y por ley prohibe, que de ninguna modo tengan acceso las mujeres para ser testigos de los contratos. Mas en las cosas propias de las mujeres, en las que no es lícito que intervengan los hombres, (me refiero al parto, y á otra cualquiera cosa en que es admitida sola la mujer), atestigüen sus cosas peculiares y ocultas á los hombres.

CONST. XLIX

[NE SERVI AD DICENDUM TESTIMONIUM ADMITTANTUR] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Testimonium, quum res magni momenti et necessaria sit ad tuenda communis vitae negotia, non a quibuslibet personis, sed ab iis, qui extra ignominiam vivunt, procedere aequum est. Recte ergo subtiliter de hac re disponunt leges, nec simpliciter ad dicendum testimonium cuique aditum prae-

CONSTITUCION XLIX

[DE QUE LOS ESCLAVOS NO SEAN ADMITIDOS Á PRESTAR TESTIMONIO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Como quiera que el testimonio es cosa de grande importancia y necesaria para garantizar los negocios de la vida común, no es justo que emane de cualesquiera personas, sino de los que viven exentos de ignominia. Así, pues, con razón disponen con escrupulosidad las leyes sobre este asunto, y no le

(1) *Esta rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*

(2) *La rúbrica fué también escrita por Steph.*

bent. Veruntamen quia nonnullae leges servilis conditionis hominibus in quibusdam rebus testimonia perhibere concesserunt, visum nobis est etiam quae huc spectant manifestare, ut omnino qui libertatis participes non sunt, ad testandum non admittantur, et lex Novellarum constitutionum obtineat et de omni omnino testimonio statuat, atque de omni re, sive testamenta sint, sive aliam humanae vitae actionem testimonium complectatur. Si enim illis, qui, etsi statu liberi exsistentes, vitam ingenue et libertate, quam nacti sunt, digne non degunt, neque quantum fieri potest animi magnitudinem a servitute liberam conservant, sed in illicitarum actionum servitutem subiguntur, testimonium dicere non licet, neque his, quorum vitam non esse liberam constat, ferre testimonium concedetur. Nam tametsi alius hic servitutis modus sit, attamen servitus est, qua teneri libertatis dignitate participem indignum sit.

CONST. L

UT DONATIONES, QUAE IN LITTERAS RELATAE NON SUNT, AD QUINGENTOS USQUE AUREOS VALEANT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quoniam multi cum gratias relaturi, tum benigno duntaxat proposito moti, dona in nonnullos conferunt, etiam de hoc capite exponere placuit, quales donationes non everti, et quales irritas esse oporteat. Atque veteres quidem hac de re tractantes volnerunt, illam donationem firmitate carere, quae quingentorum aureorum summam exsuperet, nisi in acta publica relata sit, licet donatarius donationis certam probationem propria donatoris manu privatim scriptam abstulerit. At nescio, quid sibi illi superflua hac subtilitate velint. Quando enim donatio scripto comprehensa, eique iustum testimonium adhibitum est, quorsum amplius perscrutari haec oportebat? Nobis itaque nimia hac subtilitate, quam ne servari quidem omnino in donationibus scimus, per sanctionem consopita, illud proponere visum est, ut donatio, quae quingentos aureos excedit, si in litteras relata sit, rata permaneat, quae vero scripto comprehensa non est, pro eo modo, qui quingentos aureos excedit, irrita sit, tametsi donatarius praesentibus testibus rem donatam adeptus sit. Etenim donatio, cuius aestimatio quingentos aureos non superat, etsi conscripta non sit, tribus testibus confirmata, rata iudicatur, et ad hanc formam examinatae donationes aut valere, aut infirmari debent.

CONST. LI

[DE INVENTO THESAURO, CUIUS ESSE DEBEAT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Bonum sane atque salutare esset, si divinis salutiferisque moremgereremus legibus; ita enim agentes minime humanis legibus indigeremus, et

(1) *La rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*

dan simplemente á cualquiera acceso para prestar testimonio. Mas como algunas leyes concedieron á hombres de condición servil que en algunas cosas prestaran testimonios, nos ha parecido bien manifestar también lo que á esto se refiere, á fin de que de ningún modo sean admitidos á atestiguar los que no son partícipes de la libertad, y tenga observancia, y estatuya absolutamente sobre todo testimonio, y sobre toda cosa, ya estas sean testamentos, ya el testimonio comprenda otra acción de la vida humana, la ley de las nuevas constituciones. Porque si á los que aun siendo libres por su estado no llevan noble y dignamente su vida con la libertad que alcanzaron, y no conservan, en cuanto es posible, libre de la esclavitud la grandeza de su ánimo, sino que se sujetan á la esclavitud de las acciones ilícitas, no les es lícito prestar testimonio, tampoco se les concederá que presten testimonio á aquellos cuya vida consta que no es libre. Porque aunque haya aquí otro modo de esclavitud, es, sin embargo, esclavitud aquella por la que se es indigno de ser tenido como partícipe de la dignidad de la libertad.

CONSTITUCION L

DE QUE LAS DONACIONES, QUE NO ESTÁN CONSIGNADAS POR ESCRITO, SEAN VÁLIDAS HASTA DE QUINIENTOS ÁUREOS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Puesto que muchos ya cuando han de devolver gracias, ya cuando están movidos solamente por un propósito benévolo, confieren donativos á algunos, plugo exponer también sobre este capítulo cuáles donaciones conviene que no sean anuladas, y cuáles que sean invalidadas. Y los antiguos ciertamente quisieron al tratar de este asunto que careciera de firmeza la donación que excediese de la suma de quinientos áureos, á no ser que hubiera sido consignada en acta pública, aunque el donatario hubiere arrancado cierta prueba de la donación escrita privadamente por la propia mano del donador. Mas no se qué quieran ellos para sí con esta supérflua escrupulosidad. Porque cuando la donación fué comprendida en un escrito, y se dió para ella el legítimo testimonio, ¿para qué era conveniente investigar más esto? Y así, anulada por una disposición esta nimia escrupulosidad, que ciertamente no sabemos que de ningún modo se guarde en las donaciones, nos ha parecido bien resolver, que la donación, que excede de quinientos áureos, permanezca válida, si hubiera sido consignada por escrito, pero que la que no fué comprendida en un escrito sea nula, aunque el donatario haya obtenido en presencia de testigos la cosa donada. Así, pues, la donación, cuya estimación no supera la de quinientos áureos, aunque no haya sido escrita, habiendo sido confirmada con tres testigos, es juzgada válida, y examinadas en esta forma las donaciones deben ó valer, ó ser invalidadas.

CONSTITUCION LI

[DE QUIÉN DEBA SER EL TESORO HALLADO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Sería ciertamente bueno y saludable si nos acomodáramos á las divinas y salutíferas leyes; porque obrando así de ningún modo necesitaríamos de le-

illarum luce tutissima via incedentes humano ex legibus auxilio nobis non esset opus. Verum quoniam coeno atque luto omnes emergere, divinisque praeceptis in caelum tollentibus elevari difficile est, humanae vitae salutem etiam humana prudentia per leges suas adinvenit. Quapropter etiam nunc, quum, quanquam dominus et servator noster misericordes esse, eorumque, qui inopia premuntur, illos, qui ipsius donis fruentes in affluente rerum copia vivunt, augustiis succurrere jussit, nonnulli tamen ita in dominum ingrati, atque erga cognatos commiserationis expertes sunt, ut non modo non benignam manum egentibus praebeant, verum etiam, tanquam solis quoque radiis tetricos thesauros suos adspicere invideant, in terram illos defodiant, de inhumano hoc invento in medium legem prodire oportuit. Quae olim quidem lata, victa autem postmodum a cupiditate, quae multas egregias res labefactat, et ab ea suo vigore privata, nunc ab imperatoria nostra maiestate in integrum restituitur. Iubebat enim lex de eo, qui in defossum thesaurum incidisset, si quidem praedium, in quo inventus esset, ad principem pertineret vel aliter publicum esset, inventorem eum ex aequo cum fisco partiri, si vero locus, unde thesaurus in lucem prodiisset, neque ad principem pertineret, neque publicus, sed alterius cuiuspiam esset, is aequalibus partibus inter inventorum praediique dominum divideretur, si vero inventoris praedium, ipsi res inventa universa cederet. Haec lex illa sancivit. Verum perversa cupiditas, haud scio quomodo ratiocinata, iniquo lucro fisco donato, illi in hunc usque diem inventum thesaurum attribuit, legemque otiosam reddidit. At quid hinc contingit? Qui alicubi reconditos latere thesauros sciunt, dum alios laboribus suis gavisuros, se autem frustra illos subituros, quin et interdum acerbis examinationibus subiiciendos se fore considerant, illos investigare negligunt, itaque in perpetuum recondita manent et pereunt, quae in lucem producta magnam hominibus erant utilitatem allatura. Iubemus ergo, uti deinceps secundum veteris legis aequitatem etiam ex hac iudicetur, et thesauro invento, si quidem locus, ubi inventus est, in publicis vel imperatoriis fundis sit, inventor illum cum fisco partiatur, si vero alterius cuiuspiam, simili modo ipsum et inventor, et loci, in quo thesaurus inventus est, dominus inter se dividant. Ceterum si improbus esse, neque quod repererit confiteri inventor omne velit, sed dolo et mendaciis ex re inventa nonnulla retineant, in vanum tunc ille laboraverit, et tanquam malitiosus rerumque alienarum fur nihil omnino accipiat, sed beneficium loci domino soli cedat.

Es ciertamente justo castigar á los reos de injurias públicas, y sujetarlos á tales penas, que, reduciendo óptimamente á la templanza á los que fácilmente se lancen á esto, han de poner coto á las injurias; mas por lo mismo conviene no castigar más de lo que es justo, y que el derecho no se exceda de sus propios límites, y que con apariencia de vindicta no se aplique á la injusticia. Porque estimo que es justa venganza que los delincuentes sean castigados ciertamente con arreglo al delito, pero que, si se infligiera pena más grave que el delito, no se guarda el propósito del derecho. Por esto nuestra majestad, como conoció que en las disposiciones que se dieron por los antepasados, con las que sujetan á penas á los que se atrevieron á vender al pormenor alguna cosa pública, no se proferia sentencia justa, decretó que no tuviera ya esta fuerza la persecución de este crimen. Porque ¿cómo es justo, que porque vendió alguna cosa, que le cause perjuicio al fisco, le sobrevenga á alguien daño irreparable, la privación de la vida? No es, pues, de ninguna manera digno que aquel delito sea castigado con la muerte, ni nosotros dejaremos que así sean juzgados los que hayan sido descubiertos en este hecho, sino que se considerará que el que se hubiere hallado que vende al pormenor una cosa pública, luego que haya restituido el cuádruplo, sufrió suficiente pena.

CONST. LXIII

[DE POENA ILLORUM, QUI RES VETITAS AD HOSTES TRANSVEHUNT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Etiam illud crimen, quod ex eodem fonte manat, eidemque poenae a superioribus subiectum est, insanabili nos castigationi (quippe quae mortis poenam contineat) eximentes, mitiore, quemadmodum et praedicta, dignamur poena. Etenim ab antiquioribus quidem statutum est, ne ad hostes transportentur, quibus illi instrui firmioresque reddi possint, et sanctionis contemtores capitalis poena manebat. Nos vero isti quoque crimini mitiorem poenam, licet acerbam requirat, assignantes, talia constituimus, ut, si quidem navis dominus sit, qui res vetitas ad hostes transvexerit, consilliumque suum cum nautis communicaverit, solus poenam subeat, et praeter universum navis onus, nisi ipsum inopia valde premat, reliquorum etiam bonorum trientem fisco dependat. Si vero ad solos nautas (ut multa illis malitiam celantibus contingunt) id facinus spectet, ille quidem poena superior sit, hi vero poenam non effugient, sed primum quidem flagris caedantur, cuteque tenus tondeantur, deinde vero, si locupletes sint, eorum, quae exportarunt, quadruplo mulctentur, si vero inopes et pauperes sint, supra verbera et ignominiosam tonsionem etiam libertatem amittant, propterea quod servitute digni facti sunt. Nam qui, quantum in se est, non modo quam plurimos in servitutem ducunt, sed etiam vitae acerbitatem afferunt, tametsi ad servilis vitae conditionem adigantur, mediocris tamen haec atque mitis poena est. Sed haec quidem, quando non communi consensu patratum est facinus. Si vero communi consilio et malitia id factum fuerit, utpote simul flagitii auctores, ita etiam poenam sustinebunt, qualem in prohibitione alterutri parti praestituimus.

CONSTITUCION LXIII

[DE LA PENA DE LOS QUE TRANSPORTAN Á LOS ENEMIGOS COSAS VEDADAS]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Eximiendo nosotros de castigo irreparable (que, á la verdad, contenía la pena de muerte) también este crimen, que dimana de la misma fuente, y que por los antepasados fué sujetado á la misma pena, lo consideramos merecedor de pena más moderada, así como los antes dichos. Porque se dispuso ciertamente por los antiguos, que no se transportaran á los enemigos cosas con las que pudieran proveerse y hacerse más fuertes, y esperaba á los infractores de la disposición la pena capital. Mas nosotros, señalando también para este crimen pena más moderada, aunque la requiera dura, disponemos esto, que, si verdaderamente fuese el dueño de la nave quien hubiere transportado á los enemigos las cosas vedadas, y hubiere comunicado su designio á los marineros, sufra él solo la pena, y además de toda la carga de la nave entregue al fisco también la tercera parte de sus bienes, á no ser que lo agoblara mucho la pobreza. Mas si este delito perteneciera á solos los marineros, (como muchas cosas ocurren ocultando ellos su maldad), quede él ciertamente exento de pena, pero ellos no escaparán á la pena, sino que primeramente serán azotados, y tonsurados al rape, y después, si fueran ricos, serán multados en el cuádruplo de lo que exportaron; mas si fuesen necesitados y pobres, sobre sufrir los azotes y la ignominiosa tonsura, pierdan también la libertad, porque se hicieron dignos de la esclavitud. Pues para los que, en cuanto de ellos depende, no solamente llevan á muchos á la esclavitud, sino que también causan amargura á la vida, aunque sean reducidos á la condición de la vida servil, es esta, sin embargo, moderada y leve pena. Mas esto ciertamente, cuando el crimen no se perpetró por común consentimiento. Pero si se hubiere ejecutado por común designio y malicia, como quiera que del mismo modo son autores del delito, sufrirán también la pena que en la prohibición prefijamos para la otra parte.

CONST. LXIV

[DE POENA EORUM, QUI NAUFRAGIUM SUPPRESSERINT] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Illud vero valde miror, quomodo qui naufragio ejectas res occultat, tantum delinquere videatur, ut id peccatum mortem ipsi inferre debeat. Nam quod quidem non mediocre flagitium audet, qui illos rebus suis defraudat, quibus aliquis misericordia motus vel de suo sumtus suppeditet, et quem in corde dolorem circumferunt leniat (verisimile enim est graves cruciatus bonorum amissione sustinere), id luce clarius est; quod vero hos, quos vecors cupiditas huc impulit, vita privari oporteat, hoc profecto intelligere nequeo. Nam quid tantum abiatum est, ut cum anima conferri possit, quae privari debere ille condemnatur? Igitur pessimus quidem est et sacrilegus, qui se istiusmodi lucro mancipat, ac sane ille (id quod ab aliquibus fit) mortuos spoliat, veruntamen id facinus talem non meretur poenam; pro re enim materiali et fluxa materiae expertem atque immortalem, animam

CONSTITUCION LXIV

[DE LA PENA DE LOS QUE OCULTAREN LAS COSAS DE UN NAUFRAGIO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Mucho me maravillo de cómo se considera que el que oculta las cosas arrojadas en un naufragio delinque tanto, que este pecado deba producirle la muerte. Porque que ciertamente se atreve á no mediana maldad el que defrauda en sus cosas á aquellos á quienes alguno, movido de misericordia, les sufragaría aun con lo suyo los gastos, y les mitigaría el dolor que llevan en el corazón, (porque es verosímil que por la pérdida de los bienes sufran graves dolores), es más claro que la luz; pero que deba privarse de la vida á aquellos á quienes impelió á esto la perversa codicia, no puedo ciertamente entenderlo. Porque ¿qué cosa de tanto valor se quitó, que pueda ser comparada con el alma, de que aquel es condenado que debe ser privado? Así, pues, es ciertamente pésimo y sacrílego el que se apodera de semejante lucro, quien verdaderamente despoja á muertos, (cosa que se hace por algunos), pero esta

(1) *Esta rúbrica fué redactada en griego por Steph.*

(2) *También la rúbrica fué escrita en griego por Steph.*

nempe, capere, haud est aequum. Nam si saepe neque in rebus materialibus mulcta illatum damnum longe superat, ne velut circuitum aliquem iniquitas excessu conficiat, quomodo tam inaequalis poena illos, qui naufragorum res occultant, percellat, ut excessus, quem ultio ad facinus refert, exprimi verbis nequeat? Iubemus igitur, hoc etiam non amplius ita vindicari, sed pro specie retenta eum, qui occuluit, quadruplum dependere, et tali poena id delictum sanciri.

fechoría no merece tal pena; porque no es justo que por cosa material é inconstante se quite otra inmaterial é inmortal, á saber, el alma. Pues si con frecuencia, tratándose de cosas materiales, la multa no supera mucho al daño inferido, para que la desproporción no haga con su exceso así como cierto circuito, ¿cómo pena tan desproporcionada aniquilará á los que ocultan cosas de náufragos, de suerte que no se pueda expresar con palabras el exceso que el castigo aplica á la fechoría? Por lo tanto, mandamos que esto no sea ya castigado así, sino que por la cosa retenida pague el cuádruplo el que la ocultó, y sea con tal pena castigado este delito.

CONST. LXV

DE INCANTATORUM POENA

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Qui quidem propter ebriorum malignitatem reprobandum esse vinum, eiusque oblectamentum aversandum dicit, ille propter perversum usum, rem per se non perversam lacerare videtur. Ego vero promulgatam a veteribus legislatoribus legem considerans, quae modo quidem incantamentum malum rata id punit, modo vero illud admittit, quippe non ex utentium proposito malum demonstratum, sed sua natura malitiam producens, ut sterquilinia malos odores, illis legislatoribus reprehensioni esse non dixerim, sed ne quis legem vituperet, quae vituperationem in se habet, eam ex legum fundo extirpandam puto. Nam vult quidem puniri incantationes, eo quod modestia animi sublata, cogitationes excitant (1) ad libidines et furores amatorios, approbat vere rursum illas, tanquam segetes et fructus curent, aliaque bona, ut putatur, suppeditent, et quod tanquam insidiosum punivit, item rursum tanquam beneficum honorat. Nos vero istiusmodi magicas artes perniciosas esse persuasum habemus, boni vero cuiusdam causam non credimus; si vero etiam tale quid producere videatur, quemadmodum approbanti ipsas legi videtur, non id utile esse, sed escam atque ad malorum extremum paratam, a summo bono defectum, compertum habemus, atque cognovimus, illos, qui se eis dedunt, ut prae creatore et domino infaustis daemoniis adhaereant, efficere, et qui illas assectantur, hos per externarum rerum laetam quandam speciem vulnera in animam excipere. Quale quiddam inter pugnandum meticulosis frequenter accidit, qui dum ictus in manus excipere nolunt, illis caput vel ventrem exponunt. Sane si quis omnino incantamentis usus deprehensus fuerit, sive curationem corporis valetudinis, sive depulsionem damni a frugibus praetendat, is apostatarum poenam subiens, supremum supplicium sustineat.

CONSTITUCION LXV

DE LA PENA DE LOS ENCANTADORES

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Ciertamente que el que dice que á causa de la malignidad de los borrachos se debe reprobar el vino y desdeñar su deleite, parece que desacredita por su mal uso una cosa, no mala por sí. Mas yo, considerando la ley promulgada por los antiguos legisladores, que unas veces juzgando malo el encantamiento lo castiga, pero que otras lo admite, en tanto que no se demostró que fuera malo por el propósito de los que lo empleaban, sino que por su naturaleza producía la maldad, como los estercoleros los malos olores, no diré que aquellos legisladores sean dignos de reprensión, mas para que nadie vitupere una ley, que en sí contiene vituperación, opino que debe ser extirpada del terreno de las leyes. Porque quiere ciertamente que se castiguen los encantamientos, porque, habiendo quitado la modestia del ánimo, excitan el pensamiento á las liviandades y á los furores amatorios, pero á su vez los aprueba, como si curasen las mieses y los frutos y proporcionasen otros bienes, según se cree, y lo que castigó como insidioso, lo honra también á su vez como benéfico. Mas nosotros tenemos la persuación de que tales artes mágicas son perniciosas, y no creemos que sean causa de bien alguno; y aun si pareciera que producen alguna tal cosa, como le parece á ley que las aprueba, tenemos por averiguado que aquella no es útil, sino cebo y cosa preparada para el mayor de los males, la carencia del sumo bien, y sabemos que hacen que los que á ellas se dedican se adhieran en vez que al Creador y al Señor á funestos demonios, y que los que las siguen reciban, por medio de cierta grata apariencia de cosas externas, heridas en el alma. Algo así como lo que frecuentemente les acontece al luchar á los meticulosos, quienes, no queriendo recibir heridas en las manos, exponen á ellas la cabeza ó el vientre. Si, pues, se hubiere descubierto que alguien se valía de algún modo de encantamientos, ya si pretendiera la curación de una enfermedad del cuerpo, ya si alejar de los frutos un daño, éste, incurriendo en la pena de los apóstatas, sufra el último suplicio.

CONST. LXVI

DE PLAGIO

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quemadmodum iustitiae libram non plus aequo ad misericordiam inclinare, ita neque nimia austeritate delinquentibus gravlorem, quam peccatum

CONSTITUCION LXVI

DEL PLAGIO

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Así como es decoroso que la balanza de la justicia no se incline más de lo justo á la misericordia, así también lo es que con demasiada austeridad no

(1) excitat, *desta el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*

requirat, poenam imponi honestum est. Illud enim, scilicet intempestiva commiseratio, in illis, quibus decorum excedere religio non est, contemtum et ad audenda mala acriorem impetum gignit, graviore vero, nec pro merito delictum poena ferire, non est id iustitiae ultio, sed sub specie iustitiae rem iniustam aggredi. Nam non pro delicti modo delinquentem punire, iniuria afficere, nequaquam vero iustitiam exercere est. At quorsum hoc dictum est? Quod lex, nescio quomodo hoc statuens cognoscens eum, qui alienum servum abduxerit, adeo morte puniri, poenam delicto non accommodans, quum poenam vitae privationis inferri dignum non sit, et, quanquam rei amissio quaedam acciderit, quae repensari possit, propterea plagiarium irreparabili damno subiicit. Propterea igitur ab iis, qui digna morte non commiserunt, tam acerbam poenam exigi, quoniam iniquum esse animadvertimus, quam legem consuetudo contemsit (ut quae vita plagiarium non privet, sed alio modo puniat), eandem nos etiam legalibus constitutionibus eiicientes, quod illi placuit, lege confirmamus, et iubemus, eum, si quis alienum servum abduxisse deprehensus sit, si servi restitutione eiusdemque aestimatione puniri, et praeterea eius, quod ex industria eius provenit, et quantum dominus non amisso servo percipere potuerit, plena solutione, ultra vero delinquentibus poenam non aggravari. Ita enim sufficienter et laeso utilitas, et furi poena servatur, quippe quum ille servum reciplat, et utilitas, quam servo non subrepto habuisset, non imminuatur, hic vero in duplum servum subreptum reddere debeat, nihilque ex servitute subrepti iucretur.

se les imponga á los delincuentes pena más grave que la que requiera su pecado. Porque aquello, esto es, la intempestiva conmiseración, engendra, en los que no tienen escrúpulo en salirse de lo decoroso, menosprecio y mayor ímpetu para atreverse á lo malo; pero castigar un delito con pena mayor, y no según su mérito, no es castigo de justicia, sino hacer una cosa injusta con apariencia de justicia. Pues no castigar al delincuente con arreglo á su delito, es inferir injuria, pero de ningún modo ejercer la justicia. Pero ¿á qué ha sido dicho esto? Porque no sé cómo, conociendo esto la ley, estatuye que el que se hubiere llevado un esclavo ajeno sea por ello castigado con la muerte, no acomodando la pena al delito, cuando no es digno que se imponga la pena de privación de la vida, y, aunque haya acontecido cierta pérdida de cosa que puede compensarse, sujeta por ella al plagiario á un daño irreparable. Así, pues, como hemos visto que es injusto que á los que no cometieron cosa merecedora de la muerte se les exija pena tan dura, excluyendo también nosotros de las constituciones legales la misma ley que la costumbre menospreció, (para que no prive de la vida al plagiario, sino que lo castigue de otro modo), confirmamos por ley lo que á aquella le pareció bien, y mandamos, que, cuando se haya descubierto que alguien se llevó un esclavo ajeno, sea él castigado con la restitución del esclavo y con la estimación del mismo, y además con el completo pago de lo que provino de industria de él, y de cuanto hubiere podido percibir el dueño, si no hubiese perdido el esclavo, pero que no se les agrave más la pena á los delincuentes. Porque así se conserva de modo suficiente la utilidad para el lesionado, y la pena para el hurtador, pues aquel recupera el esclavo, y no se disminuye la utilidad que habría tenido no habiéndosele hurtado el esclavo, y el otro debe devolver en el duplo el esclavo hurtado, y no lucra nada con la esclavitud del hurtado.

CONST. LXVII

DE IIS, QUI AD HOSTES TRANSEUNT SUAQUE SPONTE REVERTUNTUR

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Et nimia austeritas et severitas, et immoderata lenitas et clementia, aequaliter utraque id, quod utile est, laedunt. Etenim et qui severitate immodica utitur, et qui lenitatem gravitate miscere nequit, uterque, sive alicui uni, sive familiae, sive civitati praesit, quibus praefectus est, cum illorum detrimento res sibi commissas administret. Oportet enim eum, qui recte praefuturus est, quemadmodum temperata et salubria loca aequabiliter mixtas habent aëris conditiones, ita et ipsum affectionum commixtione ad rerum administrandarum utilitatem attemperata, se moderatum praebere, et neque morositate gravem atque intolerabilem esse, neque indecora lenitate despicabilem et ad gubernandum ineptum. Quod igitur de aëre dicimus, hoc omnino etiam in legibus servari convenit. Nam oportet leges, quae revera reipublicae principes sunt, quod dixi temperamentum servare, neque ad severitatem et lenitatem supra modum respicere, si ii, qui ipsarum rectionem agnoscunt, incolumes futuri erunt. Haec a nobis dicuntur severitatem respicientibus, quae in lege adversus transfugas ad hostes lata apparet. Vult enim transfugam, si quando ad poenitentiam respiciat, et redeundo sd suos commissum delicto mederi velit, bestiis devorandum obiici aut in furcam tolli. Quod quidem

CONSTITUCION LXVII

DE LOS QUE SE PASAN Á LOS ENEMIGOS Y VUELVEN POR SU PROPIA VOLUNTAD

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Tanto la demasiada austeridad y severidad, como la inmoderada lenidad y clemencia, perjudican ambas por igual lo que es útil. Porque así el que emplea inmoderada severidad, como el que no puede mezclar la lenidad con la gravedad, ambos, ya estén encargados de uno solo, ya de una familia, ya de una ciudad, administran las cosas que les están encomendadas con detrimento de aquellos á cuyo frente están. Porque, así como los lugares templados y salubres tienen mezclados por igual las condiciones del aire, así también es menester que se muestre moderado por una mezcla de afecciones, acomodada á la utilidad de las cosas que se hayan de administrar, el que con rectitud ha de estar al frente de ellas, y que no sea pesado é intolerable por su inconsideración, ni despreciable é inepto para gobernar por su indecorosa lenidad. Así, pues, lo que decimos del aire, esto conviene en todo caso que se observe también en las leyes. Porque es menester que las leyes, que en realidad son los jefes de la república, conserven el temperamento que he dicho, y que no tiendan á la severidad ni á la lenidad sin medida, si han de quedar incólumes los que aceptan el régimen de las mismas. Se dice por nosotros esto, reparando en la severidad que aparece en la ley dada contra los que se pasaron á los ene-

mihi reipublicae magnopere detrimento esse, magnam vero etiam ab rationibus ad salutem iter monstrantibus discrepantiam gignere videtur. Necessitatem enim transfugis ad hostes inducit, ne unquam recordentur suorum, neque revertendi in patriam concipiant desiderium. Nemo enim, quicunque talem ipsum exspectare poenam scit, pro vita inter hostes agenda, tam acerbe in patria mori eligat. Quapropter hanc quidem severitatem, ne dicam iniquitatem (nonne enim est iniquum, eum, qui deliquit, deinde sua sponte ad medendum delicto resipiscit, tam acerbe puniri?), ex iustissimis legibus profligamus, iubemus vero, ut, si quis transfuga in patriam recurrat, si quidem semel hoc fecerit, veniam consequatur, si vero iterum, in triennalem servitutem divendatur, si vero tertium fecerit, deinde reversus in perpetuam et aeternam servitutem addicatur; tam incerti enim consilii hominem et inconstantem libertate frui indignum est. Si tamen transfuga non sua voluntate redierit, sed ab aliis comprehensus in patriam retractus sit, morte illum tanquam hostem puniri, neque iniustum, neque crudele fuerit, praesertim si gentis suae sanguine manus contaminaverit.

CONST. LXVIII

UT MONACHI ET CLERICI TUTORES ESSE POSSINT, SED AB ADMINISTRATIONE AC PUPILLORUM RECTIONE ARCEANTUR

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Veteribus quidem legislatoribus (quum fortasse uniformis tunc temporis tutela esset, iique soli, qui pupillorum tuitionem susciperent, tutorum nomine censerentur) edicere placuit, communionem ad rem non habere neque monachos, nec quoscunque sacer ordo divinctos habet. Et recte placuit. Intellexerunt enim divino ministerio consecratos ab externarum rerum occupationibus et molestiis liberos esse oportere. Quantum autem alendorum puerorum cura et cetera administratio vim habeat ad homines distrahendos et a cultu deo debito avertendos, nemo ignorat. Quum itaque permagna difficultas isti rei insit, ac praecipue propter temporis diuturnitatem (tota enim plerumque vita tutores laboriosis istis curis irretiti teneantur) recte, ut dixi, istud decretum promulgarunt. Verum quoniam posteriores non illis solum, qui tutelam administrarent, tutorum appellationem servarunt, sed hos etiam, quibus testatores, bona illorum existimatione moti, testamentarias de rebus suis praescriptiones committunt, ac post mortem earum exsecutionem concredunt, tutores vocare coeperunt, quoniam igitur his quoque tutoribus appellatis, dubitatio exstitit, an etiam monachi, qui sacrum ordinem sublerunt, huius curae participes fieri possint, quum dictum decretum id non admittere videatur, nos discrimine adhibito sancimus, ut ab illa quidem tutela prohibeantur, ad quam vetera tempora respexernnt, quum promulgarent decretum, quod dictis personis ad illam aditum praecluderet, natam autem postmodum tutelae speciem

migos. Porque quiere que el tránsfuga, si alguna vez se inclinara al arrepentimiento, y quisiera, volviendo á los suyos, poner remedio á lo cometido por delito, sea echado á las fieras para que sea devorado, ó que sea suspendido en la horca. Lo que ciertamente me parece que sirve en gran manera de detrimento á la república, pero que origina también grande discrepancia por las razones que muestran el camino para el remedio. Porque les impone á los tránsfugas al enemigo la necesidad de no recordarse nunca de los suyos, y de no concebir el deseo de volver á la patria. Pues nadie, que sabe que á él le espera tal pena, elegirá, en vez de pasar la vida entre los enemigos, morir tan acerbamente en su patria. Por lo cual, repelemos de las muy justas leyes ciertamente esta severidad, por no decir iniquidad, (porque ¿acaso no es inicuo que sea tan acerbamente castigado el que delinquió, y después volvió en sí por su propia voluntad para remediar su delito?); pero mandamos, que si algún tránsfuga volviera á la patria, consiga el perdón, si esto lo hubiere hecho una vez, pero si dos, sea vendido en esclavitud por tres años, y si lo hubiere hecho tres veces, habiendo vuelto después, sea condenado á perpétua y eterna esclavitud; porque hombre de designio tan incierto, y tan inconstante es indigno de disfrutar de la libertad. Pero si el tránsfuga no hubiere vuelto por su voluntad, sino que aprisionado por otros hubiera sido traído á la patria, no será injusto ni cruel que como enemigo sea castigado con la muerte, principalmente si hubiere contaminado sus manos con sangre de su gente.

CONSTITUCIÓN LXVIII

DE QUE LOS MONJES Y LOS CLÉRIGOS PUEDAN SER TUTORES, PERO ESTÉN APARTADOS DE LA ADMINISTRACIÓN Y DE LA DIRECCIÓN DE LOS PUPILOS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Ciertamente que á los antiguos legisladores les plugo disponer, (cuando acaso á la sazón era uniforme la tutela, y eran considerados con el nombre de tutores solos los que tomasen á su cargo el amparo de los pupilos), que no tuvieran participación en esta cosa ni los monjes, ni aquellos á quienes tiene sujetos el orden sagrado. Y les plugo con razón. Porque entendieron que era menester que los consagrados al divino ministerio estuvieran libres de las ocupaciones y molestias de las cosas externas. Mas nadie ignora cuánta fuerza tengan para distraer á los hombres y para apartarlos del culto debido á Dios el cuidado de alimentar á los jóvenes y la demás administración. Así, pues, habiendo en esta cosa muy grande dificultad, y principalmente á causa de la larga duración del tiempo, (porque de ordinario toda la vida están retenidos los tutores por estos laboriosos cuidados), con razón, como he dicho, promulgaron este decreto. Mas como los que vinieron después reservaron la denominación de tutores no solamente para los que administraban la tutela, sino que comenzaron á llamar tutores también á aquellos á quienes los testadores, movidos por la buena reputación de los mismos, les encomiendan las disposiciones testamentarias sobre sus bienes, y les confían la ejecución de las mismas después de su muerte, y por ello, llamados tutores también éstos, hubo la duda de si también los monjes, que alcanzaron el orden sagrado, podrían ser hechos partícipes de este cuidado, por cuanto parece que dicho decreto no lo admite, nosotros, re-

subire et monachis et clericis liceat. Huius namque muneris non ita graves curae sunt, ut aliquem sibi totum adstringant, et a divino ministerio abstrahant, et alioque quanto hi illis, qui profanis necessitatibus inhaerent, et in terrenis sordibus voluntantur, cautius diviniusque vivunt, spes est, fore ut etiam meliorem cautioremque defunctorum disposita exsecutionem ferant.

solviendo la divergencia, mandamos, que sean excluídos ciertamente de aquella tutela á que se refirieron los tiempos antiguos cuando promulgaron el decreto, que les cerraba á dichas personas la entrada en ella, pero que á los monjes y á los clérigos les sea lícito alcanzar la especie de tutela nacida después. Porque los cuidados de este cargo no serán tan graves que á él sujeten por completo á alguien, y lo separen de su divino ministerio; y por otra parte, cuanto más cauta y divinamente viven ellos que los que están sujetos á las necesidades profanas y están envueltos en las impurezas terrenas, hay más esperanza de que también alcanzarán mejor y más segura ejecución las disposiciones de los difuntos.

CONST. LXIX

DE TESTAMENTI FACTIONE CAECORUM, ILLITERATORUM ET MULIERUM

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quoniam de eo, quomodo caecos testari oporteat, dubitatur, eaque dubitatio ex locis legalibus et quod ea de re leges inter se diversa statuunt, et ex ea, quae nunc obtinet, consuetudine exsistit, neque hanc partem ut expenderem atque purgarem inconvenientem putavi. Etenim alia lex prohibet, ne caecus secreto modo testamentum condat, et non aliter id vim habere statuit, nisi si testium praesentia quae constituta sunt a caeci ore processisse eiusque auribus insonuisse asserat (nec enim in solo scriba illorum fidem niti vult), alia lex latam quandam ad secretum testandi modum et mulierculis et illitteratis hominibus viam aperit, dum nullam aliam observationem praescribit, nisi ut testator, si quidem litterarum non ignarus sit, sua subscriptione testamentum corroboret, si vero ille hanc addere securitatem nequeat, pro se alium ad subscribendum assumat. Atque sic quidem ex legibus illae inter se res dissident. Quomodo enim, si mulierculae et litterarum imperiti homines hoc modo sine scientia multorum testamenta condunt, ita ut fides in solo tabulario fluctuet, non ex eadem causa caecus etiam liberam testamenti factionem habeat? Iam vero et consuetudinis non solum legis ratio cum lege pugnat. Etenim placet huic, ut etiam mulierum, et imperitorum litterarum virorum, et caecorum testamenta secreta vi sua non priventur. Quod quum ita sit, nos quoque testamenta secreta, sive caecorum, sive aliarum quarundam personarum sint, auctoritatem obtinere sancimus, illud insuper statuentes, ut ante, quam testes iurent, subscriptiones eorum, qui testamenta conscripserunt, in medium proponantur, quod revera illa scripserint, quae ipsa testatoris lingua dictante audiverint; et si posthaec falsa scriptura probetur, poenam delicti irrogari, locupletioribus quidem ipsis bonorum ademtionem; pauperioribus vero vehementiorum verberum et exsilii poena iniungetur. Sed his etiam placitis annectimus, ut, si quando ad sui confirmationem (quod frequenter incidit) iuramentis testamentum opus sit, ipsi etiam, qui testamentum conscripserunt, una cum iuraturis testibus rei fidem et veritatem corroborent.

CONSTITUCION LXIX

DE LA TESTAMENTIFACCIÓN DE LOS CIEGOS, DE LOS QUE NO SABEN DE LETRAS, Y DE LAS MUJERES

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Puesto que se duda cómo es conveniente que testen los ciegos, y esta duda existe por virtud de pasajes legales, y porque sobre esta materia estatuyen las leyes cosas diversas entre sí, y á causa de la costumbre que ahora tiene observancia, tampoco he creído inconveniente examinar y corregir este particular. Porque una ley prohibe que el ciego haga de manera secreta testamento, y dispusó que éste no tuviera fuerza de otra suerte, sino si los testigos presentes afirmaran que lo que se dispuso emanó de labios del ciego y resonó en los oídos de ellos, (porque no quiere que la fe de los testamentos se apoye solamente en el escribano), y otra ley les abre á las mujeres y á los hombres que no saben de letras cierta amplia vía para testar de manera secreta, en cuanto no prescribe ninguna otra observancia, sino que el testador, si verdaderamente no fuese ignorante en letras, corrobore con su firma el testamento, pero que si él no pudiera añadir esta seguridad, llame á otro para que lo subscriba por él. Y de este modo ciertamente están discordes entre sí aquellas cosas por virtud de las leyes. Porque ¿cómo, si las mujeres y los hombres que no saben de letras hacen de este modo testamentos sin conocimiento de muchos, de tal suerte que la fe fluctúe solamente sobre el escribano, no tendrá por la misma causa el ciego también la libre testamentifacción? Mas pugnan ciertamente con la ley no solamente la razón de otra ley sino también la de la costumbre. Porque place á esta que tampoco sean privados de su fuerza los testamentos secretos de las mujeres, y de los hombres que no saben de letras, y de los ciegos. Y siendo esto así, mandamos que tengan autoridad también los testamentos secretos, ya sean de ciegos, ya de otras cualesquiera personas, disponiendo además esto, que antes que juren los testigos, se expongan las firmas de los que escribieron los testamentos, quienes declaren que en realidad escribieron lo que habían oído al dictarlo de propia voz el testador; y que si después de esto se probara que era falsa la escritura, se imponga como pena del delito, á los que ciertamente sean ricos, la privación de sus bienes, pero á los pobres se les aplique la pena de fuertes azotes y de destierro. Mas á estas disposiciones añadimos también, que si algunas veces el testamento necesitara para su confirmación juramentos, (lo que acontece con frecuencia), corroboren la fidelidad y la verdad de la cosa, juntamente con los testigos que han de jurar, también los mismos que escribieron el testamento.

CONST. LXX

DE AGGRESSIONIBUS

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quos communio in unam aliquam eandemque conditionem coniungit, inter hos communes etiam animos esse ubique videas. Ita enim in negotiationibus quoque socii lucrum damnumque aequaliter inter se partiuntur, et itinerum comites, quum fortuitu in rem aliquam incidunt, tametsi saepe uno illam momento pariter non conspiciant, tamen propter itineris communionem commune habent inventae rei possessionem, atque commilitones, licet non omnes pari impetu in hostem manus extenderint, tamen virtutis palmam ex aequo auferunt. Recte igitur etiam veteri legislatori placuit, ut eandem poenam sustineant flagitiosae voluntatis socii et qui communi consilio facinus perpetrant, in quod lege poena constituta est, sive raptus feminae sit, sive patris, sive alterius cuiusdam caedes, quanquam non omnes eandem facto operam praestiterint. Igitur nos quoque ea, quae de his, qui simul et communiter vitae hominis insidiati sunt, olim sancita sunt, approbantes statuimus, ut omnes, quotcunque fuerint, eodem supplicio afficiantur, tametsi parem operam rei perpetrandae non omnes adhibuerint. Non enim quod quis ipse manus inferendae neci non admoverit, propterea a poena immunis esse poterit. Quid enim si etiam non suam, sed alterius dextram ad caedem intenderit? Nam constat, manum homicidam a communi malitia instigatam rem aggressam esse; nam nisi aliorum manus huic in subsidium praesto fuissent, non certe ita promte homicidium perpetrasset. Propterea, quemadmodum dictum est, eidem poenae omnes subiici decernimus, etsi forte uno alicuius ictu mors illata fuerit, aliorum vero manus suppetias non tulerint.

CONSTITUCION LXX

DE LAS AGRESIONES

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

En todas partes verás que entre aquellos á quienes une en alguna misma condición una comunión, son también comunes las intenciones. De este modo, pues, en las negociaciones se reparten también los sócios entre sí por igual el lucro y el quebranto, y los compañeros de viaje, cuando fortuitamente vienen á dar sobre alguna cosa, aunque muchas veces no la vean juntamente en un solo momento, tienen, sin embargo, en común por razón de la comunidad de viaje la posesión de la cosa hallada, y los compañeros de armas, aunque no todos hayan extendido con igual ímpetu las manos hacia el enemigo, recogen, sin embargo, por igual la palma del valor. Así, pues, con razón le pareció también al antiguo legislador que sufrieran la misma pena los sócios de una voluntad criminosa y los que por común designio perpetran una fechoría respecto á la que se estableció pena en la ley, ya sea el rapto de una mujer, ya la muerte del padre ó de otro cualquiera, aunque no todos hayan prestado para el hecho la misma cooperación. Por lo tanto, aprobando nosotros también lo que respecto á los que juntamente y en común pusieron acechanzas á la vida de un hombre se sancionó en otro tiempo, mandamos que todos, cuantos quiera que fueren, sean castigados con el mismo suplicio, aunque no todos hayan prestado la misma cooperación para perpetrar la cosa. Pues no porque alguno no haya movido él mismo las manos para inferir la muerte, podrá estar inmune de pena. Pues ¿qué se dirá si para la muerte tampoco hubiere él tendido la suya, sino la diestra de otro? Porque es sabido que la mano homicida acometió el hecho instigada por la maldad común; pues si ella no hubiese tenido prontas en su auxilio las manos de los otros, ciertamente que no habría perpetrado tan pronto el homicidio. Por esto mandamos, según se ha dicho, que estén todos sujetos á la misma pena, aunque acaso la muerte haya sido inferida por el solo golpe de uno, y las manos de los otros no hubieren prestado ayuda.

CONST. LXXI

DE IIS, QUI IN LOCIS ARATORIIS EV VINEIS AEDIFICATURI SUNT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Praestantissimum et aequissimum patris nostri et sempiternae memoriae principis placitum de iis, qui nova quaedam aedificia in locis, quos hactenus aratrum secavit, et in quibus vineae constiterunt, separatim aedificare velint, quanto spatio a vicini finibus novum aedificium distare debeat, legis honore dignandum iudicamus, quoniam a patre in legum collectionem transcriptum non est. Statuimus itaque secundum illius voluntatem, ut, qui in locis aratoriis novas aedes construere volunt, si quidem loci amplitudo ferat, a vicini finibus tanto spatio novum aedificium separent, quantum duplex sagittae ictus efficit, si vero tantum spatium loci angustia non praebeat, uno etiam arcus iactu hoc constituatur. Intra dictum autem spatium novam eiusmodi domum exstruendi nemini facultas sit,

CONSTITUCION LXXI

DE LOS QUE HAYAN DE EDIFICAR EN TERRENOS DE LABRANZA Y EN VIÑAS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Juzgamos que aquella muy excelente y justa disposición de nuestro padre y príncipe, de sempiterna recordación, relativa á los que quisieran construir por separado algunos nuevos edificios en lugares que hasta entonces hendió el arado, y en los que hubiere viñas, sobre cuánto espacio deba distar de las lindes del vecino el nuevo edificio, ha de ser dignificada con el honor de ley, puesto que no fué transcrita por nuestro padre en la colección de las leyes. Así, pues, estatuímos con arreglo á su voluntad, que los que quieren construir nuevas casas en terrenos de labranza, si verdaderamente lo comportara la amplitud del lugar, separen de las lindes del vecino el nuevo edificio tanto espacio cuanto determina el doble disparo de una flecha, pero que, si la estrechez del lugar no diera tanto

Cuius ratio evidentior est, quam ut exprimi opus sit. Propius enim accedit damnum ad vicini fruges, quo domus propior est.

espacio, se determine esto también por un solo disparo de arco. Y no tenga nadie facultad para construir nna nueva casa de esta clase dentro de dicho espacio. La razón de esto es tan evidente, que no hay necesidad de explicarla. Porque más próximo está el peligro para los frutos del vecino, cuanto más próxima está la casa.

CONST. LXXII

UT PACTA ETIAM NON CONSTITUTA POENA VALEANT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Legali decreto, quod per nudum pactum non actionem, sed solam exceptionem gigni iubet, nonnullos illudere videmus. Dum enim omne pactum, quod poenam non continet, pro nudo habent, etiamsi scripto comprehensum sit, etiamsi paciscentes sua manu sacrosanctae crucis nota scriptum signarint, etiamsi divinae trinitatis appellationes adiectae sint, si tamen mulctae damnum constitutum non sit, pactum ut invalidum reiiciunt, male sentientes et pessime iudicium suum comprobantes, ut qui rebus divinis communes res et mortales longe praeferendas censeant. Quam enim tantam, recto quidem hominum iudicio, adiectio poenae pactis auctoritatem, quantam sacrosanctum signum et beatae divinitatis nominatio in illis conspecta praebeat? Sancimus igitur, omne pactum, in quo ex divinis hisce adiumentis satis fidei insit, quamvis de poena nihil scriptum sit, firmum solidumque robur habeat.

CONSTITUCION LXXII

DE QUE SEAN VÁLIDOS LOS PACTOS AUN NO HABIÉNDOSE CONSTITUÍDO PENA

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Vemos que algunos se burlan del decreto de ley que dispone que por nudo pacto no se produce acción, sino solamente excepción. Porque teniendo por nudo todo pacto, que no contiene pena, aunque haya sido comprendido en un escrito, aunque los que pactan hayan sellado de su mano el escrito con el signo de la sacrosanta cruz, y aunque se hayan agregado las invocaciones de la divina trinidad, si, no obstante, no se hubiera establecido el daño de una multa, rechazan como no válido el pacto, sintiendo mal y comprobando pésimamente su juicio, como los que estiman que las cosas comunes y perecederas han de ser de mucho preferidas á las cosas divinas. Porque ¿cómo en el recto juicio de los hombres dará á los pactos la agregación de una pena tanta autoridad cuanta el sacrosanto signo y la invocación de la santa divinidad, que se ve en ellos? Mandamos, pues, que todo pacto, respecto del que haya bastante fe por virtud de estas divinas adiciones, tenga firme y sólida fuerza, aunque no se haya escrito nada relativo á pena.

CONST. LXXIII

[UT NEMO CUM MULIERIBUS IN ECCLESIARUM COENACULIS HABITET] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quae res etiam ante, quam iure prohibita esset, detestabiliter quidem committebatur, post prohibitionem vero multo detestabilius audetur (quod nempe in ecclesiarum coenaculis, quae vulgus κατηχούμενα vocare solet, quidam cum mulieribus habitant), eam neglectim habere aequum non est, igitur neque a nobis negligetur. Erat igitur haec quidem res ad sextam usque synodum, haud scio qua ratione, impunita, in ipsa autem sancta synodo, ubi penitius excussa esset, sacerdotibus quidem ita habitantibus remotionem a sacro ordine, profanis vero excommunicationem induxit. Verum ut plene ab eo ausu ecclesias vindicaret, sacerdotale decretum non valuit. Nam quum ad id tempus, quo gloriosissimus inter Imperatores pater noster sceptra moderatus est, in republica mansisset, Imperatoris manu et decreto egebat, quo ea insolentia sacris aedibus expelleretur. Hoc igitur quum etiam nos dehinc obtinere velimus, statuimus, ut nemo neque sacerdos, neque profanus cum mullere cohabitans, in dictis coenaculis habitet; si quis vero sacram aedem ita foedare deprehendatur, is illinc ignominiose principali manu expellatur, qui vero habitationem praebuerit (sive sacerdos, sive quis alius sit, qui templi curam habeat), is quoque pro-

CONSTITUCION LXXIII

[DE QUE NADIE HABITE CON MUJERES EN LOS CENÁCULOS DE LAS IGLESIAS]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

No es justo dejar negligentemente cosa que aun antes de haber sido prohibida por la ley se ejecutaba, á la verdad, detestablemente, pero que después de la prohibición se intenta mucho más detestablemente, (á saber, que en los cenáculos de las iglesias, que el vulgo suele llamar lugares de los catecúmenos, algunos habitan con mujeres), y por lo tanto, tampoco será desatendida por nosotros. Había ciertamente quedado sin castigo esta cosa hasta el sínodo sexto, no sé por qué razón, mas en este mismo santo sínodo, en que fué más completamente discutida, impuso ciertamente á los sacerdotes, que así habitaban, la remoción del sagrado orden, y á los profanos la excomunión. Mas el decreto sacerdotal no logró librar por completo de tal atrevimiento á las iglesias. Porque habiendo subsistido en la república hasta el tiempo en que rigió con el cetro nuestro padre, el más glorioso de los Emperadores, requería la fuerza del Emperador y un decreto, para que esta insolencia fuese expulsada de las sagradas casas. Así, pues, cómo también nosotros queramos que desde ahora tenga aquel observancia, estatuímos que nadie, ni sacerdote, ni profano que cohabite con mujer, habite en dichos cenáculos; pero que, si se descubriera que alguno man-

(1) *La rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*

pter legis contemtum sacrorumque profanationem curae amissionem timeat.

cilla de esta manera una sagrada casa, sea él expulsado de ella ignominiosamente por la fuerza del príncipe, y el que hubiere facilitado la habitación, (ya sea sacerdote, ya otro cualquiera, que tenga á su cuidado el templo), tema también por su parte la pérdida de su cuidado por razón de su menosprecio de la ley y de la profanación de las cosas sagradas.

CONST. LXXIV

[NE ANTE LEGITIMUM MATRIMONII TEMPUS FUTURIS CONIUGIBUS BENEDICATUR] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quoniam in iis, quae a sacra magnaque sexta synodo de nuptiis in nonagesimo octavo canone praecipiuntur, quoddam civilis iuris placitis contrarium exsistere videtur (etenim illa quidem omnino prohibet, ne sponsa, superstite adhuc sponso, in matrimonium alteri coniungatur, eamque rem pro adulterio habet, civilis autem lex nequaquam talem dissolutionem magnum aliquod esse crimen iudicat, sed si maturius, quam pro connubiali tempore solennis benedictio celebretur, in solis arrhis et quidquid poenae nomine promissum fuerit dependendis poenam circumcludit), quoniam itaque ipsum contrarietatis vulnus hinc acrior ratio conspicit (nam post benedictionem diriml, haec vera sponsaliorum dissolutio esset), sancimus, non prius benedictiones celebrari, quam legitimum matrimonii advenerit tempus, quod in maribus decimum quintum, in feminis decimum tertium exspectat annum. Sic enim et benedictio suo ordine fiet, et desponsatorum divortium perfecti matrimonii exsistens a civili lege iudicium ecclesiae non contrarium habebit.

CONSTITUCION LXXIV

[DE QUE NO SE BENDIGA Á LOS FUTUROS CÓNYUGES ANTES DEL LEGÍTIMO TIEMPO DEL MATRIMONIO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Por cuanto en lo que se preceptúa sobre las nupcias por el sacro y magno sínodo sexto en el cánon nonagésimo octavo parece que hay alguna cosa contraria á las disposiciones del derecho civil, (pues aquel ciertamente prohibe en absoluto que la esposa, sobreviviendo todavia el esposo, se una á otro en matrimonio, y tiene esto por adulterio, pero la ley civil no juzga de ningún modo que tal disolución sea algún gran crimen, sino que, si se verifica antes que al tiempo del matrimonio se celebre la solemne bendición, limita la pena al solo pago de las arras y de lo que á título de pena se hubiere prometido), y como una razón más escrupulosa ve aqui el mismo punto vulnerable de la contradicción, (porque sería una verdadera disolución de los esponsales que estos se deshicieran después de la bendición), mandamos que no se celebren las bendiciones antes que haya llegado el legítimo tiempo del matrimonio, que para los varones espera al décimo quinto año, y para las hembras al décimo tercero. Porque así se hará en su propio orden la bendición, y siendo el divorcio de los desposados el de un matrimonio perfecto, tendrá por parte de la ley civil un juicio no contrario al de la iglesia.

CONST. LXXV

[UT QUI VIGINTI ANNORUM EST, HYPODIACONUS CREARI POSSIT] (2)

Idem Imperator STEPHANO, *sanctissimo Constantinopolitano Archiepiscopo et Patriarchae universali.*

Si in causis civilibus sacrorum decretorum sanctio procedens saepe plus auctoritatis, quam leges civiles de iisdem rebus tractantes habent, quanto magis sacra decreta in suis rebus civilibus legibus praevalebunt? At quid est quod dico? Sexta synodus vicenarium subdiaconum ordinari posse sancit; huic civilis lex contradicens, viginti annis quinque admetiri iubet. Iam igitur nos quoque, ut sacram legem sacer ordo sequatur, convenire rati, iubemus, ut talis ordinatio contingat dignis anno aetatis vicesimo.

CONSTITUCION LXXV

[DE QUE PUEDA SER HECHO SUBDIÁCONO EL QUE ES DE VEINTE AÑOS]

El mismo Emperador á ESTÉBAN, *santísimo Arzobispo de Constantinopla y Patriarca universal.*

Si la sanción que en los negocios civiles procede de sagrados decretos tiene con frecuencia más autoridad que las leyes civiles, que tratan de las mismas cosas, ¿cuánto más no prevalecerán sobre las leyes civiles los sagrados decretos en sus propias materias? Mas ¿qué es lo que digo? El sexto sínodo dispone que pueda ser ordenado subdiácono el que tiene veinte años; contradiciéndole la ley civil manda que se añadan cinco á los veinte años. Así, pues, habiendo ya considerado también nosotros que es conveniente que el orden sagrado se atenga á la ley sagrada, mandamos que tal ordenación recaiga en los de veinte años de edad, que sean dignos de ella.

CONST. LXXVI

[DE POENA FALSUM TESTIMONIUM DICENTIUM SACERDOTUM] (3)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quae praeconibus dei (sacrosanctos apostolos

CONSTITUCION LXXVI

[DE LA PENA DE LOS SACERDOTES QUE DICEN FALSO TESTIMONIO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Las sacras sanciones que se atribuyen á los pre-

(1) *Esta rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*
(2) *La rúbrica fué también escrita en griego por Steph.*
(3) *También la rúbrica fué escrita en griego por Steph.*

dico) sacrae sanctiones adscribuntur, sacerdotes falso iurasse deprehensos sacra dignitate denudant; civilis reipublicae moderatrices leges, ubi hoc rerum caput tractant, falsum testimonium bifariam dividunt, et quod quidem dictum in causa criminali deprehenderint, remotione sacerdotum falso testantium puniunt, quod vero in re pecuniaria, ad tempus relegando, non autem penitus removendo delinquentes puniunt. Nos igitur iubemus, ut, qui iurati falsum testimonium, sive causa criminalis sit, sive pecuniaria, tulerint, ut profani a sacerdotio abstrahantur, at si falsum testimonium iureiurando firmatum non fuerit, qui falsum veritatis sanctitati mendacium substituere conati sunt, in triennium relegentur (relegandi scilicet in monasterium erunt, ubi illos ad arctiorem vitae normam vivere oportebit), et delicti conveniente poenitentia facta in pristinum suum restituantur statum.

conizadores de Dios, (me refiero á los sacrosantos apóstoles), despojan de la sagrada dignidad á los sacerdotes que se descubre que juraron en falso; las leyes moderadoras de la república civil, cuando tratan de esta materia, dividen en dos el falso testimonio, y el que ciertamente hallan prestado en causa criminal lo castigan con la remoción de los sacerdotes que juraron en falso, mas el que en negocio pecuniario, lo castigan relegando temporalmente á los delincuentes, mas no removiéndolos en absoluto. Así, pues, nosotros mandamos, que los que habiendo jurado hubieren prestado falso testimonio, ya sea criminal la causa, ya pecuniaria, sean, como profanos, separados del sacerdocio, pero que si el falso testimonio no hubiere sido confirmado con juramento, sean relegados por tres años los que intentaron substituir una mentira á la santidad de la verdad, (pero habrán de ser relegados á un monasterio, donde será menester que vivan con arreglo á más estrecha norma de vida), y, hecha la conveniente penitencia por el delito, sean restituídos á su primitivo estado.

CONST. LXXVII

[DE FALSARIORUM POENA] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Cum in aliis quidem multis, praecipue vero in legum tractatibus non sine reprehensione obscuritas est. Nam oportet, puto, si alicubi, ambigua dictione vacare orationem et clare informari. Non enim arcana sanctiones legis sunt, ut a multitudinis intellectu removeantur, sed si fieri posset neminem illas latere oportebat, neque virum, neque puerum, neque mulierem, quippe quod ad hominum facta rectius instituenda et vitae utilitatem maxime conducit. Propterea quum ad difficilem illum legalium capitum locum substitissemus, ubi ipsis verbis, quasi legislator in eo, quod diceret, occultare voluisset, ita comprehensum est, «falsarius in maximo delicto» decollatur, quum de hoc «maximo delicto», quale legislator ipse innuerit, non constet, et ille sensum indefinitum relinquat, evidenter et definite illam orationem explanare ipsis nobis visum fuit. Sancimus igitur, ut is, qui talia quaedam falso conscripserit, ex quibus iis, adversus quem falsa scriptura concinnata est, morti subiici possit, poenae, quam in alium machinari cogitarit, traditus decolletur.

CONSTITUCION LXXVII

[DE LA PENA DE LOS FALSARIOS]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

No está la obscuridad exenta de reprensión ciertamente en otros muchos tratados, pero principalmente en los de las leyes. Porque es conveniente, á lo que creo, que, si en alguno, carezca en este de dicción ambígua y sea claramente formada la oración. Pues no son arcanos las disposiciones de la ley, para que sean alejados de la inteligencia de la multitud, sino que, si pudiera hacerse, convendría que ellas no estuvieran ocultas para nadie, ni hombre, ni niño, ni mujer, como cosa que conduce muy principalmente á que se dispongan mejor los hechos de los hombres, y á la utilidad de la vida. Por lo cual, habiéndonos detenido en aquel difícil pasaje de los capítulos de las leyes, en el que, como si el legislador hubiese querido ocultar con las mismas palabras lo que decía, se consignó, «el falsario en delito máximo sea decapitado», como no conste, respecto á éste «máximo delito», cuál haya indicado el mismo legislador, y éste deje indefinido el sentido, nos ha parecido bien explanar con claridad y precisión aquella oración. Así, pues, mandamos, que el que con falsedad hubiere escrito algunas cosas, tales que por ellas pudiera ser condenado á muerte aquel contra quien fué preparado el escrito falso, sea decapitado, condenado á la pena que hubiere pensado tramar contra otro.

CONST. LXXVIII

[NE AMPLIUS SENATUSCONSULTA FIANT] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quemadmodum et in aliis legibus, quae ad communem rerum usum nihil conferrent, fecimus, ut supervacaneum e legum corpore subduceremus, ita hic quoque facientes, eam legem, quae senatui ferendarum legum potestatem facit, a legum republica secerni sancimus. Nam quum rebus ipsis eius inutilitas cognita sit, ex quo earum administrationem imperatoria maiestas sibi vindicavit,

CONSTITUCION LXXVIII

[DE QUE EN LO SUCESIVO NO SE HAGAN SENADOCONSULTOS]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Así como tratándose de las otras leyes, que no aportan nada al uso común de las cosas, hemos sacado del cuerpo de las leyes lo supérfluo, obrando así también en este caso, mandamos que sea excluída de la república de las leyes la ley que le atribuye al senado facultad de dar leyes. Porque como por las mismas cosas es conocida la inutilidad de ella, desde que la majestad imperial reivindicó para

(1) *La rúbrica fué redactada en griego por Steph.*

(2) *También la rúbrica fué escrita en griego por Steph.*

si cum utilibus coniungeretur, et ineptum, et supervacuum esset.

si la administración de las mismas, sería necio y supérfluo que estuviese unida con las útiles.

CONST. LXXIX

[DE POENA SACERDOTIS, DIACONI AUT SUBDIACONI, SI POST ASSUMTUM ORDINEM MULIERI IN MATRIMONIUM IUNGATUR] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quae semel deo dedicata sunt, ea auferri non debere, sancitum est, idque non solum in donariis consecratis, verum multo etiam magis in hominibus, qui per sacrum ordinem divinae maiestati dicati sunt, tametsi, ut multi sunt hominum lapsus, ex ordine, in quem ut excellerent lecti erant, dominans peccatum ipsos exemerit. Non approbantes igitur veteris legislatoris propositum, qui sacerdotem, vel diaconum, vel subdiaconum post ordinationem cum muliere matrimonio iunctum omnino a clericali habitu discedere, atque ad profanam vitam reverti vult, illud decretum abrogamus, sancimus vero, solam restitutionem ordinis, quo ante nuptias censebantur, sufficere iis poenam, a clericali vero habitu aliisque ecclesiae ministerio, quod habere per leges non prohibentur, nequaquam eos alienationem pati.

CONSTITUCION LXXIX

[DE LA PENA DEL SACERDOTE, DEL DIÁCONO, Ó DEL SUBDIÁCONO, SI DESPUÉS DE RECIBIDO EL ORDEN SE UNIERA Á MUJER EN MATRIMONIO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Está sancionado, que las cosas que una vez fueron consagradas á Dios no deben ser quitadas, y esto no solamente tratándose de templos consagrados, sino con mucha más razón también tratándose de hombres, que mediante sagrado orden se dedicaron á la divina majestad, aunque, como son muchos los tropiezos de los hombres, dominándolos el pecado los haya excluído del orden en el que para que descollaran habían sido elegidos. Así, pues, no aprobando el propósito del antiguo legislador, que quiere que el sacerdote, ó el diácono, ó el subdiácono, que después de la ordenación se haya unido con una mujer en matrimonio, sea en todo caso separado del hábito clerical y vuelva á la vida profana, derogamos este decreto, y mandamos que les baste para pena la sola restitución del orden en que eran tenidos antes de las nupcias, pero que de ninguna manera sufran ellos extrañamiento del hábito clerical y del demás ministerio de la iglesia, que por las leyes no se les prohibe tener.

CONST. LXXX

[UT PURPURAE SEGMENTA ET PARTICULAE IN PUBLICIS MERCIMONIIS SINT] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Nescio, qua ratione superioris aevi Imperatores, stola purpurea vestiri volentes, talia constituere inducti fuerint, ne qua omnino purpurae particula venundaretur, neque cuiquam talem colorem vendere aut emere permitterent. Etenim ut integrae quidem texturae venditionem prohibuissent, aliquam fortasse speciem non absurdam habuisset, ut vero segmenta atque particulas, quae utilitatem quandam atque usum neque vendenti neque ementi convenientem praebent, prohiberent, qualis honesta et subditorum invidentia aliena causa legislatoris voluntati steterit? Quae enim inde imperatoriae maiestatis summae voluntati vel contraditio vel communio exsistat? Nos itaque isti decreto non acquiescentes statuimus, purpurea frusta atque segmenta, quae magnificentiae speciem aliumve non prohibitum usum subditis praebeant, tam divendi quam emi posse. Decet enim imperatoriam maiestatem, praeterea quod aliis etiam modis subditos beneficiis afficit, eorum magnificentiae non invidere.

CONSTITUCION LXXX

[DE QUE SEAN CONTADOS EN LAS MERCADERÍAS PÚBLICAS LOS TROZOS Y LAS PEQUEÑAS PORCIONES DE PÚRPURA]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

No sé por qué razón los Emperadores de la época anterior, queriendo vestirse con la estola purpúrea, fueron inducidos á determinar que no se vendiese absolutamente ninguna pequeña porción de púrpura, y á no permitirle á nadie vender ó comprar tal color. En efecto, quizá habrían tenido un pretexto no absurdo para prohibir la venta de un tejido íntegro, mas para prohibir la de trozos y de pedacillos, que no proporcionan utilidad alguna ni uso conveniente ni al vendedor, ni al comprador, ¿qué causa honrosa y exenta de mala voluntad hacia los súbditos habría para la voluntad del legislador? Porque ¿qué oposición, ó qué comunidad resulta de aquí para la suma voluntad de la majestad imperial? Así, pues, no asintiendo nosotros á este decreto, mandamos que se puedan vender al pormenor y comprar pedazos y trozos de púrpura, que proporcionen á los súbditos apariencia de magnificencia ú otro uso no prohibido. Porque es conveniente que la majestad imperial, además de que también de otros modos colma de beneficios á los súbditos, no envidie la magnificencia de éstos.

CONST. LXXXI

[NE EX AURO ET PRETIOSIS LAPILLIS QUIDQUAM CONFICI IN UNIVERSUM PROHIBITUM SIT] (3)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Hanc vero etiam legem, ex auro et gemmis opus

CONSTITUCION LXXXI

[DE QUE NO ESTÉ TOTALMENTE PROHIBIDO QUE DE ORO Y PIEDRAS PRECIOSAS SE HAGA ALGUNA COSA]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Considerando que también esta ley, que en abso-

(1) *El texto griego de esta rúbrica fué compuesto por Steph.*

(2) *Esta rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*

(3) *También fué escrita en griego por Steph. la rúbrica.*

aliquod perficiendi facultatem quae prorsus aufert, et in mundo muliebri et quae dicuntur dactylia fabricationem subsistere iubet, eiusdem cum illa, quae de purpura tractat, esse instituti animadvertentes, in eandem cum illa conditionem ponimus. Non enim simpliciter ex auri materia aliquid ad fabricandum praeberi, sed species operum prohibere oportebat, quoniam ne quod omnino ex auro et gemmis opus fiat vetare, manifesta superbia est; tam gravem vero sustinere eum, qui in quacunque re legem transgredi deprehensus sit (centum librarum auri mulctam, et praeterea capitale supplicium dico), quae ratio legem a summae immanitatis opprobrio defendet? Mitto autem aliam absurditatem, quam in sacris quoque cimeliis aliisque nonnullis rebus effectus poenae designat. Nos itaque non simpliciter opus aliquod ex auro et gemmis confici, sed illa opera, quae solis imperatoribus permittuntur, quorumque usus magnificentiam imperatoriae maiestatis, eiusque necessitates spectat, prohibenda iudicamus. Si quis autem vel monumentum sacrum, vel aliud quiddam, quod supra privatam dignitatem et honorem non sit, conficere poterit, liberam eius faciendi voluntatem habeat.

CONST. LXXXII

DE TESTAMENTO RESIGNATO

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Multae res fortuito quodam casu calamitati originem dantes minus expensae criminis nomine notantur, accuratius autem consideratae a nota absolvuntur. At quale est quod dico? Persaepe non de industria, sed fortuito aut ferri aut lapidis iactu aliquis laeditur. Ea res temere quidem iudicata iaculantem culpabilem monstrat, sub inquisitionem vero et examen vocata accusandae culpae nulla iusta ratio invenitur, ita ut quae casu eveniunt ex circumstantiis magis, quum e rei natura iudicari conveniat. Quare igitur haec dicuntur? Quoniam interdum postulante necessitate testamentum apertum relinquitur, atque ita sine sigillo eo manente, aut etiam ipso tempore (quod fieri consuevit), sigillum delente, iis de fide, quam signatum haberet exsistit, inde vero incertitudo quaedam talibus testamentis obtingit, testamentis alio modo fidem conciliare nobis visum est. Propterea iubemus, etiam si sigilli auxilium testamento non supersit, si idoneam fidem subscriptiones facere possint, non dubitari, quin firmum sit. Quemadmodum enim testamenta nondum aperta subscriptiones firmant, quanquam fortasse sigillum illaesum servatum non sit, sic illa etiam, quae postquam aperta sunt, aut negligentia non obsignata manserunt, aut quibus diuturnitate temporis sigilla perierunt, fide sua non privari etiam ex solo testimonio subscriptionis iustum putamus. Illum tamen insuper sancimus, ut, si iudicis socordia testamentum non obsignatum maneat, ipsi in socordiae poenam duodecim librarum mulcta imponatur.

iuto priva de la facultad de hacer alguna obra con oro y piedras preciosas, y que dispone que subsista la fabricación en cuanto á los objetos de tocador de las mujeres y á las que se llaman sortijas, es de la misma naturaleza que la que trata de la púrpura, la ponemos bajo la misma condición que á esta. Porque convenía prohibir no simplemente que se suministrase material de oro para fabricar alguna cosa, sino las especies de obras, pues es manifiesta soberbia vedar que se haga absolutamente ninguna obra de oro y de piedras preciosas; pero ¿qué razón defenderá á la ley del oprobio de la suma crueldad, de que sufra tan grave pena, (me refiero á la multa de cien libras de oro, y además al suplicio capital), el que se haya descubierto que en cualquier cosa infringe la ley? Y omito otro absurdo, que el efecto de la pena señaló tratándose de los tesoros sagrados y de algunas otras cosas. Así, pues, nosotros juzgamos que se debe prohibir no simplemente que se haga alguna obra con oro y piedras preciosas, sino aquellas obras que se les permiten solamente á los Emperadores, y cuyo uso corresponde á la magnificencia de la majestad imperial, y á sus necesidades. Mas si alguno pudiere hacer ó un monumento sagrado, ó alguna otra cosa, que no exceda á la dignidad y al honor privados, tenga libre facultad para hacerlo.

CONSTITUCION LXXXII

DEL TESTAMENTO AL CUAL SE LE QUITARON LOS SELLOS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Muchas cosas que por algún accidente fortuito dan orígen á una calamidad, no bien examinadas, son notadas con la denominación de crimen, pero consideradas con más detenimiento son absueltas de tal nota. Mas ¿qué es lo que digo? Muchas veces es lesionado alguien, no de industria, sino fortuitamente, por golpe de arma ó de piedra. Y ciertamente, esta cosa juzgada á la ligera muestra culpable al que hizo el disparo, pero, llamada á investigación y examen, no se halla ninguna justa razón para acusar culpa, de suerte que es conveniente que las cosas que acontecen por accidente sean juzgadas más bien según las circunstancias, que con arreglo á la naturaleza de la cosa. ¿Por qué, pues, se dice esto? Como á veces se deja, por requerirlo la necesidad, abierto un testamento, y quedando éste así sin sello, ó también borrando (como suele suceder) al mismo tiempo el sello, hay litigio sobre la fe que tendría lo sellado, y por ello recae cierta incertidumbre sobre tales testamentos, nos pareció bien procurarles de otro modo fe á los testamentos. Por esto mandamos, que, aunque no le quede al testamento el apoyo del sello, no se dude de que sea firme, si las firmas pudieran hacer abonada la fe. Porque así como las firmas dan firmeza á los testamentos todavía no abiertos, aunque acaso no se haya conservado ileso el sello, así también consideramos justo que los que después fueron abiertos, ó por negligencia quedaron sin sellar, ó aquellos en los que desaparecieron los sellos por la larga duración del tiempo, no sean privados de su fe, aunque provenga del solo testimonio de la firma. Pero además mandamos, que, si por desidia del juez quedara sin sellar el testamento, se le imponga al mismo en pena de su desidia la multa de doce libras,

CONST. LXXXIII

[UT AD TRIENTES USURAS PECUNIA LICITE MUTUETUR] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Optimum quidem et salutare esset, si spiritus legibus ita se mortale genus accommodaret, ut humanis praeceptis nihil indigeret, quoniam vero ad spiritus sublimitatem elevari et divinae legis vocem amplecti non cuiusque est, sed pauci numero, quos virtus eo ducat, bene se res haberet, si saltem secundum leges humanas viveretur. Quae vocantur pecuniae creditae usurae ubique spiritus decreto condemnantur, idque sciens aeternae memoriae Imperator et pater usurarum solutionem sanctione sua prohibendam putavit. Atqui propter paupertatem res illa non in melius, quod legislatori propositum erat, sed in peius vergit. Qui enim antea usurarum spe ad mutuandum pecuniam promti erant, post latam legem, quod nihil lucri ex mutuo percipere possint, in eos, qui tali humanitate indigent, inhumani atque immites sunt. Quin etiam ad iurisiurandi oblationem et fortasse periuria id occasionem praebuit, et generaliter propter eminentem in humana vita perversitatem non modo non profuit legis virtus, verum etiam obfuit. Quanquam igitur ex se legem culpare, quod absit, nequeamus, propterea tamen, quod humana natura, ut diximus, ad illius sublimitatem non pervenit, egregium praescriptum abrogamus, et in contrarium statuimus, ut mutui usus ad usuras procedat, quemadmodum veteribus legislatoribus placuit, scilicet ad trientes centesimae, quae quotannis in singulos solidos singulas foeneratoribus siliquas pariunt.

CONSTITUCION LXXXIII

[DE QUE EL DINERO SEA DADO LÍCITAMENTE EN MÚTUO AL INTERÉS DE CUATRO POR CIENTO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Sería ciertamente cosa óptima y saludable, si de tal manera se acomodase el género de los mortales á las leyes del espíritu, que para nada necesitase de preceptos humanos; mas como no es propio de cualquiera elevarse á la sublimidad del espíritu y atenerse á la voz de la ley divina, sino que son pocos en número aquellos á quienes la virtud lleva allá, bien estaría la cosa, si á lo menos se viviese con arreglo á las leyes humanas. En todas partes son condenadas por decreto del espíritu las que se llaman cantidades prestadas á interés, y sabiendo esto el Emperador, nuestro padre, de eterna memoria, juzgó que debía prohibir por disposición suya el pago de intereses. Más á causa de la pobreza aquello no redunda en mejoría, que era el propósito del legislador, sino en empeoramiento. Porque los que con la esperanza de intereses estaban antes prontos para dar dinero en mútuo, después de promulgada la ley, como quiera que no puedan percibir ningún lucro del mútuo, son inhumanos y crueles contra los que necesitan de tal humanidad. Y aun más, esto dió ocasión á la prestación de juramento y acaso á perjurios, y en general, á causa de la perversidad que resalta en la vida humana, no solamente no aprovechó la virtud de la ley, sino que también perjudicó. Así, pues, aunque no podamos culpar á la ley por sí misma, lo que no suceda, como la naturaleza humana no llega, según hemos dicho, á la sublimidad de ella, derogamos aquella egregia prescripción, y estatuímos, por el contrario, que el uso de un mútuo produzca intereses, según les plugo á los antiguos legisladores, pero á saber, intereses al cuatro por ciento, que cada año producen para los prestamistas una silícua por cada sueldo.

CONST. LXXXIV

UT NEGOTIARI LICEAT MAGISTRATIBUS URBIS NEC NON AEDIFICARE PARITER AC IIS QUI EXTRA URBEM SUNT PRAETER PRAESIDEM

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quae ab antecessoribus nostris de magistratibus decreta sunt, ut videlicet regiae urbis magistratus neque mobile aliquid, neque immobile emant, neque ad aedificandum accedant, nisi principis permissu, insuper vero nec si quaedam magistratus tempore munificentia accedat, nec haec rata sit, praeterquam si donator finito magistratu scripturae auctoritate illam confirmet, aut post magistratum quinque anni elapsi sint, haec, etsi quantum ad studium, ne vis locum sibi inveniat, optima ratione constituta sint, quia tamen alio etiam modo violentiae viam praecludere facile est, nobis non videntur esse necessaria. Quocirca etiam abrogata illa esse volumus, praesertim quod, ex quo nec poena secuta est, transgressione illorum in dies impunita relicta, etiam ante nostrum decretum nullam vim habuerint. Cur vero illa necessaria non sunt? Quod cuique, tam pauperi quam diviti, huius urbis incolis imploratione et supplicatione

CONSTITUCION LXXXIV

DE QUE Á LOS MAGISTRADOS DE LA CIUDAD ASÍ COMO Á LOS QUE SE HALLAN FUERA DE LA CIUDAD, EXCEPTO AL PRESIDENTE, LES SEA LÍCITO NEGOCIAR Y TAMBIÉN EDIFICAR

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Lo que por nuestros antecesores se decretó respecto á los magistrados, á saber, para que los magistrados de la ciudad real no compren cosa alguna mueble, ni inmueble, ni se determinen á edificar, sino con permiso del príncipe, y además para que, si durante el tiempo de su magistratura fuera á ellos alguna munificencia, tampoco sea válida ésta, salvo si el donante la confirmara con la autoridad de una escritura, finida la magistratura, ó si hubieran transcurrido cinco años después de la magistratura, esto, aunque en cuanto al propósito de que no tenga lugar violencia haya sido establecido por muy excelente razón, sin embargo, como es fácil cerrarle también de otro modo el camino á la violencia, no nos parece á nosotros que es necesario. Por lo que queremos que también esto quede derogado, principalmente porque, por lo mismo que no se siguió pena, habiendo quedado impune cada día su transgresión, no tuvo ninguna fuerza aun

(1) *Esta rúbrica fué escrita en griego por Steph.*

ad principem, data licet, si quam vim sustineat, ab Imperatore impetrare, ne omnino a violento illo conficiatur. Unde quae necessitas esset, quemadmodum in provinciis omni auxilio vacuis, in urbe, ubi abunde auxilii est, haec adeo exacte requiri? Sancimus igitur, secundum praesentem rerum statum et emere, et aedificare magistratus posse, et in suscipiendis quae sponte offeruntur muneribus criminatione vacare, quippe quum iis, qui vim sustineant, quando tale aliquid incidat, supplicando principi illam effugere integrum sit. De provinciarum autem magistratibus illud insuper statuere visum est, ut praeses, quo tempore praefecturae honore potitur, neque quidquam emat, neque in suum usum exstruat, neque dona impune sua faciat, alii vero minores magistratus, relata ad praefectum re, ipsius iudicio aut removeantur, aut administrationem expleant.

antes de nuestro decreto. Mas ¿por qué no es esto necesario? Porque siéndole dado á cualquier habitante de esta ciudad, tanto pobre, como rico, implorar y suplicar al príncipe, le es lícito, si sufriera alguna violencia, impetrar del Emperador, que de ningún modo sea consumada por aquel magistrado violento. Por lo que ¿qué necesidad habría de que, á la manera que en las provincias, faltas de todo auxilio, se requiriese esto con tanta exactitud en la ciudad, donde es abundante el auxilio? Así, pues, mandamos que conforme al presente estado de las cosas puedan los magistrados comprar y edificar, y estar exentos de acriminación por recibir los regalos que espontáneamente se les ofrecen, ciertamente porque aquellos que sufran violencia tienen en su mano, cuando alguna tal cosa acontezca, escapar á ella elevando súplicas al príncipe. Mas respecto á los magistrados de las provincias ha parecido bien estatuir, que, durante el tiempo en que disfrute del honor de la prefectura, no compre el presidente cosa alguna, ni edifique para su uso, ni haga suyos impunemente los donativos, pero que los otros magistrados menores, comunicada la cosa al prefecto, ó sean removidos, ó desempeñen su cargo, á juicio del mismo.

CONST. LXXXV

UT PATRES, QUI NUPTIAS NON ITERANT, UNIUS LIBERORUM PORTIONEM CAPIANT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quoniam circa maritos cum liberis ab uxoribus relictos de hypobolo nihil praescripsimus, illud autem donante consuetudine praemorientes etiam uxores capiunt, nihil in hoc nos consuetudinem innovandam putantes statuimus, quemadmodum hactenus sancitum fuit, mulieribus hypobolum dari, viris autem, si quidem ad secundas nuptias veniant, nihil accipere licere, sin vero prius matrimonium venerentur, in remunerationem huius venerationis ipsis unius liberorum portionem assignari; hanc vero partem electioni subiici, ut, si quidem hypobolum vel aequet vel exsuperet, accipiens ea contentus sit, eo quod omnino aut lucrum, aut nullum damnum sentiatur, si vero non exaequet, sed minor hypobolo sit, neque de suo quidquam maritum dare, neque ex mulieris bonis quidquam accipere.

CONSTITUCION LXXXV

DE QUE LOS PADRES QUE NO PASAN Á SEGUNDAS NUPCIAS RECIBAN LA PORCIÓN QUE UNO DE LOS HIJOS

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Como quiera que en cuanto á lo asegurado con hipoteca nada hemos prescrito respecto á los maridos dejados con hijos por sus mujeres, pero donándoselo la acostumbre lo adquieren también las mujeres que premueren, juzgando nosotros que para nada se debe innovar en esto la costumbre, estatuímos, que, así como hasta ahora estuvo sancionado, se les dé á las mujeres lo asegurado con hipoteca, y que á los maridos, si verdaderamente pasaran á segundas nupcias, no les sea lícito adquirir nada, mas, si venerasen el primer matrimonio, se les asigne en remuneración de esta veneración la porción que á uno de los hijos; pero que esta parte sea sujetada á elección, de suerte que, si ciertamente fuera igual ó superara á lo asegurado con hipoteca, se contente él recibiéndola, porque no experimente absolutamente lucro, ó daño alguno; mas si no fuera igual, sino menor que lo asegurado con hipoteca, ni dé el marido cosa alguna de lo suyo, ni reciba nada de los bienes de su mujer.

CONST. LXXXVI

[DE POENA EPISCOPORUM, SACERDOTUM ET CLERICORUM, QUI SE ADVOCATIONIBUS, SPONSIONIBUS, REDEMTURIS, ALIISVE SIMILIBUS DEDUNT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Qui a divina bonitate ad divinum sanctumque altare delecti sunt, eos non modo ab alia peccati turpitudine mundos esse, verum etiam a communis vitae negotiis vacare decet. Sicut enim alia incontaminati sacrique cultus monumenta communi usu profanari non licet, ad eundem modum neque animata immaculati sacrarii ornamenta communi

CONSTITUCION LXXXVI

[DE LA PENA DE LOS OBISPOS, SACERDOTES, Y CLÉRIGOS, QUE SE DEDICAN Á LA ABOGACÍA, Á AFIANZAMIENTOS, Á ARRENDAMIENTOS, Y Á OTRAS COSAS SEMEJANTES]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Los que por la bondad divina fueron elegidos para el divino y santo altar, es conveniente que estén libres no solamente de otra torpeza de pecado, sino también de los negocios de la vida común. Porque así como no es lícito que sean profanados con un uso común los otros monumentos del culto no contaminado y sagrado, del mismo modo tampoco con-

(1) *Esta rúbrica fué redactada en griego por Steph.*

usu dedecorari, sed manere in quem consecrata sunt ordine, consecrationem puram servantia convenit. Admodum igitur decenter apostolorum, praeconum dei, decretum episcopos, vel sacerdotes, vel clericos, qui se ipsos advocationibus, aut sponsionibus, aut redemturis, aut aliis eiusmodi rebus dedunt, sacro ordine denudat. Qui enim attributam sibi a sacrosancto spiritu dignitatem adeo dehonestant, et ex sua parte sublimitatem gratiae deprimunt, merito ut indigni beneficio, cuius magnitudinem non sentiunt, ad eius iacturam damnantur. Veruntamen quia, ne acumen politiae divinorum illorum legislatorum attingat praesens vivendi genus imbecillius est, quibus peccatum venia indignum non est, non ipsis puto displiceat, modicam quandam peccantibus veniam dari. Propterea nos non contrarium (quod absit) statuentes, sed potius sacram sanctionem sequentes, et ut nulla illis, qui ab ea condemnantur, excusationum causa relinquatur, decernimus, presbyteros, vel sacerdotes, vel omnino clericum quempiam, qui vel patrocinando, vel spondendo, vel alio simili modo suum ordinem dehonestet, removeri, et ad aliquod tempus a celebrandis sacris prohiberi; atque ubi ita delicto dignam poenitentiam egerint, ad sacram communionem reducantur, immunes se a mundana conversatione omnimodo deinceps futuros promittentes. Si vero iterum iisdem rebus se polluere deprehendantur, plane ut profani et indigni sacris functionibus abstineant.

vlene que se deshonren con un común empleo los sagrados ornamentos de un sagrario inmaculado, sino que permanezcan en el orden á que fueron consagrados, conservando pura la consagración. Así, pues, un decreto de los apóstoles, preconizadores de Dios, despoja muy convenientemente de su sagrado orden á los obispos, ó á los sacerdotes, ó á los clérigos, que se dedicaron á la abogacía, ó á afianzamientos, ó á arrendamientos, ó á otras cosas de esta naturaleza. Porque los que de tal modo deshonran la dignidad á ellos atribuída por el sacrosanto espíritu, y por su parte deprimen la sublimidad de la gracia, con razón son, como indignos del beneficio, cuya magnitud no sienten, condenados á la pérdida de éste. Mas como la presente manera de vivir es más débil, de modo que no alcanza á la cima de la disposición de aquellos divinos legisladores, juzgo que no les desagradará, que, en los casos en que el pecado no es indigno de perdón, se les conceda cierta moderada dispensa á los pecadores. Por ello nosotros, estatuyendo no lo contrario, (lo que no suceda), sino más bien ateniéndonos á la sacra disposición, y para que no se les deje ninguna causa de excusas á los que por ella son condenados, mandamos, que los presbíteros, ó los sacerdotes, ó en general cualquier clérigo, que ó patrocinando, ó afianzando, ó de otro modo semejante deshonren su orden, sean removidos, y por algún tiempo se les prohiba celebrar los actos sagrados; y cuando así hubieren hecho la penitencia, digna de su delito, sean vueltos á la sagrada comunión, prometiendo que en lo sucesivo serán ellos completamente ajenos á la manera de ser mundana. Mas si se descubriera que otra vez se mancillaron con las mismas cosas, absténganse enteramente de las sagradas funciones como profanos é indignos.

CONST. LXXXVII

[DE ECCLESIASTICORUM ALEA LUDENTIUM POENA] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Nec qui sacri ordinis alea vacant, neque hi rem modica aliqua poena dignam audent. Quid enim? qui tranquilla mente, animoque ad contemplandas res divinas immoto, quantum humanae naturae est, a bono separari non debebant, illi e contrario etiam ad iuveniles lusus deproperant. Etiam hos itaque a sacerdotio removori secundum divinum sacrosanctorum apostolorum decretum par est. Verum quoniam id ipsum etiam praescriptum humane iubet non desistentes poenam subire, statuimus nos quoque, eos, ut qui aleat lusu sacram sortem contaminant, ut monasteria relegentur (hanc tamen relegationem triennale tempus finiat) et quando delictum satis expiatum videbitur, in pristinum statum etiam hi restituantur. Quodsi vero rursus in lusibus tempus perdere instituant, tanquam ludibria ex sacrosancto ecclesiastico statu penitus exturbentur et eiiciantur.

(1) *Esta rúbrica fué redactada en griego por Steph.*

CONSTITUCION LXXXVII

[DE LA PENA DE LOS ECLESIÁSTICOS QUE JUEGAN Á LOS DADOS]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Tampoco los que del orden sagrado se dedican á los dados se atreven á cosa merecedora de alguna moderada pena. ¿Por qué? Porque los que con mente tranquila, y con ánimo inalterable para contemplar las cosas divinas, debían, en cuanto es dable á la naturaleza humana, no separarse de lo bueno, se apresuran también por el contrario á juegos juveniles. Así, pues, es justo que también éstos sean removidos del sacerdocio conforme al divino decreto de los sacrosantos apóstoles. Mas como también este mismo decreto dispone con humanidad que sufran la pena los que no desistan, mandamos asimismo nosotros, que los que con el juego de dados contaminan su sagrada condición sean relegados á monasterios (pero ponga el espacio de tres años término á esta relegación), y cuando pareciere suficientemente expiado su delito, sean también ellos restituídos á su primitivo estado. Pero si de nuevo determinaran perder el tiempo en juegos, sean como objetos de ludibrio arrancados y echados por completo del sacrosanto estado eclesiástico.

CONST. LXXXVIII

[CELEBRIBUS QUIBUSDAM IN ECCLESIA VIRIS FESTI DIES CONSTITUUNTUR] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Venerabili sanctorum apostolorum decreto, quod promulgatum est ad gloriam et hónorem sacratissimorum dierum, quibus omnium domino feriari debemus, et illorum, quicunque horum ipsorum celebratorum legislatorum, ceterorumque victoriosorum certatorum, qui morte sua impietatem fugarunt, sanctificationem significant, quum illud quoque coniungi dignum sit, ut etiam eorum divinilioquorum virorum, qui post illos in ecclesia claruerunt, et luminarium instar ecclesiae firmamentum re atque verbis illustrarunt, non sine honore et celebratione memoria sit, nos quod deest adimpientes sancimus, eorum etiam sacros sanctificatienis dies convenientibus honoribus coli, quorum haec sunt nomina: Athanasius, inclyti inter pontifices dei nominis, Basilius, regium illud ecclesiae decus, Gregorius, cognomine theologus, Gregorius, dulcis et illustris ecclesiae fons, Ioannes, prorsus aureum spiritus os, et cum iis Cyrillus et Epiphanius, qui praeclaris facinoribus et gloria illis pares sunt.

CONSTITUCION LXXXVIII

[SE ESTABLECEN DÍAS FESTIVOS PARA ALGUNOS VARONES CÉLEBRES EN LA IGLESIA]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Como quiera que sea digno que al venerable decreto de los santos apóstoles, que se publicó para honra y gloria de los sacratísimos días, en que debemos estar de fiesta en honor del Señor de todas las cosas, y de aquellos días que significan la santificación de estos mismos celebrados legisladores, y de los demás victoriosos combatientes, que con su muerte ahuyentaron la impiedad, se añada también esto, que tampoco quede sin honores y sin celebración la memoria de estos varones elocuentes en lo divino, que después de aquellos brillaron en la iglesia, y á semejanza de luminares abrillantaron con actos y palabras el firmamento de la iglesia, supliendo nosotros lo que falta, mandamos que se solemnicen también con los convenientes honores los sagrados días de la santificación de aquellos cuyos nombres son estos: Atanasio, de ínclito nombre entre los pontífices de Dios; Basilio, aquel regio ornato de la iglesia; Gregorio, de sobrenombre el teólogo; Gregorio, dulce é ilustre fuente de la iglesia; Juan, enteramente boca de oro del espíritu; y con ellos Cirilo y Epifanio, que por sus preclaros hechos y su gloria son iguales á ellos.

CONST. LXXXIX

[NE MATRIMONIA CITRA SACRAM BENEDICTIONEM CONFIRMENTUR] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quemadmodum adoptionis causam promiscue habitam neglexit vetustas, quam dum sine precibus et sacris mysteriis peragi permitteret, non tamen parvi faciendam putabat, ita et absolutam matrimonii constitutionem, dum id citra receptam benedictionem iniri sineret, neglexisse videtur. Sed veteribus quidem istius voluntatis fortasse ratio inveniri possit, nobis vero, quum divina gratia ad honestius multo sanctiusque vitae institutum res comparatae sint, neutrum dictorum negligi convenit. Igitur quemadmodum sub sacris invocationibus adoptionem procedere praecepimus, sic etiam sacrae benedictionis testimonio matrimonia confirmari iubemus, ut, ubi a nubentibus haec forma adhibita non fuerit, ne omnino matrimonium dicatur, neque eius iura talem coniunctionem accedant sequantur (3). Nihil enim inter coelibatum et matrimonium quod reprehendi non debeat invenias. Coniugalis vitae desiderio teneris? Coniugii leges serves necesse est. Sed displicent matrimonii molestiae? Caeleba vivas, et neque matrimonium adulteres, neque falso caelibatum praetexas.

CONSTITUCION LXXXIX

[DE QUE LOS MATRIMONIOS NO SEAN CONFIRMADOS SIN LA SAGRADA BENDICIÓN]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Así como la antigüedad desatendió la cuestión de la adopción, que se hallaba confusa, pues en tanto que permitía que se llevara á cabo sin preces y sin sagrados misterios, no creía, sin embargo, que debía ser estimada en poco, así parece que descuidó también la perfecta constitución del matrimonio, dejando que se celebrase sin haberse recibido la bendición. Mas en los antiguos quizá pueda hallarse razón de esta voluntad, pero en cuanto á nosotros, habiendo sido por la divina gracia concertadas las cosas para un régimen de vida más honesto y mucho más santo, es conveniente que no se desatienda ni una ni otra de dichas cosas. Así, pues, á la manera que preceptuamos que la adopción se verificara con sagradas invocaciones, así también mandamos, que los matrimonios sean confirmados con el testimonio de la sagrada bendición, de suerte que, cuando por los que se casan no se hubiere guardado esta forma, no se diga de ningún modo que hay matrimonio, ni sigan los derechos de éste á tal unión. Porque no hallarás nada entre el celibato y el matrimonio que no deba ser reprendido. ¿Eres presa del deseo de vida conyugal? Necesario es que observes las leyes del matrimonio. Mas ¿te desagradan las molestias del matrimonio? Vive soltero, y ni adulteres el matrimonio, ni encubras falsamente el celibato.

(1) *La rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*
(2) *También la rúbrica fué escrita en griego por Steph.*
(3) *Evidentemente sobra* accedant *ó* sequantur; *más bien aquella que esta, dada la construcción de la frase. En la versión de Agilso no se halla ninguna de las dos, porque se expresa el concepto con el verbo* potiri – *N. del Tr.*

CONST. XC

[UT QUI TERTIUM MATRIMONIUM CONTRAHANT, SACRI CANONIS POENAE OBNOXII SINT] (1)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Oportebat nos, quum divina manu formati, menteque ac ratione praediti simus, quorundam brutorum praestantiae non cedere. Non enim illa imbecillitas reprehensione vacat, neque a iustis vituperationibus libera est, sed tanto magis culpanda, quantum irrationabili naturae rationalis praestat. Oportebat igitur homines cum in aliis, tum in castitate matrimoniali prudentiam suam non negligere. Multa enim bruta femina mortua perpetuam viduitatem amplectuntur, et secunda coniuntione priorem velut obtegere nolunt. Verum quoniam hanc imbecillitatem turpem non esse, quanquam turpissima est, existimans natura, primo matrimonio contenta non est, sed nullo pudore tacta ad secundum etiam procedit, certe in hoc vitium subsistere debebat; non tamen id facit, sed nec veniam vitii ex sacra lege accipiens, a secundo matrimonio ad tertium prorumpit, constitutam in tertium matrimonium poenam, utpote quae non exigatur, contemtui habens, praesertim quum etiam civilis lex, nescio cur, apostolorum decreto non consentiat, sed reprehensionem remittat iis, qui in secundarum nuptiarum consortio subsistere nolint. Idcirco nos, apostolorum placitum sequentes statuimus, eos, qui ad tertium matrimonium pervenerint, poenae subiici, quam in ipsos sanctus canon promulgavit.

CONST. XCI

[UT CONCUBINAM HABERE NON LICEAT] (2)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Neque minus ea quoque lex, quae probrose cum concubinis commisceri non erubescentibus id permittendum iudicavit, honestatem susque deque habuit. Igitur nec hanc legislatoris levitatem dedecorare nostram rempublicam sinemus, sed ista quidem lex in aeternum sileat, a nobis vero secundum divina et quae Christianos decent praecepta talis iniuria non modo religioni, verum etiam naturae contraria prohibetur. Nam si quidem secundum divinum oraculum proprium fontem habeas, prudenter inde haurias (qua ratione, quum puras aquas haurire liceat, lutum tu mavis?), si vero non habeas, res tamen vetitas acquirere non potes, nec vero vitae consortem invenire difficile est.

CONST. XCII

[DE POENA EIUS, QUI ALIQUEM DEDITA OPERA EXCAECAVIT] (3)

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Tametsi aliter, quam veteres leges sanciunt, de eo, qui alteri violentis manibus oculos effodisset,

(1) *Esta rúbrica fué compuesta en griego por Steph.*
(2) *También la rúbrica fué escrita en griego por Steph.*

CONSTITUCION XC

[DE QUE ESTÉN SUJETOS Á LA PENA DEL SAGRADO CÁNON LOS QUE CONTRAEN TERCER MATRIMONIO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Menester era que nosotros, estando formados por la divina mano, y dotados de inteligencia y de razón, no cediéramos á la superioridad de algunos brutos. Porque no está exenta de reprensión aquella flaqueza, ni libre de justas vituperaciones, sino que es tanto más de culpar, cuanto la racional aventaja á la naturaleza irracional. Era, pues, conveniente que los hombres, así como en otras cosas, tampoco en la castidad del matrimonio descuidaran su prudencia. Porque muchos brutos, muerta la hembra, abrazan perpétua viudedad, y no quieren así como olvidar la primera con una segunda unión. Mas como estimando la naturaleza que no es torpe esta flaqueza, aunque es torpísima, no se contentó con el primer matrimonio, sino que sin estar poseída de pudor alguno pasa también al segundo, debía ciertamente hacer alto en este vicio; mas no lo hace, sino que sin recibir de la sagrada ley dispensa del vicio, se lanza del segundo matrimonio al tercero, menospreciando la pena establecida contra el tercer matrimonio, por cuanto no se exige, principalmente porque también la ley civil, no sé por qué, no presta su asentimiento al decreto de los apóstoles, sino que les remite la reprensión á los que no quieren contenerse en el consorcio de segundas nupcias. Por lo tanto, nosotros, ateniéndonos al decreto de los apóstoles, estatuímos que los que hubieren llegado al tercer matrimonio queden sujetos á la pena, que contra los mismos promulgó el santo cánon.

CONSTITUCION XCI

[DE QUE NO SEA LÍCITO TENER CONCUBINA]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Y tampoco dejó de tomar con indiferencia la honestidad aquella ley, que juzgó que á los que de ello no se avergüenzan debe permitírseles que se unan ignominiosamente con concubinas. Así, pues, para no dejar que esta lenidad deshonre nuestra república, sino que ciertamente enmudezca para siempre esta ley, se prohibe por nosotros con arreglo á los preceptos divinos, y que cuadran en los cristianos, tal injuria, contraria no ya sólo á la religión, sino también á la naturaleza. Porque si ciertamente tienes conforme al divino oráculo propia fuente, toma con prudencia de ella el agua, (pues ¿por qué razón, siéndote lícito tomar aguas puras, prefieres tú las cenagosas?), y si no la tienes, no puedes, sin embargo, adquirir cosas vedadas; pero tampoco es difícil encontrar consorte para la vida.

CONSTITUCION XCII

[DE LA PENA DEL QUE DE INTENTO DEJÓ CIEGO Á ALGUNO]

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Aunque, habiendo habido duda en cuanto á uno que con violentas manos había sacado á otro los

(3) *La rúbrica fué redactada en griego por Steph.*

quum dubitatio de eo exstitisset, a nobis sententia lata sit, nunquam tamen in legem illam sententiam transformare animus fuit. Nonnihil enim misericordia moti, ut etiam indicavimus, (1) ita quidem iudicavimus, et quoniam oculorum iactura ei, qui illos amisit, restitui non posset, eum, qui id damni dedisset, quanquam idem damnum pati dignus esset, in eandem esse caecitatem conficiendum non putavi, sed tantam poenam statui, ut et qui oculos eruit signa poenae ferat, et qui passus est consolationem quandam habeat, ut in tanta calamitate adeoque profunda caecitate ex laboribus eius, qui illa ipsum affecit, fructus capiat. Veruntamen licet ita iudicatum esset, ex re iudicata legem facere, ut dixi, non tamen animus erat. Sed quoniam qui inter sacra nostra officia relatus est (cuius ego qua ratione postulationem reiiciam?) illam sententiam propter statuti humanitatem inter leges collocari petiit, quo deinceps, si quando tale quidquam incidat, talis sententia pronuntietur, qualis etiam in praesenti reo poena constituta est, postulato paremus, et decretum sancimus. Si quis ergo aliquando alicuius oculo damnum dederit, hunc iubemus, si quidem uni, uno et ipsum privari, aequalem poenam subiturum; si vero utrique maleficas manus inlecerit, quoniam hic poenae aequalitas neque laeso prodest (quae enim in tenebris viventi utilitas est, si etiam alius iisdem tenebris teneatur?), et poenae obnoxio, tametsi non immerito, tamen vita intolerabilis, quoniam haec ita sunt, iubemus, non aequa ratione, sed diverso modo poenam procedere, quo et maleficus puniatur, et laesus utilitatem aliquam sentiat. Hunc autem in modum statuimus: qui amborum oculorum iacturam alicui intulerit, altero quidem oculo ipse quoque privetur, quo sceleris sui notam ferat, quoniam vero etiam scelerata manu mutilari ipsum aequum esset, pro manus amissione bonorum suorum multetur, eumque in vitae consolationem, cui ab isto eruti sunt oculi, accipiat. Atque sic caecus quidem inde, quod ad sustentandam vitam sumtus accipiat, modicum aliquod calamitatis lenimentum sentiat, ille vero in facinoris sui poenam, ut dictum est, et alterius oculi privationem, et bonorum amissionem pro manuum amissione sustineat. Sed si quidem reus locuples sit, ita poena procedat, si vero fortasse pauper sit, atque in angustiis vitam agitet, neque quidquam illi, qui ipsius violentia in miserias coniectus est, in compensationem dare possit, similis tunc calamitatis et socius et particeps sit, et vitam in tenebris agat utriusque oculi excisione. Si qui vero in scelere maleficio perpetrando opem tulerint, si quidem ipsi manus peccato admoverint, dum simul oculos effoderint, eundem ad modum etiam ipsi puniantur, si vero manus in oculos coniicere abstinuerint, aliud autem quoddam auxilium in facinus contulerint, his quidem ad corporis verberationem, et cute tenus tonsionem, et trientis bonorum multam poena decernatur, caecitatis vero etiam auctores praedictis poenis subdantur.

La comunidad de cosas establecida prudentemente y con razón proporciona muchos bienes á la vida. Porque si alguno vale también por su poder, su poderío se hace mucho mayor si se asocia con otro que tenga análoga potencia; y por otra parte, los ricos, si hacen comunes sus riquezas, adquieren mayor disfrute de sus riquezas, y con la asociación de trabajos no faltará consuelo de la amarga pobreza, con que se mitigue lo acerbo de la pobreza. Pero siendo tan cómoda y útil la comunidad en la vida común, cierta extraña maldad, que invade el ánimo de los hombres, no solamente impide á otros su conveniencia, sino que á los mismos que prefieren optar por ella les persuade á dejar que sean ellos perjudicados en sus propias cosas, antes que á permitir que haciendo sociedad con sus vecinos les venga á ellos mismos algún lucro. Y ha llegado á nuestros oídos que alguna cosa semejante se hizo por algunos, que, poseyendo predios marítimos, que por sí solos no producen ciertamente mucho lucro, pero que unidos con otro vecino y adyacente producirían mayor utilidad, no quieren por maldad admitir sociedad, ni unir los suyos con los predios vecinos, con cuya disposición ambos podrían lucrar alguna cosa, sino que prefieren causar perjuicio aun á los suyos, con tal que aparezca que originan daño al vecino. Mas aunque los tales no sientan ellos mismos su propio daño, y conduciéndose malamente descuiden por improbidad sus cosas, como las fieras feroces, que se precipitan para sufrir dolores, á fin de lesionar á los que se les aproximan, no consiente, sin embargo, nuestra majestad que en la vida común se haga insolente tal maldad, y ni porque ellos no son dignos de conveniente cuidado los dejaremos sin auxilio. Y mirando en alguna parte por ellos mismos, y principalmente también por el interés del vecino, á quien malamente atormenta esta inhumanidad, mandamos, que en los predios marítimos, en que las respectivas propias pequeñas porciones no basten para el establecimiento de redes fijas, se unan las partes, á fin de que por medio de tal comunidad puedan los dueños experimentar utilidad de sus propias posesiones, y si uno no quisiera formar comunidad, sea compelido aun contra su voluntad á la comunidad. Porque sabemos que es humano que á uno se le haga, aun contra su voluntad, participe de un beneficio, y es mucho mayor la humanidad en este caso, en el que no solamente se hace beneficio contra su voluntad al que no consiente en el beneficio, sino que tampoco sufre la privación el que de él era injustamente privado.

CONST. CIII

DE IIS QUI DE MARITIMIS PRAEDIIS AD CONSTITUENDAS REMORAS PISCATORIAS SOCIETATEM INEUNT

In societatibus quidem contrahendis usitatum est, saepe eum, qui maiorem partem societati intulit, maiorem partem lucri accipere, et recte negotium instituunt, quibus ita placuit. Verum non ideo re-

CONSTITUCION CIII

DE LOS QUE CÓN PREDIOS MARÍTIMOS FORMAN SOCIEDAD PARA ESTABLECER REDES FIJAS DE PESCAR

Fué ciertamente de uso al constituir sociedades, que muchas veces el que mayor parte llevó á la sociedad recibiera mayor parte de lucro; y organizan bien el negocio aquellos á quienes así les plugo.

cte, de maritimis praediis societate inita, is, qui plurimum talis praedii habet, eo, qui minus habet, maius lucrum iure suo auferat; exempli gratia si alteri quidem centum orgyiae suae potestatis et possessionis sint, alteri vero non tot, multo vero minus, et his in communionem redactis inde utilitatem percipiat, aequaliter inter socios proventum distribui consentaneum est, nec vero secundum maiorem et minorem portionem distributionem procedere. Cur? quia (1) in aliis quidem negotiis (in collatione pecuniarum nempe, aut pecorum, aut etiam, si quis ita velit, terrestrium locorum) unaquaeque res, quae in communionem redigitur, per se domino, quantum eius natura fert, utilis esse potest, in maritimis vero praedlis id similiter se non habet, quoniam non quemadmodum in illis, sic maritima portio in se divisa peculiare lucrum habet. Non enim omnino praeda eodem loco consistit venatores exspectans, et vero aliter etiam maior visa portio propter minoris defectum inutilis esset (quis enim ex re imperfecta usus aut utilitas?), minoris autem adiectio, quum imperfectionem expleat, et quod per se utile non est, utile reddat, consentaneum aequales utilitatis partes domino accedere ex maiore quidem aestimata parte, citra collationem vero minoris nihil emolumenti afferente. Propterea igitur legem etiam, quae deinceps iuste hoc gubernet, imperatoria nostra maiestas profert, et statuimus, si duarum maritimarum portionum ad constituendas remoras communio fiat, et altera earum maior, altera autem minor sit, aequali distributione lucrum accipere utriusque portionis dominum.

CONST. CIV

DE PISCATORIIS REMORIS, INTER QUAS LEGITIMUM INTERSTITIUM NON EST

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quoniam in vicinis remoris saepe accidit, ut, quum legitimum intervalli a vicinis modum non servent, contentiones atque lites moveantur, de iis etiam causis statuimus, ut pars in iudicium vocata, quando legitime convicta fuerit, si quidem loci spatium patiatur, statim remorarum translationem instituat, nisi voluerit inscriptionem sustinere, tanquam legis praescriptum despiciens; si vero locus, quo transferatur, non sit, annorum spatium observetur, quibus in loco sub litem vocato remora septum fixum habuit, et si quidem actore praesente, nullamque denunciationem interponente decem annis in possessione fuerit, immota ea eodem in loco permaneat; si vero persona actionem movens peregre fuerit, stationi intactae decennale tempus non sufficiet, sed alterum tantum adnumerari debebit, ut anni computati viginti sint. Sed hoc quidem praescriptum in profanis obtineat. Ecclesiae vero, et monasteria, et si qua alia est venerabilis domus, et quaecunque ad fiscum referuntur, dictum tempus despicient, quum ipsis ad annum quadragesimum iura conserventur. Ita vero de remorarum statione, quae propter temporis longitudinem moveri non possint, sancientes, iubemus locarii lucro actorem non privari, etsi omnino victoriam

Mas constituída sociedad de predios marítimos, no tan rectamente retira por propio derecho el que tiene la parte mayor de un tal predio mayor lucro, que el que tiene la menor; por ejemplo, si uno ciertamente tuviera cien brazas de su propiedad y posesión, y otro no tantas, sino mucho menos, y reunidas ellas en comunidad percibiera por esto utilidad, es consiguiente que el provecho se distribuya por igual entre los sócios, y que no sea procedente la distribución con arreglo á la porción mayor y á la menor. ¿Por qué? Porque ciertamente en los demás negocios, (á saber, en la aportación de cantidades de dinero, ó de ganados, ó aun de lugares terrenos, si así uno lo quisiera), cada cosa, que se lleva á la comunidad, puede ser útil por sí misma, en cuanto lo comporta su naturaleza, á su dueño; pero esto no sucede de igual modo en los predios marítimos, porque no, á la manera que en aquellos, tiene una porción marítima, en sí considerada, lucro peculiar. Porque no siempre la presa se halla en el mismo lugar esperando á los pescadores, y por otra parte, también la porción mayor pareció que sería inútil por la falta de la menor, (¿pues qué uso ó utilidad proviene de cosa imperfecta?), pero como la adición de la menor suple la imperfección, y hace útil lo que por sí no es útil, es consiguiente que le correspondan al dueño iguales partes de utilidad por la porción ciertamente estimada como mayor, pero que sin la aportación de la menor no producía ningún emolumento. Por esto, pues, promulga nuestra majestad imperial también una ley, que en lo sucesivo rija esto con justicia, y estatuímos, que, si se hiciera comunidad de dos porciones marítimas para establecer redes fijas de pescar, y una de ellas fuera mayor, y menor la otra, perciban los dueños de una y de otra porción el lucro con igual distribución.

CONSTITUCION CIV

DE LAS REDES FIJAS DE PESCAR ENTRE LAS QUE NO HAY EL INTERVALO LEGAL

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Por cuanto muchas veces acontece, tratándose de redes fijas de pescar que están vecinas, que, no guardando la legítima extensión de su intervalo hasta las vecinas, se promueven contiendas y litigios, estatuímos también respecto á estas cuestiones, que la parte llamada á juicio, cuando legalmente hubiere sido convicta, disponga, si verdaderamente lo consintiera el espacio del lugar, inmediatamente la traslación de las redes fijas, á no ser que quisiere soportar acusación, como por despreciar la prescripción de la ley; mas si no hubiera lugar al que se trasladen las redes fijas, obsérvese el número de años que en el lugar puesto en litigio tuvieron las redes cercado fijo, y si verdaderamente estando presente el actor, y no interponiendo ninguna denuncia, hubieren estado en posesión de aquel diez años, permanezcan ellas estables en el mismo lugar; pero si la persona que promueve la acción hubiere estado de viaje, no bastará el tiempo de diez años para que quede intacto el cercado, sino que se deberá añadir otro tanto, de suerte que sean veinte los años computados. Mas esta disposición tenga ciertamente observancia en cuanto á los profanos. Pero las iglesias, y los monasterios, y otra cualquiera venerable casa, y las posesiones

(1) qui, *dice el texto, sin duda por errata.—N. del Tr.*

in lite non reportaverit propter evidentem temporis iapsum.

que se refieran al fisco, no atenderán á dicho tiempo, por cuanto á las mismas se les conservan los derechos hasta el año cuadragésimo. Mas al disponer de este modo respecto al establecimiento de redes fijas, que no se puedan remover á causa de la larga duración de su tiempo, mandamos que el actor no sea privado del lucro del alquiler, aunque de ningún modo haya obtenido la victoria en el litigio á causa del evidente iapso de tiempo.

CONST. CV

SI MAGISTRATUS ALIQUIS RES FISCALES FURATUS ESSE DEPREHENSUS SIT

Laudabilis res est legibus introducta castigatio et poena, quoniam incomposita emendat, et ad mala propensos, ne in illa proruant, invitos restringat; laudabile vero, quando legibus convenientem servat clementiam poena, neque hanc excedere argui potest, neque vero castigandi praetextu crudeliorem se exhibet, quando quidem etiam pater, donec benigne delinquentem filium castigat, et prudentiae, et castigationis nomine laudandus est, ubi vero paterno affectu abiecto non ut patrem decet, sed atrocem in modum poenam filio infligit, nec paterno more castigat, neque quisquam atrocitatem approbat. Sane si leges revera reipublicae parentes sunt, quemadmodum profecto sunt, sequitur omnino, eas pro ratione delictorum poenas etiam constituere debere, nec vero immanem aliquam multumque delicto graviorem poenam imponere. Nam quomodo id legitimae est correctionis, quomodo inde manantis curationis, eum morte puniri, qui cuiquam mortem intulisse convictus non sit? Et medicorum quidem discipuli non simpliciter sectionem membrorum iubent, lex vero, quae medica commiseratione infinito maiorem prae se fert commiserationem, dum illi quidem corporum valetudo finis est, leges vero cum animo etiam corpori beneficia praestant, tantam crudelitatem in eos, quibus mederi vult, exseret? His igitur ita comparatis, placuit nostrae maiestati, ut lex, quae mortem decernit in magistratum, qui res fiscales furatus esse deprehensus sit, neque vero in hunc solum, sed in illos etiam, qui ei socii fuerint, tanquam ab humano et legali ingenio aliena, non amplius in legalibus constitutionibus locum habeat, neque omnino in usu sit, et ut supervacanea et inutilis abiiciatur. Dehinc vero istiusmodi magistratus pro fiscalis rei furto accusati dignitatis amissionem et eorum, quae subripuerint, dupli restitutionem sentiant, et qui in hoc communicarunt, si quidem divites sunt, eidem poenae subdantur, sin pauperes, flagris caesi et ignominiose tonsi exsulare iubeantur.

CONSTITUCION CV

DE SI SE HUBIERA DESCUBIERTO QUE ALGÚN MAGISTRADO HURTÓ COSAS DEL FISCO

Laudables cosas son el castigo y la pena establecidos en las leyes, porque enmiendan los desarreglos, y contienen á los propensos á lo malo, aun contra su voluntad, para que no se lancen á ello; pero son cosas laudables, cuando la pena guarda la clemencia que conviene á las leyes, y no se puede argüir que ella se excede, ni con el pretexto de castigar se muestra más cruel, puesto que ciertamente también el padre, en tanto que castiga con benignidad al hijo delincuente, es digno de loa por razón tanto de su prudencia, como del castigo; mas cuando prescindiendo del afecto paternal inflige pena al hijo, no como conviene á un padre, sino de un modo atroz, y no lo castiga según la costumbre de un padre, nadie aprueba la atrocidad. Y, á la verdad, si las leyes son en realidad los padres de la república, como ciertamente lo son, es en todo caso consiguiente que ellas también deben establecer las penas á proporción de los delitos, y no imponer pena alguna cruel y mucho más grave que el delito. Porque ¿cómo sería legítima corrección, cómo curación que de ella proviniera, que fuese castigado con la muerte el que no haya sido convicto de haber inferido á otro la muerte? Y ciertamente que los discípulos de los médicos no ordenan sencillamente la amputación de los miembros; ¿y la ley, que hace alarde de conmiseración infinitamente mayor que la conmiseración de los médicos, por cuanto ésta tiene ciertamente como fin la salud de los cuerpos, y las leyes prestan sus beneficios al mismo tiempo que al alma también al cuerpo, mostrará tanta crueldad contra aquellos á quienes quiere curar? Consideradas, pues, así estas cosas, plugo á nuestra majestad, que la ley, que decreta la muerte contra el magistrado, que se descubrió que hurtó cosas del fisco, y no solamente contra él, sino también contra los que fueron cómplices de él, no ocupe ya lugar, ajena al espíritu humano y al de las leyes, entre las constituciones legales, ni esté de ningún modo en uso, y sea rechazada como supérflua é inútil. Pero desde ahora tales magistrados, acusados por hurto de cosa del fisco, sufran la pérdida de su dignidad, y la restitución del duplo de lo que hubieren hurtado, y los que en esto tuvieron participación, si verdaderamente son ricos, sean sometidos á la misma pena, y si pobres, mándese que azotados é ignominiosamente tonsurados vayan al destierro.

CONST. CVI

DE INDOTATIS MULIERIBUS, QUANTUM MARITIS MORTUIS EX IPSORUM BONIS LUCRENTUR

Rem quae aliquo modo absurda et aequitati non consentanea videtur, lata de illa lege ad decentem constitutionem deducere, recte nos facturos arbitramur. Quaenam vero ea res est? Saepe fit, ut

CONSTITUCION CVI

DE CUÁNTO LUCRARÁN LAS MUJERES INDOTADAS, FALLECIDOS SUS MARIDOS, DE LOS BIENES DE ELLOS

Juzgamos que haremos bien, si, promulgando sobre ella una ley, llevamos á conveniente estado cosa que en cierto modo parece absurda y no conforme con la equidad. Mas, ¿qué cosa es esta? Su-

mulieres divitiarum expertes locupletibus viris matrimonio iungantur; hae illis defunctis provenientem ex ipsorum bonis portionem (provenit autem, si quidem pauciores quatuor liberi sint, consonans cum numero eius portio, si vero plures, unius tantum filii) non in perpetuum dominium, neque ut de illa testari possint, accipiant, sed ad vitae dies usumfructum solum, et inde vitae sustentationem. (1) Ipsa vero vita decedente, in liberos huius portionis dominium tranfertur, illis rebus tanquam suis utendi potestate non concessa, nisi nulli liberi supersint, et ex hoc infortunio illarum rerum dominio gaudeat, ut haud sciam utrum mulier fructum ventris videre optet, an eum non nasci flagitet, quo ita devolvendae ad ipsam portionis domina fiat. Hanc vero absurditatem imperatoria nostra maiestas corrigens sancit, istius portionis dominium mulierem intactum habere, et uti ipsi placuerit de illa statuere, nullo alio liberis competente, quam quod ex Falcidia ipsis debetur, scilicet si priorum nuptiarum mater non obliviscatur, neque inducto altero marito priori toro honorem non servaverit, dum, si hoc contingat, a nobis converso dominio omnino excidet, et liberi, matre iam fato functa, rerum domini fient.

cede muchas veces, que mujeres que no tienen riquezas se unen en matrimonio con maridos ricos; fallecidos éstos, no reciben ellas en perpétuo dominio, ni de modo que de ella puedan testar, la porción proveniente de los bienes de los mismos, (y proviene, si verdaderamente fueran menos de cuatro los hijos, una porción en consonacia con su número, y, si más, solamente la de un hijo), sino sólo el usufructo por los días de su vida, y de aquí el subsistento de la vida. Pero falleciendo ellas, se les transfiere á los hijos el dominio de esta porción, no concediéndoseles á aquellas facultad para usar de los bienes como suyos, sino si no sobrevivieran ningunos hijos, y por virtud de este infortunio se regocijaran con el dominio de aquellos bienes, de suerte que no sé si la mujer optará por ver fruto de su vientre, ó si deseará que no nazca éste, para de este modo hacerse dueña de la porción que haya de volver á ella misma. Mas, corrigiendo nuestra imperial majestad este absurdo, manda que la mujer tenga intacto el dominio de esta porción, y disponga de ella como á ella misma le pluguiere, sin que á los hijos les competa ninguna otra cosa más que lo que á los mismos se les debe por razón de la Falcidia, por supuesto, si la madre no se olvidara de las primeras nupcias, ni habiendo introducido otro marido no guardare honor al primer lecho conyugal; de suerte que, si esto aconteciera, perderá en absoluto el dominio constituído por nosotros, y los hijos, habiendo ya fallecido la madre, se harán dueños de los bienes.

CONST. CVII

UT ACTOR ANTE LITIS CONTESTATIONEM PORRECTO LIBELLO IUDICI FIDEM SUAM PROBET

Optimum est omnia, si quae honesta vitaeque humanae utilia sunt, a senio libera ac semper viridia permanere, neque unquam eorum utilitatem deficere; igitur si contingat, quod saepe contingere solet; eo neglecto utilitatem deperire, eos tamen, qui curam bonorum humanorum gerunt, decebat, ne id, quod per se utilitatem vitae praebeat, restituere negligant. Eapropter etiam nostra maiestas legem quandam rebus quidem utilissimam, nunc vero velut obsoletam et ne inutilis fiat periclitantem ad pristinum robur reducens, senii incommodum aufert, et ad primitivum usum reique publicae utilitatem eam renovat. Lex autem statuit de illis, qui criminum accusationes movent, ut hi, priusquam ad inquisitionis modum deveniatur, de suo instituto iudici fidem faciant scripta declaratione, se neque dolo malo adversarium inquietare, neque alio indicio condemnatos esse, neque in praesens se scire id ipsum nullum ad tribunal aditum habere, sed maligno consilio adversario negotia facessere, neque mendaciis veritatem intervertere conaturos se esse. Haec quidem legis praescripta sunt, et recte se habent, et transgressori poena infligebatur. Neque vero huic soli, sed causarum etiam patronos similiter lex diiudicabat. Sed hanc quemadmodum dixi ut deperditam, et prorsus inutilem redditam, imperatoria nostra maiestas et ad pristinam vim reducit, et in rem publicam reditum ei donat, et sancimus, eos, qui dehinc accusationem in iudicium introducere velint, ante introitum legis praescripta observare.

(1) sustentionem, *decía el texto, sin duda por errata.— N. del Tr.*

CONSTITUCION CVII

DE QUE ANTES DE LA CONTESTACIÓN DE LA DEMANDA PRUEBE EL ACTOR SU FE HABIENDO PRESENTADO LIBELO AL JUEZ

Es lo mejor, que todo lo que es honesto y útil para la vida humana permanezca exento de vejez y siempre vigoroso, y que nunca falle su utilidad; así, pues, si aconteciera, lo que muchas veces suele acontecer, que, descuidado aquello, se pierde su utilidad, convendría, sin embargo, que los que cuidan de los bienes humanos no dejaran de restablecer aquello que por sí mismo presta utilidad á la vida. Por esto también nuestra majestad, volviendo á su primitivo vigor cierta ley verdaderamente utilísima, pero ahora así como envejecida, y en peligro de ser hecha inútil, le quita el inconveniente de su vejez, y la renueva para su primitivo uso y para utilidad de la república. Mas determinó la ley respecto á los que promueven acusaciones criminales, que éstos, antes que se llegue al trámite de indagación, le acrediten al juez respecto á su intento, en declaración escrita, que ellos ni inquietan con dolo malo á su adversario, ni fueron condenados en otro juicio, ni saben ellos al presente que la misma cosa haya sido presentada al tribunal, y que con mal designio promuevan cuestiones al adversario, y que no habrán de intentar confundir con mentiras la verdad. Estas son ciertamente las prescripciones de la ley, las cuales son acertadas, y al transgresor se le infligía pena. Pero no á éste solo, sino que del mismo modo juzgaba la ley también á los defensores de las causas. Mas á ella, según he dicho, que se hallaba como perdida y enteramente inútil, la restablece nuestra majestad imperial en su primitiva fuerza, y le da reingreso en la república, y mandamos, que los que desde ahora quieran presentar acusación en juicio observen antes de la presentación las prescripciones de la ley.

CONST. CVIII

DE EO, QUI AD PRIMAM DENUNCIATIONEM IUDICIO SE NON SISTIT

Neque iliud neglectum et contemtui habitum relinqui incorrectum fas est, sed conveniente auxilio potiri dignum, quod negotiis humanis multam utilitatem praebeat. Itaque similiter etiam huius innovationem constituentes, quemadmodum illius partis, quae litem instituere volentibus formam praescribit, sancimus, eum, qui semel iudiciali citatione in ius vocatus neque ipse pareat, neque qui pro ipso iudicium suscipientem mittat, deinde secunda denunciatione dignum haberi, (1) si vero huic non obtemperet, neque tertia indignum censeri, et in tantum iudiciali clementia ipsum prosequente, si ipse etiam tertiam citationem despiciens appareat, et quum nulla iusta causa comparitionem eius impediat, neque per se, neque per aliam personam ad iudiciale tribunal stiterit, tunc omnino etiam absente eo condemnatoriam sententiam procedere, et nequaquam deinceps quocunque modo vel quaestionem movere, vel condemnationem subterfugere ipsi permitti. Hoc vero praeceptum in utrumque litigatorem statuimus, sive quis in ius vocatus comparère negligat, sive quis actionem instituerit, et adversarium ad iudiciale tribunal deduxerit, tunc post deductionem ab intentata actione dolo malo desistat, incommodum inde reo machinans et protelationem finis iudicii. Etenim hic quoque, ubi ter a iudice citatus fuerit et non paruerit, absens etiam condemnabitur, si nulla alia iustae excusationis causa adsit, quae illum, qui se in iudicio non obtulit, recte defendere possit.

CONSTITUCION CVIII

DEL QUE Á LA PRIMERA INTIMACIÓN NO COMPARECE EN JUICIO

Tampoco es procedente que esto, que se tuvo descuidado y en menosprecio, sea dejado sin corrección, sino que es digno de conveniente auxilio, porque presta mucha utilidad para los humanos negocios. Y así, haciendo, á la manera que de aquella parte que prescribe forma á los que quieren promover litigio, del mismo modo la reforma también de ésta, mandamos, que el que llamado una vez á juicio por citación judicial no comparezca por sí mismo, ni envíe quien por él acepte el juicio, sea después considerado digno de segunda intimación, y, si no obedeciera á ésta, no sea juzgado indigno de la tercera, y si, persiguiéndolo de tal modo la clemencia judicial, apareciera que él menosprecia también la tercera citación, y no impidiendo ninguna justa causa su comparecencia no hubiere comparecido por sí, ni por medio de otra persona, en el tribunal judicial, en este caso sea de todos modos procedente sentencia condenatoria aun estando él ausente, y de ninguna manera se le permita en lo sucesivo promover de un modo cualquiera la cuestión, ó eludir la condenación. Mas este precepto lo establecemos contra ambos litigantes, ya si dejara de comparecer el llamado á juicio, ya si el que hubiere entablado la acción, y hubiere llevado á su adversario al tribunal judicial, desistiera entonces, después de haberlo llevado, con dolo malo de la acción intentada, maquinando con esto molestia para el reo y el alejamiento del fin del juicio. Porque también en este caso, cuando hubiere sido citado tres veces por el juez y no hubiere comparecido, será condenado aun estando ausente, si no hubiera ninguna otra causa de justa excusa, que con razón pueda defender al que no se presentó en el juicio.

CONST. CIX

NE INTRA SEPTIMUM AETATIS ANNUM SPONSALIA INEANTUR, NEQUE ANTE DECIMUM QUINTUM MARIBUS AUT DECIMUM TERTIUM FEMINIS MATRIMONIUM CONSECRETUR

Quum suum cuique rei tempus esse Sapiens tradat, idque communis omnium, qui modo mentis compotes sunt, sententia et amplectatur, et probet, bonum est maxime quidem in omni negotio tempus servare, si vero alibi, in contrahendis certe matrimoniis non negligere. Oportet enim, quo res in communi vita magis necessaria est, eo magis prudente cautione ad illam procedere. Eapropter nos secundum veteres, qui recte sentientes hac de re lege statuerunt, sancimus, ut nullatenus ante septimum aetatis annum sponsalia constituantur neque matrimonium, si sponsa duodecimum, sponsus vero decimum quartum annum nondum impleverit, sacris caerimoniis confirmetur. Sed hoc quidem quoad communem publicumque reipublicae usum prohibetur, verum si Imperator, ut saepe accidit, familiam quandam conficiens, et sponsalia, et cum consecratione, quae peragenda est desponsatis, coniunctionem intra praestitutos annos sibi decernat, id nihil legi adversabitur. Licet enim

CONSTITUCION CIX

DE QUE NO SE CONTRAIGAN ESPONSALES DENTRO DE LOS SIETE AÑOS DE EDAD, NI SE CONSAGRE MATRIMONIO ANTES DEL DÉCIMO QUINTO PARA LOS VARONES, Ó DEL DÉCIMO TERCERO PARA LAS HEMBRAS

Por cuanto el sabio dice que cada cosa tiene su tiempo, y esto lo acepta y lo aprueba el común sentir de todos los que están en su sano juicio, es, á la verdad, bueno observar en todo negocio muy principalmente el tiempo, y, si en algunos casos se desatiende, no desatenderlo ciertamente al contraerse los matrimonios. Porque es menester, que, cuanto más necesaria es una cosa en la vida común, con tanta más prudente caución se proceda á ella. Por esto nosotros mandamos, de conformidad con los antiguos, que juzgando con acierto determinaron sobre este asunto por medio de una ley, que de ninguna manera se contraigan esponsales antes del séptimo año de edad, ni se confirme con las sagradas ceremonias el matrimonio, si la esposa no hubiere cumplido todavía el duodécimo año, y el esposo el décimo cuarto. Mas esto ciertamente se prohibe en cuanto al uso común y público de la república; pero si el Emperador, como muchas veces acontece, al constituir cierta familia decretara para

(1) habere, *decía el texto, indudablemente por errata.* — *N. del Tr.*

iis, quibus deus terrestrium rerum administrationem demandavit, superioribus esse lege, quae subditos devincit.

CONST. CX

UT MULIER SOLUTO MATRIMONIO DESCRIPTIONEM FACIAT DOTIS SUAE ET PROPTER NUPTIAS DONATIONIS, ET RELIQUAE OMNIS MARITI SUBSTANTIAE, ET EA PROLATA RESARCIRI SIBI POSTULET, SI QUID DAMNI IN REBUS SUIS A MARITO SE PASSAM DICAT, SINE DESCRIPTIONE AUTEM EVIDENTEVE PROBATIONE NIHIL PETAT AUT PETENDO ACCIPIAT

Quum praeter alia, quaecunque recte a veteribus de matrimoniis tractata sunt, huic quoque parti satis prospectum sit, ut nempe mulier soluto matrimonio non quoquo modo res maritales percipiendas et detinendas usurpet, sed si de illis controversia moveatur, prius publice confectam (1) post mortem mariti de dote sua, et donatione propter nuptias, et reliqua maritali substantia descriptionem exhibeat, et si quid ex illa a marito consumtum esse appareat, eius complementum ex illius bonis quaerat, quum hoc igitur ut iustum erat a veteribus constitutum sit, nunc vero eius nulla ratio habeatur, quoniam veterum prudentiae utilitatem conservandam ducimus, illorum sanctionem renovantes statuimus, dehinc omnimodo descriptiones dotis, et propter nuptias donationis, et reliquae omnis maritalis substantiae mulieribus curae esse, ut, si quando uxor ad talem malignitatis speciem adigatur, et ad deminutionem rerum maritalium propter eas, quae ipsi competunt, procedere velit, ex illa descriptione sive probatione petitionis ius cognoscatur, collatis eo modo coniugis bonis, si ab illo eorum, quae descriptione comprehensa sunt, deminutio facta esse videatur; citra illam testificationem autem neque petitionem locum sibi invenire, neque malitiose petentem vel iudicium obtinere, vel quidquam eorum, quae petita sunt, consequi. Tempus vero descriptionis conficiendae statuimus, ut intra tres menses fiat, et mulctam procedere, qualis a veteribus in tutores constituta est.

CONSTITUCION CX

DE QUE, DISUELTO EL MATRIMONIO, HAGA LA MUJER INVENTARIO DE SU DOTE Y DE LA DONACIÓN POR CAUSA DE LAS NUPCIAS, Y DE TODOS LOS DEMÁS BIENES DE SU MARIDO, Y PRESENTÁNDOLO PIDA QUE SE LE RESARZA, SI DIJERA QUE POR PARTE DE SU MARIDO SUFRIÓ ALGÚN DAÑO EN SUS PROPIOS BIENES, PERO SIN EL INVENTARIO Ó SIN EVIDENTE PRUEBA NO PIDA NADA, Ó, PIDIÉNDOLO, NO LO RECIBA

Como además de las otras cosas, de que con acierto se trató sobre los matrimonios por los antiguos, se proveyó suficientemente también sobre este particular, á saber, para que, disuelto el matrimonio, la mujer no reclamara de cualquier modo para recibirlos y retenerlos los bienes del marido, sino que, si sobre ellos se promoviera controversia, exhibiese primeramente el inventario hecho públicamente, después de la muerte de su marido, de su propia dote y de la donación por causa de las nupcias, y de los demás bienes de su marido, y, si apareciera que de aquélla se consumió alguna cosa por el marido, reclamase su complemento de los bienes de él; como esto, repito, fué establecido según era justo por los antiguos, pero en la actualidad no se tenía de ello ninguna cuenta, y hemos considerado que se debía conservar esta cosa útil de la sabiduría de los antiguos, renovando la disposición de ellos mandamos, que en lo sucesivo tengan de todos modos las mujeres á su cuidado los inventarios de la dote, y de la donación por causa de las nupcias, y de todos los demás bienes de sus maridos, de suerte que, si alguna vez la mujer se dejara llevar á esta especie de maldad, y quisiera proceder á disminuir los bienes de su marido á causa de los que á ella misma le competen, se conozca por aquel inventario ó prueba el derecho de su petición, colacionándose de este modo los bienes del cónyuge, si pareciera que por él se hizo disminución de los que fueron comprendidos en el inventario; pero que sin este testimonio no haya lugar á la petición, ni obtengá juicio la que pide maliciosamente, ni consiga cosa alguna de las que se pidieron. Mas fijamos tiempo para hacer el inventario, á fin de que se haga dentro de tres meses, y sea procedente la misma multa, que por los antiguos se estableció contra los tutores.

CONST. CXI

UT, SI UXOR MENTE CAPIATUR, IDQUE NEQUE DOLO MARITI, NEQUE IPSO CONSCIO, ALIORUM MALEFICIO FIAT, ET ULTRA TRES ANNOS ID MALUM DURET, MATRIMONIUM DIRIMATUR, ALIAMQUE UXOREM DUCERE MARITO LICEAT, QUAM VELIT

Idem Imperator eidem STYLIANO.

Quod nihil quidem ita vitae humanae exstitit ne-

CONSTITUCION CXI

DE QUE SI LA MUJER ENLOQUECIERA, Y ESTO SUCEDIERE SIN DOLO DEL MARIDO, NI, SABIÉNDOLO ÉL, POR MALEFICIO DE OTROS, Y EL MAL DURARA MÁS DE TRES AÑOS, SE DISUELVA EL MATRIMONIO, Y LE SEA LÍCITO AL MARIDO CASARSE CON OTRA MUJER, QUE ÉL QUIERA

El mismo Emperador al mismo STILIANO.

Que nada hay ciertamente tan necesario para la

(1) confectum, *decía el texto, sin duda por errata.— N. del Tr.*

cessarium, quam quod ex costa viro attributum est adiumentum, et qui ab initio formam condidit artifex docuit, et ipsa natura divino documento attestatur. Hoc vero cum ita necessarium sit, decebat etiam legis providentiam, et si qua alinnde cura mortalium rebus succurrit, talia de re illa cogitare et statuere, quae per omnem vitam illis, qui coniugio uniti sunt, auxilio gaudioque sint, et ab initio propositum coniugii finem confirment, nec vero contra perniciem, et miseriam et perpetuum per vitam moerorem afferant. Si ergo coniugium tale esse oportet, quemadmodum etiam oportet, non suscipienda mihi illa lex videtur, quae, si post initum matrimonium in furorem uxor inciderit, maritum tanto malo perpetuo iunctum esse, et furoris incommodum semper ferre cogit. Quomodo enim rationabile, quomodo receptione vel convictus coniugalis sollicitudine dignum, ut per totam vitam maritus insanienti uxori alligetur, eiusque vesania conficiatur? Si enim nullus adeo inhumanus est, ut vel momento quemquam cum bestia simul includere sustineat, quam legis humanitatem illa lex habet, quae perpetuo efferatae furore coniugi cohabitare maritum iubet? Sed dicunt, quod per coniugium in unum corpus coierunt, et oportet membrum alterum alterius morbos perpeti, et, ut divinum praeceptum vult, non separari, quos deus iunxerit. Praeclara quidem haec, quae ut divina a deo pronunciata sunt, non praeclare vero neque secundum divinum propositum opponentes hic eorum obiectionem instituunt. Nam si quidem matrimonium talem statum servaret, qualem ab initio paranymphus exhibuit, quisquis separaret improbus esset, neque reprehensionem effugeret; si vero quum prae furore ne vocem quidem humanam a muliere audias, nedum aliud quidquam eorum obtineas, quae ad hilaritatem matrimonium largitur, quis adeo acerbum horrendumque matrimonium dirimere nolit? Propterea sancimus, ut, si quando post initum matrimonium mulier in furorem incidat, usque ad tertium annum infortunium maritus ferat, et moestitiam toleret, et si in eo temporis spatio ab isto malo non liberetur, neque ad mentem redeat, quae furore insanit, tunc matrimonium divellatur, et maritus ab intolerabili illa calamitate exoneretur. Cui sanctioni hoc adiicimus, ut furoris causa investigetur, e exquiratur, num forte aut mariti, aut familiaritate ei iunctorum, aut aliorum quorundam dolo illatus videatur, ut si tale quid esse deprehendatur, si mariti maleficio, eum poenae nomine in monasticam vitam detrusum et invitum monasterio inclusum nequitiam suam luere, et mananti ex sacris canonibus animae curationi subiectum esse, decernamus, si vero a cognatis ipsius damnum datum sit, aut aliunde, et ipso conscio marito.....

vida humana como el auxilio que de su costilla se le dió al marido, nos lo enseñó el artífice que en un principio creó la forma, y lo atestigua con divina prueba la misma naturaleza. Mas siendo aquel tan necesario, menester era que también la providencia de la ley, y cualquier otro cuidado que por otra parte auxilia en los negocios de los mortales, escogitaran y estatuyeran sobre esto tales cosas, que les sirvieran toda la vida de auxilio y regocijo á los que se unieron en matrimonio, y que desde un principio confirmaran el fin propuesto en el matrimonio, y no les produjeran, por el contrario, perdición y miseria y perpétua tristeza durante la vida. Si, pues, es menester que tal sea el matrimonio, como así es menester que lo sea, no me parece que se debe aceptar aquella ley, que, si después de celebrado el matrimonio hubiere enloquecido la mujer, obliga al marido á estar perpétuamente unido con tan grande mal, y á soportar siempre la desgracia de la locura. Porque ¿cómo sería racional, cómo digno de ser admitido ó del cuidado de la convivencia conyugal, que por toda la vida esté ligado el marido á mujer presa de locura, y se consuma con la vesania de ella? Porque si ninguno es tan inhumano que pretenda encerrar ni por un momento á alguien con una fiera, ¿qué humanidad de ley tiene esta ley, que manda que el marido cohabite perpétuamente con cónyuge convertida en fiera por su locura? Pero dicen que por el matrimonio se unieron en un solo cuerpo, y que es menester que un miembro sufra las enfermedades del otro, y que, como quiere el divino precepto, no se separen aquéllos á quienes Dios hubiere unido. Preclaras son ciertamente estas palabras, que como divinas fueron pronunciadas por Dios, pero formulan aquí su objeción oponiéndolas no con mucha claridad ni conforme al divino propósito. Porque si verdaderamente el matrimonio conservara el mismo estado que en un principio mostró el padrino de la boda, cualquiera que los separase estaría falto de probidad, y no escaparía á reprensión; más cuando á causa de la locura no oyes ciertamente por parte de la mujer voz humana, ni obtienes nada de lo que por regocijo concede el matrimonio, ¿quién no querrá disolver matrimonio tan amargo y horrendo? Por lo tanto mandamos, que, si alguna vez después de celebrado el matrimonio enloqueciera la mujer, sufra el marido su infortunio hasta tres años, y tolere su aflicción, y si en este espacio de tiempo no se librase de este mal, ni volviera á la razón, la que enloqueció, en este caso disuélvase el matrimonio, y sea descargado el marido de esta intolerable calamidad. A cuya disposición añadimos esto, que se investigue la causa de la locura, y se inquiera si es que acaso parezca producida por dolo del marido ó de los que por familiaridad estén á él unidos, ó de otros cualesquiera, de suerte que si se descubriera que hay alguna tal cosa, mandamos que, si por maleficio del marido, pague éste su maldad reducido á título de pena á la vida monástica y encerrado contra su voluntad en un monasterio, y quede sujeto á la curación del alma que proviene de los sagrados cánones, y si el daño hubiera sido causado por cognados del mismo, ó por otros, ó sabiéndolo el mismo marido.....

CONST. CXII

UT, SI MARITUS PER MATRIMONII TEMPUS
IN FUROREM INCIDAT,
INTRA QUINQUENNIUM MATRIMONIUM SOLVI NEQUEAT,
EO AUTEM ELAPSO,
SI FUROR EUM ADHUC OCCUPET,
SOLVI POSSIT

Veterum quidem legislatorum sententiam, per quam tempus definitur furoris, qui ipsi matrimonio adversari videtur, neque convellere, neque reprehensioni submittere est animus (concedo enim, illos ipsos, qui haec constituerunt, iudicium suum habuisse, quo in ea sententia constiterunt), ut tamen illam approbem et confirmem, quod ea lex mihi approbatione indigna videtur, induci nequeo. Quod enim dicunt furorem, si praeveniat, matrimonium impedire, si vero inito iam matrimonio furor superveniat, illud nihil laedi, nonne hoc ultro comprobationem nobis dissuadet? Si enim matrimonium in utriusque coniugis utilitate versari debet, quomodo is, qui illud ab initio tanquam inutile consistere non suadet, si post coniunctionem contrarium eius exsistat, non idem coniunctionem tanquam inutilem dissuadebit? An operam dari oportet, ne quis initio in mali periculum incidat, qui vero iam in malum inciderit, eum sine ope relinquere, ipsiusque calamitatis non misereri? Quod perinde est, atque si quis etiam prius, quam morbo quispiam corripiatur, adhibendum remedium existimet, at iam correptum negato remedio mori sinat. Veruntamen (id quod dixi) reprehendere quidem legislatores non est animus, ut tamen ipsis adstipuler, permultum abest, praesertim quum multi alii modi ad solvendum matrimonium constituti sint, quorum nullus cum furoris malo conferri possit. Quomodo namque mariti prodigalitas, aut religionis diversitas, aut in naturali officio impotentia et imbecillitas, aut si quid aliud his connumeratur, quod ad dissolvendum matrimonium valeat, quale si servilis conditionis coniugem esse appareat, aut si in pactionibus nuptialibus promissorum propter paupertatem implementum sequi nequeat, haec igitur et similia, quibus matrimonia dissolvere lege tributum est, quomodo tandem cum furoris calamitate comparari possunt? Nos itaque sancimus de furore post initum matrimonium superveniente, ne intra quinque annos integros coniuges disiungantur. Etenim quemadmodum quando per omnem vitam furor duraret, nec tamen matrimonium dirimi posset, id durum videatur, ita etiam tanto tempore expectare et perseverare necesse est. At si post tantum temporis spatium infortunium sublatum non sit, neque furiosus resipuerit, tunc coniugium dirimatur, nulla neutri parti innovatione facta. Atque haec quidem statuimus non in contemtum superiorum legislatorum, sed ut subditis curam a nobis debitam adimpleamus. Furor vero ipso nuptiarum die conspicuus non impedit, quo minus confestim matrimonium solvatur, etsi iam sacra hierologia processerit, sed perinde, ac si ante nuptias animadversus esset, matrimonium irritum reddetur atque distrahetur. Sed quod quidem post consecrationem disiungendos esse coniuges dicitur, fortasse id nonnullis recto iudicio destitui videbitur, utpote, quoniam copula sacerdotali unum corpus facti sunt, non dirimi illos, sed unitos simi oporteat, et praesertim quum praestantius membrum et caput maritus sit; neque enim praecipua corporis membra morbo aliquo occupata amputari solent. Atqui haec ratio, dum propter unitatem sta-

CONSTITUCION CXII

DE QUE, SI DURANTE EL TIEMPO DEL MATRIMONIO
ENLOQUECIERA EL MARIDO,
NO SE PUEDA DISOLVER EL MATRIMONIO DURANTE UN
QUINQUENIO, PERO TRANSCURRIDO
ÉSTE, PUEDA SER DISUELTO, SI TODAVÍA FUERA
AQUÉL PRESA DE LOCURA

No es ciertamente mi ánimo combatir, ni sujetar á censura, la resolución de los antiguos legisladores, por la que se define el tiempo de la locura, que se considera que es obstáculo para el mismo matrimonio, (porque concedo que los mismos, que tal cosa determinaron, tuvieron sus razones para fijarse en tal resolución), mas no puedo verme inducido á aprobarla y confirmarla, porque aquella ley me parece indigna de aprobación. Porque lo que dicen, que la locura, si sobreviniera antes, impide el matrimonio, pero qué si la locura sobrecogiera celebrado ya el matrimonio, éste no es lesionado en nada, ¿acaso esto no nos disuadirá desde luego de su aprobación? Pues si el matrimonio debe redundar en utilidad de uno y de otro cónyuge, ¿cómo el que no aconseja que aquel subsista como por ser inútil desde un principio, si después de la unión hubiera contrariedad para él, no disuadirá el mismo de esta unión como inútil? ¿Se debe por ventura procurar, que alguien no caiga al principio en el peligro del mal, pero abandonar sin auxilio al que ya hubiere caído en el mal, y no compadecer la desgracia del mismo? Lo que es lo mismo que si alguien estimara, que se le debía aplicar remedio á uno aun antes que fuera presa de alguna enfermedad, pero estando ya atacado lo dejara morir habiéndole negado remedio. Mas (como he dicho) no es ciertamente mi ánimo reprender á los legisladores; pero disto mucho de estar conforme con ellos, mayormente habiéndose establecido otros muchos modos de disolver el matrimonio, ninguno de los que puede ser comparado con el mal de la locura. Porque ¿cómo la prodigalidad del marido, ó la diversidad de religión, ó la impotencia ó la debilidad para las funciones naturales, ú otra cualquier cosa que se añada á estas, que valga para disolver el matrimonio, como si apareciera que el cónyuge es de condición servil, ó si por razón de pobreza no pudiera seguirse el cumplimiento de lo prometido en los pactos nupciales, cómo, pues, estas cosas y otras semejantes, á las que por la ley se les concedió que disolvieran los matrimonios, pueden al fin compararse con la calamidad de la locura? Así, pues, en cuanto á la locura que sobreviene después de contraído el matrimonio, nosotros mandamos que durante cinco años íntegros no se separen los cónyuges. Porque así como parecería duro que cuando la locura persistiese toda la vida no se pudiera, sin embargo, disolver el matrimonio, así también es necesario esperar y perseverar tanto tiempo. Mas si después de tanto espacio de tiempo no hubiera cesado el infortunio, ni el loco hubiere recobrado el juicio, en este caso disuélvase el matrimonio, sin que se haga innovación alguna para la una ni para la otra parte. Y esto ciertamente lo estatuimos no en menosprecio de los anteriores legisladores, sino para consagrarles á los súbditos el cuidado que por nosotros se les debe. Mas la locura descubierta en el mismo día de las nupcias no impide que inmediatamente se disuelva el matrimonio, aunque ya hubieren tenido lugar las sagradas ritualidades, sino que se invalidará el matrimonio lo mismo que si hubiese sido descubierta antes de las nupcias.

tare putat, quid benedictio velit, ignorare videtur. Etenim haec quidem praestantissima quaeque connubio largiri cogitans, pudicitiam indissolubilique quodam amoris vinculo ambos devinciens, propagationem generis, et si quid aliud matrimonium iucundum reddit, consecrat, furor vero quomodo cum hoc consecrationis proposito conveniat? Ubi enim pudicitiae integritas, quando mens se ipsam non novit, sed miserabili ignorantia premitur? Ubi vero propagatio generis? quum furor spectaculum modo horrendum miserae uxori miseriorem maritum exhibet, nedum cum illo consuetudinem habere permittit? Quali porro amoris vinculo colligentur, quum morbus universum hominem efferat, et quidvis potius quam homo videatur, efficit? Si vero forte ex tam infortunato connubio foetus in lucem prodeat, quomodo non taiis foetus commune vitae humanae damnum erit, quum natura fructus rebus ut plurimum assimilare soleat? Mihi igitur propter haec etiam matrimonium post furoris correptionem solvendum esse constituere, iustum rationique esse consentaneum, neque ad reprobationem matrimonialis benedictionis, neque ad aliud quodpiam crimen vergere visum est. Si quis vero sanctionem a crimine non liberet, hic apud se consistens, furiosi matrimonii utilitate expensa, quantum momenti iudicium suum habeat, cognoscet.

